Universidad de Deusto
Biblioteca

Summa

D. Tho[illegible]

[illegible]

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

[illegible] 36.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Summa Totius Theologiæ

S. THOMÆ DE AQVINO

DOCTORIS ANGELICI

Ordinis Prædicatorum.

CVM COMMENTARIIS ET OPVSCVLIS

R. D. D. Thomæ de Vi[illegible] ani Caiet[illegible] Xiſti.

Acceſſere Quæſtiones de Motoribus orbium v[illegible] altera ve[illegible] cipio Indiuiduationis S. Doct. nunc primùm repertæ in con[illegible] Fra[illegible] S. Mar[illegible] Florentia.

ERVDITISSIMA FR. CHRYSOSTOMI IAVELLI

Commentaria in primum Tractatum Primæ [illegible].

S. Th. Quodlibeta, ac de Præſcientia, & Prædeſtinatione Tractatus.

Formales Elucidationes in Additiones eiuſdem Sancti ad Tertiam Partem per R. P. F. SERAPHINVM CAPPONI A PORRECTA, eiuſdem Ordinis ſacræ Theologiæ Mag. editæ.

AVGVSTINI *Hunnæi Axiomata de Sacramentis Eccl[illegible]æ, atq; eiuſdem Catechiſmus.*

Sacrorum Theologorum A[illegible] Doctrinæ reſpondentes diſputantium citationes, ſcilicet S. Bonauenturæ, B. Alberti Magni, Capreoli, Sco[illegible] Ægidij, Thomæ Arg. Henrici de Gand. Pet. de Palude, Mayronis, Durandi, [illegible], Riccardi, Nicolai de Niſe, Soti, Ferrarienſis, Medinæ, & Bannes.

Sex INDICES *vniuerſales, præter Quatuor priores ſpeciales pro qualibet parte, Ac etiam marginales locorum ab authore citatorum adnotationes additæ.*

AVTHORISQVE VITA, R. P. F. GVLIELMO DE TOCCO AVTHORE, Qui eum vidit, & audiuit legentem & prædicantem, nunc primùm edita.

Omnia peruigili Studio, ſolertiq; Diligentia Recognita & Emendata, Inſtaurata, & Aucta.

PRIMA PARS.

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

BIBLIOTHECÆ ONIENSIS SOCIETATIS IESV
IHS

VENETIIS, Apud Iuntas. MDLXXXVIII.

Cum Licentia Superiorum, & Priuilegijs

Summi Pont. Reipublicæ Ve[illegible] um, ac [illegible] idiæ Ducis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæ i… toto Summæ corpore per ſingulas Partes con… …ur, hæc ſunt.

IN P… …A PAR…

VITA Vener…bilis & Sanctiſſimi Angelici Doctoris S. Th…æ de Aquino, Ordinis Fratrum Prædicato…, recens in lucem prolata.
Expoſitio præ… …riſſima eximij Magiſtri Chriſoſtomi Iauelli eiuſdem Ordinis in primum Tractatum ipſius Primæ Partis.
Quæſtiones duæ S.Th.de Aquino, vna de Principio Indiuiduationis, altera verò de Motoribus Cœleſtium corporum, repertæ FLORENTIAE in Bibliotheca D. Mar…, vt in authentico patet, modò primùm in lucem editæ.
Cum quatuor INDICIBVS, videlicet, locorum communium Theologicorum, Quæſtionum & Articulorum, præcipuè ſententiarum, ac etiam commentariorum D. Caietani in ipſum D. Thomã.

IN PRIMA SECVNDAE.

Habentur Cõmentaria Reuerendiſ. Cardi. S. Sixti D.Th.doctrinam explicantia & Quæſtio S. D. De Præſcientia, & Prædeſtinatione.
Canonizatio S.Th.de Aquino per D.P.Ioannẽ.22.
Cum ſuis quatuor Indicibus.

IN SECVNDA SECVNDAE.

Sunt tantum Commentaria Reuerendiſſ. Cardi. S. Xiſti cum S.D. contextu.
Cum ſuis quatuor Indicibus.

TERTIA PARS.

Cum S. D. laboribus commentaria D. Cardinalis S. Xiſti tantum continet.
Cum ſuis Tribus Indicibus.

ADDITIONES.

Ad Tertiam partem S. Thomæ præter elucidationes R.P. Seraphini à Porrecta habent adiuncta, Auguſtini Hunnæi Axiomata, & Catechiſmum,
Cum ſuis tribus Indicibus.

SVBSEQVVNTVR HAEC TOTAM Summam ipſam:

Quæſtiones Quotlibetales D. Thomæ. &
Opuſcula Reuerendiſſ. Card. S. Xiſti.

REVEREN.MO IN CHRISTO P. F. SIXTO FABRI LVCENSI

Generali Magiſtro Ordinis Prædicatorum.

Lucas Antonius Iunta S. P. D.

ADMIRANDVM, *ac diuinum Diui* THOMAE *Opus, Quod Summa totius ſacræ Theologiæ nuncupatur, quamuis è noſtra egreſſum Typographia non mediocri cum vtilitate, atque oblectatione legentium iampridem in lucem prodierit; Attamen quia eruditiſſimorum Theologorũ lucubrationes, interpretationesq́; doctiſſimæ, ac vtiliſſimæ tanti Operis quæſtiones profundiſſimas illuſtrarunt; & quia Opuſculũ pulcherrimũ de Motoribus Orbium, atq; de principio Indiuiduationis ab eodem ipſo Authore conſcriptum & obliuionis tenebris, in quibus diù latuit, diuina quadam benignitate emerſum in manus noſtras peruenit; Omnia hæc ſimul collecta tanto Operi addidimus, quod longè vberius, & luculentius à nobis quammaxima cum diligentia, & cura correctum, & excuſſum, præſenti futuræq́; Ætati conſacratur, commendaturq́;. Tibi verò Pater Reuerendiſſime, cui prius ſacri Palatij magiſterium demandatum, mox vniuerſæ Religionis Dominicanæ meritò credita eſt adminiſtratio, iure optimo dedicandum opus hoc præſtantiſſimum conſtituimus. Æquiſſimum etenim eſt, vt quem tù Pater prudentiſſime, ac ſapientiſſime, morum probitate, vitæ*

 inte-

Universidad de Deusto Biblioteca

integritate, Religionis feruore, & ſacrarum litterarum eruditione refers; cuiuſq; operi eminentiſsimo labores etiam ingenij tui admirabilis acceſſerunt, eiuſdem tibi Authoris ſcripta dedicentur: nam profectò non modò ab ampliſsima Dignitate, atque Authoritate tua quamplurimum adiumenti, & ornamenti acceptura eſt noſtra Typographia, quam ab vniuerſo ordine tuo Dominicano; & à te præcipuè decoratam, illuſtratamq; fuiſſe ſemper animaduerti: verum etiam ipſi Diuo Thomæ non ingratum, neque iniucundum fore hoc animi in te noſtri monumentum, mihi perſuadeo. Qua igitur tibi mente munus offertur, eadem iſtud ipſe accipe; atque à nobis in dies præclara opera, his ſimilia, expecta. Interim bene vale; obſeruantiamq; erga te noſtram pari proſequere beneuolentia.

LECTORI CANDIDO
PRO NOTITIA THESAVRI
huius, poſtremò nunc hilariter oblati, S. P.

QVanquam Doctoris Angelici ſumma hæc ſacræ Theologiæ proculdubio numeris omnibus ab eodem abſolutiſſima iam olim prodierit: his tamen nō obſtantibus (amice lector) verax probauimus & ſic philoſophi dictū, tēpus videlicet cauſam corruptionis eſſe, ita vt, ſi textum hunc adeò corruptum vidiſſes, ſaniorique contuliſſes, merum illud Virgilianum tali negocio ſæpius applicaſſes & tu,

Hei mihi qualis extat, quantum mutatus ab illo?

Deſiderabantur ſi quidem multa; imò (vt ingenuè fateamur) preſertim in Additionibus,
ad tertiam partem, integræ ſententiæ, & hæ plures: quæ poſterorum quorundā incuria è textu ſancti Doctoris
(vt codices admodum vetuſtiores monſtrarunt) exciderant, de quibus reſtituendis vel minima, vel nulla ſpes
1 amplius videbatur. Gratis igitur (aſpirāte Deo) reſtituimus locos quāplurimos, tām in textu, quām in Commentarijs, qui aliàs aut inter imprimendum mendosè irrepſerant, aut etiam impreſſi non fuerant, aut deniq;
falſariorum; & hæreticorum perfidia, (quid. n. illi, Deum immortalem, intactum ſua impietate in temerandis bonis authoribus reliquerunt?) prodigiosè corrupti fuerant. E quibus illud vnum eſt in commentarijs Cardinalis 2.2.q.122.ar.4. de corporalibus operibus triplicis ordinis ad Dei ſeruitutem licitè piè & ſanctè pertinentibus: vt vel hinc admoneantur ſacræ Theologiæ lectores quàm minimum fidere debeant impreſſoribus, qui
2 inter hæreticos verſantur. Curauimus itaque; vt quàm emendatiſſimè imprimerentur omnia, amotis etiā ex eiſdem commentarijs, atque expunctis omnibus locis, iuxta prædicatorum ordinis ſanctiones, qui poſt decreta Tridētinæ Synodi, lectorem poterant detinere dubium, vel ſuſpenſum; quos videlicet, vel ipſemet Cōmētator viuens emendauerat, et ſi viueret, emendaſſet: vel (vti diximus) falſariorum & impiorum perfidia temerauerat.
3 Addidimus præterea vbiq; marginales, quas vocant, quotationes; quæ legentibus indicant, quo quiſq; loco ſtudioſus inueniat, quæcunq; uel ex ſanctis Patribus, vel ex Philoſo. & Ariſt. Sanctus Doctor adducit, quæ-
4 que ex ſua ipſius doctrina in vniuerſum, ſiue ex antecedentibus, ſiue ex conſequētibus afferuntur. Annotauimus etiam eodem loco vniuerſa dubia, vel locorum concordantias (ſic. n. appellant) eorum, quæ varia, & diuerſa, vel etiam cōtraria minus eruditis videri poterant in doctrina eiuſdem ſancti Doctoris, ſecundùm eundē ordinem, & numerum, quem Petrus Bergomenſis, vir diligentiſſimus, in fine tabulæ magnæ operum ſancti Thomæ collocauit: quæ res (niſi noſtra nos fallit opinio) maximo fuerit adiumento, & ſi periculum feceris, vicem copioſiſſimi indicis poterit ſuſtinere. Horum annotationem ſignificat; indicatque, grande. D. in margini-
5 bus poſitum; quod correſpondet paruo. d. textui inſerto. Nouiſſimè omnium in hac vna impreſſione, quam recens an. 1588. emittimus, inuenies literas has m.n.p.q, ſ.t, u.x, y.z. inſertas corporibus articulorum ſingulorum; non omnes quidem ſingulis, ſed plures vel pauciores (prout opus erat); ac marginem correſpondentem ſic, concl. m; vel concl. p; vel concl. ſ. vel concl. u; vel concl. y. Hoc ergo indicat concluſionem ſancti Thomæ; vnam tantùm, ſi vna eſt; plures, ſi plures. Id verò factum eſt: ne verbis alijs corpori præfixis (vt à nonnullis ſolebat) exprimatur; quoniā verba ſapientum (qualis eſt, ſummorum Pontificum, ſynodorumque œcumenicorum iudicio, Doctor hic Angelicus) ſtatera ponderari digna ſunt, Eccleſ. 21. & nihilominus ſic tām facilè, præterquā quod abundantiùs, legenti occurrunt, ac ſi frontiſpicio inſcriberentur. M. denotat primam concluſionem; p. ſecundam; ſ. tertiam; u. quartam, y, quintam; ſed, n, terminat illam primam, q. illam ſecundam: t. illam tertiam; x. illam quartam; z. illam quintam. Adeo quòd tùm à principio ſui, tùm à fine, clauduntur ipſæ concluſiones: vt lector onere hoc duplici, & inueſtigandi ſcilicet illas & illarum terminos à reliquis diſcernendi,
6 præmiſſa arte leuetur. Reperies item. h. ſingulis argumentis per reſponſa dilutis interiectum, aut ſemel, aut pluries. H. illud ſignat nodum argumentorum eorum, quo ſoluto, cætera corruunt; vnde et, ſi pluries repetitur, denotat; quòd ibi plures nodi ſunt: & per conſequens quòd plura ad argumentum illud reſponſa ibi afferuntur in textu. Hoc autem quanti emolumenti ſtudioſis vigilibus ſit allaturum, res ipſa pro teſtimonio uberrimo erit. Videor autē mihi videre (prudens lector): alphabeticas has notas, etſi multum, non tamen ſatis, & ad plenum commoditatem promiſſam atque optatam allaturas; niſi cùm ELVCIDATIONES FORMALES Magiſtri Seraphini è Porrecta dabuntur in lucem, vtquæ illorum omnium perſpicua vita ſint. Forma etenim, iuxta ſuum nomen, & eorum, & aliorum multorum inibi dictorum exiſtunt; quæ (teſte Philoſopho) dat eſſe rei, dat actum, decorem dat, ac venuſtatem. Hæ illę ſunt, quas ſingulis articulis, quaſi tibi eas propediem daturos nos pollicentes, marginali hoc indicio, Porrecta per totum, affiximus. Tu interim ſuſtine, cuduntur in dies, nè mireris: quoniam, & ſecundùm Philoſophum, conſtructionis rei principiū tanquam formale, non primo, ſed vltimo loco venire debet. Vale fœlix in Domino. Notādum.

Universidad de Deusto Biblioteca

AD REVER. IN CHRISTO PATREM DOMINVM OLIVERIVM CARRAPHÆ, CARDINALEM NEAPOLITANVM,

Epiſcopum Hoſtienſem, ac Prædicatorum ordinis Protectorem.

THOMÆ DE VIO CAIETANI EIVSDEM TVNC ORDINIS

Prædicatorum Generalis Magiſtri, nunc S. Xiſti Presbyteri Cardinalis, in primæ partis Summæ S. Thomæ Aquinatis expoſitionem

PRÆFATIO.

Contemplatus Ariſtoteles orbis machinam vniuerſi, cùm videret ſuis quæſque locis aptè diſpoſita, ſummum illius bonum atque idcirco maximum diuinæ ſapientiæ opus eſſe ordinem affirmauit. Hoc etiam pacto, egregiè diſpoſitum aptatumq́; hominis ingenium contemplari licet, qui ſui animi conceptus ac doctrinam, quam traditurus eſt, ordine congruenti collocat & diſtinguit. Atq; hanc quidem ſapientiæ laudem, ſicut inter Philoſophos omnium plane iudicio, ſibi Ariſtoteles vindicauit: ita inter Theologos, quem D. Thomæ Aquinati præferre auſis, inuenias neminem. Nam cum priores illa permulti ſingulis ac diſcretis de rebus volumina quàm plurima edidiſſent, quinq́; demum in perpetuam quandam ſeriem Theologiæ ſententias, tum Græci aliqui authores, tum & Latini etiam redegiſſent, expoſitores quę permulti ſententiarũ Libros enarraſſent, diuus autem Aquinas noſter, largiore quadam vena Theologiam nobis ac doctrinam quaſi coniugem traditurus, duos ipſe diſcretos nouoſque ordines & quidem præclariſſimos adinuenit. Horum alterum quidem in libris contra Gentes complexus eſt. Alterum verò in quadrifido illo opere, quod Summam diui Thomæ Aquinatis, celebri iam titulo nuncupamus. In qua tota Summa, ea rerum copia continetur, quæ ad neceſſariam homini Chriſtiano doctrinam, veramq́; beatitudinem pertinent conſequendam, vt relictum nihil penitus videatur. Nã cùm in prima Summæ Parte, de Deo, de Trinitate, de Angelis, de anima rationali, deque ipſo homine, ac totius mundi fabrica copioſè ac diſtinctè pertractet, tùm ſequentibus duobus Libris, ab homine iterum exorſus, humanas paſſiones omnes, earumq́; fontes, ac progreſſus, ſimulque virtutes quæ curare vitia & paſſiones poſſint, Ethnicis cunctis ſacriſque authoribus copioſius diſtinctiusq́; percenſet. Reliqua porro Pars, quæ numero quidem voluminum conſcriptorum quarta eſt, ordine tamen doctrinæ tertia nuncupatur, de authore gratiæ Chriſto, myſterijsq́; omnibus ad Chriſtum pertinentibus tractat, tùm verò & de ipſis ſacramentis per quæ gratia confertur, poſtremo de optatiſſimo fructu gratiæ, ſuperna videlicet beatitudine, ac ſupplicijs etiam damnatorum. Quod tamen ad conſummationẽ tertiæ Partis deſideratur, in quarto ſuper ſententias Libros copiosè diſſeritur. Atque hac quidem tanta rerum congerie, cum ſit immenſus Aquinas noſter, non minus tamen admirationis ſibi conciliat ratione ſententiarum atque verborum, quibus tantam molem verſat atque pertractat. Ea namq́; illi puritas eſt, vt ſuperfluum ſi quid addideris, areſcat vero ſi quid exemeris. Ea in verbis formalitas ac proprietas, vt nihil inſit extrarium, nihil accidens. Inſuper ea eſt profunditas in ſententijs, ea nouitas ac dearticulatio quæſtionum, tùm verò ſic proprius in ſingulis earum argumentandi modus, vt in hoc ſcribendi genere facilè princeps (vbi nulla iudicem turbet inuidia) cenſeatur, tum vero ne quis in tam magno aceruo rerum ſuſpicari poſſit commixiſſe Authorem falſumq́; eſſe, naturam quodammodo ipſam ſuæ iudicem veritatis teſtemq́; habet. Nam ſi, vt Ariſtoteles ipſe ait, illi ſunt apti rerum conijcere veritatem, qui poſſunt in vtramque partem dubitando diſquirere, quis iam dubitet Aquinatem noſtrum procul a veritate non receſſiſſe, qui propoſitis tot millibus quæſtionum de humanis diuiniſque rebus Theoricisque illis ac practicis, proprias ſemper in ſingulis ad vtramque partem dubitationes adducit? Noſtra vero huius ſuſceptæ expoſitionis hinc exorta ratio eſt, quia formalis ſermo Doctoris noſtri, magnam recondit ſenſuum altitudinem, cum tamen verborum collocatio, ac delectus, perplexi nihil habens, prima fronte Lectorem videatur allicere, ac facilitatem ſenſuũ polliceri. Verum longè aliter euenire ſibi Lector intelliget, atq; ab initio exiſtimaret: repetita enim lectio authoris huius, videtur augeri potius quam decreſcere ſenſus percipiendi difficultatem. Quodq; ad hanc primam pertinet Summæ partem, hinc facile opinor eius eminentiam conſtare poſſe, quod eximij Thomiſtarum vindices, eam vel ſæpius repetentes, ſemper in ea ſe noui aliquid percepiſſe affirmant, vt iam mirari minus oporteat, cum prima hæc Pars tot experta ſit hominum iudicia, quot habet & verba, eam multis illam oppugnationibus laceſſitam fuiſſe. Theologi namque complures, neque adeo contemnendi, magnum ſibi nomen ingenij ac doctrinæ facturos hinc ſe eſſe putauerunt, ſi veluti muniriſſimas arces fortiſſimi duces ſolent, ita illi Partem hanc primam ſuis machinationibus oppugnarent. Ioannes verò Scotus, egregia præter cæteros in hac re laborauit ſubtilitate & copia, quippe qui ſingula propè eius Partis verba, labefactare conatus eſt. Ratione igitur habita & infita difficultatis, & oppugnationis illatæ, non ſimplicem quandam expoſitionem ſum viſus, vt ſine vlla controuerſia ea dumtaxat attulerim, quæ ad verum Sancti Thomæ intellectum pertinere putauerim, ſed vbi locus & res ipſa poſtulare viſa ſunt, quæſtiones ipſe nonnullas dubitando attuli, & contra oppugnatores, Scotumque præcipuè, tueri veritatem contendi, arduum ſane opus laborioſumque aggreſſus. Quantùm verò feliciter, aliorum ſit iudicium. Ego certe non ita prorſus ſum mei oblitus, vt ad expoſiti operis dignitatem, parem me putem operam attuliſſe, cùm tamen pio ſaltem conſilio, quam plurimos poſſem ſtudioſos homines adiuuandi, diligentiaque ad honorem Dei impenſa, conſcientiæ penitus ſatisfeciſſe me ſciam. Debetur autẽ tibi (Pater Ampliſſime) noſtra hæc expoſitio, non eo ſolùm nomine, quo cæterorum quoque noſtrorum fratrum lucubrationes tibi debentur, propterea quod ſpeciale ſuſcepta protectionis vniuerſo Ordini Prædicatorum faues & conſulis, ſed etiam ampliori quadam capaciorique ratione, quandoquidem in iſto ſublimi cardine conſtitutus, exemplum præbes Chriſtianis principibus imitandum, piæ magnificentiæ, religionis, integritatis, & in agendis rebus ſolertis ac diligentis induſtriæ, quodque temporibus noſtris præclarum Dei eſt munus, perpetuo caſtitatis tenore Pontificumque veris doctrina, ſacroſancti collegij Venerandus es pater, ſæculique noſtri decus haberis, & lucerna ſuper candelabrum collocata, quæ luceat omnibus, qui in domo ſunt. Hinc & totius Chriſtianæ religionis Ordinis, ſtudiorumque cultores patronum te ac cenſorem habituri ſunt, cuius in iudicio & beneuolentia conquieſcunt. Venio nunc ad meipſum, qui paterna charitate ſemper abs te dilectus, beneficijs auctus, dignitatibusq; ornatus, ingrati animi vitio iure damnandus ſim, ſi alij quàm tibi hos quoque ſtudiorum meorum fructus dedicarem, cui minera etiam dedicaui, præſertim cum tu me ad hanc cudendam expoſitionem adhortatus maximè fueris, vixque bene abſolutam, publicari non ſolum ſæpe petieris, verùm etiam flagitaueris. Cape igitur munus hoc noſtrum benigna fronte, meæque fidei atque obſeruantiæ erga te pignus hoc, monumentumque agnoſce. In annum Vale.

INDEX PRIOR PRIMÆ PARTIS SVMMÆ THEOLOGIÆ SANCTI THOMÆ AQVINATIS,

Continens ordine alphabeti locos communes Theologicos in ea parte explicatos, vt inde ſacrarum literarum ſtudioſi, & quid in ea parte tractetur, ſtatim videre; & quod in ea quærent, ſine negotio inuenire queant.

Actio angelorum in homines. quæſtio 111
Actio corporalis creaturæ. 115
Ad actionem hominis pertinentia. 117
Aequalitas diuinarum perſonarũ adinuicem 42
Aeternitas Dei. 10
Amor { Dei. 20
vt eſt nomen ſpiritus ſancti. 37
ſeu dilectio angeli. } 60
Angelus 1. à quæſtione 50. vſque 64. & a 106. vſq. 114.
Anima in genere. 87. vſque q. 90
Quomodo anima { coniuncta intelligat corporalia. 84
intellectiua cognoſcat ſeipſam. 87
humana cognoſcat quæ ſupra ſe ſunt. } 88
Beatitudo Dei. 26
Bonitas Dei. 6
Bonum in communi. 5
Cauſa prima omnium entium. 44
Cauſa mali. 49
Cognitio { angeli. 54
Angelorum { ex parte immaterialium. 56
quantum ad res materiales. } 57
animæ ſeparatæ. 89
diuinarum perſonarum. } 32
Comparatio angelorum ad { corpora. 51
locum. } 52
Conditio { corporis { prolis generandæ. 99
iuſtitiæ { in ſtatu innocentiæ. 100
primi hominis ſecundùm intellectum. 94
ſcientiæ prolis generandæ. } 101
Ad conſeruationem ſpeciei per generationem pertinentia. 98
Creatura vna quomodo mouet aliam. 106
Cuſtodia bonorum angelorum. 113
Diſtinctio rerum in { communi 47
ſpeciali. } 48
Diuina { Beatitudo. 26
nomina 13
Potentia Dei. } 25
Diuinæ relationes. 28
Doctrina ſacra. 1
Dominium hominis in ſtatu innocentiæ. 96
Donum quod eſt nomen ſpiritus ſancti. 38
Exiſtentia *Dei* in rebus. 8
Falſitas. 17
Fatum. 116
Finis productionis hominis. 93
Gratiæ *Dei* eſſentiæ. 110
Gratia primi hominis. 95
Gubernationis diuinæ effectus in ſpeciali. 104
Gubernatio rerum in communi. 103
Homo quantum ad eſſentiam. 75
Ideæ. 15
Immutabilitas *Dei*. 9
Impugnatio malorum angelorum. 101
Infinitas *Dei*. 7
Intellectus noſter quid cognoſcat in corporalibus. 89
Iuſtitia & gratia primi hominis. 95
Iuſtitia & miſericordia *Dei*. 21
Liber vitæ. 24
Liberum arbitrium. 83
Locutiones angelorum. 107
Malitia culpæ angelorum. 63
Malum 48
Miſericordia *Dei*. 21
Miſſio { angelorum. 112
diuinarum perſonarum. } 43
Modus cognitionis angelicæ. 58
Modus emanationis rerum à principio. 45
Modus & ordo intelligendi. 85
Motus localis angelorum. 53
Mutatio creaturarum à *Deo*. 105
Natura prima omnium entium. 44
Nomen { Dei. 13
ſpiritus ſancti { amor. 37
quod eſt. { donum. } 38
Opus { creationis creaturæ corporalis. 65
diſtinctionis ſecundum ſe, & primi diei. 67
ſecundi diei. 68
tertij diei. 69
ornatus quantum ad quartum diem. 70
quinti diei. 71
ſexti diei. } 72
Omnes ſeptem dies in communi. 74
Ordinatio angelorum { ſecundùm hierarchias. 108
malorum. } 109
Ordo creationis ad diſtinctionem. 66
Ordo diuinarum perſonarum. 27
Paradiſus. 102
Perfectio { Dei. 4
in eſſe gratiæ & gloriæ. } 62
Perſonæ diuinæ in generali. 29
Pertinentia ad perſonam { Patris. 33
Filij. 34 & 35
Spiritus ſancti. } 36
Perſonæ in comparatione ad { eſſentiam. 39
proprietatem. } 40
Perſonarum actus notionales. 41
Pluralitas diuinarum perſonarum. 30
Ad pluralitatem vel vnitatem pertinentia in diuinis. 31
Pœna dæmonum. 64
Potentia Dei. 25
Potentiæ { animæ { in generali. 77
in ſpeciali. 78
appetitiuæ. 80
intellectiuæ. } 79
Prædeſtinatio. 23
Præſidentia angelorum ſuper creaturam corporalem. 101
Principium durationis rerum creatarum. 46
Proceſſio { diuinarum perſonarum. 27
creaturarum à Deo. } 44
Productio { angelorum in eſſe { naturæ. 61
gratiæ & gloriæ. 62
primi hominis quantum ad animam. 90
corporis primi hominis. 91
mulieris. } 92
Propagatio hominis ſecundùm corpus. 119
Prouidentia *Dei*. 22
Pugna dæmonum. 114
Scientia *Dei*. 14
Senſualitas. 81
Septimus dies & ad illum pertinentia. 73
Similitudo diuinarum perſonarum. 42
Simplicitas *Dei*. 3
Status hominis primi ſecundùm intellectum. 94
Ad ſtatum primi hominis quantum ad conſeruationem indiuidui pertinentia. 97
Subſtantia angelorum abſoluta. 50
Traductio hominis ex homine ſecundùm animam. 118
Veritas. 16
Viſio Dei. 12
Vita *Dei*. 18
Vnio animæ ad corpus. 76
Vnitas *Dei*. 11
Voluntas. 82
Voluntas *Dei*. 19
Pertinentia ad voluntatem primi hominis. 95

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VITA VENERABILIS, ET SANCTISSIMI, Angelici Doctoris

Sancti Thomæ de Aquino, Ordinis Fratrum Prædicatorum.

SANCTVS THOMAS de Aquino de Ordi-
ne Fratrum Prędica-
torum Doctor nobi-
liſſimus multis ſignis
& miraculis oſtendi-
tur, nō ſolum in ſan-
ctitate vitę, ſed etiam
in veritate ſcientiæ, & doctrinæ admirabilis
extitiſſe: cuius vitam, & miracula deſcribit
vir religioſus Frater Gulielmus de Thoco,
qui ipſum in vita ſua vidit, & audiuit docen
tem, & prædicantem.

Ad declarandum autem miranda, & ſtu-
penda prædicti Doctoris, hoc ordine proce
demus, tangendo breuiter ea, quę prædictus
Frater Gulielmus de Thoco diffuſius pro-
ſequitur.

Primo dicemus quomodo eius natiuitas fuit prophetata.
Secundo de eius infantia, quomodo ſe habebat.
Tertio de eius pueritia, quomodo cœpit ſe dare bonitati, & ſcientiæ exiſtens puer.
Quarto, quomodo intrauit Ordinem Fratrum Prædicatorum.
Quinto, quomodo profecit ſub Fratre Alberto Theutonico in omni ſcientia experimentali.
Sexto, quomodo fuit factus Baccalaureus, & Magiſter Pariſienſis.
Septimo, quomodo habuit mirabilem ſcientiam per diuinam inſpirationem.
Octauo, quomodo multa miracula fecit Deus propter eum in vita ſua.
Nono, de eius morte, quomodo fuit ſibi, & alijs reuelata.
Decimo, de multis miraculis, quæ poſt eius mortem apparuerunt.

Dicendum eſt primo, quomodo B. Tho-
mas de Aquino Ordinis Fratrū Prędicatorū
fuit prophetatus antequam naſceretur: &
quantum ad hoc poſſumus dicere, quod ſi-
cut Deus prædixit natiuitatem illorum, qui
magnæ excellentiæ, & auctoritatis in popu-
lo ſuo eſſe debebant; ſic prædixit, & manife
ſtauit natiuitatem Beati Thomæ de Aquino
Ordinis Fratrum Prædicatorū, volens oſten
dere quomodo in eccleſia ſua glorioſus exi
ſteret: & vt melius ſcientiam ſuam, & ſuam
parentelam, & natiuitatem, videamus quis
fuit pater ſuus, & mater ſua.

Pater ſuus vocatus eſt dominus Landul-
phus nobilis Comes de Aquino: mater ve-
rò ſua dicta eſt domina Theodora, de nobi-
li progenie orta. Duos fratres habuit maio-
res ſe: vnus dictus eſt dominus Landulphus,
eo nomine quo pater vocabatur: alius di-
ctus eſt dominus Rainaldus. Habuit etiam
duas ſorores, & omnes tam fratres, quam ſo
rores, & parentes in fine bonam vitam ha-
bentes de hoc mundo cum Dei gratia receſ-
ſerunt: ſicuti Deus poſtmodum ſibi, & alijs
manifeſtauit. Cum ergo mater Sancti Tho
mæ adhuc ipſum haberet in vtero, & eſſet in
Caſtro Rocchæ ſiccæ (quod caſtrum eſt in
confinio regni Campaniæ,) quidam vir ſan
ctus, qui diu duxerat vitam eremiticam cum
pluribus alijs in vno monte ibi iuxta Caſtrū
prædictum, qui vocabatur Frater Bonus, fa-
moſus in ſanctitate, & vita, venit ad prædi-
ctam dominam Theodoram, & dixit illumi
natus à Spritu ſancto: Gaude domina, quia
tu es grauida, & paries filium, quem vocabis
Thomam, & tu, & vir tuus cogitabitis eum
facere Monachum in Monaſterio montis
Caſſini, in quo corpus Sācti Benedicti quie-
ſcit, & inde in Abbatem ſublimari, haben-
tes ſpem percipere magnos reditus de Mo-
naſterio per ipſum: ſed Deus aliter ordina-
uit; quia erit Frater Ordinis Prædicatorum,
& ibi in eodem Ordine erit tantæ excellen-
tiæ in ſcientia, & ſanctitate, quòd in mundo
ſuo tempore ſibi ſimilis nō poterit inueniri,

Chriſtus dignatur ſibi ſimilē S. Thomā efficere, prænūcian do ipſius ortum, nomen, & vitæ ſeriem.

Universidad de Deusto Biblioteca

Cui reſpondit mater Sancti Thomæ: Non ſum digna parere talem filium, tamen faciat Deus ſicut placet ſuæ voluntati. ſicut autem iſte Sãctus eremita prædixit, ſic poſtea accidit; quia domina Theodora tempore ſuo peperit filium, & poſtea in Baptiſmo mater, & pater fecerunt ipſum Thomam vocari, vt Spiritus ſanctus ordinauerat: & iſtud nomen bene ſibi congruum fuit, quia Thomas interpretatur abyſſus ſcientiæ.

In ſecunda parte Hiſtoriæ dicitur de eius infantia.

CVm autem puer nobilis eſt natus, & baptizatus, nutrici traditur, quæ nutrix in eodem palatio cum matre morabatur. Accidit, quod mater Sancti Thomæ voluit cum alijs dominabus Neapoli ad Balnea ire; cum autem iuiſſet, & ſecũ duxiſſet nutricem cum prædictò puero, nutrix poſuit ipſum ad ſedẽdum in loco Balnei; cum ſic ſederet, eccè Dei procuratione, iuxta ſe inuenit cartulam paruulam, quam infans accipiẽs tenuit eam ſtrictam in manu; nutrix eius volens eum exuere, vt ipſum balnearet, cępit manũ eius, volens auferre cartulam de manu ſua, atque manum eius aperire, vt ipſum poſſet expoliare: puer fortiter tenens eam clauſam, cępit eiulare, cui nutrix compatiens, ſic cum manu clauſa ipſum expoliauit, balneauit, induit, & ad domum cum matre portauit, ſic manum clauſam tenentem: cogitans hoc in fine miſterio, & magna cauſa accidiſſe: Mater verò eius manum clauſam aperuit, & licet plangeret, accepit cartulam, & inuenit in ea Salutationem Mariæ Virginis ſcriptã: ipſa autem cartula ſibi à Deo miſſa, quę continebat principium noſtræ ſaluationis, quã in manu dextera tenebat; figurabat quomodo illa manu ſcribere debebat glorioſè multa ad noſtram ſaluationem pertinentia: & ex tunc puer in conſuetudine habuit, quòd cum fleret ex aliqua cauſa, à fletu non ceſſabat, donec aliqua cartula ſcripta ſibi daretur, quam accipiens, ſtatim in ore ponebat, & totus lætus fiebat. Et iſtud figurabat quomodo ſacram ſcripturam debebat diligere, & quomodo de ipſa animam ſuam debebat replere, & quomodo in ſacra ſcriptura magnam dulcedinem debebat ſentire. Vnde ſicut Angelus dedit librum Ezechieli, vt comederet; & dedit beato Ioanni, vt deuoraret, ſic Deus dedit Sancto Thomæ, vt intelligeret.

Præſagiũ maximæ deuotionis S. Thomæ erga B. Virginẽ Mariam.

In tertia parte, de eius pueritia.

CVm puer Thomas iam quinque annos in ætate haberet, pater, & mater miſerunt ipſum cum nutrice, & bona ſocietate ad Monaſterium montis Caſſini, vt ibi in moribus inſtrueretur, & in ſacris literis erudiretur. Nam in partibus illis talis conſuetudo erat, vt filij nobilium mitterentur ad illud Monaſterium, vt in moribus, & in ſacris literis erudirẽtur: cum autẽ Beato Thomæ datus eſſet Magiſter, qui ipſum in moribus, & in literis inſtrueret, ipſe puer Thomas in tali pueritia tria commendabilia fecit. Primũ quia ſic puer cępit ſollicitè quęrere à Magiſtro, quid eſſet Deus, & cępit oſtendere, quomodo deſiderabat cognoſcere Deum; & iſtud erat iudicium, quomodo poſtmodum debebat Deum cognoſcere, & diligere, & de ipſo multa docere. Secundum quod fecit exiſtens puer fuit, quia ſocietatem aliorum puerorum nobilium, qui ibi nutriebantur, ſic ipſe fugiebat, & lectionem ſibi datam à Magiſtro ſollicitè ſtudebat, & addiſcebat, & pluries in die, ſic puer exiſtens deuotè in die, & in nocte orabat: non enim erat loquax ſicut alij pueri, ſed mirabiliter taciturnus, & quietus. Tertium quod fecit exiſtens puer fuit, quia cum iam eſſet octo, vel nouem annorũ, vel circa hoc, & haberet nobiliſſimum ingenium ſuper omnes alios pueros, & daret ſe ſtudio continuè; Abbas Monaſterij conſuluit patri ſuo, ſcilicet domino Landulpho, quòd mitteret eum Neapolim, vt ibi ſcientias addiſceret: pater autem Beati Thomæ audiens quomodo filius ad ſcientiam diſpoſitus erat, miſit ipſum Neapolim ad magiſtrum Martinum, qui pueros in Grammatica docebat: cũ autem inſtructus eſſet in Grammaticalibus, poſtea in Logicalibus, & in Naturalibus magiſtrum Petrum de Ybernia habuit in cuius ſcola ſic notabiliter didicit, & ibi ingenium ſuum nobiliſſimum manifeſtauit, ꝙ omnes in admirationẽ ducebat. Nã lectiones quas à magiſtro audierat, profundius, & clarius dicebat, quam dixiſſet magiſter. Et ſic fama eius per oẽs ſcolas, & per Neapolim volauit.

Ingenium fœliciſſimũ S. Thomæ à pueritia vſq.

Quarta

Quarta Pars, quomodo intrauit Ordinem.

CVm autem venerabilis puer Thomas à famulis, quos dederat Pater portaretur per ſcolas, ſicut quoddam mirabile, & in diſputationibus, quaſi ſupra modum humanum ſe haberet in arguendo, & reſpondendo: ita quòd omnes aduceret in ſtuporem. Ipſe conſiderans, quòd ingenium ſibi datum à Deo poſſet melius augmentare ad honorem Dei, & de ipſo ſeruire Deo ſi Ordinẽ Fratrum Prędicatorum intraret vbi ſtudium vigebat cępit ire ad audiendum ſermones, qui fiebãt in domo Fratrum Prædicatorum de Neapoli, vbi Frater Ioannes de Santo Iuliano fama, & opinione clarus, tunc temporis Prior erat: videns Prior dictum puerum, de cuius ingenio, & ſcientia omnes loquebantur, valde gauiſus eſt, & cępit eum ad introitum Ordinis inducere: qui cum reſpondiſſet ſe hoc valde deſiderare: Prior perpendens, quòd Deus ad ſuum Ordinem vocabat, ipſum cum magna lætitia Fratrum ad Ordinem recepit habentem in ætate circa 14. annos: & ſic prophetia de ipſo antequã naſceretur prophetata, ſcilicet ꝙ eſſet Frater Prædicator, & magnum lumen in Eccleſia Dei cœpit ad complementum venire. Cum autem habitum Ordinis Fratrum Prædicatorum recepiſſet, multi nobiles de Ciuitate Neapoli admirati ſunt, quòd tam nobilis iuuenis, derelicta domo paterna Ordinẽ paupertatis intrauit. Vaſſali quoque parentum ſuorum cum audiſſent iſta noua ad matrem Fratris Thomæ cum lachrymis venerunt. Nam Pater eius præcedenti anno mortuus erat, & cum fletu annunciauerunt quòd filius S. Thomas Ordinem Fratrum Prædicatorum intrauerat: illa autem ſtatim aſſumpta honorabili ſocietate, recordans de prophetia, quæ de eo fuerat prophetata, cũ gaudio venit Neapolim, volens filium videre, & in Ordinem confirmare: Fratres audientes aduentum eius, & ignorantes bonũ affectum ſuum, cœperunt præcioſum theſaurum eis traditum diligentiſſimè cuſtodire, timentes matrem, ne per aliquem modum ipſum de Ordine extraheret, miſerunt eum cum decenti ſocietate Fratrum Teracenam, & inde Ananiam, & poſtea Romam ad Conuentum Sanctæ Sabinæ. Mater eius audiens, quòd fratres miſerunt filium Romam plus adhuc accenſa deſiderio ipſum videndi, vſque Romam iuit: rogans fratres, vt ſibi filium oſtenderet, & promittens, ꝙ ipſum in Ordine confirmare volebat: fratres non credentes, ſed de ea dubitantes eius præcibus nullo modo acquieſcere voluerũt, ſed ordinauerunt ipſum mittere occultè Pariſius cum bona ſocietate fratrum, & ipſum occultè de Roma miſerunt: Mater verò videns iſta, & quòd ſibi credere nolebant, & quòd filius ſuus Pariſius ducebant, turbata valde, mandauit per nuncium ſpecialem duobus filijs ſuis, qui erant cum Federico Imperatore in Caſtro Aquæpendentis, Tuſciæ regionis, quòd ſi volebant habere ſuam benedictionem, quòd Thomam filium ſuũ fratrem ipſorum, quem Fratres Prædicatores receperant, & de Regno fugabant, raperent, & ipſum ſub bona cuſtodia tranſmitterent: Illi volentes implere mandatum matris coram Imperatore narrauerunt ea, quæ miſerat: & accepta licentia per vias, & ſtratas, miſerunt cuſtodias, & tandem ipſum inuenerunt cum quatuor fratribus iuxta quendam fontem quieſcentem: quem accipientes violenter, dimiſſis illis quatuor fratribus, & habitum auferre conati ſunt, qui fortiter tenens nullo modo permiſit ſe habitum expoliari: fratres ſui hoc videntes, ſcilicet Dominus Landulphus, & Dominus Raynaldus, ipſum cum bona cuſtodia miſerunt matri: mater autem ipſum recipiens cum gaudio, cum non poſſet eum inducere ad dimittendum habitum ipſum in Caſtro ſuo, quod dicebatur Rocha ſica, diligenter fecit eum cuſtodiri, vſque ad aduentum filiorum: Fratres verò Prædicatores expoliati tam precioſo theſauro coram Papa Innocentio Quarto quęrimoniam poſuerunt, quòd de mandato Imperatoris Frater Thomas violenter eſſet eis ablatus: Papa hoc audiens turbatus eſt, quòd in partibus illis vbi erat præſens fuiſſet commiſſus talis exceſſus; ſtatim mandauit Imperatori, quòd de raptoribus faceret iuſtitiam: qui ſtatim volens obedire Papæ cœpit germanos Fratris Thomæ, & mandauit Fratribus Prædicatoribus, quòd ſi vellent petere iuſtitiam de eis, venirent: Fratres timentes periculum, & ſcandalum noluerunt venire ad petendam iuſtitiam, & ſperabant Fratrem Thomam recuperare, cum audiſſent, quòd habitum nullo modo dimittere

Theſaurũ diuinitus ſibi datũ quomodo cuſtodiũt Fratres Ordinis.

Habitus ordinis quã ſit charus Diuo Thomæ.

Universidad de Deusto Biblioteca

volebat, licet eſſet ſic in carcere in quadam camera magna, & pulchra diligenter cuſtoditur.

Quatuor modis habuerunt, vt ipſum inducerent ad deſerendum habitum Ordinis Prædicatorum.

Primus modus fuit, quia miſerunt ei ſorores ſuas ad ſtandum ſecum ad hoc vt eum retraherent ab Ordine Fratrum Prædicatorum, & ad dimittendum habibitum eorum: ipſe autem ſorores ſuas ſacras litteras docuit: nam ibi in carcere perlegit totam Bibliam, & didicit mente textum ſententiarum, & compilauit etiam fallacias Ariſtotelis, etiam ſorores ſuas docuit; ſorores autem ſuæ non ſolum non potuerunt inducere ad habitum deponendum, ſed etiam cōuerſæ ſunt ab eo. Nam ſororem maiorem, quam fratres ſui ſpecialiter miſerant ad ſeducendum ipſum taliter conuertit monitionibus & exemplis, quòd ipſa mundum reliquit, & intrauit Monaſterium monialium Sanctæ Mariæ de Capua Ordinis Sancti Benedicti, vbi propter ſuam ſanctitatem, ſtatim fuit facta Abbatiſſa.

In carcere multa bona operatur S. Thomas.

Secundus modus, quem habuerunt fratres ſui ad ſeducendum eum, fuit cum blanditijs, & cum minis. Cęperunt enim ſibi valde blandiri, vt dimitteret habitum: videntes quòd non poterunt blanditijs, cęperunt ſibi minari: qui de blanditijs & minis parum curauit.

Poſtea habuerunt tertium modum, quia ſibi habitum fecerunt violenter de dorſo lacerari, vt præ verecundia dilaceratum dimitteret, & alium indueret, quem vellet. Ipſe verò habitum ſic dilaceratum rurſum induit, & nullo modo alium voluit induere & ſic in illo habitu dilacerato, cum magna deuotione, & cum magna humilitate cœpit ſtare: tantum deſiderium habebat ad Ordinem & ad habitum Fratrum Prædicatorum, quòd nec de corde, nec de ore, nec à corde poterat auferri.

Quartus modus habuerunt fratres ſui ad ſeducendum eum, vt dimitteret habitum, & voluntatem intrandi Ordinem Fratrum Prædicatorum fuit totus malitioſus, & pauci inuenirentur, qui ab iſto quarto modo ſe defenderēt. Ad ipſum ſolum exiſtentem in camera in qua dormiebat, & in qua tenebatur in cuſtodia miſerunt vnam puellam pulcherrimam ornatam meretricio habitu, quæ ipſum aſpectu, & tactu, & alijs modis quibus poſſet aliceret ad peccandum, quæ cum intraſſet, cœpit ipſum aſpicere, & tangere, & ad peccandum ſecum inducere: Sanctus autem iuuenis, qui corpus ſuum ſemper purum conſeruauerat, & ſemper ſub ratione tenuerat, cum ſentiret carnem ſuam ad libidinem inflammari de tali inflammatione cœpit dolere, & ſtatim currens ad caminum vbi fiebat ignis, cœpit vnum titionem, & percutiens illam meretricem cum titione expulit eam de camera cum indignatione magna, & ſtatim inflammatus furore feruore diuino iuit ad angulum cameræ, & ibi in pariete faciens ſignum Crucis cum illo titione, poſuit ſe in oratione, & ad terram proſtratus cum lachrymis orauit, & orando petiuit à Deo cingulū perpetuę virginitatis, & quòd ſicut ei dederat gratiam vincendi malitiam illius mulieris, ſic in perpetuum daret ſibi gratiam ſeruandi virginitatem. Cum oraret iſta cum lachrymis, ſubito dormire cœpit, & eo dormiente ecce duo Angeli venerunt ad eum & dixerunt ſibi, quòd Deus miſerat eos, & quòd Deus exaudierat orationē ſuam. Et cum hoc dixiſſent, acceperunt vnum cingulum, quem videbantur ſecum portaſſe, & cum illo cingulo cinxerūt ipſum dicentes. Ex parte Dei cingimus te cingulo perpetuæ caſtitatis, ſicut petiſti, & iſte cingulus nunquam in te diſſoluetur; quod haberi non poteſt humanæ virtutis, tibi conceditur ex dono diuinæ largitatis. Et Angeli dicentes iſta verba ſtrinxerunt eum ita fortiter illo cingulo, quòd ipſe in corde ſuo dolorem magnum ſentiens, ex nimio dolore cœpit fortiter clamare, & clamans excitatus eſt. Tunc illi de domo audientes clamorem eius, ſtatim cucurrerunt, & interrogauerunt, quare clamaſſet: at ille noluit illis reuelare, ſed ſeruauit ſecretum vſque prope mortem. In morte autem ad honorem, & ad ædificationem aliorum, iſtud ſecretum reuelauit ſocio ſuo, ſcilicet fratri Raynaldo. Vnde ex victoria quam habuit de illa puella meruit fieri ciuis cœleſtis, & meruit, quod Angeli mitterentur ad eum, & quòd cingerent ipſum cingulo caſtitatis, quam integrā, & perfectam ſeruauit vſque ad mortem, & ſui confeſſores teſtati ſunt: Mater autem ſua videns eius conſtantiam cœpit permit-

Pugnat, & expugnat libidinem.

Angeli Angelicū Doctorem cingulo virginitatis ſtringunt.

tere

tere, quòd fratres Prædicatores venirent ad viſitandum ipſum cum adhuc in carcere teneretur. Vnde prædictus Frater Ioannes de Sancto Iuliano, qui eum ad Ordinem receperat, ipſum in carcere viſitabat, & occultè Tunicas, & alias veſtes ei deferebat, vt habitum decenter haberet: cum autem ſteriſſet ferè per duos annos in illo Caſtro diligenter cuſtoditus, mater ſua videns, quòd Deus vellet complere in filio ſuo, quod per illum Eremitum fuerat prophetatum, & nolens impugnare prouidentia Dei, occultè miſit pro Fratribus, ne inculparetur à filijs, occultè permiſit, ꝙ per quādam feneſtram Caſtri per funem deponeretur; qui cum depoſitus fuiſſet per funem, Fratres ibi parati, & recepērūt ipſum, & cum gaudio maximo Neapolim deduxerunt. Et omnes Fratres ibi exiſtentes cęperunt exultare in Domino de tanto theſauro recuperato. Et inuenerūt, ꝙ tantum profecerat in ſcientia exiſtens in carcere, ſicut ſi fuiſſet in ſtudio cōtinuè generali.

Dimiſſus per ſportā (vt alter Apoſtolus) redditur ordini.

In quinta parte dicitur quomodo profecit ſub Fratre Alberto.

CVm Fratres recuperaſſent Fratrē Thomam cogitauerunt ꝙ periculum poſſet eſſe perdendi eum ſi remaneret in terra parentum ſuorum: & licet fratres ſui carnales iam ceſſaſſent, vel ceſſarent ab eius impugnatione, tamen miſerunt Romam ad Capitulum Generale, vt ibi de ſtudio generali prouideretur ſibi: Frater autem Ioannes Theutonicus tunc Magiſter Ordinis eum in ſuum filium recepit, & duxit eum ſecum Coloniā, vbi ſtudiū vigebat, ſub Fratre Alberto Theutonico in omni ſcientia famoſiſſimo. Cum autem Frater Thomas audiſſet Fratrem Albertum profunda, & ſubtilia legentem, & diſputantem, gauiſus eſt valde de eo, ꝙ inuenerat quod quærebat. Ad hoc autem ꝙ perfectè poſſet addiſcere ſapientiam, quam deſiderabat, cępit in ſtudio eſſe aſſiduus, in oratione deuotus, & mirabiliter taciturnus: vnde cum alijs nunquam loquebatur, ſed auditis lectionibus ſtatim currebat ad ſtudium: in ſcolis quoniam fiebant diſputationes, nil loquebatur: vnde pluribus annis ſtetit ſub Fratre Alberto, quod nullum argumentū fecit, nec lectionem, nec collationem aliquam, ſed omnia, quæ audiebat notabat, & in mente ruminabat, & ſic taciturnus magnā ſcientiam acquiſiuit, nullo hominum cognoſcente: & quia ſic taciturnus erat, omnes cęperunt eum appellare bouem mutum, ignorantes qualem mugitū in doctrina poſtmodum dare debebat. Cū ſic addiſceret taciturnus, accidit, ꝙ F. Albertus cępit legere librum de Diuinis nominibus, Frater autē Thomas cępit ipſum attētè audire: quidam ſtudens de melioribus cōpatiens F. Thomę, credens ipſum groſſum in ingenio, & ꝙ nil poſſet addiſcere, vocauit eum ad partē, & dixit, ꝙ offerebat ſe ad repetendū ſibi omni die lectionem Magiſtri: ipſe aūt ſicut humillimus acceptauit, & retulit ſibi gratias; ſtudens aūt ille in loco ſecreto, cum cępiſſet repetere, in repetendo defecit: Frater autem Thomas quaſi ab eo accepta licentia loquendi dixit: Cariſſime frater magiſter non ſic dixit. Et quomodo dixit? dixit ille. Recordaris tu? Dixit Frater Thomas recordor. Modo dicas lectionem dixit ille ſtudens. Tunc F. Thomas cępit repetere per ordinem ita diſtinctè, & ita clarè, & multa ſubtilia addere, quæ magiſter non dixerat, quod duxit illum ſtudentem in ſtuporem: tunc ſtudens ille admirans tantā ſcientiam ſic occultam; rogauit F. Thomam, quod ſibi vices rependeret, & ſibi repeteret omni die lectionem, & F. Thomas promiſit; tamē ſibi impoſuit, quod eſſet ſecretum; ſtudens videns tantam ſcientiam in iuuene, cogitauit, quod eſſet valde reprehenſibilis, niſi hoc manifeſtaret: vnde vocauit Magiſtrum ſtudentium, & dixit, quomodo in Fratre Thoma erat maxima ſcientia abſcondita, & quomodo melius & ſubtilius repeteret lectiones, quas magiſter legeret: tunc Magiſter ſtudentium non credens, & volens experiri de conſilio illius ſtudentis, abſcondit ſe iuxta locum vbi Frater Thomas repetebat: cum autem audiſſet eum loquentem, & exponentem ſubtilius quam F. Albertus, miratus eſt de tanta ſapientia. Et accedens ad F. Albertum dixit. Magiſter, ſcio vobis dicere noua mirabilia. Et quæ? reſpondit ille. Iſte quem vocamus bouem mutum habet tantam ſapientiam, quod ſtupor eſt audire, non credebam, niſi egomet probaſſem. Cū Magiſter hoc audiret gauiſus eſt. Accidit aūt in illis diebus, quod F. Albertus quandam quæſtionem diſputauerat; Frater Thomas poſt diſputationem iuit ad cellam ſuam, & ſcripſit totam determinationē pulcherrimè

Miranda, & imitanda taciturnitas.

in vno

Universidad de Deusto Biblioteca

in vno folio, & ibi adduxit argumenta pulcherrima, & ſubtiliſſima contra determinationem magiſtri; & ad rationes magiſtri modo ſubtiliſſimo reſpondit. Quidam autem ſtudens hora prandij cum Frater Thomas iuiſſet ad prandium inuenit prædictum folium iuxta oſtium cellæ Fratris Thomæ in parte interiori, & accipiens iuit ad Fratrem Albertum, qui legens miratus eſt. Et vocato Magiſtro ſtudentium præcepit ſibi, ꝙ diceret Fratri Thomæ, ꝙ pararet ſe in ſequenti die ad reſpondendum, & ꝙ excuſationem eius non acceptaret, & ſibi miſit vnam quæſtionem difficilem; Frater Thomas humiliter ſe excuſare cœpit. Ille autem ex parte magiſtri dixit, quòd omnino volebat quòd reſponderet. Tunc ille ex obedientia, & ex humilitate recipiens, ſtatim iuit ad orandũ ſe Deo recomendans. In craſtino autem die cum incepta eſſet diſputatio, Frater Thomas in reſpõſione ſua fecit vnam diſtinctionem pulcherrimam, per quam ſufficietiſſimè reſpondit ad quæſtionem, & ad argumenta. Tunc magiſter Albertus dixit: Frater Thomas non videris tenere locum reſpõdentis, ſed determinantis. Et ille, Magiſter non video ꝙ aliter poſſit bene reſponderi. Tunc magiſter Albertus fecit ſibi quatuor argumenta fortiſſima dicens, Modo reſponde per vnam diſtinctionem, & credidit ſibi cõcluſiſſe. Tunc Frater Thomas repetitis argumentis ſubtiliſſimè, & profundiſſimè reſpõdit; ita ꝙ Frater Albertus miratus dixit. Cariſſimi fratres nos vocamus iſtum bouẽ mutum, ſed adhuc talem mugitum dabit in doctrina, quòd totus mundus audiet. Vnde de doctrina ſua prophetauit tũc quomodo per totum mundum debebat ſpargi. Iuuenis.ſ. Frater Thomas ex recomẽdatione tanti Magiſtri non leuauit ſe in ſuperbiam, ſed ſolitã humilitatem, & modum viuendi tenuit, vt hactenus licet magiſter omnes quæſtiones difficiliores ſibi iniungeret. Poſt hoc autem Frater Albertus cœpit legere librum Ethicorum cum queſtionibus: quam lecturam Frater Thomas pulcherrimè & ſubtiliter redegit in ſcriptis.

Prophetia B. Alberti Magni de S. Thoma.

In ſexta parte oſtenditur, quomodo fuit Baccalaureus Pariſienſis.

POſtquam autem Frater Thomas multis annis ſtuduiſſet ſub Fratre Alberto, & creuiſſet multum in ſcientia, & vita; interea mortuo Magiſtro Ioanne Theutonico, Frater Ioannes Vercellenſis factus eſt magiſter Ordinis, & miſit Fratri Alberto, ꝙ deberet ſibi conſulere, & prouidere de Baccalario Pariſienſi, qui Frater Albertus ſcripſit Magiſtro Ordinis, ꝙ videbatur ſibi, quòd prouideret de Fratre Thoma de Aquino, cũ multũ eſſet ſufficiens in ſcientia, & vita: Magiſtro autem dubitante hoc facere, eo ꝙ nondũ haberet notitiã de gratijs Fratris Thomæ: Dominus Cardinalis Vgo, qui eius famam audierat per literas ſibi miſſas, perſuaſit Magiſtro, quod Fratrem Thomam ſecurè faceret Baccalarium Pariſienſem: qui per literas mãdauit dicto Fratri Thomę, ꝙ viſis literis trãſferre ſe deberet Pariſius, & ad legendũ ſententias ibidem ſe pararet. Frater autem Thomas ſemper humilia de ſe ſentiens, hãc promotionem renuiſſet, niſi quia ipſum oportuit magiſtri literis obedire: factus autem Baccalarius cum cępiſſet legere tantam gratiã infudit Deus in corde, & in labijs ſuis, quod ſua doctrina non videbatur humana, ſed diuina; ita quòd omnes etiam Magiſtros Pariſienſes etiam in doctrina excedebat, & ex claritate doctrinæ ſuæ plures ſcolares cęteris ad amorem ſcientiæ prouocauit. Mouebat.n. in ſuis lectionibus nouos articulos, & quendam modum nouum, & clarum inuenit determinandi quæſtiones, & nouas rationes adducebat: & tali modo legebat, ꝙ videbatur eſſe illuſtratus à Deo radijs luminis noui, & ſtatim cępit eſſe certi iudicij, ꝙ non dubitabat nouas opiniones docere, & ſcribere; quas Deus dignatus fuerat ſibi nouiter inſpirare: vnde in ſua Baccalaria cœpit ſcribere ſuper quatuor libros ſententiarum opus nouum intellectu profundum, & ad intelligendum apertum, & nouis articulis plenum, & ad determinationem articulorũ ſuorum cępit adducere ſcientias humanas quaſi ſicut ancillas ad ſeruiendam Theologiæ: & taliter adducebat, ꝙ ſcientiam philoſophorum in quæſtionibus Theologicis cõcordans philoſophiam cum Thologia, ꝙ videbatur ſcientias humanas funditus intelligere, & in ſapientia diuinorum videbatur ſummum gradum tenere. Cum autem legiſſet ſententias nobiliſſimè in ſcolis Magiſtrorum ſubtiliſſimè, & excellentiſſimè arguiſſet, & reſpondiſſet; ita quòd omnes in admiratione ducebat, venit tẽpus, quo Baccalarij

Doctrina è ſurſum probatur multis medijs, & modus docendi.

calarij Theologiæ fuerunt Cancelario Pariſienſi præſentati: Ille autem non ſeruato ordine conſueto licentiandi antiquiores Baccalarios, mandauit Priori Pariſienſi fratrum Prædicatorum, vt ex parte mandaret Fratri Thomæ, vt ad recipiendum Magiſteriũ in Theologia ſe pararet, & licet multi eſſent ſibi præferendi ratione temporis, tamen ſibi propter ſuam excellentiam volebat Magiſterium conferre: Frater autem Thomas ſe humiliter excuſans, propter defectum ſciẽtiæ, & ætatis aſſentire nolebat: Prior autem per præceptum obedientię ad recipiendum Magiſterium ipſum coegit. Qui humiliter onus impoſitum ſuſcipiens, iuit ad locum, vbi erat conſuetus orare, & proſtratus cum lachrymis orauit Dominum, vt ad ſuſcipiendũ, & ad exequendum Magiſterium dignaretur ſibi infundere ſcientiam & gratiam, & incępit Pſalmum illum: Saluũ me fac, quoniam defecit ſanctus, quoniam diminutę ſunt veritates à filijs hominum: Cum autem diu maneret in oratione lachrymãdo, ecce vnus nuncius de cęlo venit ad eum, & venit in habitu fratris Prædicatoris antiqui & Reuerendi, & dixit ei. Frater Thomas, quid Deum oras cum lachrymis? & Frater Thomas reſpondit, Quia impoſitum eſt mihi onus Magiſterij, ad quod ſcientia mea non ſufficit. Erat.n. tantæ humilitatis, quod non reputabat ſe ad hoc ſufficientem: & adiecit adhuc Frater Thomas. Cogito dixit ipſe, quid debeam proponere pro meo principio, & mihi non occurrit. Cui dixit ſenex. Exauditus es. Suſcipe onus Magiſterij ſecurè, quia Deus tecum eſt. Et pro tuo principio propones hoc, Rigans montes de ſuperioribus tuis, de fructu operum tuorum ſatiabitur terra: quo dicto diſparuit, & redijt in cęlum vnde venerat. Tunc Frater Thomas totus lætus, totus conſolatus, totus ſecurus remanſit, & cũ magna deuotione, & ſecuritate Magiſteriũ ſuſcepit; (nondum enim erat xxv. annorum quando fuit licentiatus.) Et ſicut ille nuncius cęleſtis dixerat in principio ſui Magiſterij accepit pro Themate illum verſum: Rigans montes, &c. Et iſtud principium fuit ſibi conuenientiſſimum: quia ita fuit illuminatus à Deo, & ab Angelis in ſuo Magiſterio, quòd totam eccleſiam ſatiauit, & illuminauit per doctrinam ſuam plus alijs Doctoribus nouis. Cum autem factus eſſet Magiſter, & cępit legere, & diſputare, tanta multitudo ſcolarium eius ſcolas intrabat, quòd vix locum ſcolarum capere poterat: ſub doctrina autem eius lucida, & aperta, facti ſunt plures Magiſtri religioſi, & ſeculares propter modum docendi, quem habebat compendioſum, facilem, & apertum, qui modus pro eo fuit inſolitus, creditur quòd à Deo fuit ſibi inſpiratus, ſimul cum eius ſcientia.

Thoma à Deo miſſum pro Magiſterio S. Thomæ, de ipſoque verificatum.

Quomodo in ſeptima parte oſtenditur, quod habuit ſcientiam per inſpirationem Diuinam.

SI conſideremus ea quæ fecit, & quæ ſibi apparuerunt, poſſumus dicere, quod quatuor oſtendunt ipſum habuiſſe ſcientiam per inſpirationem diuinam.

Primum eſt in dubijs deuota oratio.

Secundum eſt raptus, & mentis eleuatio.

Tertium eſt ſanctorum ad manifeſtandũ ſibi multas virtutes multiplicis apparitio.

Quartum eſt in ſcribendo libros ſuos vigilando, & dormiendo mirabilis delectatio.

Primum igitur quod oſtendit, quòd habuit ſcientiam per diuinam inſpirationem, fuit in rebus dubijs deuota oratio: & hoc manifeſtauit Frater Raynaldus ſocius ſuus: vnde cum prædictus Frater Raynaldus rediſſet de Monaſterio Foſſæ nouæ.ſ. poſt ſepulturam Fratris Thomæ, & veniſſet Neapolim, & lectiones ſuas reſſumpſiſſet, cum eſſet ibi lector dixit in ſcolis audientibus omnibus fratribus cum magno fletu dixit, Fratres, ego à Magiſtro meo prohibitus in vita ſua, ne reuelarem miranda, quæ de ipſo videram; inter quę fuit, ꝙ ſcientia, quam habuit miranda, præ alijs non humano ingenio, ſed orationis merito acquiſiuit. Nam quandocunq; voluit ſtudere, diſputare, legere, ſcribere, vel dictare, prius ad ſecretum locum orationis accedebat, & cum lachrymis orabat, vt de rebus ſibi dubijs in ſciẽtia Deus dignaretur ſibi oſtendere virtutem, & merito orationis ſuæ, ſic ſtatim illuminabatur in intellectu, ꝙ ea quæ ſibi dubia erant ante orationem, facta oratione ſtatim fiebãt ſibi clara, aperta, & certa, & ibi anima ſua de dubijs pleniſſime docebatur. Vnde cum aliquod eſſet ſibi dubiũ diuino miraculo inueniebat apertum. Iſta retulit ſocius ſuus: nam hoc ſibi in ſecreto reuelauit.

Quantum valeat oratio crebra ſtudentibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundum quod oſtendit eius fuiſſe à Deo, fuit raptus, quem ſæpe habebat: & de hoc dicam duo exempla. Primum fuit, quia tempore quo ſcribebat Pariſius opus ſummæ Theologię, Sanctus Ludouicus Rex Franciæ miſit ipſum inuitando, vt placeret ſibi ire ſecum ad prandium; qui cum ſe humiliter excuſaret propter opus, quod tunc dictabat: Rex mandauit Priori Pariſienſi, quòd ipſum abſque excuſatione ſecum ducere deberet. Tunc Prior dixit ſibi, quod propter mandatum Regis, & propter meritum obedientiæ volebat, quod omnino ad prandium cum Rege Franciæ ſecum ire deberet, qui humiliter obediens dimiſſo ſtudio ſuo cum illa imaginatione ſua, quam manens in cella conceperat, iuit ad Regem; iuxta quem exiſtens in mẽſa ſubito diuinitus inſpirata ſibi quadam veritate fidei menſam percuſſit, & dixit. Modo concluſum eſt cõtra hæreſim Manichei;

Nota duas mirabiles mentis Thomiſticæ eleuationes circa ſtudiũ.

quem Prior tetigit, & dixit: Auertatis Magiſter quia nunc eſtis in menſa Regis Franciæ, & traxit illum per cappam fortiter, vt abſtractum à ſenſibus excitaret: qui quaſi ad ſenſum rediens, inclinãs ſe ad ſanctum Regem rogauit vt ei parceret, qd ſic diſtractus fuiſſet in menſa Regia. Rex autem admiratus fuit, & ædificatus: & de hoc fuit ſpecialiter ædificatus: quia cum F. Thomas eſſet nobilis, & talis inuitatio Regis Franciæ, & tale prandium debuiſſet eum delectare; tamen eleuatio mentis ſuæ fuit fortior, quam conſolatio de tali prãdio, & fuit ſic fortis, quòd nec ſocietas Regis, nec prandium delicatum potuerunt ſenſus ſuos in aliquo immutare. Vnde Rex ſtatim fecit vocare ſcriptorem ſuum, & voluit quod coram ſe ſcriberet illud, quod F. Thomas in illa eleuatione mentis habuerat. Secundum exemplum de eleuatione mentis ſuæ fuit: quia cum quidã Cardinalis eſſet Legatus in Regno, & de F. Thoma audiſſet miranda, voluit ipſum videre, & habuit Archiepiſcopum Capuanum, qui fuerat diſcipulus F. Thomæ, & dixit ſibi, quod deberet ordinare ſic, quod poſſet habere F. Thomam & familiare coloquium: tunc ambo venientes ad domum Fratrum Prædicatorum fecerũt vocare F. Thomam; ipſe autem de ſtudio deſcendens, & tamen in ſua abſtractione manens, venit ad eos: & cum eſſet in medio eorum ſic eleuatus in mente, & abſtractus à ſenſibus, vt erat in camera nil loquebatur: & cum Cardinalis, & Archiepiſcopus diu expectaſſent, quod aliquid eis diceret, & ipſe taceret, tandem Frater Thomas ſubito oſtendit faciem hilarem, indicantem lætitiam mentis, & dixit. Modo habeo quod quærebam: cum autẽ nullum ſignum reuerentiæ ad eos oſtenderet, Cardinalis cępit eum deſpicere, quod videbat ſic manere: cui dixit Archiepiſcopus, Domine non miremini, quia frequenter abſtractus, vt cum quibuſcunq; perſonis ſit non loquatur: & tunc traxit eum fortiter per cappam, qui quaſi de ſomno contemplationis euigilans, & aduertens ſe eſſe in medio tantorum Prælatorum, inclinauit ſe reuerenter ad Cardinalem, quod abſtractus diu non feciſſet eis reuerentiam. Interrogatus autem cur in illa abſtractione ſic lætam faciem oſtendiſſet. Reſpondit: De quadam quæſtione ſuper quam diu cogitauerã, nunc pulchram rationem inueni; de qua exterior lætitia quam oſtendi manifeſtauit gaudium animi. Et ſicut multotiens apparuit, tanta erat abſtractio eius, quod quãdo erat abſtractus non ſentiebat aliquod læſiuum corporale. Vnde ſemel de conſilio medicorum, cum deberet ſibi fieri cautherium in tibia dixit ſocio, quod quãdo veniret ille qui debebat apponere ignem in tibia ſua, quod ſibi prædiceret. Cum autem ille veniſſet, Frater Thomas parauit ſe in lecto extendens tibiam ſuam vbi debebat fieri cautherium, & ſtatim poſuit ſe ad cogitandum, ſubito fuit ſic abſtractus, quod nihil ſenſit, quando fuit cautherizatus: & quandocunq; debebat fieri minutionem antequam percuteret in vena ponebat ſe ad conſiderandum aliquam veritatẽ, & de percuſſura minutionis nihil percipiebat: erat enim miro modo paſſibilis in corpore, & Deus miraculosè ſibi conceſſit, quod ſic abſtraheretur, quando vellet, vt læſiuum corporis non ſentiret. Vnde cum ſemel eſſet in camera ſua, & faceret tractatum de Trinitate, accepta vna candella in manu dixit ſcriptori ſuo; quicquid videas in me, caue vt non me voces.

Nota vt ſupra.

Et cum eſſet in contemplatione, candella combuſta eſt vſque ad digitos; & cum flamma candellæ eſſet in digitis, & combureret eos, nihil ſenſit, ſed ſic tenuit eam donec defecit.

Tertium, ꝙ oſtẽdit ipſum habuiſſe ſcientiam infuſam, fuit multiplex apparitio ſanctorum, qui apparuerunt ſibi, & multa reuelauerunt. Apparuit ſibi Chriſtus, B. Virgo, Petrus, & Paulus. Primo Chriſtus, vnde ſemel cũ Magiſtri Pariſienſes diſputaſſent de corpore Chriſti. ſ. de quantitate, & alijs accidentibus, quæ ſunt ibi, quomodo poſſet ſtare ſine ſubiecto, & diuerſæ rationes adinueniſſent, quæ non bene eis ſatisfaciebant, oẽs

Quam mirabilis æſtimationis eſſet apud totã vniuerſitatẽ ſtudij Pariſiẽſis.

in hanc ſententiã conuenerunt, vt quicquid Frater Thomas de hoc finaliter diffiniret, hoc ab oĩbus teneretur, & verum, & conſonum, ſic illud, ꝙ Deus dignatus eſt infundere, in ſcripris poſuit, & quaternũ in quo prędicta ſcripſerat portauit ſuper altare, & eleuatis ad Crucifixum manibus, ſic orauit. Domine Ieſu Chriſte, qui hoc ſacramento mirabili veraciter contineris vt res, & mirabiliter operaris, vt artifex in quo te quæro intelligere, & te veraciter edocere; rogo ſuppliciter, vt ſi ex te, & de te ſunt vera, quæ ſcripſi, ꝙ non ſit fidei tuæ conſonum, & huius ſacramenti miſterijs alienũ impedias, ne poſſim proponere, quæ videntur à fide Catholica deuiare. Cum autem talia oraret, quidam Fratres qui venerant cum ſocio ſuo ad

Chriſtus confirmat doctrinã de corpore ſuo à Sancto Thoma ſcriptam.

obſeruandum eum, ſubito viderunt Chriſtum, ante ipſum ſuper quaternum, quem ſcripſerat, ſtantem; & ipſi Fratri Thomæ dicentem: Bene de hoc mei corporis ſacramento ſcripſiſti, & de quęſtione tibi propoſita bene & veraciter determinaſti, ſicut in via ab homine poteſt intelligi, & humanitus diffiniri. Cum autem Chriſtus ſic loqueretur cum Fratre Thoma, ipſe Thomas delectatus de tali viſione, & locutione, ſubito eleuatus eſt in aere per vnum cubitum, ſicut viderunt omnes, qui ibi aderant. Cum autem ſic ſtaret eleuatus, & Chriſtus ſibi loqueretur, aliqui de ijs, qui videbant hoc mirabile, ſtatim vocauerunt Priorem, & plures alios ad videndum hoc miraculum; qui venientes, & videntes prędictum mirabilem viſionem, poſtmodum pluribus alijs retulerunt: inter quos Frater Martinus Seola de Prouincia Hiſpaniæ vir magnæ deuotionis, & famæ, audiuit à Fratre, qui viderat prędictam viſionem mirabilem. Frater autem Thomas certificatus de his, quæ ſcripſerat de Corpore Chriſti, & poſtea tam lętanter, & tam lucide ea quæ ſcripſerat coram vniuerſitate propoſuit, quòd recte bene apparebat, quòd Chriſtus ipſum illuminaſſet, & ſibi prædicta reuelaſſet. Item prędicto Doctori Fratri Thomæ apparuit Beata Virgo, quæ ipſum de ſcientia, & vita certificauit, ſicut ipſemet reuelauit prędicto Fratri Raynaldo ſocio ſuo, quando moriebatur, volens eum de ſua morte conſolari: vnde ſicut manifeſtauit ſocio ſuo ei ſemel orãti, Beata Virgo ei apparuit, & dixit ſibi tria.

B. Virgo mater Dei approbat ſcientiam & vitam S. Thomæ.

Primum fuit quia dixit ſibi, Frater Thoma eſto ſecurus & certus de ſcientia, & vita tua, quia ſunt vera, & placent filio meo.

Secundum quod dixit, fuit, quia dixit. Manifeſto tibi quia quicquid deliberate per me à Deo petiſti, obtinuiſti: Frater Thomas cum eſſet vnctus rogauit Beatam Virginem, quòd impetraret à filio ſuo virginitatẽ perpetuam, & ſcientiam ad ſuum honorem: & B. Virgo hæc duo impetrauit à filio ſuo. ſ. virginitatem, & ſcientiam mirabilem quam habuit.

Tertium fuit, quia dixit, quod non mutaret ſtatum Ordinis ſui propter aliquam dignitatem, ſicut frequenter orauerat Deum. Item Beatus Petrus Apoſtolus, & Beatus Paulus ſibi oranti quadam nocte apparuerunt, & miſſi à Deo, quendam teſtum Iſaiæ difficilem expoſuerunt: nam cum Frater Thomas faceret quoddam opus ſuper Iſaiam, cũ veniſſet ad quendam paſſum difficilẽ, quem non poterat intelligere bene ſecundum literalem ſenſum: non enim occurrebat ſibi aliqua expoſitio literalis, quæ ſibi ſatisfaceret: tunc videns ꝙ ſuo ingenio hoc non poterat intelligere, ſtatim poſuit ſe ad ieiunandum, & orandum. Cum autem aliquibus diebus ieiunaſſet, & omni die oraſſet Deum, quòd prædictum teſtum deberet ſibi reuelare, & rogaſſet Beatum Petrũ, & Beatum Paulum, quos in ſpeciali deuotione habebat, ꝙ deberent ſibi impetrare à Deo intellectum illius teſtus: Ecce quadam nocte, orante eo in camera ſua venerunt ad eum dicti Apoſtoli, & cęperunt cum eo loqui, & ſibi prędictum textum exponere.

Beati Petrus & Paulus ſunt magiſtri S. Thomæ.

Cum autem ſic cum eis loqueretur, ſocius ſuus, qui in alio loco ibi prope iacebat fuit excitatus, & audiuit, ꝙ Frater Thomas loquebatur cũ quibuſdam. Nam Frater Thomas interrogabat, & ipſi reſpondebant. Cum autem diu expectaſſet, & attenderet ſi cognoſceret, de quo eſſet locu-

Universidad de Deusto Biblioteca

tio, & qui eſſent, qui loquerentur cum eo, & nihil horũ cognoſceret; finita locutione, ſtatim F. Thomas vocauit ſociũ ſuũ dicens, fili Frater Raynalde ſurge, & accende candelã, & accipe quaternum quẽ inſcripſeras ſuper Iſaiam, & para te ad ſcribendum: qui cum dum ſcripſiſſet ea, quę Frater Thomas dicabat poſt aliquam horam dixit ei: Vade fili ad quieſcendũ, quia adhuc ſatis eſt de tempore in quo potes quieſcere. Tunc Frater Raynaldus proijciens ſe ad pedes eius cũ lachrymis dixit: Pater non ſurgam de loco iſto, niſi mihi dixeris, cum quibus modò locutus fuiſti, & de quo. Cui reſpondit: Fili non eſt tibi hoc neceſſarium ſcire. At ille corã eo plangens adiurauit ipſum per nomen Dei, ꝙ deberet hoc ſibi reuelare. Tũc Frater Thomas prorumpens in lachrymas dixit: Fili vidiſti quomodo me afflixi his diebus propter dubium, quod habebam de tali textu, quẽ modo expoſui, & id quod quærebam à Deo cũ lachrymis impetraui. Nam Deus per ſuã miſericordiam miſit ad me Beatos Apoſtolos Petrum & Paulum, per quos ipſum rogaueram, quę omnia pleniſſime docuerunt. Sed ex parte Dei præcipio tibi, vt hoc in vita mea nulli audeas reuelare.

Quartum ꝙ oſtendit Fratrem Thomã habuiſſe mirabilem ſcientiam à Deo, eſt modus, quem habuit in dictando libros ſuos. Nam ſicut per reuelationem ſui ſocij, & aliquorum ſtudentium ſuorum eſt habitũ prędictus Doctor de diuerſis materijs tribus ſcriptoribus, & aliquando quatuor in ſua camera eodem tẽpore ſpiritu reuelante dictabat; vt videretur Deus, ſimul eius intellectui diuerſas veritates infundere, quas ſimul poſſet nõ abſq; miraculo manifeſto dictare, vbi non videretur Doctor mirabilis ignota perquirere, ſed quaſi in eius memoria collecta reuelare. Vnde quidam ſcriptor ſuus Britto retulit, ꝙ poſtquã dictauerat ſibi, & duobus alijs ſcriptoribus quos habebat, tanquã feſſus præ labore dictandi, ponebat ſe ad dormiendũ, & dormiẽdo dictabat, de cuius ore dormientis, ea quæ prædictus ſcriptor audiebat, redigebat in ſcriptis continuando materiam de qua ante ſcripſerat, quando dictabat vigilando. Vnde propter amplã ſcientiã, & profundam, quã Deus dederat intellectui ſuo, ipſe ſcripſit magnã multitudinẽ librorũ in paruo tẽpore; & ita illuminauit Theologiã in libris ſuis, ꝙ nunquam ante fuerat ab aliquo ſic clare manifeſtata.

In dictando ſuos libros miraculoſus eſt S. Thomas

Et licet prædictus Doctor continuè libros dictaret; tamen vnam lectionem omni die de collationibus Patrum legebat. Et interrogatus cur hoc faceret. Reſpondit: Ego in hac lectione deuotionẽ colligo, ex qua facilius poſtea ad ſpeculandum cõſurgo; & ex illa deuotione mereor, ꝙ intellectus meus poſſit eleuari ad cõtemplandum altiora. Vnde creditur, ꝙ Frater Thomas non ſit minor in gloria alijs Doctoribus magnis, cũ non fuerit minor in ſanctitate vitæ, & ſcientiæ, vel in doctrina, ſicut Fratri Alberto de Brixia mõſtratum eſt. Nã ipſi Fratri Alberto Brixienſi vigilãti, & oranti monſtratũ eſt, ꝙ B. Auguſt. & ipſe erant pares in gloria, licet B. Aug. Pontificali inſula præcederet Thomam, & S. Tho. ſupra Aug. polleret virginitate: quam viſionem apertã prædictus Frater Albertus adiuratus compulſus eſt reuelare, cũ ſæpe fuiſſet auditus dicere Fratrem Tho. eſſe magnum in gloria.

Viſionem hanc vide infra clarius poſt mortẽ ſancti.

Octaua parte, quomodo Deus oſtendit eum eſſe Sanctiſſimum.

SI conſideremus vitam ſuã inuenimus, ꝙ Deus ſtantẽ in oratione ſæpe de terra in aerem eum eleuabat, infirmitates per eũ curabat, & alia mirabilia faciebat; animas, quæ ſunt in vita æterna ad manifeſtandum ſtatũ ſuum mittebat, humilitatem, & charitatem ei perfectiſſimè infundebat.

Primo videamus quomodo Deus ipſum à terra eleuabat. Et quantum ad hoc ſciendũ eſt, ꝙ orãte Fratre Thoma prius viſus eſt eleuari à terra in aere, ſicut ſi habuiſſet corpus glorioſum: vnde cũ eſſet Salerni in Conuentu Fratrũ, & iuiſſet ad orandũ corã altari maiori: Frater Raynaldus ſocius ſuus, & Frater Iacobus gratia eximij iuerunt poſt eũ ad obſeruandũ quomodo orabat, & viderũt eũ ſtantẽ in oratione, & eleuatũ à terra duobus cubitis. Iterũ cũ eſſet Neapoli vnus ſanctus Frater, qui dicebatur Frater Dñicus, vidit eũ in Capella B. Nicolai, in domo Fratrũ Prædicatorũ ſtantẽ in oratione de nocte, & eleuatum in aere per duos cubitos. Mens etiã ſua ſæpe eleuabatur cũ Miſſam diceret, quã deuotiſſimè dicebat: vnde cũ ſolus in Conuentu Neapolitano in die Dominicæ paſſionis multis militibus aſtantibus Miſſam deuotiſſimam celebraret, ſubito abſortus eſt cũ magna inundatione lachrymarũ. Ecce autẽ diu

Quam deuotiſſimus in Miſſa celebranda.

ſic

ſic manente eleuato mirati Fratres tetigerũt ipſum, & excitauerunt eũ ab illo raptu, dicentes, vt in Miſſa procederet: omnes autẽ ibi in Miſſa exiſtentes perpenderũt, ꝙ raptus erat ad videndum mirabilia. Vnde poſt Miſſam aliqui fratres, & milites ſibi familiares rogauerunt ipſum, ꝙ ad ædificationem dignaretur dicere quid vidiſſet in illo raptu; qui noluit, ſed occultauit, ne perderet ſibi reuelata. Item per eum Deus plures infirmitates curauit adhuc viuum exiſtẽtem, & alia mirabilia fecit. Nam cum ſemel in die veneris Sancti prædicaſſet Romæ in Eccleſia S. Petri, & populum ad fletum prouocaſſet: & induxiſſet populum, vt ibidem veniret in Paſcate ad gaudendum cum Beata Virgine de Reſurrectione filij, cum prædicaſſet ibidem de Reſurrectione populo maximo completa prædicatione cum deſcendiſſet de pulpito, quædam mulier quæ fluxum ſanguinis pluribus annis paſſa fuerat, nec curari poterat, tetigit fimbriam cappæ eius, & ſtatim ſenſit ſe curatã, & ſequens eũ ad locũ S. Sabinæ cũ nõ poſſet ſibi loqui, narrauit hoc ſocio ſuo.

Viuus claruit miraculis, magnis, & multis.

Item cum ſocius Beati Thomę haberet febrem continuam, ipſe venit ad viſitandum eum & cum oraſſet ſuper eum, ſtatim infirmus reſedit ſuper lectum, & curatus eſt.

Item cum Sanctus Thomas in Conuentu Neapolitano iaceret in camera ſua debilis, & vnus iuuenis frater ſeruitoris ſui cuſtodiret cameram ſolus, ſubito vidit ille iuuenis vnã ſtella magnã ſplendentẽ intrantẽ per feneſtrã cameræ, & ſtantẽ ſuper caput eius, quæ poſtea receſſit paulatim vnde venerat.

Item Diabolus in forma ethiopis pluries iuit ad cameram ſuam ad temptãdum eum. Sanctus autem Thomas quando veniebat Diabolus faciebat ſignum crucis & clamans ſuper eum ipſum fugabat.

Item quadam vice erat in campania, in Caſtro cuiuſdam neptis ſuæ, quæ vocabatur domina Franciſca, infirmus, cũ autem perdidiſſet totaliter appetitum comedendi, & medicus diceret ſi aliquid deſideraret. Reſpondit ſi haberet de alletijs, quæ comederat in Francia libenter comederet: medicus licet non ſperaret inuenire tales piſces, quia nunquam in partibus illis viſi fuerãt, iuit ad plateam caſtri, vt inueniret ſaltem alios conſimiles, & inuenit ibi vnum qui portabat vnam ſomam de ſadernis recentibus de Teracina, & faciens eam deponi, omnes ſardenæ quæ erant in vna de illis ceſtis, ſubito conuerſæ ſunt in aletias. Medicus gaudens, & ille portitor admirans, quia ibi ſardenas poſuerat, ſtatim de precio concordauerunt, & fuerũt portati illi piſces S. Thomæ, qui gratias agens Deo de tali miraculo noluit comedere, ſed diuinæ prouidentiæ ſe commiſit. Medicus autem, & multi alij de illis piſcibus, manducauerunt, qui delicatiſſimi, & ſapidiſſimi fuerũt.

Item animas quæ erant in cęlo ad manifeſtandum ſtatum ſuũ ſibi mittebãtur. Vnde cum ſemel, eſſet Neapolim in Eccleſia Fratrum ad orandum, apparuit ei Frater Romanus Magiſter in Theologia, quem dimiſerat Pariſius legentem, putans autem ipſum vita mortali viuere cum gaudio ſuſcepit eũ dicens. Beneueneritis frater Romane. Et ille reſpondit. Non venio de regione mortalium, ſed viuorum. Ego de hac vita tranſiui, & cõceſſum eſt mihi pro tuo merito tibi apparere. Tunc S. Thomas, ſeipſum confortãs dixit. Ex quo hoc Deo placet: ex parte eius te adiuro vt reſpõdeas. Quæro de me, ſi opera mea placent Deo. Cui ille. Tu es in bonu ſtatu & opera tua placent Deo. Tunc intulit. Quid eſt de te? & ille. Ego ſum in Paradiſo; & fui in Purgatorio 15. diebus propter negligentiam expediendi quoddã teſtamentũ, quod mihi dimiſerat Epiſcopus Pariſienſis, & non feci ſic cito. Tunc addidit. Quid eſt de illa quęſtione, quam ſæpe diſputauimus? Vtrum habitus ſcientiarum hic acquiſiti maneant in patria. Et ille, video Deum: de hoc nihil aliud petatis. Et Frater Thomas vides eum ſine ſpecie? Et ille reſpondit, ſicut audiuimus, ſic vidimus in Ciuitate Domini virtutum. Et ſic diſparuit. Et B. Thomas conſolatus de tali viſione.

Teſtis alius de cęlo, ꝙ opera S. Thomæ placẽt Deo.

Item Deus ſibi humilitatem, charitatẽ, & alias virtutes perfectiſſime infundebat. Fuit enim B. Thomas humillimus, & quãtum ad ſuam reputationem, & quantum ad ſuã conuerſationem. Didicerat. n. à Chriſto dicente Apoſtolis. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde: licet. n. eſſet tantæ nobilitatis, tantæ ſcientiæ, & tantæ reputationis apud alios, tamen in omnibus ſe humiliabat, cum oportunitas occurrebat. Vnde cum quadam vice tranſiret per Bononiam, & in Conuentu Fratrum aliquibus diebus moratus fuiſſet, contigit ꝙ quadam die ipſe B. Thomas

iret

Universidad de Deusto Biblioteca

Obediētia humilitate plena, in admirationem trahens.

iret per clauſtrum contemplatiuus: cum autem ſic iret: quidam frater alterius Conuentus, qui eum non nouerat, accepit licentiam à Priore, ꝙ cum primo fratre qui ſibi occurreret, poſſet ire in Ciuitatem ad ſua negocia peragenda: cum autem quęreret ſocium, caſu primo occurrit, ſibi B. Thomas. Et accedēs ad eum dixit. Bone frater, Prior mandat, ꝙ veniatis mecū: B. autem Thomas ſtatim inclinans caput, ſecutus eſt eum: poſt quem cū non poſſet ſic feſtinanter incedere, frequēter argutus à ſocio, ſe humiliter excuſabat. Ciues verò, qui nouerant prædictum Doctorē admirati, ꝙ tantus Doctor poſt fratrem paruæ conditionis incederet; de quo erat magis dignum, ꝙ ipſe præiret. Dixerunt illi fratri qui præcedebat. Frater eatis plane: ſcitis vos quis ſit iſte qui ſequitur vos? Et ille reſpōdit, Neſcio, niſi quia credo, ꝙ ſit quidam hoſpes. Et illi. Iſte eſt Frater Thomas de Aquino maior Doctor mundi: quomodo præceditis eum? & ſtatim fecerunt ei magnam reuerentiam: Frater autem conuerſus ad B. Thomam petiuit veniam, vt eius ignorantiæ parceret. Illi autem nobiles qui cognoſcebant eum dixerunt ei. Magiſter quomodo eſt hoc, ꝙ fratrē iſtum ſequebamini? non decet ſtatum veſtrum. Quibus reſpondit. Omnis religio perficitur in humili obedientia, qua homo homini propter Deum ſe ſubiecit: ſicut Deus homini propter hominem obediuit.

De charitate compaſſione, affabilitate eius.

Item charitatiuus, & compaſſiuus mirabilis erat. Vnde cum conſtabat ſibi, ꝙ aliquis ex infirmitate peccaſſet, ſic peccata eius flebat, ac ſi eſſent ſua propria, difficilis tamen erat ad credendum, ꝙ aliquis peccaret: quia omnes credebat meliores ſe, vel ſimiles in innocentia. In cōuerſando autem cum alijs, & colloquendo, ſic erat dulcis, & benignus, ꝙ omnis, qui cū eo conuerſando, & colloquendo ipſum aſpiciebat, gratia ſpecialis conſolationis recipiebat. Prædicationes vero ſuas, quibus placeret Deo, & proderet populo, ſic formabat in illo vulgari natalis ſui, ꝙ in themate vitabat curioſas conſonantias, & ſubtilitates quæſtionum; & ſolum vtilia proponebat populo, & ita reuerēter audiebatur à populo, ac ſi ſua prædicatio prodiret à Deo. Diuitias autem, & dignitates mundanas totaliter cōtemnebat reputans ſibi ad gloriā ſequi Chriſtū pauperem, & humilē, magis quā honorem, & diuitijs abundare: vnde cū ſemel rediret de S. Dionisio ad quem iuerat, cauſa viſitandi reliquias Sanctorum, & appropinquaret Pariſius; dixerunt ei ſtudentes, qui aſſociabant eū. Magiſter, videte quam pulchra Ciuitas: velletis eſſe Dominus iſtius Ciuitatis? Qui reſpondit. Libentius vellem habere comentum, & Homilias B. Chriſoſtomi ſuper Euang. B. Mat. quam ſi hæc Ciuitas eſſet mea: contemplationem mihi auferret diuinorum, & conſolationem animi impediret: quāto. n. quis amplius amore tēporaliū præmitur, tāto periculoſius à cęleſtibus ſeparat᷑.

Prædicandi vera norma.

Ambitioni mortuus.

Item cum quadā vice Papa Clemēs Quartus offerret ſibi dignitates & redditus, ipſe omnino renuit: cum tamē parentes eius ſub perſecutione Imperatoris Federici quem faciebat contra Eccleſiam eſſent profugi in cāpania, quibus poterat prouidere de bonis Eccleſiæ. Vnde cum prædictus Frater Thomas recepiſſet Bullam à prædicto ſummo Pontifice de promotione ſua ad Archiepiſcopatū Neapolitanum cum additione reddituum Monaſterij S. Petri ad tātam dignitatem noluit recipere, & ꝙ ſummus Pontifex vlterius nō promoueret eum ad talia, vel ad alia ſuppliciter exorauit. Et licet eſſet ſic perfectus omni virtute, & continue contemplatiuus, tamen in conſilijs miro modo erat prouidus, cum eius cōſilium requirebatur: vnde S. Ludouicus Rex Franciæ in rebus arduis ſemper eius requirebat conſilium, quòd expertus fuerat eſſe optimum.

Nono ſequitur quomodo mors ſua fuit reuelata.

QVatuor modis Deus mortem ſuam reuelauit ſibi, & alijs.

Primo, ſibi viſibiliter loquendo.

Secundo, ſororem ſuam viſibiliter iam in Cęlo exiſtentem, ſibi mittendo.

Tertio, viſione intellectuali ſibi hoc reuelando.

Quarto, ſigna de Cęlo pp eū demōſtrādo.

Inuiſit Eccleſiā omni nocte.

Primo igitur reuelauit mortē ſuam ſibi viſibiliter loquendo: cum .n. B. Thomas eſſet Neapolim, & ſcriberet vltimā partē ſummæ Theologiæ, omni nocte ante matutinas ibat ad Eccleſiam ad orandum: nam camera ſua iuxta Eccleſiā ſic diſpoſita erat, ꝙ introitum habere poterat quandocunq; volebat, & ſtatim cum primum ſignum matutinarum incipiebat pulſari, ſtatim feſtinabat ire ad cameram ſuam, ne ab alijs videretur. Sacriſta verò qui vocabatur frater Dominicus de Caſerta;

qui licet conuerſus, tū deuotiſſimus erat; & Deus ſibi multa reuelauit. Iſte Frater Dominicus, qui ante matutinas ibat ad Eccleſiā, & ſtatim recedebat, quando pulſabat primū ſignū ſemel iſte Frater Dominicus voluit obſeruare Fratrē Thomam qūo orabat, & ecce retrò ī Capella S. Nicolai vbi fixus ī oratione manebat, vidit ipſum, quaſi duobus cubitis eleuatū in aere, & admirās, & diu expectās ipſum cū lachrymis orātē ſubito audiuit de loco, ad quē conuerſus erat ad orandū de imagine crucifixi, audiuit. n. ſibi Chriſtū loquētē & dicentem F. THOMA BENE SCRIPSISTI DE ME, quam mercedem vis tu recipere à me de tuo labore? Et Frater Thomas reſpondit. Dñe nil aliud niſi te. Iſta autem queſtio quam fecit ſibi Chriſtus de mercede fuit certum ſignū, ꝙ cito ceſſaret à ſcribendo, & cito reciperet præmium in cęlo.

Approbatur ſciētia à crucifixo, & ipſo laute; non tātum pro aliqua parte, vt ſupra capit. ſept.

Secundo hoc ſibi reuelauit ſororem ſuam ſibi mittendo. Eo tpe quo Frater Thomas ſecunda vice iuerat Pariſius, cū eſſet ibi apparuit ſibi ſoror ſua, viſione imaginaria, quę cū diceret ſe eſſe mortuā, & eſſe in Purgatorio, petiuit ab eo certum numerum miſſarū, per quas liberari ſperabat. Qui vocans ſtudentes rogauit vt pro anima ſororis ſuæ miſſas dicerent, & orarent. Tranſacto autem aliquo tempore cum idē Doctor receſſiſſet de Pariſius, & eſſet Romæ; iterum prædicta ſoror ei in viſione apparuit, & dixit ſe liberatam de Purgatorio, dictis miſſis, quas petiuerat, & eſſe modo in gloria cęleſti. Fratre autem requirente quid eſſet de ſe. Illa reſpōdit. Tu Frater mi in bono ſtatu es, & cito venies ad nos, ſed maior gloria eſt tibi præparata quam nobis, tene tantum quod habes: cui quærēti de fratre ſuo dño Landulfo, reſpondit, ꝙ erat in Purgatorio, de dño verò Raynaldo alio fratre ſuo dixit, ꝙ erat in Paradiſo. De quo iterum habuit viſionem, ꝙ oſtēſo ſibi libro per Angelum, qui ſcriptus erat litteris aureis, & azurijs, prædictus Doctor reperit ibi nomen fratris ſui inter litteras aureas, quæ erant martirum. Nam ipſe D. Raynaldus pro fidelitate & mortuus erat ſub perſecutione Imperatoris Federici, cuius mors fuit ſibi computata ad martirium; quę mors fuit Deo meritoria & accepta.

Frater S. Thoma martyr.

Tertio Deus reuelauit mortem ſuam ſibi eam intellectuali viſione manifeſtādo. Nam cum ſemel eſſet in S. Seuerino, quod eſt in terra laboris ſororis ſuæ cum Fratre Raynaldo ſocio ſuo, & cum aliquibus fratribus alijs Ordinis Prædicatorū ſubito raptus eſt. Anima ſua fuit eleuata ad videndum diuina. Cū autem totaliter eſſet abſtractus à ſenſibus, & ſic ſtaret totus immobilis, omnes cœperunt admirari, & maxime ſoror cępit contriſtari, ꝙ factus erat inſenſibilis, & neſciens quid eſſet illud, quod ſic ſubito accidiſſet fratri, quęſiuit à ſocio ſuo, quid habebat. Cui reſpondit. Frater veſter Magiſter Thomas contemplans aliqua, frequēter in ſpiritu rapitur, ſed nunquam tanto tempore ſicuti nunc vidi ſic alienum à ſenſibus: vnde & poſt aliquam horam iuit prædictus ſocius ſuus ad Magiſtrum trahens ipſum per cappam fortiter, & quaſi à ſomno dormitionis ipſum vltimo excitauit: qui ſuſpirans ait. Raynalde tibi in ſecreto reuelo, prohibens ne in vita mea alicui audeas dicere. Venit finis ſcripturæ meę, quia talia ſunt mihi reuelata, quod ea, quæ ſcripſi & docui modica mihi videntur. Vidi modo ſcientiam meam, quam habui de cœlo, & Deus mihi impoſuit finem docendi, & ex hoc ſpero in Deo meo, quòd ſic vt nūc eſt finis doctrinæ meæ, ſic cito erit finis vitæ meæ. Vnde ſicut Paulus & Moyſes viderunt ſecreta cœleſtia ſic & iſte venerabilis Doctor vidit in iſta viſione: in qua cognouit, quòd cito ſcripturam ſuam, & vitam terminaret.

Adhuc viuus S. Thomas videtur in cęlo ſcientiam inde ſibi datam.

Item intellectuali viſione, & prophetica adhuc Deus mortem ſuam ſibi manifeſtauit, & locum vbi mori debebat.

Hic dicemus quomodo mortuus eſt.

NAm cum Papa Gregorius Decimus ordinaſſet celebrare Concilium apud Lugdunū, miſit pro prædicto Fratre Thoma de Aquino: quem in magna reuerentia, & opinione habebat, atq; ei mandauit quòd veniret ad Concilium, & Librum quem fecerat contra errores Græcorum ſecum deferret, qui veniens infirmatus eſt in via tranſiens per campaniam & exiſtens debilis, iuit ad Caſtrum, quod erat dominæ Franciſcæ ſororis ſuæ vbi fecit miraculum de alecijs ſupra poſitum in octaua parte, ſiue in octauo titulo. Cum autem Frater Thomas in prædicto caſtro fuiſſet recreatus, & confortatus, receſſit inde, & cœpit venire verſus Romam: cum autem haberet facere tranſitum iuxta Monaſterium foſſæ nouæ, Abbas prędicti Monaſterij cū monachis aliqui-

Universidad de Deusto Biblioteca

bus ſciens, ꝙ veniret, iuit ſibi obuiam, & inui
tauit, ꝙ deberet declinare ad Monaſterium
ſuũ, & ibi aliquibus diebus quieſcere, qui re
cipiens inuitationẽ ingreſſus eſt Monaſteriũ
cum cõmitiua decenti occurrentium, & cõ-
mitantium monachorum: qui cũ primo in-
greſſus eſſet Eccleſiã, & feciſſet debitam re-
uerentiam coram altari, intrauit ſecundum
Clauſtrũ, & facta eſt ſuper eũ manus Dñi, &
tactus ſpiritu prophetiæ dixit pluribus audiẽ
tibus monachis, & fratribus ſui Ordinis, &
præcipue ſocio ſuo, cui conſueuit omnia re-
uelare. Fili mi Raynalde, Hęc requies mea in
ſæculum ſæculi, hic habitabo quoniam elegi
eam. Poſt aũt iſtum dictum propheticum de
ſua morte, fratres ſui Ordinis præcipue fue-
runt ad lamentum. Poſitus fuit iſte S. Doctor
in camera Abbatis, & ſibi, & ſocijs ſuis piè,
& charitatiue prouiſum eſt. Fratre aũt Tho-
ma ibi exiſtenti, corpus eius, cępit debilitate,
& infirmitate grauari. Monachi aũt cũ tanta
reuerentia, & humilitate ei ſeruire cęperunt,
ꝙ ei de ſilua ligna, ꝓprijs humeris differrẽt, fę
lices ſe reputantes, ſi S. Doctori poſſent exhi
bere ſeruitiũ. Cum autem infirmus iaceret,
rogatum ab aliquibus Monachis plus alijs li
teratis, ꝙ dictaret aliquid eis, quod eſſet per
petuum memoriale ſuæ ſcientiæ; qui breui-
ter expoſuit eis librum Canticorum, quaſi in
ſignum, ꝙ cito debebat ire ad Canticum An
gelorum. Facta autem hac expoſitione cum
ſentiret animam ſuã appropinquare cito ad
exitum de corpore cum magna deuotione
petijt ſibi deferri ſacroſanctum Sacramentũ
corporis Chriſti, quod cũ fuiſſet cum reuerẽ
tia ab Abbate, & Monachis deuote portatũ,
ipſe proſtratus ad terrã debilis corpore, for-
tis mente, occurrit obuiam ſuo Dño cum la-
chrymis: & ſicut eſt conſuetum, ꝙ quilibet
Chriſtianus in vltimis recepturus hoc Sacra-
mentũ examinetur de fide huius Sacramenti
oblato corpore Chriſti petitum fuit ab eo, ꝙ
ſi illa Hoſtia cõſecrata, eſſet verè Dei filius q
exiuit de vtero Virginis, & pependit in Cru
cis patibulo, q pro nobis fuit mortuus, & die
tertia reſurrexit: ipſe autẽ libera voce, & ma-
xima deuotione ſic reſpõdit cum lachrymis,
Si maior ſcientia quam fides de hoc Sacra-
mento in hac vita haberi poteſt in illa reſpõ-
deo, quòd verè credo, & pro certo ſcio hunc
Deum verum eſſe, & hominem Dei patris,
& Virginis matris filiũ, & ſic credo animo,

propbetat de morte ſua.

Exponit Cãtica cã ticorum.

Deuotiſſi- mè viati- cũ ſumit.

& confiteor verbo. Et quando debuit ſum-
mere corpus Chriſti cum lachrymis ſic locu
tus eſt. Sumo te precium redemptionis ani-
mæ meæ, ſumo te viaticum peregrinationis
animæ meæ, pro cuius amore ſtudui, vigila-
ui, & oraui, & laboraui, te prædicaui, te do-
cui, nil vnquam contra te dixi, ſed ſi quid di
xi, ignorans dixi, nec ſum pertinax in ſenſu
meo, ſed ſi quid male dixi de hoc Sacramen
to, & alijs totum relinquo correctioni S. Ro
manæ Eccleſiæ in cuius obedientia nũc tran
ſeo de hac vita: & his dictis deuotiſſime ſu-
ſcepit corpus Chriſti ſibi ad meritũ, & alijs
ad exemplum. Socius autẽ eius, ſ. Frater Ray
naldus cum ſecum ſolus remanſiſſet alijs hu
militer licentiatis. Ipſe autem Socius eius in-
ter alias cauſas triſtitiæ aſſignauit iſtam: quia
ſperabat qđ in Cõcilio Lugdunẽſi ad aliquã
magnam dignitatem aſſumeretur, quæ foret
ad Ordinis honorem, & ſuæ parentellæ glo-
riam temporalem. Qui reſpõdit. Fili noli de
hac cauſa turbari, quia hoc à Deo inter mea
deſideria petij, & regratior Deo, ꝙ impetra-
ui, vt me indignum in hoc gradu humilita-
tis de hac vita ſuſcipiat: à quo gradu digni-
tas nullius auctoritatis inueniret, licet plus
potuiſſet proficere in ſcientia, & alijs prodeſ
ſe in doctrina ex reuelatione mihi facta: ta-
men placuit Deo mihi imponere ſilentium
docendi, quando ſicut noſti placuit ſuperio-
ris ſcientię reuelare ſecretum. Vnde mihi in-
digno Deus contulit pluſquam alijs Docto-
ribus, qui diutius in hac vita manſerunt, vt
citius alijs cederem præſenti vitæ mortali, &
in æternam intrare conſolatus. Vnde conſo-
lari fili, quia ego in omnibus morior conſo-
latus, & certus ſum de gloria Paradiſi: quia
Deus de hoc pluries mihi reuelauit. Sequẽti
autem die petijt oleũ ſacræ vnctionis Sacra
mentum exeũtium, vt ille ſpiritus vnctionis
qui eum præ cęteris vnxerat ad Cęlum diri-
geret quò tendebat. Recepto autẽ Sacramen
to Sanctæ vnctionis poſt paruam horam ani
mam ſuam reddidit Deo, ad quam aſſocian-
dam, & ducẽdam in Cęlum venit B. Paulus
cum multitudine Sanctorum, & Angelorum
ad quẽ ſpiritualem deuotionem habuerat ſi
cut in viſione manifeſta monſtratum eſt Fra
tre Paulo de Aquila, viro magnæ probitatis,
& famę; qui in Ordine Fratrum Prædicatorũ
fuit Lector & Inquiſitor. Illa. n. hora qua ve-
nerabilis Doctor Frater Thomas de Aquino
tranſijt

Sancta Romana Eccleſia quicquid ſcripſit, ſupponit, & in eius obediẽtia moritur.

S. Paulus, cum alijs, ducit B. Thomã in cęlum.

tranſijt de hoc mundo, prædictus Frater Pau
lus erat Neapolim in Conuentu Fratrũ Præ-
dicatorum, eo autem exiſtẽte in cella ſua, di-
uina reuelatione in viſione ſpirituali facta eſt
in hũc modũ. Videbatur ſibi, ꝙ videret Fra-
trem Thomam Neapolim legentem in ſco-
lis coram multitudine copioſa ſcolarium, &
dum legeret vidit B. Paulum eius ſcolas in-
trantem cum ſocietate Sanctorum: cui cum
Frater Thomas vellet occurrere, & deſcende
re de cathedra Apoſtolus ſibi inſinuauit, ꝙ
lectionem ſuam proſequeretur. Tunc Frater
Thomas rogauit Apoſtolum, vt diceret, ſi ve
rum de ſuis Epiſtolis habuit intellectũ. Qui
reſpondit. Verum & bonum: ſicut in hac vita
homo viuens habere poteſt: ſed tu mecum
venias, & ducam te ad locum vbi clariorem
habebis de omnibus intellectum: & videba-
tur ipſum per cappam trahere, & ducere exà
tra ſcolas. Et cum B. Paulus ſic duceret eum,
prædictus Frater Paulus cępit fortiter clama
re, Succurrite, ſuccurrite fratres, quia Frater
Thomas, à nobis tollitur. Ad cuius clamorẽ
fratres excitati interrogauerunt, quid clamãs
diceret, & vidiſſet. Qui narrauit per ordinẽ
viſionem: Fratres autem notantes diem, &
horã, inuenerunt ꝙ in illa nocte, & hora mi-
grauerat ad Chriſtum. Obijt autem vene-
rabilis Doctor Frater Thomas. Anno Domi
ni 1274. 7. die Martij hora matutinali. An-
no vero vitæ ſuæ 49. Abbas autem & Mo-
nachi dolentes de tam ſubita & dãnoſa mor
te tanti viri, qui erat ſicut quoddam Eccleſię
luminare magnũ, & gaudentes, ꝙ apud Deũ
talem meruiſſent habere patronum circa cor
pus Sancti ſolenne officium celebrauerunt.
In quo officio interfuerunt plures fratres ſui
Ordinis qui de diuerſis conuentibus ad ip-
ſum viſitandum venerant. Interfuit & dñs
Franciſcus Epiſcopus Teracenenſis Ordinis
Fratrum Minorum cum pluribus de ſuo Or
dine, & multi nobiles de campania, quorum
plures fuerunt conſanguinitate coniuncti
multos, & prouocauerat ad veniẽdum ad eũ
quando perſenſit, ꝙ moriebatur fama ſcien-
tiæ, ſigna miraculorum, & exempla vitę ſan-
ctitatis. Cum autem corpus Sanctum cum
reuerentia, & cantu ad Eccleſiam portaretur,
& omnes ſupradicti ipſum aſſociarunt, do-
mina Franciſca Neptis eius, quæ non aude-
bat Monaſterium ingredi, petiuit ab Abbate
ex gratia, ut corpus S. Doctoris auunculi ſui

Quãta ſit interpretatio S. Thomæ ſupor Epiſtolas B. Pauli.

faceret ad hoſtium Monaſterij deferri: quo
viſo: cum alijs dominabus fecit ſuper ipſum
lamentum lugubre. Cum autem ipſa, & aliæ
dominæ amariſſime plangerent, & ſic dolo-
roſe lamentarentur, ꝙ earum clamor longius
perſonaret: mulus cui venerãdus Pater Do-
ctor inſederat quaſi per illum clamorem co-
gnoſcens, ꝙ dominus ſuus mortuus erat, fra-
cto fune, cum quo erat ligatus de ſtabulo exi
uit, & appropinquans feretrũ, in quo corpus
domini ſui iacebat, cũ ipſum vidiſſet ſtatim
ad terrã mortuus cecidit. Poſt hoc delatum
eſt corpus eius ad Eccleſiam in qua fuit cum
reuerentia tumulatum. Cum autem cor-
pus ſuum fuiſſet cum deuotione ſepultum,
& officio completo, & populo qui erat ibi
expectante audire aliquid de vita tanti Do-
ctoris, Frater Raynaldus ſocius cũ fratribus
ſuis ibi exiſtentibus à lachrymis ſe continere
non poterat, tandem vim ſibi inſerens, ſurre
xit in medium, & prædicauit, & prędicando
dixit. Ego iſtius Doctoris totius vitæ exterio
ris, & totius conſcientiæ ſuæ teſtis ſum & fre
quenter, & nunc in morte ſua, generalẽ eius
confeſſionem audiui: quem ita purum ſem-
per reperi, ſicut puerum quinq; annorũ qui
nunquam ſuæ carnis contagium, nec vnquã
habuit in aliqua impuritate cõſenſum. Facta
breui prædicatione, quia amplius continere
non poterat ſtatim iuit ad locum ab alijs ſe-
paratum, vbi prorupit in planctum, & gemi-
tum videns ſe priuatum præſentia tanti Do-
ctoris, & tam dulcis patris.

Vita S. innocentiſſima.

Quarto modo Deus mortem reuelauit per ſigna.

NAm quædam ſtella per modum come
tæ tribus diebus ante obitũ prædicti
Doctoris ſuper Monaſterium viſa fuit, quæ
cum ignoraretur, quid ſignificaret dũ appa-
ruit oſtendit præfacti Doctoris mortẽ dum
ceſſauit, ſtatim enim in morte ſua ceſſauit.

Stella apparet in ſignum.

Item in hora tranſitus ſui, monachus qui-
dam prædicti Monaſterij orans in Eccleſia
obdormiuit. Et ecce viſa ab eo vna ſtella mi-
ri ſplendoris ſuper Monaſterium cadere, &
duæ ſtellę ad ipſum combinate de cęlo de-
ſcẽdere, & poſt paululum primam ſtellam,
quã prius viderat ad cęleſtia ſubleuare, quæ
duarum ſtellarum videbatur ſplendorem at-
tingere, & magnitudinem adæquare. Poſt-
quam viſionem cum experge factus à ſonno
vigilaſſet, audiens pulſari tabulam ſignum
obitus

Universidad de Deusto Biblioteca

obitus prædicti Doctoris intellexit p primã ſtellam deſignari animam S. Doctoris quæ cum alijs aſſociata in cęlum conſcendit.

A D D I T I O.

Fratri Alberto de Brixia (ut explicemus quod ſupra par. 7. ſin. tetigit iſte author) vigilanti in oratione apparuerunt duæ reuerendæ perſonæ ſplendore mirabili adornatæ: vna in pontificali habitu Ordinis Prædicatorum. Iſta coronam auream habebat in capite ſuo intextam lapidibus precioſis: habebatq; circa collum duas aureolas quaſi torques, vnã argenteam, & aliã auream. In pectore verò geſtabat magnum lapidem precioſum: qui ſplendore mirabili plures ex ſe emittens radios totam Eccleſiã illuſtrabat. In capa autem qua indutus erat, inſerti erant lapides precioſi per totum, quaſi ſtellulæ. Tunica verò, & ſcapulare miro cãdore ſplendebant. Quæ Frater Albertus dum admiraretur, audiuit illam in pontificali habitu perſonam dicentem ſibi. Ego ſum Auguſtinus miſſus ad te: vt indicarem tibi gloriam Fratris Thomæ, qui hic mecum eſt. Ipſe mihi in gloria eſt æqualis: ſed virginitatis aureola me præcellit, & ego ipſum in pontificalis ordinis dignitate. Et his dictis, ambo diſparuerunt. Hæc ex vita eius, quæ legitur in Eccleſia.

Gloria S. Thomæ, teſte B. Aug. in viſione.

In decima, & vltima parte oſtenditur quomodo B. Thomas poſt mortem multa ſigna Deus meritis B. Thomæ oſtendit, & aliqua dicemus.

CVm uenerãdus Doctor tranſiſſet de hoc mundo & corpus eius adhuc eſſet in feretro in Eccleſia adhuc non ſepultus, frater Ioannes de Ferentino ſubprior dicti Monaſterij paciens ita grauiter in oculis, q videre vix poſſet, duci ſe fecit ad corpus S. Doctoris ad cuius pedes cum reuerentia, & deuotione proſtratus, aplicauit ſe funeri, & ponens faciem ſuam ſuper faciem eius, orauit Deum, vt meritis dicti S. Doctoris fieret ſibi reſtitutio luminis quo carebat: qui ſtatim perfecte illuminatus clamauit. Benedictus Deus, quia meritis huius Sancti mihi viſus reſtitutus eſt perfectiſſime.

Cæcus lumini perfectiſſimè redditur.

Quomodo in translatione eius de Capella vbi fuerat abſconditum exiuit magnus odor.

CVm multa miracula fierent per dictum ven. Doctorẽ S. Thomam Abbas Monaſterij cogitans, q prædictũ corpus poſſet ſibi auferri & procurantibus fratribus ſui Ordinis p mandatũ S. Pontificis, quia corpus eius erat loco depoſiti dicto Monaſterio de foſſã noua cõmendatum; ipſe Abbas, & Monachi occulte fecerunt ipſum transferri de Eccleſia S. Stefani iuxta clauſtrũ de quo cum prædictus Doctor in ſomnis apparens præfato Abbati ipſum grauiter arguiſſet, quia erat ſuo corpori facta indebita reuerẽtia, & q fratres ſui ordinis eſſent decepti, qui locum in quo ei reuerentiam redderent in veritate neſcirẽt: cõminatus eſt. n. niſi corpus ſuũ ad priorem locum cito reduceret, in quo nullus qui eius ſepulcrũ viſitaturus veniret erraret: Cogitans, & timens diuinæ vltionis iudicium ſi præteriret, q audierat in viſione mãdatum, & volens nihilominus clauſtrales monachos hoc latere, & acceptis clauibus dictæ capellæ, & domino Blaſio, & aſſumptis duobus monachis extraneis, & aliquibus oblatis, acceſſit ad capellã in quo erat corpus S. Doctoris abſconditum, & cum inſtrumentis ferreis aperiens ſepulcrum apertum tãtus odor exiuit, vt non videretur fuiſſe ſepultura corporis defuncti, ſed Apotheca aromatum. Qui odor tantus fuit, & per totum Monaſterium ſic ſe diffudit, q ad ipſum nullo alio indicante monachi diuinitus excitati conuenerunt: coram quibus manifeſtato corpore S. Doctoris, viderunt corpus eius integrum, in membris, & in pannis, cappa, & capitio habitu ſui Ordinis, ſicut fuerat ante poſitum in ſepulcro in nullo penitus immutatis, cum inde corpus dicti Doctoris fuiſſet groſſum, pingue, & magnum cum fundum ſuę ſepulturæ fuiſſet humidum & profundum. Videntes autem Monachi circa corpus S. Doctoris tam grandia miracula, & manifeſta corpus Sancti odoriferum, & in ſubſtantia, & in figura nulla corruptione mutatum, ipſum in loco defunctorum poſuerũt, & eleuato cum corpore feretro, vt deferrent ipſum cum ſolennitate ad Eccleſiam, non ordinato prius, quid cantare deberent cantor alta voce incepit. Iſte Sanctus digne in memoriam vertitur hominum, qui ad gaudium tranſijt Angelorum: Quod cum cantantibus, & reuerentia ſic delatum iuxta Altare maius in tribunali Eccleſiæ: Abbas fecit illum collocare in quadam tuba marmorea, & Conuentus cantauit Miſſam de vno Confeſſore. Viſis miraculis apertis, vt no poſſet de eius gloria dubitari: Cantor verò cum non præcogitaſſet, quem introitum deberet incipere, ſubito cantare cœpit. Os iuſti meditabitur ſapientiam &c. Contigit autem dum Monachi dum ad refectionem iuiſſent inter cuſtodes alios ſacri corporis quendam

Occurrit erroribus, ne in Eccleſia contingãt, D. Thomas etiã mortuus, qui viuens in præſenti, ab Eccleſia tot errores procul eſſe laborauit.

In ſeptennis poſt obitũ hæc miranda cõtigerũt.

Corpus incorruptũ, non obſtãtibus præmiſſis circumſtãtijs in contrarium.

Miſſa cęlitus, cum reſponſio inſpirata.

Magi-

Magiſtrum Iacobum muratorem pro paratura ſepulchri ad cuſtodiam cum alijs remanere, qui aperiens tabulam qua caſſa ſacri corporis tegebatur terram, quæ circa protinus ceciderat recolectam eduxitq; magnum odorem reddidit, qui odor per totum chorum cum fragrantia miranda diffudit, ita vt omnes qui aderant mirarentur, obſtupeſcentes, quod odorem non ſolum corpus ſancti redderet, ſed & omnia, quæ ſancti, corpori adhæſiſſent. Vnde quidam nobilis, qui pro habendis reliquijs corporis ſancti venerat, de illa terra partem aliquam ſecum detulit & cum magna deuotione ſeruauit.

Nota de odore mirifico.

Quomodo alijs vicibus prædictum corpus produxit magnum odorem.

Quartodecimo anno ab obitu Santi Thomæ dominus Petrus de monte Sancti Ioannis, qui dicti Monaſterij erat Abbas, rogatus à domina Theodora ſorore dicti Doctoris; vt daret ſibi de reliquijs manum dexteram fratris ſui, promiſit eam ſibi dare. Et accedẽs ad ſepulchrum eius fecit leuare lapidem ſepulchri cum ferreis inſtrumentis, & ſtatim de corpore Beati Thomæ magnus odor exiuit: ad quem omnes Monachi conuenerũt, & inuenerunt corpus integrum in membris, & pannis ſui habitus, excepta ſumitate naſi, quæ erat modicum ex diuturnitate coroſa, cuius dexteram quam credebat, vt putridã poſſe euellere, compulſus eſt detruncare, quam manum licet pauide ex ſtupore miraculi, tamen præſumptuoſus ex deuotione cõcepta accepit, & cum reuerentia detulit ad prædictam dominam: quam acceptam, deuote cum lachrymis, fecit poni cum alijs reliquijs, quas habebat, quæ vſq; hodie adhuc eſt integra, ſine aliqua ſui immutatione: quæ manus ſeruatur in Conuentu Fratrum Prædicatorum de Salerno, vbi iacet corpus prędictæ dominæ Theodorę.

De eodẽ.

Item adhuc tertia vice Deus fecit idem miraculum de odore exeunte de manu dicti Doctoris.

Nam cum prædicta manus ſeruaretur cũ reuerẽtia in Capella Sancti Seuerini Caſtri prædictæ dominæ Theodoræ: quidam clericus de Salerno canonicus, qui erat factus procurator rectoris dictæ Capellæ, venit ad Eccleſiam Sancti Seuerini, vbi ſeruabatur dicta manus, & ex deuotione petijt videre reliquias, quæ ibi cum reuerentia ſeruabatur: Capellanus autem cum oſtendiſſet alias reliquias prædicto clerico, & ille odoraſſet, vltimo oſtendit ei manum Beati Thomæ adorandam, ille autem ſubridens, adorare, & reſpicere contempſit: ſubito autem magnus tremor ipſum arripuit, qui eum totaliter immutauit. Ille cum tremeret totus, & cogitans, quod hoc ſibi acciderat propter contẽptum, quòd habuerat ad manum Sãcti pęnitens, proiecit ſe ad pedes ſacerdotis, qui manum oſtenderat, & confitens peccatum ſuũ, & abſolutus ab eo, & recepta pęnitẽtia, cum adhuc tremor duraret, rogauit ſacerdotem, vt prædictam manum adhuc ſibi oſtẽderet, quam cum genufllexiſſet, & cum lachrymis adoraſſet, petiuit quod meritis Sãcti Thomę ſibi parceret illum contemptum quem habuerat, & liberaret eum ab illa pęna inflicta; & accedens cum reuerentia, & cum lachrymis oſculatus eſt prædictam manũ, de qua tantum odorem ſenſit, q nunquam ſimile perceperat, & ſtatim tremor ceſſauit. Ex tactu autem quem fecit oſculãdo ſar ctam manum odor quem ſenſit ſibi adhæſit, & capritio ſuo, quod tenens in collo tetigerat burſam in qua conſeruabatur prædicta manus. Vnde cum iret per viam irrogabatur ab his, quibus quid erat illud quod portabat ſuper ſe, quod faciebat tantum odorem: ille autem narrabat omnibus prædictum miraculum, anno ab obitu dicti Doctoris, xxxxij, ſenſit autem prędictus clericus cum prędicto odore, ſtatim auxilium mentis; ita quod ſi impugnabatur ab aduerſario ſtatim dicebat. Domine meritis huius Doctoris adiuua me, & ſtatim liberabatur ab omni periculo, & ſe ſecurum ſentiebat.

De eodẽ.

Quarto, miraculum de odore.

Nam cum miraculum, quòd acciderat ſupradicto clerico fuiſſet pluries narratum domino Thomaſino de Sancto Seuerino, ipſe dominus Thomaſinus cogitans; q à Fratribus Prædicatoribus reuerentius ſeruaretur manus prædicti Doctoris ipſi Priori, & Conuentui de Salerno cõceſſit, ad quam adorandam, cum quidam frater deuotus acceſſiſſet ſperans ſentire aliquem odorem, ſicut alij ſenſerant, cum nihil ſenſiſſet, iterum cum maiori deuotione, & cum maiori reuerentia adhuc ſe præparauit, & adorans & ipſam deoſculans ſecundo ſenſit odorem mirabilem, cui ſimilem non recolit ſe ſenſiſſe: quod

De eodẽ.

ſuo

Universidad de Deusto Biblioteca

ſuo Priori retulit & pluribus alijs: Ille autem odor qui non ſentitur ab omnibus alijs qui adorant prędictam manũ, nec ſentitur quotiens adoratur, caret enim ſuſpitione, quòd ſit procuratus humano ingenio, ſolum enim ibi ſit diuina virtute, quod patet ex alio: quia nullus odor alicuius rei materialis eſt ſibi ſimilis. Et certe conueniens eſt, quòd de illa manu dextera, quæ tot mirabilia dictauit & ſcripſit, debeat talis odor prodire.

Aliud miraculum de odore.

Cum miraculum quod apparuit de odore, quando eius corpus transferebatur de Capella vbi fuerat abſconditum ad Eccleſiam, *De eodẽ.* vbi primo fuerat ſepultum, cum illud miraculũ eſſet diuulgatum homines in partibus illis tantam deuotionem ad ipſum habere cœperunt, quòd quandocunq; aliqua infirmitate grauabantur, ſiue eſſent in agris ſiue eſſent in domo ad ipſum S. Thomam deuouebantur, & ad eius ſepulcrũ venientes gratiam inueniebant à Deo meritis S. Thomæ.

De curatione Podagræ.

Vnde quidam medicus nomine Raynaldus habitator S. Laurentij Caſtri prope dictum Monaſterium ſiti, cum decem annis paſſus fuiſſet Podagram tam grauiter, ꝙ ſine adiutorio non poſſet incedere, portatus ad ſepulcrum dicti S. cum toto Conuẽtu, cum oraſſet Deum, & promiſiſſet vitam ſuam infra annum in melius emendare, ſi ſanitatem obtineret meritis dicti Sancti ſubito coram omnibus de Conuentu ſurrexit perfectè curatus, & gratias agens Deo, & laudes dicto Sancto referens, accurrit ad ſuum equum velociter, & leuiter ipſum aſcendens; dixit. Decem anni ſunt, ꝙ non potui iſtum equum aſcendere, & nunc aſcendi, & ſanus reddeo meritis S. Thomæ; de quo miraculo monachi ſtupefacti pulſatis campanis, Te Deum laudamus ſolenniter cantauerunt. *Magnum miraculũ.*

De curatione Paralytici.

Iacobus Romanus habitator Piperni, cũ haberet filium paruulũ nomine Nicolaum in ſiniſtro latere paralyticum, in quo motũ amiſerat naturalem concepta deuotione ad S. Thomam filium ſuũ ſuper eius ſepulcrum *Magnum.* orando cum lachrymis detulit dum miſſa à Monachis cantaretur. Qua finita eũ ſuſtulit perfecte curatũ, agẽs Deo gratias, & B. Tho.

De curatione vnius arthetici.

Dominus Nicolaus Anglici de Piperno patiẽs artheticam in brachio dextro cum nihil cum ipſo brachio poſſet facere, concepta deuotione ad ipſum Sanctum acceſſit, cũ reuerentia, & cum fide plena ad eius ſepulcrũ orans Deum, imploraſſet gratiam meritis dicti Sancti poſito ſupra ſepulcro brachio infirmo, ſubito fuit priſtinæ ſanitati reſtitutus.

De curatione vnius contracti.

IN titulo huius primi artic. tres terminos nota. Primo, ly neceſſariũ dupliciter. n. ſumitur 5. Metaph. ſimpliciter, & ad finẽ. Hic ſumit ſcdo modo. Secũdo ly phyſicas diſciplinas. Dupliciter nãq; ſcientia põt dici phyſica ſeu naturalis, qd idẽ eſt: vbi diuinæ, & ſic eſt una pars ſcĩæ diſtincta, 6. metaphy. contra mathematicã, & metaphy. Et effectiuè: q̃a ſcĩa ſe nata eſt eſſe à principio naturali ſcientiarũ, l. lumine intellectus agẽtis: & ſic diſtinguit phyſicã contra ſupernaturale. Et hoc modo ſumit in pposito, vbi phyſicæ diſciplinæ appellant oẽs notitiæ acquiſibiles lumine intellectus. Tertio, ly aliã doctrinam. Non dicit ſcientiã, opinionẽ, aut fidẽ: qd bene notandũ eſſe in dubitando apparebit. ¶ In corpore ſũt duæ concluſiones reſpõ q̃ſito affirmatiuè. Prima ẽ, Neceſſariũ eſt ad humanã ſalutẽ, eſſe doctrinã p reuelationẽ acceptã de multis, q̃ humanã rationẽ excedunt. Scdã eſt, Neceſſariũ eſt ad humanã ſalutẽ, eſſe doctrinã p reuelationẽ, de his q̃ de Deo ẽt naturali rõne inueſtigari poſſunt. ¶ Anteq̃uam probentur concluſiones, ad euidentiã diſtinctionũ, & ſufficientiæ concluſionũ, nota duas diſtinctiões. Prima eſt ex primo cõtra gẽtiles, c. 3. Duo ſunt gña cognoſcibiliũ de Deo principaliter: q̃dã demõſtrabilia: q̃dã nõ niſi p reuelationẽ cognoſcibilia. Iſta ſunt, trinitas pſonarũ, beatitudo nobis pmiſſa, incarnationis, & redẽptionis myſteria. Illa verò ſunt, Deũ eſſe vnũ, immortalẽ, &c. Rõne reuelabiliũ ſiũ, poſita eſt prima concluſio: ratione verò demonſtrabiliũ poſita eſt ſecunda. Altera diſtinctio eſt ex 5. Metaphy. Neceſſariũ ad finẽ dupliciter, ad eſſe, & ad bene eſſe. In prima cõcluſione ſumitͬ neceſſariũ primo modo, in ſcda ſcdo modo. ¶ His præhabitis, probatur prima concluſio ex litera: Ordinatũ ad Deum, vt finem, ignotum ratione naturali, conſequendum tamen propria intẽtione, & actione, eget ſupernaturali diſciplina, qua finẽ cognoſcat, & operationes in illũ dirigat: homo eſt huiuſmodi: ergo. Probatur minor ex 64. c. Iſa. Circa hanc concluſionem dubiũ ſtatim occurrit, quid intelligatur hic nomine ſacræ doctrinæ ſeu diſciplinæ. Aut enim intelligitur fides, aut theolo-

1.

* vel ſymbolicæ.

Universidad de Deusto Biblioteca

theologia. Si fides, ſequuntur duo inconuenientia. Primum eſt, quidem bis quæreretur. Nam in ſecunda ſecundæ, q. 2. artic. 3. quæretur, an credere aliquid ſupernaturale, ſit neceſſarium ad ſalutem. Secundum eſt, quòd æquiuocè ſumitur ſacra doctrina in hoc, & in ſequentibus articulis. Nam conſtat quòd in eis non ſumitur pro fide. Si theologia, ſequeretur quòd ſi eſſet abſque theologia nõ ſufficeret ad ſalutẽ hominis: quod eſt falſum. Sequela patet, quia in litera dicitur, quòd illa doctrina eſt neceſſaria ad ſalutẽ humanam. Falſitas uerò cõſequentis & ex ſe patet, & ex ratione in littera aſſignata cõuincitur: quia ſcilicet homo pŏt intentiones & actiones ſuas per fidei cognitionẽ in finem ſupernaturalem dirigere.

¶ Ad hoc dicendum eſt, quòd ſacra doctrina neq; ſumitur pro fide, vt diſtinguitur contra theologiam: neq; pro theologia, vt diſtinguitur cõtra fidẽ: ſed ſumitur pro cognitione à Deo reuelata, ſiue formaliter, ſiue virtualiter, vt hẽc rõnẽ diſciplinæ, & doctrinæ abſtrahendo à rõne crediti, & ſciti. Cognitio. n. qua egemus ad ſalutẽ, puta à Deo docente in hoïe ſuſcipitur, doctrina eſt & diſciplina, iuxta illud Ioã. 6. Omnis qui audiuit à patre & didicit, venit ad me. & de hac dr in cõcluſione hac, quòd eſt neceſſaria ad ſalutẽ. Et quia cognitio huiuſmodi vt diſciplina eſt reuelata, abſtrahit à ratione credendi & ſciendi, & à ratione reuelati formaliter. i. in ſeipſo, & virtualiter. i. in ſuis principijs: ideo hoc in loco, vbi de doctrina reuelata præter phyſicas diſciplinas quæritur, ad nullum horũ licet determinatè deſcendere. Et ſic aliud formaliter quæritur hic, & aliud quæretur inferius in Secunda ſecundæ: quia hic de doctrina, ibi de credere: & uniuocè ſumitur hic ſacra doctrina & in ſequẽti articulo. Nec ſequitur quòd theologia ut diſtinguitur cõtra fidẽ ſit neceſſaria, ſed quòd theologia ut abſtrahit à fide & ſcientia, ſit neceſſaria ad ſalutem. qd cõſtat eſſe uerum pp rationem in littera aſſignatam. Nec ualet, fides ſufficit: ergo theologia nõ requiritur: Tum quia in fide clauditur theologia (vt hic ſumitur) ſicut aïa in homine: Tum quia ſcientia hæc apud Auguſtinum 14. de trinit. non ſolũ K nutrit, defendit, & roborat fidẽ, ſed gignit eandẽ. Et verè ſic eſt ex parte credibiliũ fidei. n. licèt ſit à Deo infundente inclinationem ad credendum, eſt tñ ex auditu per verbũ Chriſti. quo ad credibilia: vt ad Rom. 10 habetur in littera & à S. Thoma, & ſic Theologia clauditur in fide, ut gignens eam. Et ſi inferatur: ergo quilibet fidelis adultus explicitè credens, &c. eſt theologus: dicendum eſt, quòd non ſimpliciter, ſed particeps eſt theologiæ ſecundum quid, &c. ſcilicet, ſecundum principia, &c.

Circa hanc partem eſt aduertendũ, quòd Scotus in 1. quæſt. Prologi primi Sententiarum, nec à concluſione, nec à ratione diſcordans ſed à cauſa, quare finis ille eſt nobis naturaliter occultus. Nos etiam dicimus, quòd ideò finis ille eſt nobis naturaliter occultus, quia eſt ſupernaturalis finis animæ noſtræ: & propterea quantumcunq; perfectè nota eſſet nobis natura noſtræ aïæ quo ad naturalia, nunquã cognoſceretur ſub rõne, quã ordinatur in talem finẽ: quia extra naturalium latitudinẽ eſt tam finis, quàm illa animæ ratio. Ipſe uerò tenet, illũ finem eſſe naturalem nr̃æ aïæ, quãuis ſupernaturaliter adipiſcendum, & tñ eſſe naturaliter incognitum: quia aïa nr̃a non nobis naturaliter eſt nota, ſaltem pro ſtatu iſto, ſub illa propria ſpeciali rõne, qua ordinatur ad illũ finẽ.

¶ Quòd aũt finis ille ſit naturalis, pbat tripliciter. Primò autoritate Auguſt. in lib. de Prædeſtin. ſanctorum. Proinde poſſe hẽre fidem ſicut poſſe hẽre charitatẽ, naturæ eſt hominũ, hẽre autẽ gratiæ eſt fidelium. ¶ Sedò ex appetitu: ſiõ naturaliter appetit illũ finẽ, quem dicis ſupernaturalem, ergo eſt ei naturalis. ¶ Tertiò ex rõne naturalitatis. Potentiã cõparata ad actũ aut eſt naturalis, aut uiolẽta, aut neutra: nec eſt ibi aliqua ſupernaturalitas: ergo intellectus, ſeu anima, naturaliter ordinat ad viſionem Dei, ſeu fruitionẽ. Antecedẽs quo ad partem affirmatiuã declaratur: quia potẽtia aut inclinatur ad talem actũ, aut repugnat tali actui, aut neutraliter ſe hẽt: ſi primo mõ, eſt naturalis: ſi ſecundo, uiolẽta: ſi tertio, neutra. Quo ad partẽ verò negatiuã declaratur dña naturalitatis, à ſupernaturalitate, attenditur penes cõparationẽ potentiæ ad agens naturaliter, uel ſupernaturaliter impreſſum in talem potentiã. Igitur cõparando potentiam ad actum nulla eſt ſupernaturalitas. Conſequentia uerò probatur, ex eo quòd anima inclinatur in omnem ſuam & pcipuè ſummã perfectionem, qualis eſt actus fruitionis Dei, &c.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis ſcito, quòd apud nos potentia, aut eſt naturalis, aut uiolenta, aut obedientialis: & hoc tã in cõparatione ad actum quã ad agens: nec aliqua eſt in rerũ natura potentia neutra, omiſſis artificialibus, ut in qõne de potentia neutra iuxta hunc articulum dicetur. Vocatur aũt potẽtia obedientialis aptitudo rei ad hoc, ut in ea fiat, quicquid faciẽdum K ordinauerit Deus: & ſcdm talẽ potentiã, aïa nr̃a dr in potẽtia ad beatitudinẽ pollicitam, & finem ſupernaturalem, & alia huiõi. ¶ Vnde ad primum Scoti dicitur, quòd Auguſtinus nõ dixit quòd poſſe habere fidem ſit naturale homini, ſed quòd ſit naturæ hominum. Aliud eſt enim potentiam eſſe naturæ, & aliud eſſe naturalem. Primum. n. ſignificat ſubiectũ potentiæ, ſcdm aũt modũ potentiæ: & ideò primũ eſt verum in propoſito, ſcdm uerò falſum. Potentia ſiquidem illa obediẽtialis ad fidem & charitatẽ, eſt in natura hoïum: quia intellectiua eſt, nõ aũt in natura leonina, quia ibi repugnat. Et hoc intẽdebat Auguſtinus. Ad ſcdm, negatur antecedens. Ad tertiũ uerò negatur aſſumptũ, & quo ad tertiũ mẽbrũ partis affirmatiuæ, & quo ad partẽ negatiuã: ſupernaturalitas ſiquidẽ attenditur etiã conferendo potentiam ad

Circa quæ quærenda ſunt decẽ.
¶ Primò. De neceſſitate huius doctrinæ.
¶ Secundò. Vtrum ſit ſcientia.
¶ Tertiò. Vtrũ ſit vna, uel plures.
¶ Quartò. Vtrum ſit ſpeculatiua, uel practica.
¶ Quintò. De cõparatione eius ad alias ſcientias.
¶ Sextò. Vtrum ſit ſapientia.
¶ Septimò. Quid ſit ſubiectũ eius.
¶ Octauò. Vtrum ſit argumentatiua.
¶ Nonò. Vtrum uti debeat metaphoricis, uel ſymbolicis locutionibus.
¶ Decimò. Vtrũ ſcriptura ſacra huius doctrinæ, ſit ſecundũ plures ſenſus exponenda.

22. q. 2. artic. 3. & 4. Et 1. plo. ar. 2. Et 1. cõtr. c. 4. & 6. Et ve ri. qu. 14. art. 11.

ARTICVLVS I.

Vtrum ſit neceſſarium præter phyſicas diſciplinas, aliam doctrinam haberi.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd nõ ſit neceſſarium præter phyſicas diſciplinas aliam doctrinam haberi. Ad ea. n. quæ ſupra rationem ſunt, homo nõ debet[h] conari, ſecundum illud Eccle. 3. Altiora te ne quæſieris. Sed ea, quæ rationi ſubduntur, ſufficienter traduntur in phyſicis diſciplinis: ſuperfluum igitur uidetur præter phyſicas diſciplinas aliam doctrinã haberi.

¶ 2. Præterea: doctrina nõ poteſt eſſe niſi de ente: nihil. n. ſcitur niſi uerum qd cum ente conuertitur. Sed de omnibus entibus[h] tractatur in phyſicis diſciplinis, & etiam de Deo: vnde quædam pars philoſophiæ dicitur theologia, ſiue ſcientia diuina, ut patet per * Philoſophum in 6. metaphyſ. Non fuit igitur neceſſariũ præter phyſicas diſciplinas aliam doctrinam haberi.

SED CONTRA eſt, quod dicitur 2. ad Tim. 3. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, utilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiẽdum, ad erudiendũ, ad iuſtitiam. Scriptura autem diuinitus inſpirata, non pertinet ad phyſicas diſciplinas, quæ ſunt ſecundum rationem humanam inuentæ. Vtile igitur eſt præter phyſicas diſciplinas eſſe aliam ſcientiam diuinitus inſpiratam.

RESPONDEO. dicendum, quòd neceſſarium fuit ad humanã ſalutẽ eſſe doctrinã quandam ſcdm reuelationẽ diuinã præter phyſicas diſciplinas, quæ ratione humana inueſtigantur. Primo quidem, quia homo ordinatur ad Deum, ſicut ad quendam finem, qui comprehenſionem rationis excedit,[c] ſecũdum illud Iſai. 64. Oculus non uidit Deus abſque te, quæ præparaſti diligentibus te. Finem autem oportet eſſe præcognitum hoïbus, qui ſuas intentiones & actiones debẽt ordinare in finem. Vnde[m] neceſſarium fuit homini ad ſalutẽ, quòd ei nota fierent quædam per reuelationem diuinam, quæ rationẽ humanam excedunt.

μετὰ τὰ φυσικά, θεολογία, θεῖος λόγος.

*Ariſto. 6. metaph. com. 1. 19 mo. 3.

ad actũ, quæ ſunt quidã actus, quæ ex gñe ſuo ſunt ſimpliciter ſupernaturales, ut gr̃a, gloria, & alia huiõi: ut in alia qõne patebit. ¶ Secunda aũt concluſio probatur: diſciplina qua cõtus, exitus & tutius peruenitur ab hominibus ad cognitionẽ diuinorũ demõſtrabiliũ, eſt homini neceſſaria: diſciplina reuelata eſt huiõi: ergo. Oĩa patẽt in litera & diffuſius in primo cõtra Gentiles, c. 2. 4. A nõ requiritur aſſimilatio in omnibus: Tñ exẽplũ ſequendo dr, quòd ſicut Aſtrologia alio lumine quã phyſica in aliquam concluſionem coincidit, & nõ in omnes: ſic Theologia alio lumine & eaſdẽ ueritates, quas aliæ ſcientiæ, & alias ueritates de eiſdẽ rebus conſiderat. Et ſic quemadmodũ Aſtrologia quamuis coincidat quoad materiam in aliquã cõcluſionem phyſicã: quia tamen alio lumine & conſequenter alias ueritates conſiderat, eſt nõ ſolũ diuerſa, ſed neceſſaria ſcientia: ſic & Theologia eſt ab alijs diuerſa & neceſſaria.

¶ In reſponſione ad ſecundũ, aduerte quòd argumẽtũ erat hoc: omne ens eſt ſcibile per phyſicas diſciplinas: ergo non reſtat aliquid ſcibile p doctrinã reuelatã, & cõſequenter nõ eſt neceſſaria. Cõſequẽtia prima probatur: quia nihil ſcitur niſi uerũ, qd cum ente conuertitur. Antecedens uerò patet ſexto metaphy. & inductiuè. Ad hoc aũt dupliciter reſpõderi pŏt: ſecundum quòd antecedẽs dupliciter diſtinguitur. Primò ſic, Omne ens ſecũdùm oĩa, quæ ſunt cognoſcibilia, uel non ſecundũ omnia, ſed abſtrabilia tantùm à ſenſibilibus, eſt ſcibile per phyſicas diſciplinas in primo ſenſu eſt falſum, in ſecũdo uerum. Scdo ſic, Omne ens omni modo, uel nõ omni modo, ſed inquantũ illuceſcere pŏt p lumẽ intellectus agentis, eſt ſcibile per phyſicas diſciplinas. in primo ſenſu eſt falſum: in ſecundo uerũ. Quamuis autem vtranque reſponſionẽ argumẽtum recipiat, placuit tamẽ authori ſecundam reſponſionem adhibere, non primã explicitè: tum ut ex proprijs huius articuli, lumine. ſ. diuinæ reuelationis, oppoſitæ difficultates ſolueret, tùm quia prima reſponſio iam in corpore articuli in prima concluſione habebatur. Veruntamen Scotus in primo, quæſtione prima Prologi, in ſolutione primi argumenti, pro philoſophis hanc reſponſionem reprehendit, eo quòd ſecundũ eã non ſaluatur neceſſitas theologiæ: quam argumentũ infringere intẽdebat. probat aũt hoc ſic. Ex hac reſponſione nihil aliud habetur niſi eadẽ p theologiam & aliàs ſcientias cognoſci, quamuis alio mõ: ſicut p aſtrologiã & phyſicã ſcitur quòd terra eſt rotunda: ergo non ſaluatur neceſſitas, ſed diſtinctio theologiæ ab alijs. Tenet conſequentia ex proportionalitate à te aſſignata: quia ex quo illa cõcluſio, terra eſt rotũda, eſt ſcita p alterã ſcientiarũ, reliqua nõ eſt neceſſaria reſpectu illius quo ad ſciendam concluſionem, quamuis ſit diſtincta. E

¶ Ad hoc rñdetur, quòd diuerſitatẽ modi ſciẽdi diuerſitas obiecti formaliter ſumpti, ſeu rõnis formalis obiecti comitatur: cõparãdo tñ eſſq; idẽtitatẽ aliquo mõ alicuius cõcluſionis, ſi adæquata eſt iõ modo: aut ſaltẽ comitatur diuerſitas multarũ veritatum ſcibilium, ſi inadæquata eſt: ut inferius art. 3. patet. Vndè eadẽ res ſub diuerſis rõnibus cognoſcẽdi accepta, diuerſitatẽ cognoſcibiliũ inducunt. Et propterea dicendo, quòd eſt diuerſa rõ cognoſcibilis implicitè, inſinuauit alietatem quoq; cognoſcibilium: quam in prima concluſione expreſſerat. Et pp hoc negatur antecedens, quia ex hac reſponſione quamuis explicitè, non habeatur niſi diuerſitas modi cognoſcendi, implicitè tamen habetur etiam diuerſitas cognoſcibilium.

¶ Ad exẽplũ aũt de Aſtrologia, licèt dici poſſet, quòd exemplorum

Ad ea etiam, quæ de Deo ratione humana inueſtigari poſſunt, neceſſarium fuit hoiem inſtrui reuelatione diuina, [n] quia veritas de Deo p rõnẽ inueſtigata, à paucis & p longum tẽpus, & cum admiſtione multorũ errorum homini proueniret. A cuius tñ ueritatis cognitione depẽdet tota hoïs ſalus, quæ in Deo eſt. Vt igitur ſalus hominibus & cõuenientius & certius proueniat, neceſſarium fuit quòd de diuinis p diuinã reuelationem inſtruantur. Neceſſarium igitur fuit, præter phyſicas diſciplinas, quæ per rationem inueſtigantur, ſacrã doctrinam per reuelationem haberi. B

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licèt ea, quæ ſunt altiora hominis cognitione, nõ ſint ab homine per rationem inquirenda, ſunt tamen à Deo reuelata ſuſcipienda per fidem. Vnde & ibidem ſubditur, Plurima ſupra ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi. Et in huiuſmodi ſacra doctrina conſiſtit. C

AD SECVNDVM dicendum, quòd diuerſa ratio cognoſcibilis diuerſitatem ſcientiarum [d] inducit. Eandem. n. concluſionem demonſtrat aſtrologus & naturalis, puta quòd terra eſt rotunda: ſed aſtrologus p medium mathematicũ, id eſt, à materia abſtractum: naturalis autem p medium circa materiã cõſideratũ. Vndè nihil prohibet de eiſdem rebus, de quibus phyſicæ diſciplinæ tractant, ſecundum quòd ſunt cognoſcibilia lumine naturalis rõnis, & aliã ſcientiã tractare, ſecundùm quòd cognoſcuntur lumine diuinæ reuelationis. Vndè theologia, quæ ad ſacram doctrinam pertinet, differt ſecundum genus [d] ab illa theologia, quæ pars philoſophiæ ponitur. D

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrum ſacra doctrina ſit ſcientia.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd ſacra doctrina nõ ſit ſcientia. Omnis enim ſcientia procedit ex principijs [h] per ſe notis: ſed ſacra doctrina procedit ex articulis fidei, qui nõ ſunt per ſe noti, cùm non ab omnibus concedantur: non. n. omnium eſt fides, ut dicitur ſecundæ Theſſalonic. 3. Non igitur ſacra doctrina eſt ſcientia.

¶ 2. Præterea, Sciẽtia [h] nõ eſt

D. 649. D. 1183.

¶ SVPER QVÆS. I. ARTIC. II.

Alenſ. p. p. ſu. q. 1. mem. 1.
Scot. 1. ſ. q. 4. prol.
Riccar. 1. ſ. q. 2. prol.
Duran. 1. ſ. q. 7. prol.
Mairo. 1. ſ. q. 14. prol.
Egid. 1. ſ. q. 1. 2. pri. prol.
Cap. 1. q. 1. con. 3. & 5. in prol. con. 1.
Dur. 1. q. 1. 7. & 8.
Hen. gand. a. 6. q. 1. a. 6. q. 4.
Bannes eodem loco.
P. de Pal. q. 2. prolo.

D. 1154. D. 1067. D. 1110. D. 1156.

IN titulo huius ſecũdi articuli, nota duos terminos. Primò, ly ſcientia. Secũdò, ly ſacra doctrina. Scientia. n. ſumitur hic propriè, ut eſt intellectualis uirtus (ſex to Ethicorũ.) & habitus concluſionũ p demonſtrationẽ acquiſibilis ex principijs. Et quia talia ſunt ſubiecta qualia pmittuntur à pdicatis cõſequẽs ẽ, quòd ly ſacra doctrina, ſumatur hic p doctrina reuelata, vt eſt cõcluſionũ. Neq; n. ſumitur p tota, quia ſtultũ vt quæreretur an una cognitio claudẽs in ſe principia, & cõcluſiones ſit ſciẽtia, cũ cõſtet, principiorũ nõ eſſe ſciẽtiã, ſed p ipſa abſolutè, vt in primo articulo adiuncto reſpectu ad cõcluſiones: ita quòd ſenſus qõnis eſt, an ſacra doctrina, quã probauimus neceſſariã, quo ad cõcluſiones ſuas, hẽat rõnẽ ſciẽtiæ, an nõ: ſed opinionis, &c. & ſic idẽ oĩno eſt ſubiectũ qõnis & cõcluſionis reſponſiuæ: & quæſtiones æquantur uerè ſcitis iuxta doctrinam ſecundi poſteriorum.

3. diſt. 33. q. 1. art. 2. q. 4. & 1. ſentẽ. gl. art. 3. q. 2. Et veri. q. 14. art. 9. 5. Et Boe. tri. q. 2. ar tic. 2.

¶ In corpore, propoſita cõcluſione rñſiua, tria facit. Primò ponitur vnica diſtinctio. Secundò modificatur cõcluſio reſponſiua. Tertiò deducitur corollariũ. Diſtinctio eſt, ſcientia duplex: alternãs & ſubalternata, ex primo poſteriorũ. Dña inter has eſt, quòd ſubalternans procedit ex propoſitionibus p ſe notis: ſubalternata uerò ex principijs notis non per ſe, ſed lumine ſuperioris ſciẽtiæ, ut patet in Arithmetica & Muſica, Geometria & Perſpectiua.

¶ Circa hãc diſtinctionẽ, ac dñam vide, quòd ex propria rõne ſciẽtiæ abſolutè naſcitur hæc dña aſſignata in littera: & propterea tanquã prima & eſſentialis dña inter ſubalternãtẽ, & ſubalternatã ſuſcipiẽda eſt: & ex his oportet oẽs difficultates ſolui, ſi doctrina uera eſt. Scito igitur quòd de rõne ſciẽtiæ abſolutè ut diſtinguitur cõtra alios habitus ſeu virtutes intellectuales, eſt hẽc cõcluſiones viſibiles ſ. alio. ſ. in principijs: quia oĩs ſciẽtia ex principijs oritur neceſſariò. Et ex hoc ſequitur quòd nec ſciẽtia ſubalternãs, nec ſubalternata hẽt euidẽtiã cõcluſionũ in ſeipſis, ſed adiuta habitu principiorũ, verùm in hoc differũt, quòd ſubalternantis concluſiones viſibiles ſunt ex, & in principijs, immediatè. i. abſq; alio medio habitu: ſubalternatæ verò cõcluſiones viſibiles ſunt ex, & in principijs p ſe notis me-

diste, mediante habitu ſcientifico ſubalternãte. Et hæc eſt eſſentialis, & per ſe diſtãtia inter ſubalternantem, & ſubalternatã ſcientiam. Cæteræ aũt conditiones ſunt conſequentes, aut ſunt talis ſubalternæ, non ſubalternæ vt ſic. [illegible] quia: & altera [illegible] obiectum addat dñam accidentalẽ extraneã. Hęc nanq; eſt conditio ſubalternationis [illegible] vero ſubalternationis quo ad pricipia, [illegible] materiæ, vt infra patebit. Eſſentiale ergo, [illegible] diſcurſiue, eſt his concluſiones viſibiles, nõ in, & ex ſe, ſed in & ex alio. Et ex his deducunt quinque. Primò, quod [illegible] ſcientia ex ſua cõtinuatione ad habitum ſuperiorẽ: [illegible] non niſi ex illa continuatione [illegible] concluſionũ. Et vt dr̃ primo poſteriorũ, Non ſcientnon habens demonſtrationẽ demonſtrabilis. Demonſtratio n. eſt [illegible] continuans, non curando modo, [illegible] Secundò, quod ſciẽtia ſubalternata eſt ſciẽtia ex continuatione, ſeu continuabilitate ad ſcientiã ſuperiorem eadẽ ratione. Tertiò, quod per ſe habitus principiorum proximorũ ſubalternatæ eſt habit⁹ ſcientificus ſubalternans. Quartò, quod ſciẽtia ſubalternans, & ſubalternata non neceſſariò opponuntur ex parte obiecti, nec ex parte ſubiecti, ſed potius ex parte conditionũ medij: quia [illegible] in ſubalternante immediatè iungitur principijs per ſe notis, ſubalternatæ verò mediatè, mediante [illegible] habitu alterius ſpeciei. Quintò, quod ſubalternata, & ſubalternãs ſunt compoſſibiles in eo [illegible]

Lib. 14. c. 1. a med. tom. 3.

ſingularium. Sed ſacra doctrina tractat de ſingularibus, puta de geſtis Abrahę, Iſaac, & Iacob, & ſimilibus. Ergo ſacra doctrina non eſt ſcientia.

Sed contra eſt, quod Auguſtin. dicit 14. de trinit.* Huic ſcientiæ attribuitur illud tantũmodo, quo fides ſaluberrima gi- G gnitur, nutritur, defenditur, roboratur. Hoc autem ad nullam ſcientiam pertinet, niſi ad ſacrã doctrinam. Ergo ſacra doctrina eſt ſcientia.

Respondeo. Dicendum, ſacrã doctrinam eſſe ſcientiam. Sed ſciendum eſt, quod duplex eſt ſcientiarũ genus. Quędã enim ſunt, quæ procedunt ex principijs notis lumine naturali intellect⁹, ſicut Arithmetica, Geometria, & hmõi. Quædã verò ſunt, quæ procedunt ex principijs notis lumi- H ne ſuperioris ſciẽtiæ: ſicut perſpectiua procedit ex principijs notificatis per Geometriã: & Muſica ex principijs per Arithmeticam notis. Et hoc modo ſacra doctrina eſt ſciẽtia, quia procedit ex principijs notis lumine ſuperioris ſcientiæ, quæ ſcilicet eſt ſciẽtia Dei, & beatorum. Vnde ſicut Muſica credit principia tradita ſibi ab Arithmetico, ita doctrina ſacra credit principia reuelata ſibi à Deo.

Ad primum ergo dicendũ, quod principia cuiuſlibet ſciæ, vel ſunt nota per ſe, vel reducuntur ad notitiã ſuperioris ſcientiæ: & talia ſunt principia ſacræ doctrinæ: vt dictum eſt.*

* In corp. art.

Ad secundum dicendum, quod ſingularia traduntur in ſacra doctrina, nõ quia de eis principaliter tractetur, ſed introducunt, tũ in exẽplũ vitæ, ſicut in ſcientijs moralibus: tũm ẽt ad declarãdum auctoritatẽ virorum, per quos ad nos reuelatio diuina proceſſit, ſuper quam fundatur ſacra ſcriptura, ſeu doctrina.

F & demonſtrationibus aſſignatis primo poſteriorũ, & 6. Ethicor. Ex parte obiecti: quia ſcientia eſt de neceſſarijs: iſta eſt de contingẽtib⁹, puta incarnatione, prædeſtinatione, glorificatione, &c. Ex parte principiorum: [illegible] quia ſcientia eſt ex & per ſe notis: [illegible] quia habitus principiorũ ſciæ eſt ſuperior habitu concluſionũ. Ex parte certitudinis: tũm quia ſciens ſcit ſe ſcire: [illegible] quia ſcia eſt virtus intellectualis. Et ſi dicat, quod theologus ſcit ſe ſcire ex ſuppoſitione, ſi articuli fidei ſunt veri: ergo inquit Aureolus, iſta eſt ſcientia conſequentiarũ, & non conſequẽtũ: & neceſſitatis cõſequẽtiæ, & non conſequẽtis: & breuiter illationũ, non rerũ. Ex parte modi: Sacra doctrina inquit Scotus in 3. ſent. diſt. 24. q. 1. non eſt tradita per diſcurſũ ſyllogiſticũ, ſed [illegible] aſſẽtimus, ita quod non vni propter aliud: ergo. antecedens [illegible] quia licẽt arguatur primæ ad Cor. c. 15. & à doctoribus. Nulla tamen maior certitudo eſt probatæ, quam probatis, aut [illegible] & non probatæ, ſed ſimpliciter propoſitæ: quod in ſcientia non contingit. Ex parte demũ ſubiecti: fides & ſcientia apud te non ſtãt ſimul, inquit Scotus ibidẽ: & q. 3. prologi primi. ergo.

¶ Contra ſecundã autem partem, ſeu minorem allatæ rationis, multipliciter arguitur impugnando duo. Primò diſtinctionem theologiæ noſtræ à theologia Dei, & beatorum. Secundò, quod diſtinctio illa, quæ eſt inter eas qualiſcunq; ſit, non eſt diſtinctio cũ requiſitis conditionibus inter ſubalternantem, & ſubalternatam. [illegible]

[illegible]

ſcientia, niſi æquiuocè, vt alibi ipſe dicere videtur: nec ſit ſubal- A ternata niſi ſecundũm quid, ſcilicet quo ad euidẽtiam, & ſi hęc conſiderentur, facilis eſſet quæſtionis ſolutio. Verum mihi videtur aliter eſſe interpretandum Sanctum Thomam quo ad ſecundum præcipuẽ punctum. Nam quo ad primum punctum, ſcilicet, quod theologia noſtra vt in nobis viatoribus nõ ſit, aut ſit ſcientia, vtraque pars poteſt ſanè intellecta dici, & quod non eſt ſcientia: ſcilicet non habet ſcientiæ rationem perfectã quia [illegible] qui non poteſt reſoluere in principia euidentia: & hoc intendit vbicunque hoc innuit: & quòd eſt ſcientia imperfecta rõne ſtatus præſentis. Sciẽtia enim imperfecta nõ eſt extra latitudinẽ ſcientiæ: & hoc affirmat hic littera. Et ne daretur occaſio malè intelligendi, cum fuiſſet tantũ quæſitum, vtrum eſſet ſcientia, reſponſum eſt affirmatiuè cũ aduerſatiua ſubiuncta, vt completa reſponſio eſſet cum conditione ſpecificante, & non abſolutè, non enim probauit quòd eſt ſcientia, ſed quod eſt ſcientia ſubalternata, vt ex qualitate adiuncta intelligeret imperfectionem, quam in ſtatu hoc habet.

¶ Quo ad ſecundum verò punctum de ſubalternatione, videtur C [illegible]

Infra art. 4. Et 1. p. art. 2. 3. & 4. ca. & 5. 2.

* P. imo poſt. text. 43. to. 1.

Articvlvs III.

Vtrum ſacra doctrina ſit una ſcientia.

Ad Tertivm ſic proceditur. Videtur quod ſacra doctrina non ſit una ſcientia: quia ſecundũm Philoſophum in primo poſteriorum,* vna ſcientia eſt quæ vnius generis ſubiecti. B Creator autem & creatura, de quibus in ſacra doctrina tractatur, non continentur ſub uno genere ſubiecti. Ergo ſacra doctrina non eſt una ſcientia.

¶ 2 Præterea, In ſacra doctrina tractat de Angelis, de creaturis corporalibus, de moribus hominum: huiuſmodi autem ad diuerſas ſcientias philoſophicas pertinent: igitur ſacra doctrina non eſt vna ſcientia.

Sed contra eſt, quod ſacra ſcriptura de ea loquitur ſicut de una ſcientia; dicitur enim Sapien. 10. Dedit illi ſcientiam Sanctorum.

Respondeo dicendũ, ſacram doctrina unam ſcientiam

contra primam partem inductas ſigillatim propter nouitios reſpondendo dicitur.

¶ Et ad primum dicitur, quòd incarnatio & alia huiuſmodi ſecundum ſe contingentia, ut ſubſunt huic ſcientiæ, ſunt neceſſaria, quemadmodum ut ſcita à Deo ſunt neceſſaria, vt in quæſtione quartadecima patebit.

¶ Ad ſecundum etiam patet, quod iſta ſcientia eſt ex per ſe notis, id eſt euidentib⁹ mediatè, & hoc ſufficit, iuxta illud primi Topicorũ, Demonſtratio eſt ex per ſe notis: uel ex his quæ per illa fidem ſumpſerũt. Habitus quoque per ſe principiorum huius ſciẽtiæ eſt altior ipſis, quicquid ſit de habitu per accidẽs, id eſt fide, quæ dici poteſt altior ſcientia quo ad adhæſionem, licẽt non quo ad euidentiam.

¶ Ad tertium autem dicitur quòd Theologus ſcit, ſe ſcire non conditionaliter, ſed ſubalternatẽ: hoc autem non eſt ſcire illationes tantũ, ſed illata ex principijs euidentibus in ſuperiori ſciẽtia. Nec plus poteſt inferri ex tali ineuidentia, niſi quod tale ſcire non eſt perfectum, niſi continuatur cum ſuperiori ſcientia: quod non ſolum concedimus, ſed docemus. [illegible]

[illegible]

rum: ſed docetur ibidẽ, q̃ vna ſcia nõ deſcẽdit in aliã, niſi ſubie-F ctũ ſit ſub ſubiecto ſimpliciter: vel ſic, qđ cõcedimus, dum dicimus ſciam beatorũ deſcẽdere in noſtrã: qa formale ſubiectũ, vt res, eſt unũ idẽ vtrobiq;: & vt obiectũ huius, eſt obiectum illius.
¶ Ad reliqua verò obiecta contra ſecundum punctum dr̃, q̃ iſta ſcia depẽdet à theologia beatorũ ut à lumine, & ſunt cõpoſſibiles ſimul in eodẽ. Nec ſequitur q̃ idẽ ſit ſimul uiator & cõprehenſor, ſed ſit ſimul comprehẽſor & hñs ſcientiã, quã acquiſiuit in uia. Alio modo, nõ ſolum pp excluſionem diſcurſus, ſed propter perfectionẽ quam ex continuatione ad ſcientiã beatorũ ſortitur.
¶ Ad vltimum Durãdi, negatur, theologales concluſiones non habere ꝓpter quid, quicquid ſit de principijs. Et ſi idem pp quid, nos & beati dicamus, non tñ eodẽ modo: quia illi euidenter, nos aũt abſq; euidentia. At ſi principia dicatur oportere hẽre propter quid, rñſum eſt, q̃ ſufficit q̃ non ſit euidentia in ſubalternata, ſed in ſubalternante: & hoc loquendo de propter quid propriè. Nulla namque eſt propoſitio purè theologalis, q̃ non habeat aliquo modo propter quid. Et ſic patet reſponſio ad omnia obiecta.

7

* artic. præcedenti.

D. 1154

eſſe*. Eſt n. vnitas potẽtiæ & habitus conſideranda ſm obiectũ; non quidẽ materialiter, ſed ſm rationem formalem obiecti: ᵃ puta homo, aſinus, & lapis conueniunt in una formali ratione colorati, quod eſt obiectum uiſus. Quia igitur ſacra ſcriptura conſiderat aliqua ſecundum q̃ G ſunt diuinitus reuelata (ſm q̃ dictum eſt*) omnia quæcũq; ſunt diuinitus reuelabilia, cõmunicant in una rõne formaliᵈ obiecti huius ſcientiæ: & ideò comprehenduntur ſub ſacra doctrina, ſicut ſub ſcientia una.

Ad primum ergo dicendũ, q̃ ſacra doctrina non determinat de Deo & de creaturis ex æquo, ſed de Deo principaliter, & de creaturis ſecundùm q̃ referuntur ad Deum, vt ad principium vel finẽ. Vndè vnitas ſcientiæ non impeditur.

Ad secundum dicẽdum, q̃ nihil prohibet inferiores potentias, vel habitus diuerſificari circa illas materias, quæ cõiter cadunt ſub una potentia uel habitu ſuperiori. qa ſuperior potẽtia uel habitus reſpicit obiectũ ſub uniuerſaliori rõne formali:

¶SVPER QVÆST. I. ARTIC. III.

Egi. 1. ſ. q. 3. 2. princ. in prolo.	*Hen. gen. ar. 6. q. 3. prin.*
Dur. p. q. 4.	*Banenſ eodẽ.*
Cap. p. q. 3. & con. 4. q. 3. con. 3. a. 4. q. con. 6. q. 4. con. 3.	*Alb. Mag. p. diſ. p. art. 3.*

IN titulo nota duos terminos, ſcilicet ſubiectum & prædicatum: ly n. ſacra doctrina, ſumitur pro tota ſcientia theologica: ly vna, ſupponit pro unitate ſpecifica ſpeciei ſpecialiſſimæ. Et aduerte caute q̃ hic non quæritur utrũ ſit una ſimplex qualitas, ſed vtrum ſit una ſcientia ſcdm ſpeciẽ, quicquid ſit de mõ unitatis ipſius ſcientiæ in cõi, an ſcilicet ſit una unitate ſimplicitatis, an unitate ordinis &c. Nihil n. refert ad propoſitũ, quid quiſq; ſentiat. Sat eſt hic diſcutere an theologia ſit ſciẽtia vna ſcdm ſpeciẽ ſpecialiſſima, an nõ, ſed ſit diuiſibilis i multas ſpẽs: & ut mathematica diuiditur in geometriã, arithmeticã, &c. ita hæc diuidatur in ſcias plures, puta de Deo, de Chro, de moribᵘ.
¶ In corpore eſt una concluſio rñſiua quæſito affirmatiuè. Sacra doctrina eſt ſcientia una. Probatur, unitas potẽtiæ & habitus eſt ſcdm unitatẽ rõnis formalis obiecti, ergo ſacra doctrina eſt ſcia una. Antecedens declaratur in potentia uiſiua, & ratione formali ſui obiecti. Conſequentia uerò probatur. Omnia conſiderata in ſacra doctrina communicant in una rõne formali obiecti huius ſcientiæ, ſcilicet lumine diuinæ reuelationis: ergo.
¶ Ad euidentiam huius rõnis nota duplicẽ eſſe rationẽ formalem obiecti in ſcientia, alterã obiecti ut res, alterã obiecti ut obiectũ: vel alterã ut quæ, alteram ut ſub qua. Rõ formalis obiecti ut res, ſeu quæ eſt rõ rei obiectæ, quæ primò terminat actum illius habitus, & ex qua fluunt paſſiones illius ſubiecti, & quæ eſt medium in prima demonſtratione, ut entitas in metaphyſica, quantitas in mathematica, & mobilitas in naturali. Rõ autẽ formalis obiecti ut obiectũ, vel ſub qua, eſt immaterialitas talis, ſeu talis modus abſtrahẽdi & diffiniendi: puta ſine omni materia in metaphyſica, cũ materia intelligibili tñ in mathematica, & cũ materia ſenſibili, non tñ hac, ut in naturali. Neceſſitas autẽ, qualitas, & diſtinctio harũ rõnum ſumenda eſt ex diſtinctione duorũ generũ, in quibus oportet locare obiectum ſciẽtiæ. Oportet. n. q̃ formaliter ſit talis res, taliter ſcibilis. Et ideò oportet q̃ habeat & rationẽ formalem conſtituentẽ formaliter ipſam in tali eſſe reali, & rõnẽ formalẽ conſtituentẽ formaliter ipſam in tali eſſe ſcibili, vt ſic reponatur & in gñe rerũ, & in genere ſcibilium: quẽadmodum obiectum ſenſus eſt in duobus gñibus, ſcilicet ſub paſſibili qualitate, & ſub ſenſibili. Aliæ namq; ſunt drĩæ & ſpecies paſſibiles qualitatis, & aliæ ſenſibilis illius. n. ſunt ſpẽs, Color, Sonus, Odor, &c, iſtius uero ſpẽs ſunt, Viſibile, Audi-

bile, Odorabile, illius driæ ſunt conſtitutiuæ rerum obiectarum: iſtius driæ nihil ponunt in ipſis rebus obiectis. Illæ rurſus conſtituunt ſubiecta, iſtæ paſſiones, iuxta illud ſecundi de Anima: vbi viſibile pdicatũ ſecundi modi per ſe, ſeu paſſio ponit̃ coloris. Et quemadmodũ ſenſus diſtinctio & multiplicatio nõ attenditur ſcdm quamcunq; diuiſionẽ ſẽſibilis qualitatis, ſed ſolò ſcdm illum in illa quinq;, ex quibus fluit diuiſio p ſe ſenſibilis in eo qđ ſenſibile, p proprias ſcilicet driæ ipſius ſenſibilis: puta taliter immutatiuum eſſe ſenſus, &c. qm ſenſus dr̃ diuidi ſecũdum diuiſionẽ ſenſibilis inquantũ ſenſibile: ita obiectũ ſcientiæ eſt in gñe entis, & in gñe ſpeculabilis, ita q̃ hæc duo genera alijs & alijs drĩjs proprijs diuiduntur in proprias ſpẽs. Entis enim driæ ꝓpriæ ſunt conſtitutiuæ entium in ſuis generibus realibus, ſicut eſſe per ſe conſtituit ſubſtantiam, & eſſe in alio accidens, &c. Speculabilis autem propriæ differentiæ nihil ponunt in entibus. Vndẽ illæ intrinſecẽ cõſtituunt ſubiecta, iſtę conſtituunt quaſi paſſiones eorum: quandoquidem & ſpeculabilitas entis paſſio eſt. Et propterea, illa ſola entis diuiſio H diuerſificat habitus ſpeculatiuos, q̃ infert propriam diuiſionẽ ſpeculabilis ut ſpeculabile eſt per ꝓprias drĩas ipſius ſpeculabilis: q̃ penes diuerſitatem modi abſtrahendi à materia ſumuntur 6. Metaphyſicę. Ita q̃ primo diuiditur rõ entis in entitatem ſimpliciter, quantitatẽ, & mobilitatẽ, & Deitatẽ. Et ex hac fluit alia diuiſio ſcibilis, in ſcibile per lumen metaphyſicale, id eſt, medium illuſtratum per abſtractionẽ ab omni materia: & per lumen mathematicũ, id eſt, medium illuſtratum immaterialitate ſenſibili: obumbratum tñ materia intelligibili: & per lumẽ phyſicum obumbratum, id eſt, mediũ obumbratum materia ſenſibili, illuſtratum aũt ex ſeparatione indiuidualium conditionũ: & per lumen diuinum, id eſt, mediũ diuino lumine fulgens: qđ ſcibile theologicũ conſtituit. Habet igitur obiecti ſciæ duplicẽ rationem formalẽ, alteram quidditatiuã ſibi ut res eſt, alteram denominatiuã ſui ſimpliciter. Quidditatiuam aũt ſibi ut eſt ſub gñe I ſcibilis, quod eſt eſſe ſub gñe obiecti, qm ſcibile, ſpecies eſt obiecti. Et ideò dictum eſt, q̃ altera eſt obiecti ut obiectum eſt: & qm quemadmodũ ſenſus diſtinguitur ſcdm diſtinctionem ſenſibilis ut ſic, ita ſcẽtia diuiditur ſcdm diuiſionem ſcibilis ut ſic: ita q̃ ubi eſt una ſpecies ſpecialiſſima ſcibilis, ibi oportet eſſe unam tm ſpeciem ſcientiæ, quemadmodum & in ſenſu & ſenſibili accidit. Et vbi plures driæ ſcibilis ut ſic reperiuntur, diuerſas oportet ſcientiæ ſpecies ponere: & ſi his adiunxeris q̃ differentię ſcibilis ut ſic, ſunt ipſę rationes formales obiecti ſcibilis ut obiectũ eſt, de neceſſitate ſequitur, quò, vnitas & diuerſitas ſpecifica ſcientiarum attendantur penès unitatem & diuerſitatem rationum formalium obiectorum, ut obiecta ſunt, uel q̃ ſidem eſt rationum formalium ſub quibus res ſciuntur. Et hoc eſt quod in littera dicitur, dum ratio quare theologia ſit vna ſcientia aſſignatur, ex vnitate rõnis formalis ſub qua, ſeu obiecti ut obiectum, id eſt, luminis diuinę reuelationis. Omnia enim dicuntur conſiderari in theologia, inquantum ſunt diuinitus reuelabi-K lia. Et ſic patet uis & ſenſus rationis allatę in littera.
¶ Circa hanc rationem ſic expoſitam occurrit triplex dubium. Primum circa ipſam rationem: ſecundũ circa antecedens: tertium circa propoſitionem aſſumptã in probatione conſequentię. Et ſunt ſigillatim abſoluenda ordine propoſito.
¶ Circa rationem igitur litteræ dubium occurrit: quia in æquiuocationem cecidit: quoniam in antecedente loquitur de ratione formali obiecti ut res eſt (ut patet ex eius probatione in viſu: aſſumitur nanque coloris ratio pro ratione formali viſibilis: coloris autem ratio, eſt ratio formalis uiſibilis inquantum res, vt patet.) Probatio uerò conſequentię loquitur de ratione formali obiecti ut obiectum eſt: quoniam reuelabilitatem ſubſumit eſſe rationem formalem obiecti theologię. Ergo manifeſtè cõmittitur æquiuocatio, ſub ratione formali obiecti ut res, ſubſumendo rationem formalem obiecti ut obiectum.
¶ Ad hoc dicitur, negando aſſumptum: Quoniam antece-
deus

dens ſupponit indiſtinctè pro ratione formali obiecti ſiuè vt res ſiuè vt obiectum: quamuis ſit manifeſtatum quo ad rationem formalem obiecti, vt res: tũm quia notior eſt, tũm quia conuertibiliter ſe conſequuntur illæ duæ rationes formales, vt ſubiectum & paſſio, vt dictum eſt: & propterea abſque æquiuocatione ſubſumi potuit de ratione formali obiecti vt obiectum eſt, ſ. reuelabilitate. Et merito magis ratio obiecti, vt obiectum ſub ſumpta eſt, quàm ratio obiecti, vt res: tum quia ratio obiecti theologici, vt res, adhuc non eſt aſſignata, ſed in articu. 7. diſcutienda erat: alia verò eſt aſſignata & in 1. & in 2. articu. Tũm quia ratio illius vt res, non inferet ſpeciem ſpecialiſſimam obiecti, ut ſic, & conſequenter nec ſpeciem ſpecialiſſimam ſcientiæ, vt nunc patebit, & ſic non habuiſſet intentum ſuum.

* ſicut obiectum ſenſus cõmunis eſt ſenſibile, quod cõprehendit ſub ſe viſibile & audibile. Vndè ſenſus cõmunis cùm ſit vna potentia, extendit ſe ad omnia obiecta quinq; ſenſuum. Et ſimiliter ea, quæ in diuerſis ſcientijs philoſophicis tractantur, pt ſacra doctrina vna exiſtens conſiderare ſub vna ratione, inquãtũ ſcilicet ſunt diuinitᵘ reuelabilia. Vt ſic ſacra doctrina ſit velut q̃dã impreſſio diuinæ ſcientiæ, q̃ eſt vna ſimplex omnium.

¶ Sed contra reſponſionem inſurgit maior difficultas: quoniã ſi verum eſt, q̃ rõ formalis obiecti, vt res, & ratio eius, vt obiectum, ſe habent, vt ſubiectum, & paſſio conuertibiliter (vt præfata reſponſio ſuſtinet, & prius eſt dictum) ſequitur q̃ theolo-C gia beatorum & nra, conueniant in vna rõne formali obiecti, vt obiectum eſt: & conſequenter ſint vna ſcientia ſcdm ſpẽm ſpãliſſimã, & conſequenter ruit tota ſubalternatio articuli pcedẽtis, vt ibi arguebat Scotus: quia idẽ non ſubalternat̃ ſibi. Probat̃ ſequela ſic. Iſtæ theologiæ conueniunt in rõne formali obiecti, vt res, quia deitas eſt rõ formalis vtrobiq;, ergo in rõne formali obiecti, vt obiectum. Patet conſequentia: quia illæ duæ rõnes formales conuertibiliter ſe inferunt, vt ſubiectũ & paſſio ſcdm dicta. Oportet enim conuenientia in vnitate ſubiecti, q̃ conueniant in vnitate paſſionis illius: qm inſeparabilis eſt paſſio à ſubiecto. Ad hoc dr̃, q̃ illa ꝓpoſitio, ſ. ratio formalis obiecti, vt res, & ratio eius vt obiectum, ſicut conuertibiles, &c. veriſſima eſt, ſanè intellecta: ſ. de rõne formali obiecti, vt ſic, adæquata rõni formali rei. Secus aũt eſt de rõne formali obiecti, vt obiectum, inadęquata rõni formali obiecti, vt res, ſi cõtingit aliquod obiectum habere rationem inadæquatam: quoniam inadæquatam non oportet conuerti cum rõne rei: ſed inferre quidem illam, D & nõ neceſſariò inferri ab illa. Sic aũt eſt in propoſito: quia deitati videt vna tñ ratio formalis adæquata obiecti, vt obiectum eſt, & hæc eſt lumen diuinum. Sed illa ratio formalis non eſt vna in ſpecie, ſed in genere: & diuiditur in lumen diuinum euidens, & lumen diuinum reuelans, abſtrahendo ab euidentia & ineuidentia, & lumen diuinum ineuidens: & primum eſt ratio ſub qua theologiæ beatorum, ſecundum noſtræ, tertium fidei. Et propterea, cum vnitate rationis formalis obiecti, vt res, ſtat diuerſitas ſpecifica rationum formalium obiecti illius, vt obiectum: & conſequenter diuerſitas ſpecifica habituum. Et ideò, quamuis Deitas conuertatur cum illa ratione adæquata, & mutuo ſe inferant, non tamen conuertitur cum aliqua ſpecie illius: & conſequenter nullam earum determinatè infert, ſed infertur à ſingulis: valet enim: Deus ſub rõne deitatis eſt obiectũ talis ſcientiæ: ergo ſub lumine diuino, & econuerſo. Sed nõ ergo ſub lumine euidẽtiæ, ergo ſub lumine reuelationis, &c.
¶ Et vt ſcias radicem reſponſionis huiuſ, aduerte, quòd licèt duæ rationes formales ſæpius nominatæ ſe habeant conuertibiliter, vt ſubiectum & paſſio, non tamen conuertibiliter ſe habent in gradu vnitatis: ita quòd ſi altera vna eſt vnitate ſpecifica ſpecialiſſimè, altera quoque ſit ſic vna: & ſi altera eſt vna genere, q̃ reliqua quoque ſit vna genericè, imò totum oppoſitũ in pluribus apparet. Nam in obiecto metaphyſicæ, rõ entis, eſt vna minus q̃ genere, & tñ rõ ſuæ ſpeculabilitatis ſcilicet abſtractio à materia ſenſibili & intelligibili, eſt vna ſcdm ſpeciem ſpecialiſſimam. Et idem apparet in geometria & arithmetica: quarum ſubiecta habent vnitatem genericam, vt res, & ſpecie athomæ, vt obiecta. Et per oppoſitum, q̃que ratio rei eſt una ſcdm ſpeciem athomam, & ratio obiecti vt ſic, eſt vna ſcdm genus, ut in propoſito contingit de deitate & lumine diuino. Et merito oppoſito modo obiectum theologiæ ſe habeat ad obiecta prædictarum ſcientiarum: quia obiectum formale, ut res eſt, infinitã eſt. Conſonat quippe rationi, vt rei ſpecies infinita excedat

A ſpeciei obiecti finitas, quamuis adæquetur generi. Poſſet quoq; dici, q̃ ratio formalis obiecti dupliciter aſſignatur, ſcilicet ex parte obiecti: & hæc conuertibiliter ſe habet ad rationem rei. Vel ex parte defectiuæ potentiæ: & hæc non conuertitur, ſed infert rationem formalem rei, & non infertur ab illa. Sic autem eſt in ꝓpoſito: q̃ deitas & lumen diuinũ conuertunt̃, ſed deitas & lumen diuinum ſic nõ conuertunt̃: ſed tale lumẽ infert & claudit in ſe deitatẽ: ſi at econuerſò. Et idò licitum fuiſſet ẽt ſub rõne formali rei ſubſumere lumẽ reuelatiõis: qm i hoc ẽ ſuadẽt illa.
¶ Circa antecedẽs eſt dubiũ, habens campũ valdè magnũ, de vnitate, & diuerſitate habitus & potentiæ ex obiecto: & propterea oporteret de hoc facere potiᵘ q̃ſtionem ſpecialem. Sat ſit hic, quòd antecedens illud ex ſecundo de anima habetur, vbi potentię per actus, & actus per obiecta diſtingui dicunt̃. Idẽ eſt. n. de actu & habitu iudiciũ quò ad hoc.
¶ Circa propoſitionem aſſumptam in probatione conſequẽtię, ſ. omnia conſiderata in ſacra doctrina conueniunt in una ratione formali, id eſt, reuelabilitate, dupliciter dubitatur. Primò contra ipſam in ſe. Secundò contra ipſam vt appellatur ad inferendum vnitatem ſpecificam theologię. Contra ipſam quidem in ſe arguit Albertus Magnus in primo libro ſummę ſuę theologię: Reuelabilitas nihil ponit in re reuelata: ergo non eſt ratio formalis. Tenet ſequela, quia ratio formalis ponit aliquid in obiecto, cuius eſt ratio. Deinde arguit Aureolus: Lumen diuinum ſe habet ad theologiam, ut intellectus agens ad ſcientias acquiſitas: ergo non eſt ratio formalis.
¶ Præterea, Deus ſe habet, ut præceptor: ergo ſua reuelatio non eſt ratio formalis.
¶ Contra ipſam aũt ut infert unitatẽ ſcię arguit Aureolᵘ: Si Deᵘ reuelaret ſimul philoſophiã, & geometriam, non ppea eſſet una ſcia: ergo ex unitate reuelationis non ſequitur unitas ſcię, &c.
¶ Pro euidentia reſponſionum ad has obiectiones, ultrà pdicta, ſcito, quòd lumen diuinę reuelationis dupliciter comparari pt ad aliquam ſcientiam. Primò, ut infundens ad infuſum: ſeu cã effectum: & ſic nõ dat unitatem ſcię: qm pt omnes ſciẽtias quãtumcunque diuerſas infundere. Alio modo, ut ratio ſeu modus cognoſcẽdi obiecti, ſub quo, ſeu qua attingatur res reuelata à cognoſcente: & ſic dat unitatem ſcientiæ. Et quis iſta duplex cõparatio concurrat hic ſimul, non tamen oportet ſemper ſimul concurrere: ſi enim Deus reuelaret mihi geometriam, non propterea reuelatio eſſet ratio ſub qua obiecti geometrię meę: quia ego ſcirem geometricalia ſub illamet ratione formali, qua alij geometrę ſcirent. Sed in theologia concurrit utraq; comparatio, qm & hęc ſcientia non niſi per infuſionem habita eſt, & res ſcitę in ea omnes attinguntur, & eis aſſentitur ut ſubſunt diuino lumini, ut modo cognoſcibilitatis earũ. Et ppea unitas theologię infert̃ in litera ex unitate diuini luminis, non ut infundens eſt, ſed ut rõ formalis ſub qua, modo ſuperius expoſito.
¶ Et ex his patet facilè reſponſio ad obiecta. Nam rõ Alberti æquiuocat de rõne obiecti, ex conditionibus rõnis formalis obiecti, ut res, excludendo rõnem formalem obiecti, ut obiectum, &c. Prima autem rõ Aureoli deficit: quia lumen diuinum ſe habet, ut intellectus agens, ſed non tantum: ſed ẽt ut rõ formalis obiecti ut obiectum eſt. Secunda uerò eodem modo deficit: quia pręceptoris illuminatio hic non ſolum eſt infuſio, ſed rõ rei infuſę ſub qua. Et rurſus falſum eſt, quòd ab uno pręceptore ut ſic, poſſint plures ſcientię prouenire. Ad ultimum autem Aureoli iam patet, quòd conſequentia nihil ualet: quia lumen diuinũ, infundendo phyſicam ſimul & mathematicam, non concurrit ut ratio obiecti, ut obiectum eſt, ſed ut infundens tantum, &c.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ſacra doctrina ſit ſcientia practica.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd ſacra doctrina ſit ſcientia practica. Finis B enim ʰ practicę eſt operatio, ſecundùm Philoſophum in 2. metaph.* Sacra autem doctrina ad operationem ordinatur, ſm illud Iacob. 1. Eſtote factores verbi, & non auditores tm̃. Ergo ſacra doctrina ẽ practica ſciẽtia.

Porrecta per totũ.

4 Infra art. 5. c. Et 1. prol. art. 3. quæſt. 1.

* Tex. 5. col. 3.

SVPER QVAEST. I. ARTICVLVM IIII.

Scot. 1. ſ. q. 4. 5. prol.	*Egi. 1. ſ. q. vnica. p. 4. prolo.*
Duran. 1. ſ. q. 6. prol.	*Cap. 1. q. 2. prol. q. 2. con. 5. & 6.*
Riccar. 1. ſ. q. 4. prol.	*Banneſ eodẽ.*
Mairo. 1. ſ. A. 4. q. 2.	*Alb. M. q. p. 1. d. p. art. 4.*
Bacon. 1. ſ. q. 4. prol.	*Pe. de pal. q. 2. prolo.*

IN titulo notandum eſt, quid nomine ſcientię ſpeculatiuæ, & practicę. Scientia ſpeculatiua vocatur, cuius finis propter

 non

Universidad de Deusto Biblioteca

non eſt niſi ſcire. ſcientia autẽ practica eſt, cuius proprius finis eſt operari, vel opere appetitus, vel potentiæ executiuæ, dicente Ariſtotele 2. Ethic. Huiuſmodi ſermonem ſuſcepimus, non ut ſcientes ſimus, ſed vt operantes, &c.

¶ In corpore duæ concluſiones. prima eſt, Theologia nec eſt pure practica, nec pure ſpeculatiua: ſed altior, comprehendens in ſe eminenter rationem practici & ſpeculatiui.

F logia cum diuerſitate rationum formalium phyſicarum ſcientiarum: & conſtet q; diuerſitas rationum formaliũ diuerſificat phyſicas in ſpeculatiuam & practicam: ſequitur q; ex non diuerſitate, ſeu vnitate rationis formalis theologiæ, ipſa erit vna ſimul continens ſpeculatiuam & practicam.

¶ Antequàm concluſio probetur ad euidentiã cauſæ concluſionis, ſcito, q; practicum & ſpeculatiuũ neque ſunt differentiæ eſſentiales neque quaſi paſſiones conſequentes differẽtias eſſentiales, primò diuidentes ſcientiã in communi: ſicut nec viſiuum & auditiuum ſunt differentiæ primo diuidentes ſenſũ in cõmuni. Sed quẽadmodũ ſenſus prius diuiditur in communem & propriũ, & deinde ſenſus proprius diuiditur in viſum, auditũ, &c. ita ſcientia priùs diuiditur in ſcientiam infinitam & finitam: et deinde ſcientia finita diuiditur in ſpeculatiuam & practicam. Et ratio huius eſt, quia una ratio formalis obiecti finita, non poteſt habere utranque conditionem, & quòd ſit ex qua ſumatur regula operandi, & quòd ſit in ſe ſcibilis, etiam ſi nulla poſſet ex ea regula operis ſumi: ſed oportet has duas cõditiones in duabus fundari rationibus formalibus finitis, ut patet inductiuè. Sed ſi ratio formalis alicuius obiecti ſcibilis eſt infinita, iam ex ſua infinitate utranque in ſe conditionem comprehendit altiori modo quàm ſint in rebus finitis, eò q; diſperſa in inferioribus, unitè præinueniuntur in ſuperiori. Et propterea ſicut præter ſenſus proprios datur ſenſus altioris ordinis, qui nõ eſt uiſus, nec auditus, &c. ita præter ſciẽtias ſpeculatiuas & practicas datur ſcientia altioris ordinis, nõ ſpeculatiua nec practica: ſed eminenter continens utranque. Et iuxta hunc ſenſum intelligitur concluſio. Vndè in litera dicitur, q; licèt in ſcientijs phyſicis alia ſit ſpeculatiua & alia practica, ut eſt, practicum & ſpeculatiuum faciant alteritatem, quę eſt differentia ſubſtantialis: ſacra tamen doctrina una exiſtens cõprehendit utrunque, utpotè ſcientia altioris ordinis.

*art. pręcedenti.

¶ 2 Præterea, Sacra doctrina diuiditur per legem veterem & nouam. Lex autem pertinet ad ſcientiam [h] moralem, quæ eſt ſcientia practica. Ergo ſacra doctrina eſt ſcientia practica.

Sed contra, Oĩs ſciẽtia practica eſt de rebus operabilibus ab hoĩe, vt moralis de actibus hoium, & ædificatiua de ædificijs: ſacra autẽ doctrina eſt principaliter de Deo, cuius magis homines ſunt opera: non ergo eſt ſcientia practica ſed magis ſpeculatiua.

Respondeo dicendũ, q; ſacra doctrina (vt dictũ eſt[i]) vna exiſtẽs ſe extendit ad ea, q̃ ptinẽt ad diuerſas ſciẽtias philoſophicas, ꝓpter rationẽ formalẽ, quã in diuerſis attendit: ſcilicet ꝓut ſunt diuino lumine cognoſcibilia. vndè licèt ĩ ſciẽtijs philoſophicis alia ſit ſpeculatiua, & alia practica; [m] ſacra tñ doctrina cõprehendit ſub ſe vtrãq; [n], ſicut & Deus eadem ſcientia ſe cognoſcit, & ea, quæ facit. G Magis tñ ẽ ſpeculatiua q̃ practica: [q] qa principalius agit de rebus diuinis q̃ de actibus humanis: de qbus agit ſecundũ q; per eos ordinatur homo ad pfectam Dei cognitionem, in qua æterna beatitudo conſiſtit.

Et p hoc p3 rñſio ad obiecta.

¶ Secunda concluſio eſt. Theologia eſt magis ſpeculatiua, q̃ practica. Probatur dupliciter. Primò, Agit principalius de reb⁹ diuinis, q̃ de actibus humanis: ergo. Secũdò ſic, Agit de actib⁹ humanis ꝓp Dei ſpeculationẽ: ergo. probat antecedẽs, quia in ſpeculatione cõſiſtit eterna beatitudo.

¶ Circa pdicta aduertenda ſunt duo. Primum eſt, q; hæc interpretatio primę cõcluſionis, non eſt ficta, aut noua, ſed in corpore articuli inſinuata, ut patet diligẽter ponderanti quid importat dicere, q; vna exiſtens extẽdit ſe, &c. & cõſideranti, q; loquitur de unitate ſpecifica, quam conſtat per ſe vnum conſtituere. Per hæc n. manifeſtè excludit rudem interpretationem eorum, qui intelligunt theologiam comprehendere in ſe practicum & ſpeculatiuum per modum aggregationis: iſtam. n. non eſſet vna niſi per aggregationem, & non ſub vna ratione formali, ſed duabus: & propriè non comprehenderet ſub ſe vtrunque, vt in litera dr, ſed componeretur ex vtroque. Et quorſum ratio de identitate ſcientiæ Dei adducta eſſet in litera? Et vt omnis horum euacuetur fantaſia, videant Sanctum Thomam 2.2.q.45. articu. 3. vbi expreſsè ponit ſapientiam infuſam eſſe altioris ordinis q̃ ſit ſpeculatiuum & practicum eadem ratione quam hic aſſumit: quia ſcilicet quanto eſt altior ratio, tantò ad plura ſe extendit vna exiſtens. Et affertur alia ratio: quia ſcilicet hoc pertinet ad dignitatem: cùm ergo iſta ſcientia ſit digniſſima, vt patebit, & habeat rationem vnam communem omnibus practicis & ſpeculatiuis, & ſit diuini ordinis: tenebris inuolui opus eſt eum, qui aliter interpretatur eam comprehendere vtrunque, quàm vt ſcientia altioris ordinis. Patet etiam idem ex calce præcedentis articuli: vbi expreſsè hæc doctrina ad alias ſcientias proportionem habere dicitur, ſicut ſenſus communis ad ſenſus proprios: & ideò non diuerſificari ex differentijs obiectorum earũ, vtpote altioris ordinis. Et tangitur vtraq; ratio hic aſſignata, & ex parte vnius rationis formalis altioris: & ex parte imitationis diuinæ ſcientię: quia ſcilicet eſt impreſſio & ſigillatio propria illius, quę eſt vna & ſimplex non per aggregationem omnium. Nec obſtat comparatio ſubiuncta in ſecunda concluſione: quoniam cum hoc quod eſt eminenter vtrunque, ſtat quod ſit formaliter vtrunque, ſicut ſol eſt eminenter calefactiuus & exiccatiuus, & tamen formaliter. Et Deus eſt eminenter intelligens & volens & exequens, & tamen formaliter. Nec intendit aliud per illam comparationem, niſi quod ſcientia ſpeculatiua magis accedit ad naturam theologiæ quàm practica, ſicut ſi diceremus, quod ſenſus communis magis habet de natura viſus q̃ auditus, ſenſus eſſet, quòd conditiones viſus & ſenſus communis magis conueniunt quàm cõditiones auditus & ſenſus communis. Nec ſecus eſt in propoſito. Nec etiam obſtat ſi alicubi Sanctus Thomas dicit, quòd eſt ſimpliciter ſpeculatiua, & ſecundùm quid practica: quoniam ratio dicti eſt, quia ſpeculatiuum ſonat differentiam perfectam ſcientię, practicum verò minus perfectam: & conditiones ſpeculatiuæ magis conueniunt tam excellenti ſcientię quàm conditiones practicę. Dicitur ergò ſpeculatiua ſimpliciter, id eſt, ſine additione aliqua, quia eſt formaliter ſpeculatiua, eminenter tamen. Dicitur autem practica ſecundùm quid, & non abſolutè, ne detur intelligi quòd ſit ſcientia imperfectior quales ſunt illę, quę abſolutè dicuntur practicę. Nec refert ad propoſitum, an ponatur habitus theologię & uniuerſaliter ſcientię unus propter ſimplicitatem qualitatiuam, an unus propter unitatem ordinis ſpecierum intelligibilium; utroque namque modo oportet alterius gradus eſſe vel ordinẽ, uel qualitatẽ, quàm ſit ordo, ac q̃ habitus

¶ Probatur igitur concluſio in litera ſic. Sacra doctrina una exiſtens extendit ſe ad ea, quæ ſpectant ad ſcientias ſpeculatiuas, & practicas: ergò ipſa eſt altior, cõprehendens ſub ſe utrunque. Antecedens probatur ex pręcedente articulo: ſacra doctrina attendit unam rationem communem ſpeculabilibus & operabilibus: ſcilicet inquantum ſunt diuinitus reuelabilia: ergò. Conſequentia probatur: quia huiuſmodi ſcientia eſt ſicut ſcientia Dei, qui, ſcientia eadem ſcit ſe & opera ſua: ergò.

¶ Aduerte hic pro claritate literæ, tria. Primum circa probationem conſequentiæ ex antecedẽte probato: quòd illa probatio eſt optima, & à priori, & non per locum à ſimili. Cùm enim theologia noſtra nihil aliud ſit quàm impreſſio & ſigillum proprium ſcientiæ diuinæ: quoniam utraque eſt de Deo inquantũ Deus: & hæc ab illa deriuatur ſub illius luminis propria quamuis parua participatione: conſequens eſt, quòd unitas illius, unitatem iſtius, & altitudo illius, quo ad vtrunque genus extenditur, altitudinem iſtius inferat. Et propterea ly ſicut, in litera pro probatione appoſitum, non dicit puram ſimilitudinẽ, ſed aſſimilatiuum proprij exemplati ad ꝓprium exẽplar, &c.

¶ Secundum eſt, quòd media in litera poſita ſic ſe habent, quòd hæc doctrina, ideò comprehendit ſub ſe vtrunque, ſcilicet ſpeculatiuum & practicum, quia vna exiſtens extendit ſe ad omnia. Et hoc ideò, quia ſub vna ratione formali omnia conſiderat: & hoc ideò, quia eſt imitatio propria ſcientiæ, qua ſe, & cætera Deus ſcit, &c.

¶ Tertium eſt circa ly, vndè licèt in ſcientijs: poteſt enim elici alia ratio ad probandã eandem conſequentiam. Intendit enim quòd quia ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, negatio erit cã negationis, & econuerſò, vt dicitur in primo poſteriorum: cùm ex antecedẽte habeatur vnitas rationis formalis in theo-

itas conſtituens ſpeculatiuam diſtinctam contra practicam & econuerſò. Secundũ eſt, q; ex hac poſitione manifeſtè apparet, q; nec ex eo q; conditiones ſcientiæ ſpeculatiuæ, nec ex eo q; conditiones ſcientiæ practicæ conueniunt huic ſcientiæ, põt inferri: ergo theologia eſt ſpeculatiua: aut, ergo eſt practica, vt una diſtinguitur contra aliã: ſi ergo eſt ſpeculatiua, vel eminenter continens rationem ſpeculatiuæ: & ſimiliter ergo eſt practica uel eminenter continens rõnem practicæ, & ſimiliter, ergo eſt affectiua uel eminenter cõtinens rationem affectiuæ. Vnde ratio utriusq; Scoti in prolo. q. 4. ex diffinitione ſciẽtiæ practicæ & ex obiecto huius ſcientiæ: quia ſcilicet ex eo ſumuntur principia regulantia praxim, & ſimilia, nõ concludũt eã eſſe practicã. Sed ſi valent, cõcludunt q; dictum eſt: ſ. eam eſſe uel practicã, vel eminenter continere rationẽ practicę. Et propterea, ut qui diſputationibus uacas, vtere & hac rñſione, & diſtinctione illa de præciſè & nõ pęnè tali, puta regula operis ſeu ſpeculari, &c. q; enim eſt pęnè tale, eſt aut practicũ aut ſpeculatiuũ. q; aũt eſt tale, ſed nõ præciſè, eſt quid altius, ut patet ex dictis. Iuxta hæc remanet q̃ſtio ſpecialis de praxi & practico ſeorſum habenda.

12. q. 66. a. 5. 1. 1. prol. artic. 1. Et 1. contra G. 4. fin.

Incipit hæc epiſt. Sebeſium noſtrum. declinãdo ad finem illius, habetur. r. 3.

SVPER QVÆST. I. ARTIC. V.

S. Bona. 1. ſ. d. 1. q. 1. a. 1. Scot. 1. ſ. d. 1. q. 1. Ricc. ar. 1. d. 1. q. 1. Duran. 1. ſ. d. 1. q. 2. Marſ. 1. ſ. d. 2. q. 2. Baro. 1. ſ. d. 1. q. 1. Ego. 1. ſ. q. 2. ſtimulæ quæſt. ſ. in. pra. Cap. q. 2. prol. ar. 1. Buſenti eodem loco.

A ex primo de anima: hoc excellit quò ad vtrunq;: ergò. Probatur minor quò ad primã partem: hæc eſt certa lumine diuino infallibili, aliæ lumine humano fallibili: ergo iſta eſt certior. Intellige ſecundùm ſe, non nobis, vt patet ex reſponſione ad primum. Quò ad ſecundã verò, hæc eſt de excedentibus rationem humanam, aliæ de ſubditis rõni humanæ: ergò iſta eſt de dignioribus. Fundatur hæc rõ ſuper illud ſecũdi Metaph. Sicut oculus noctuæ ad lumen ſolis, &c. indè ſiquidẽ hr, q; excedẽtia vim intellectus noſtri ſunt manifeſtiſſima in ſe, ac lucidiſſima: ac per hoc propriè rationes ſubſtantiarũ intellectualiũ, q̃ remanent occultæ ꝓp excellẽtiã earũ, ſunt digniores illis earundem cõditionibus, quas ex ſenſibilibus abſtrahere poſſumus in metaphyſica, &c. & ideò cũ de huiuſmodi excedẽtibus ſit iſta ſciẽtia, ſequitur, q; ſit de dignioribus, nõ reb⁹. quia nulla res Deo ẽ dignior, ſed rerũ conditionibus. Secunda aũt cõcluſionis pars probatur. Practicarũ illa dignior, quæ ad vlteriorẽ finẽ non ordinatur: ſed finis huius, eſt finis vltimus finis oĩum aliarũ: ergò. Probatur maior in ciuili, & militari. Minor verò, quia finis hu⁹ eſt beatitudo. D. 1155.

¶ Aduerte hic, q; maior intelligitur nõ abſolutè, vt iacet, ſed de practicis ſubordinatis: quia nõ eſt verũ inter practicas diſparatas digniorẽ eſſe, q̃ ad vlteriorẽ finẽ non ordinatur. Dignius nãq; ẽ miniſtrare ſuperioris ordinis artẽ, puta aulica, principari in arte inferioris ordinis, puta figuli: ſed inter practicas, quarũ vna ſubordinatur alteri, poſſibile maior eſt vera: & ꝓpterea in iſta non ſubſumptũ eſt abſolutè, q; theologiæ finis nõ ſubordinatur ad alterũ, ſed ſub ſumpta ſunt duo: & q; oẽs aliæ practicæ ſubordinantur illi, dicẽdo q; fines aliarũ ſcientiarũ practicarũ ordinantur ad finem iſti⁹: E & q; finis iſtius eſt vltimus, &c. Sic enim perfecta eſt rõ, omni excluſa calumnia. Sed memento hic primò illius diſtinctionis finis. ſ. in finẽ rationis operandi, ſeu rei operatæ: & in finẽ operãtis: q; ſ. beatitudo æterna nõ eſt finis vltimus oĩum operantiũ, cùm multi operentur cõtra illã à virtute recedendo, ſecundum artem rectè operando: ſed eſt finis oĩum rationum operãdi, & oĩum rerũ operatarum: quia oẽs ordinantur ad bonum rationis, quod tandè ordinatur in beatitudinẽ æternam: & ideò in litera cautè dr, q; fines aliarũ ſcientiarũ: & non dr, fines ſcientiũ ordinantur ad beatitudinẽ æternam. Memento ſecundò alterius diſtinctionis. ſ. finis intrinſeci, & extrinſeci. & intellige, q; finis extrinſecus theologię inquantũ practica, eſt beatitudo, quæ eſt vltimus finis, id eſt, viſio Dei, licèt finis intrinſecus eius ſit ſic, ſit operari. Nec hoc obſtat efficaciæ rõnis in illa factæ, quæ de fine intrinſeco

2. Meta. te. c. 1.

2. reſponſio.

*Lib. 1. de partib. animalium. c. 5. t. 4.

Articvlvs V.

Vtrum ſacra doctrina ſit dignior alijs ſcientijs.

Ad qvintvm ſic proceditur. Videt q; ſacra doctrina non ſit dignior alijs ſcientijs. [h] Certitudo. n. pertinet ad dignitatem ſcientiæ. Sed aliæ ſciẽtię, de quarũ principijs dubitari nõ poteſt, videntur eſſe certiores ſacra doctrina, cuius principia, ſcilicet articuli fidei dubitationem recipiunt. Aliæ igitur ſcientiæ uidentur iſta digniores.

¶ 2 Præterea, Inferioris ſcientiæ eſt a ſupiori [a] accipere, ſicut Muſicus ab Arithmetico; ſed ſacra doctrina accipit aliqd à philoſophicis diſciplinis. Dicit. n. Hieronymus in epiſtola* ad magnũ oratorem vrbis Romæ, q; doctores antiqui intm̃ philoſophorum doctrinis atq; ſentẽtijs ſuos reſperſerunt libros, ut neſcias qd in illis pri⁹ admirari debeas, eruditionẽ ſeculi, an ſciam ſcripturarum. Ergo ſacra doctrina eſt inferior alijs ſcientijs.

Sed contra eſt q; aliæ ſciẽ dñr ancillæ huius: Prouer. 9. Miſit ancillas ſuas uocare ad arcẽ.

Respondeo dicendum, q; cùm iſta ſcientia quãtum ad aliquid ſit ſpeculatiua, & quãtum ad aliqd ſit practica [c] omnes [m] alias tranſcendit tã ſpeculatiuas q̃ practicas. [n] Speculatiuarum .n. ſciarũ vna altera dignior dr̃, tum ꝓp certitudinẽ, tum ꝓp dignitatem materiæ. Et quantum ad utrunq; hæc ſcia alias ſpeculatiuas ſcias excedit. Scd̃m certitudinem quidẽ: quia aliæ ſciẽtiæ certitudinem hñt ex naturali lumine rationis humanæ, quæ poteſt errare: hæc autem certitudinem habet ex lumine diuinæ ſcientiæ, quæ decipi non poteſt. Secundùm dignitatem verò materiæ: quia iſta ſcientia eſt principaliter de his, quæ ſua altitudine rationẽ tranſcendunt. Aliæ verò ſcientiæ cõſiderãt ea tñ q̃ rationi ſubduntur. Practicarũ verò ſciẽtiarũ illa dignior eſt, q̃ ad vlteriorem finem ordinatur, ſicut ciuilis militari. Nam bonũ exercitus ad bonum ciuitatis ordinatur. Finis aũt huius doctrinæ inquantũ eſt practica, eſt beatitudo æterna, ad quã ſicut ad vltimũ finem ordinantur oẽs alij fines ſcientiarum practicarum. Vndè manifeſtum eſt ſm omnem modum eam [d] digniorem eſſe alijs.

Ad primvm ergo dicendũ, q; nihil prohibet id, qd̃ eſt certius ſm naturã, eſſe quo ad nos minus certum ꝓp debilitatẽ intellectus noſtri: qui ſe habet ad manifeſtiſſima naturæ ſicut oculus noctuæ ad lumen ſolis; ſicut dr̃ in 2. Metaph. Vnde dubitatio quę accidit in aliquibus circa articulos fidei, non eſt ꝓp incertitudinẽ rei, ſed ꝓp debilitatẽ intellect⁹ humani: & tñ minimũ, qd̃ põt hri de cognitione rerũ altiſſimarũ, deſiderabilius eſt q̃ certiſſima cognitio, quæ habet de minimis rebus, ut dicitur in vndecimo de animalibus.*

Ad secvndvm dicendum, quòd hæc ſcientia accipere põt

Titulus clarus. ¶ In corpore vna concluſio bimembris, reſpõſiua quæſito affirmatiuè. Sacra doctrina eſt dignior ſecundùm q; ſpeculatiua omnibus ſpeculatiuis, & ſecundum q; practica omnibus practicis.

¶ Antequã probetur concluſio, aduerte quare in cõcluſione ponũtur illæ ſpecificationes, ſcilicet ſcdm q; ſpeculatiua, ſcdm q; practica: non. n. fruſtra hoc actum eſt. Sed vt ex pręcedenti articulo patet, iſta doctrina hẽt in ſe duo. Primum eſt, q; eſt ſcientia altioris ordinis, q̃ ſint ſcientiæ phyſicæ. Secundũ eſt, q; continet conditiones ſpeculatiuæ, & practicæ formaliter. Ratione primi nõ eſt dubiũ, quin ſit dignior cæteris, cùm ponatur altioris ordinis. Sed quò ad ſecundũ poterat dubitari: & propterea licèt in titulo fuerit quæſitũ abſolutè, in rñſione diſtinguitur, q; ad id q̃ poterat ſub dubio cadere. Et rñſum eſt, q; ipſa inquantũ ſpeculatiua, eſt dignior ſpeculatiuis: & inquãtũ practica, practicis: omiſſo illo liquido, q; abſolutè eſt oĩum digniſſima, qa altioris ordinis.

¶ Probatur ergò primò quò ad primã partẽ. inter ſpeculatiuas dignior eſt vna altera ꝓp certitudinem, & dignitatem materiæ,

intrinſeco practicarũ ſcientiarũ loquitur: qm̃ littera loquitur de fine proximo, ſiue extra, ſiue intus: nihil.n. refert quo ad dignitatem practicæ, an finis cauſa nobilitans aſſeratur intus, vel extra, dũmodo ſit proximus. ſic aũt eſt in propoſito. qm̃ vt in præcedēti articulo dixit author, de operibus noſtris tractamus, quatenꝰ p ea ordinamur ad Dei cõtemplationē: [illegible] ſciētiæ docēt operari pp hũc finē remotũ. Hoc aũt, ſ. ꝙ hęc ſciētia inquãtũ practica hēt eundē finē proximũ, quem hēt inquantum ſpeculatiua, licèt alio modo, quia extrinſecè cõuenit huic ſciæ, quia eſt ſecũdũ quid practica: ſi enim eſſet purè practica, ſpeculari remotus eius finis eſſet.

¶Reſponſio ad ſecundũ, duabus diſtinctionibus vtitur: accipere dupliciter, à ſuperiori, vel ab inferiori: & hoc dupliciter, vel pp defectũ, ſeu inſufficiētiã accipiētis, vel ſubuentionē defectꝰ alieni. Puta intellectꝰ noſtri in propoſito.

D. 603.

D. 113.

aliquid à philoſophicis diſciplinis, nō ꝙ ex neceſſitate eis indigeat, ſed ad maiorē manifeſtationē eorũ, q̃ in hac ſcia traduntur. Non.n. accipit ſua principia ab alijs ſciētijs, ſed immediatè a Deo p reuelationē. Et ideò nō accipit ab alijs ſciētiis tanq̃ à ſuperioribus, ſed utiť eis tanq̃ inferioribꝰ, & ancillis: ſicut architectonicæ utunť ſubminiſtrātibꝰ, ut ciuilis militari. Et hoc ipſum, qđ ſic utitur eis, nō eſt pp defectũ, uel inſufficiētiã eius, ſed pp defectũ intellectus noſtri: q ex his, q̃ per naturalem rõnem (ex qua procedunt aliæ ſcientiæ) cognoſcunť, facilius manu ducitur in ea, q̃ ſunt ſupra rationē, quæ in hac ſcientia traduntur.

ARTICVLVS VI.

Vtrum hæc doctrina ſit ſapientia.

AD SEXTVM ſic proceditur. Vr̃, ꝙ hæc doctrina non ſit ſapiētia. Nulla.n. doctrina, q̃ ſupponit ſua principia aliundè, digna eſt noīe ſapientiæ: quia ſapientis eſt ordinare, & non ordinari. 1. metaph.* Sed hæc doctrina ſupponit principia ſua aliundè (vt ex dictis patet.*) Ergo hæc doctrina non eſt ſapientia.

¶2 Præterea, Ad ſapiētia pertinet, pbare principia aliarũ ſciētiarũ: Vnde & caput dr̃ ſcientiarũ, vt 6. Ethic. patet.* Sed hæc doctrina nō probat principia aliarũ ſciarũ. Ergo non eſt ſapiētia.

¶3 Præterea, Hæc doctrina p ſtudiũ acquirit, ſapientia aũt p infuſionem habetur: vndè inter ſeptē dona ſpiritus ſancti connumerať, vt patet Iſa. 11. Ergo hæc doctrina non eſt ſapientia.

SED CONTRA eſt, qđ dr̃ Deuter. 4. ī prin. le. Hæc eſt nr̃a ſapiētia, & intellectus corā populis.

RESPONDEO. Dicendum, ꝙ
G
hæc doctrina maximè ſapientia eſt inter oēs ſapiētias humanas, nō qdē in aliquo genere tãtùm, ſed ſimpliciter. Cùm.n. ſapientis ſit ordinare, & iudicare, iudicium aũt p altiorem cām de inferioribus habeatur: ille ſapiēs dr̃ in vnoquoq; genere, q conſiderat cām altiſſimã illius generis: vt in genere ædificij artifex, q diſponit formã domus, dr̃ ſa-
H
piēs, & architector, reſpectu inferiorũ artificũ, q dolant ligna, vel parāt lapides. Vñ dr̃. 1. Cor. 3. Vt ſapiens architector fundamentũ poſui. Et rurſus in genere totius humanę vitæ prudens ſapiēs dr̃, inquãtum ordinat humanos actus ad debitum finē. Vndè dr̃ Prouer. 10. Sapientia eſt viro prudentia. Ille igiť, q conſiderat ſimplr̃ altiſſimã cām totius vniuerſi, q̃ Deus eſt, maximè ſapiēs dr̃. Vñ & ſapiētia dr̃ eſſe diuino-
I
rũ cognitio (vt patet p Aug. 12. de tri.*) Sacra aũt doctrina propriiſſimè determinat de Deo ſm ꝙ eſt altiſſima cauſa: quia nō ſolùm quantum ad illud, qđ eſt p creaturas cognoſcibile (quod philoſophi cognouerunt, vt dicitur Rom. 1. Quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis.) ſed

Porrecta p totum.

¶SVPER QVÆST. I. ARTIC. VI.

6

1. p. ar. 5. Et 2. prol. princ. Et 3. cõtra c. 4. fin.

*Lib. 1. c. 2. tom. 3.

*ar. 2. huius qſt.

*6. ethic. c. 7 Paulo ā princip. tom. 5.

Ferr. 2. ꝯtra g. c. 4.
Egi. 1. ſ. q. 1. par. 2. pl.
Henr. Gan. 1. ar. 6. q. 1.
Banens eodem loco.

IN titulo nota ly ſapiētia, i. notitia ordinatiua, & iudicatiua de alijs, vt caput: hoc.n. ſapientiæ nomē importat, vt patet 6. Ethic. in cõmuni loquendo.

¶In corpore vna cõcluſio eſt reſponſiua quæſito affirmatiuè. ſ. ſacra doctrina eſt maximè ſapientia inter oēs ſapientias humanas, nō ſolũ in genere, ſed ſimpliciter.

¶Et aduerte, ꝙ ly ſimpliciter, determinat ſapientiã humanam: ſicut ēt ly in genere: ita ꝙ ſenſus eſt, ꝙ ſacra doctrina, tam relata ad ſapientias in genere, q̃ ad ſapientiam humanã ſimpliciter, eſt maximè ſapiētia.

¶Probatur. Sacra doctrina determinat propriiſſimè de Deo ſecũdum ꝙ eſt altiſſima cauſa: ergo ſacra doctrina eſt maximè ſapiētia, &c. Antecedens probatur. determinat de Deo non ſolùm, vt cognoſcibili per creaturas, ſed ſecundùm quod ſibi ſoli naturaliter eſt notus: ergo propriiſſimè, &c.

¶Circa antecedens, & eius probationē nota, ꝙ ea, q nobis naturaliter occulta ſunt de Deo, quemadmodũ magis propria ſunt de Deo in cognoſcendo, ita & in eſſendo: & propterea ſcientia determinans de Deo ſecundùm illa, q ſoli Deo, ſunt nota, eſt ſcientia de Deo ex proprijs Dei. & ideò merito dr̃ ꝙ propriiſſimè determinat de Deo: & qm̃ ſecundũ huiuſmodi propria hãt prima ſupremaq; fundamenta cauſalitatis diuinæ: idcirco dr̃, ꝙ determinat, propriiſſimè de Deo, ſecundũ ꝙ eſt cauſa altiſſima. Verùmtamen hic cautus eſto, qm̃ ly ſecundum ꝙ eſt altiſſima cauſa, dupliciter põt exponi. Vno modo, vt ly ſecundùm, determinet rationem formalem Dei, vt eſt ſubiectum ſacræ doctrinæ: & ſic falſum eſt aſſumptum: quoniam, vt ſequenti patet articulo, Deus inquantum Deus, eſt ſubiectum eius, & non inquantum cauſa altiſſima: Alio modo, vt ly ſecundùm, determinet quandam ſpecialem rationem Dei, clauſam infra latitudinem conditionum pertinentium ad conſiderationem ſacræ doctrinæ, eo quòd conſequitur deitatem: & ſic eſt verum. Intendit enim litera, ꝙ ſacra doctrina conſiderat de Deo propriiſſimè, & conſequenter ſecundùm quòd eſt cauſa altiſſima: quod ad ſapientiam ſpectat.

¶Conſequentia autem probatur: iudicium de inferioribꝰ habetur per cauſam altiorem: ergo conſiderans cauſam altiſſimam generis alicuius eſt ſapiens in illo genere: ergo conſiderans cauſam ſimpliciter altiſſimã totius vniuerſi, id eſt, Deum, eſt maximè ſapiens: ergo, ſi qua conſiderat Deũ propriiſſimè ſecundùm quòd eſt cauſa altiſſima, illa eſt maximè ſapientia inter omnes. tãm in genere, q̃ ſimpliciter: qđ erat cõſequentia probanda: aſſumptum eſt clarum, & prima cõſequentia probatur quidem: quia ſapiētis eſt iudicare, & ordinare. Manifeſtatur verò in genere totius humanæ vitæ, cum authoritatibus ſcripturæ adiunctis, vt patet in littera. Secunda verò ex eodem probata relinquitur medio, ſubintellecta proportionalitate cauſæ altiſſimæ in genere, ad ſapientiam in genere, & cauſæ altiſſimæ ſimpliciter, ad ſapiētiam ſimpliciter: & ex teſtimonio Auguſtini confirmatur.

Li. 2. c. 14. parum ā prin. c. 3.

Vocatur autem in hac deductione ſapiētia ſimpliciter maximè ſapientia, ad denotandum exceſſum eius ſuper ſapiētias in genere. tertia autem conſequentia per ſe nota relinquitur: quoniam ſi conſiderans ſimpliciter altiſſimam cauſam id eſt Deum, eſt ſimpliciter, & maximè ſapiens: reſpectu ſapientium in genere hoc, aut illo: oportet, quòd conſiderans eandem cauſam altiſſimam ex proprijs, non ſolùm ſit ſimpliciter, ſed & maximè ſapiens: & reſpectu ſapientium in genere, & re-
K
ſpectu ſapientis ſimpliciter: vtpotè tranſcendens ipſum in hoc, quòd propria altiſſimæ cauſæ rimatur: cum ille ſiſtat in communibus, & his, quæ per communia ſciri poſſunt: omnes enim rationes, quas de Deo Metaphyſica habet, aut ſunt communes, ſi ſunt ſimplices, vt ens, verum, bonum: aut ſunt ex communibus compoſitæ, ſi ſunt propriæ Deo, vt actus purus, primum ens, &c.

a 181

¶In reſponſione ad tertium inducitur laus Hierothei magiſtri Dionyſij, quòd erat non ſolùm diſcens ſecundùm intellectum, ſed patiens ſecundùm affectum diuina: quoniam donũ ſapientiæ eſt in intellectu formaliter, in voluntate autem cauſaliter: & dicitur patiens à paſſione, eo modo quo vehementer affecti circa aliquid, paſſionati dicuntur: in quo denotatur eius diuina voluntatis inclinatio, vt iam habituata, & connaturaliter affecta ad diuina, &c.

¶SVPER

ēt quantũ ad id, quod notũ eſt ſibi ſoli de ſeipſo, & alijs p reuelationē cõicatum. Vndè ſacra doctrina maximè dicitur ſapiētia.

AD PRIMVM ergo dicēdũ, ꝙ ſacra doctrina nō ſupponit ſua principia ab aliqua ſcientia humana, ſed à ſciētia diuina, à qua ſicut à ſumma ſapientiæ omnis noſtra cognitio ordinatur.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ aliarũ ſcientiarum principia vel ſunt per ſe nota, & probari non poſſunt: vel per aliquã rõnē naturalem probãtur in aliqua alia ſcientia. Propria autē huius ſciētiæ cognitio eſt, quæ eſt per reuelationem, non autem quæ eſt per naturalem rõnem. Et ideò nō pertinet ad eã probare principia aliarum ſcientiarũ, ſed ſolùm iudicare de eis. Quicquid.n. in alijs ſcientijs inuenitur veritati huius ſcientiæ repugnans, totum condemnatur vt falſum. Vndè dr̃ 2. Cor. 10. Cõſilia deſtruētes & oēm altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei.

AD TERTIVM dicēdum, ꝙ cũ iudiciũ ad ſapientē pertineat ſm duplicē modũ iudicandi, dupliciter ſapiētia accipiť. Cõtingit.n. aliquē iudicare vno mõ p modũ inclinationis, ſicut q habet habitũ virtutis, rectè iudicat de his, q̃ ſunt ſm virtutē agenda in quantũ ad illa inclinať. Vndè & in 10. Eth. dr̃, ꝙ virtuoſus eſt menſura & regula actuũ humanorum. Alio mõ p modũ cognitionis, ſicut aliqs inſtructus in ſcīa morali poſſet iudicare de actibus virtutis, ēt ſi virtutē non hr̃et. Pri-
B
mus igiť modus iudicandi de rebus diuinis pertinet ad ſapiētiã, q̃ ponit donũ Spiritus ſancti, ſm illud Cor. 2. Spiritualis homo iudicat oīa, &c. Et Dio.* dicit 2. ca. de di. no. Ierotheus doctꝰ eſt nō ſolùm diſcens, ſed & patiens diuina. Secundus aũt modus iudicãdi ptinet ad hãc doctrinã, ſm ꝙ p ſtudiũ habeť: licèt eius principia ex reuelatione habeantur.

ARTICVLVS VII.

C
Vtrũ Deus ſit ſubiectũ huius ſcientiæ.

AD SEPTIMVM ſic procediť. Vr̃ ꝙ Deus non ſit ſubiectũ huius ſcientię. In qualibet.n. ſciētia oportet ſupponere de ſubiecto qd eſt, ſm Philoſophum in primo poſteriorũ:* ſed hæc ſciētia non ſupponit de Deo qd eſt: dicit.n. Damaſcenus, In Deo qd eſt, dicere impoſſibile eſt. ergo
D
Deus nō eſt ſubiectũ huius ſcię.

¶2 Præterea, Omnia q̃ determinantur in aliqua ſcientia, com-

¶SVPER QVÆST. I. ARTIC. VII.

S. bona. 1. ſ. q. 1. prol. a. 1.
Alens. 1. p. ſu. q. 1. me. 3.
Scot. ſ. 3. q. 3. pol.
Egi. 1. ſ. q. 3. prime princi prolo.
Cap. 1. q. 4. & con. 3. et in prol. ſin. q. 4. & tertiũ. q. 4. con. 2.
Banens eodem loco.
Pet. de Pal. q. 3. prolo.
Riccar. 1. ſ. q. 6. p. ri.
Duran. 1. ſ. q. 5. prol.
Bacco. 1. ſ. q. 3. prol.

IN titulo nota terminũ vtrumq;, ly ſubiectũ ſtat p ſubiecto formali, & ly Deꝰ, tenetur formaliter. i. inquantũ Deus: ita ꝙ ſenſus eſt, an Deus inquantum Deus, ſit ſubiectũ formale huius ſcientiæ. Et ad bonitatē doctrinæ, penetra quid importet inquantum Deus: ex declaratione Scoti in hac qōne, quēadmodũ hō põt quadrupliciter accipi. Primo vt aĩal rōnale: & ſic intelligiť quidditatiuè inquãtũ hō. Scdõ vt ſubſtantia, & ſic cõcipiť in cõi. Tertiò vt naturaliter manſuetũ: & ſic cõcipiť p accidens: quia eſſe manſuetũ eſt accidēs ſeu paſſio hoīs. Quartò vt nobiliſſimũ animaliũ, & ſic concipiť relatiuè ad aliud. Ita in propoſito ordine retrogrado pcedendo, Deus põt conſiderari vt altiſſima cā & vniuerſaliter ſecundũ quodcũq; pdicatũ reſpectiuũ ad extra, & ſic conſiderať relatiuè ad extra. Poteſt ēt conſiderari vt ſapiēs, bonus, iuſtus, & vniuerſaliter ſecundum rationes attributales: & ſic conſideratur quaſi per accidens: poteſt ēt cõſiderari vt ens, vt actus, &c. & ſic conſideratur in cõi: & ad hos tres modos quaſi ſimplices reducuntur conſiderationes compoſitæ, puta vt actus purus, vt ens primum, &c. Conſideratur namque in huiuſmodi Deus vt ſtat ſub cõceptu cõi, & relatiuo aut negatiuo, vt patet. Antē oēs aũt hos modos põt conſiderari Deus ſecundùm ſuam propriã quidditatem: hæc.n. eſt prima ſecundùm naturã cognitio omnium & fundamentum cæterarum: & hanc quidditatem circumloquimur deitatis noīe. Et ſic q̃rendo, an Deus ſub ratione deitatis vt diſtinguitur contra rationem bonitatis, &c. ſit ſubiectum huius ſcientiæ, eſt quærere, vtrum Deus ſub ratione ſuæ propriæ quidditatis, ſit ſubiectum formale huius ſcientiæ: ita ꝙ quidditas Dei ſit ratio formalis huius ſubiecti vt res eſt, &c.

a. reſponſio.

¶In corpore duo ponunť, primò cõcluſio reſponſ quæſito affirmatiuè: ſecũdò reſpōneť ad aliorũ dicta. Quo ad primũ concluſio eſt: Deus eſt ſubiectũ huius ſcientiæ. Probať dupliciter: primò obiectũ alicuius potentiæ vel habitus eſt id, ſub cuius rōne oīa referũtur ad potētiã vel habitũ: ergo ſubiectũ ſciæ eſt, ſub cuius rōne, oīa cõſideranť in ſciētia: ergo ſubiectũ huius ſciētiæ eſt Deus, antecedēs manifeſtať in obiecto viſus. Prima vero cõſequētia pbatur: ſubiectũ ad ſciam ſe hēt ſicut obiectum ad potētiam vel habitum: ergo ſi obiectũ, &c. Secunda autem conſequentia probatur: omnia conſiderantur in ſacra doctrina ſub rõne Dei: ergo ſi ſubiectum, &c. Aſſumptũ probať, quia omnia vel ſunt Deus, vel ad Deum ordinantur, vt principium, aut finem, &c.

¶Circa probationem primæ conſequentiæ, aduerte quòd illa propoſitio aſſumpta: ſicut obiectum ad potentiam, ita ſubiectũ
A
ad ſcientiam, nō eſt opus ꝙ currat quo ad omnia, ſed ſat eſt pro propoſito, ꝙ teneat quo ad proportionē rationis formalis: ita ꝙ ſicut rõ formalis obiecti potentiæ eſt ea, qua omnia referũtur ad illam potentiam, ita rõ formalis ſubiecti ſcientiæ eſt illa ratione cuius omnia conſiderantur in ſcientia. Verum autē teneat ſimilitudo quò ad alia, puta quò ad cõitatē, vt ſicut obiectũ formale potētiæ eſt aliquid cõe oībus p ſe obiectis illius potētię, ita ſubiectũ ſcię dēat eſſe aliquid cõe omnibus p ſe ſubiectis illius, nō eſt pſentis propoſiti, quamuis manifeſtè pateat hinc ꝙ oportet hanc ſimilitudinē ſaluare, quia ponitur ſubiectũ huius ſciētiæ nō aliquod cõe, ſed Deꝰ vt Deus, quē vt ſic, cõſtat eſſe ſingulare quoddã. Nec obſtat quod in primo ſententiarũ, art. 4. prologi dixerit S. Thom. ꝙ ſubiectũ, ſcientiæ habet hanc cõditionē, ſcilicet quod eſt cõe per pdicationē: qm̃ illud eſt verum ſecundum cõiter accidentia, & non neceſſariò: videmus.n. cõiter in ſubiectis cõiter aſſignatis ſciētijs à doctoribus, illã conditionē inueniri, nõ tñ oportet, vt patet quarto Metaphyſicæ, in ſcientia de ſano. Poſſet quoq; ſaluari cõitas per pdicationē in omni ſubiecto, non in recto, ſed in recto vel obliquo: ſic.n. etiam Deus de omnibus theologalibus prædicatur, quia ſunt, aut Deus, aut Dei, aut ad Deum, aut a Deo, &c. Prima tamen reſponſio ad literam.

Libr. 10 Eth. ca. 5 parũ ante finē & lib. 3. c. 4. 10. 9

Ca. 2. parte 1. in fi.

7

1. Prol. artic. 4. Et 5. Metap. lc. 6.

*Nō procul a prin. li. 10. 1.

Lib. 5. de orthod. fi. de ca. 24.

Circa propoſitionem aſſumptam in probatione ſecundæ conſequentiæ, ſcilicet omnia conſiderantur in hac ſcientia ſub ratione Dei, dubitatur ſimpliciter, & ad hominem. Simpliciter quidem arguit Gregorius de Arimino, ſi Deus ſub ratione deitatis eſſet ſubiectum theologiæ, tam beatorum quàm noſtræ, oporteret quòd omnia cognoſcibilia de Deo ratione deitatis caderent ſub theologia: ſed hoc eſt impoſſibile. Tùm quia omnia ſimpliciter caderent ſub theologia. Tùm quia infinitæ veritates caderent ſub eadem per deitatem enim omnia cognoſcibilia ſunt, & infinita, &c. vt patet in ſcientia, quam Deus habet de ſeipſo per eſſentiam ſuam. Ad hominem verò, quia ipſemet
E
S. Thomas in Prologo primi Sententiarum, articulo quarto, expreſſè dicit, ſubiectum huius ſcientiæ eſſe ens diuinum per inſpirationem cognoſcibile, & non Deum, niſi ſicut ſubiectum principale: ergo &c.

¶Ad primum horum neganda eſt conſequentia propter duplicem rationem. Prima eſt, quia theologia ſiuè noſtra ſiuè beatorum, eſt ſcientia inadæquata ſubiecto: conditionalis autem illa eſt vera de ſcientia adæquata ſubiecto: ſolus enim Deus habet theologiam adæquatam eius ſubiecto formali. Sed hæc ratio nihil videtur valere. Quoniã ratio formalis ſubiecti & ſcientia, oportet quòd adæquatè ſibi reſpondeant, alioquin ſcientiæ non diſtinguerentur per ſubiecta formalia, nec poſſet aſſignari ratio quare magis iſta quàm illa de tali ſubiecto conſiderat. Vndè aſſignatur alia ratio negationis, & eſt, quia in antecedente illius cõditionalis nõ fit mentio de ratione formali ſub qua. Cum tamē ex illa pendeat adæquatio vel limitatio cognoſcibilium de ſu-

biecto

Universidad de Deusto Biblioteca

biecto formali per rationem formalem illius ut res eſt: Deus.n. etſi ex ratione deitatis ſit infinitè cognoſcibilis: tamen Deus vt Deus ſub participato lumine gloriæ, eſt cognoſcibilis iuxta certum limitem, reſpectu ſingulorum, & ſimiliter ſub participatione luminis gratiæ eſt cognoſcibilis ſecundum certos fines, &c. & ideo ad uerificandum illam conditionalẽ oportet addere ſi Deus inquantum Deus, ſub lumine ſibi adæquato eẽt ſubiectũ ſcientiæ alicuius, ita noſſet omnia, &c. ſed tunc patet falſitas ſub lumine ppoſitionis: quia ſola lux diuina in ſe ipſa eſt tale lumen: noſtræ autẽ & beatæ Theologiæ Deus inquantum Deus quidem, ſed ſub lumine diminuto, ſubiectũ eſt: & ideo iuxta facultatem luminis eſt extenſio ſcientiæ: nõ eſt ergo ſecundũ extenſionẽ rationis formalis, ut res eſt abſolutè, ſed vt ſtãtis ſub ratione formali obiecti, ut obiectũ eſt menſuranda ſcientia.

θεολογία λόγος περὶ θεοῦ. 179. F. 154.

¶ Ad ſecundum dicitur, quòd S. Thomas non aſſerendo, ſed opinando ſequentem cõter dictas conditiones ſubiecti ab alijs, illud dixit, vt patet ex modo loquendi: cum inchoando illã poſitionẽ dicit, ſi volumus ponere aliq̃d ſubiectũ, in quo ſaluentur oẽs hæ cõditiones, hic autem aſſertiuè determinauit: quod etiam ex tunc inchoauerat: quoniam & ibi dicit, quòd omnia conſiderantur in hac ſcientia ſub ratione Dei: Quare hoc eſt ſimpliciter tenendum: illud uero tanquam opinabile audiendum.

prehenditur ſub ſubiecto illius ſciẽtiæ: ſed in ſacra ſcriptura determinatur de multis alijs quàm de Deo, puta de creaturis & de moribus hoĩum: ergo Deus non eſt ſubiectum huius ſcientiæ.

SED CONTRA, illud eſt ſubiectũ ſciẽtiæ, de quo eſt ſermo in ſciẽtia: ſed in hac ſciẽtia fit ſermo de Deo (dr̃ enim Theologia quaſi ſermo de Deo) ergo Deus eſt ſubiectum huius ſcientiæ. G

RESPONDEO. dicẽdum, q᷑ m Deus eſt ſubiectũ huius ſcientiæ.n Sic .n. ſe habet ſubiectũ ad ſcientiam, ſicut obiectum ad potentiam uel habitum: propriè autem illud aſſignatur obiectũ alicuius potẽtię vel habit9, ſub cuius ratione oĩa referuntur ad potentiam uel habitũ. ſicut homo & lapis referunĩ ad viſum inquãtũ ſunt colorata: vndè coloratũ eſt propriũ obiectum viſus. Oĩa autem pertractantur in ſacra doctrina ſub rõne Dei, vel q̃a ſunt ipſe Deus: vel q̃a habent ordinẽ ad Deum, vt ad principium & finem: vndè ſeq̃tur quod Deus verè ſit ſubiectum huius ſcientiæ. Quod ẽt manifeſtum fit ex principijs huius ſcientiæ, q̃ ſunt articuli fidei, q̃ eſt de Deo. Idẽ autẽ eſt ſubiectum principiorum, & totius ſcientiæ, cum tota ſcientia virtute cõtineaĩ ĩ principijs. Quidam vero attẽdentes ad ea, quæ in iſta ſcientia tractãtur, & non ad rationem, ſecũdum quã conſiderantur, aſſignauerũt aliter ſubiectũ huius ſcientiæ, uel res & ſigna: vel opa reparationis: vel totum Chriſtum.i. caput & membra. de omnibus .n. iſtis tractatur in iſta ſcientia, ſed ſecundũm ordinem ad Deum.

H AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q᷑ licẽt de Deo nõ poſſimus ſcire quid eſt, vtimur tñ eius effectũ in hac doctrina vel naturæ, uel grãæ, loco diffinitionis ad ea, q̃ de Deo in hac doctrina cõſiderant: e ſicut & in aliq̃bus ſciẽtijs philoſophicis demonſtraĩ aliq̃d de cã per effectum, accipiendo d effectũ loco diffinitionis cãæ.

AD SECVNDVM dicendum, q᷑ omnia alia quæ determinanĩ in ſacra doctrina, comprehenduntur ſub Deo: non ut partes, vel ſpecies, vel accidentia, ſed vt ordinata aliqualiter ad ipſum.

F Eſt igitur, quod duplex eſt de huiuſ continentia opinio. Scotus namq; putat ſubiectum ſcientiæ oportere continere primò virtualiter vt cauſam ſufficientem omnes veritates pertinentes ad talem ſcientiam: & probat hoc dupliciter. Primò, quia continet propoſitiones immediatas, quæ ſunt principia virtualiter continentia totam ſcientiam. Patet hoc, quia propoſitionis immediatæ prædicatum continetur in ſubiecto: ſubiectũ autem eſt ſubiectũ ſcientiæ: erg. Secundò, quia ſubiectũ eſt adæquata cauſa habitus: ergo cõtinet primò virtualiter totũ ipſum: ergo omnes illius veritates. Et ſecundũm hanc opinionem tot ſunt ſcientiæ ſecundum ſpeciem, quot ſunt non ſolùm ſpecies rerũ omnino diſparatæ quod duo pp ſpecies ſubordinatas, puta ſubiectũ & paſſionẽ: ſed etiam q̃ ſunt rõnes formæ et rerum inquantum una non continetur virtualiter in alia: & ſic alia eſt ſcientia de animali ut ſic, ad quam ſpectat conſiderare proprias alas paſſiones [illegible] ipſæ virtualiter in animali clauduntur: & alia de boue inq̃ntũ bos, & alia de leone inquantũ leo, &c. S. Thom. verò tenens ſcientias ſecari non ſecundũm q᷑ ſecanĩ res abſolutè, ſed put ſunt ſcibiles: tenet, q᷑ ſubiectũ formale ſcientiæ exigit duas

I conditiones, ut ex littera habeĩ. Prima eſt, q᷑ ratione ipſius, oĩa attingantur ab illa ſcientia. Secunda, q᷑ virtualiter contineat totã ſcientiam: non vt cauſa in ſeipſo ſufficiens, vt Scotus voluit, ſed in ſeipſo quidem ſemper [illegible] ſufficiens, vt cauſa prima, id eſt, in ſuo ordine, & non ſimpliciter. Sumptum autem, & in ſe, & participantibus ipſum, aut quomodolibet attributis ad ipſum ſit ſufficiens ſimpliciter. vocatur autem cauſa ſimpliciter ſufficiens illa, quę primò, id eſt, adęquatè eſt cauſa alicuius, vt ſubiectum propriç paſſionis, ſiue immediatè, ſiue med. ante aliqua priore paſſione. Cauſa autem ſufficiens in ſuo ordine, quę [illegible] ſola nõ ſufficiat ad effectũ, in ſuo tamen ordine completa, & totalis cã eſt: vt ſol eſt cauſa ſortis. Et hoc modo, principia prima alicuius ſcientię continent virtualiter omnes veritates illius .ſ. vt primę propoſitiones: non enim ex primis propoſitionibus ſolis in [illegible] diatè, vt patet, neq; mediantibus tantùm his, quę totaliter ex illis pendent, omnes veritates ſciuntur, ſed ex illis ut primis, &

K alijs vt ſecundis, ac proximis cauſis concluſiones multę ſciuntur. Et hoc clarius patet in ipſis paſſionibus, quę demonſtrantur: in ſcientia enim de numero, non oportet omnes paſſiones ſcibiles eadẽ ſcientia contineri virtualiter in numero primo .ſ. adęquatè & ſufficienter, loquendo de numero in ſeipſo: qm ſic nec paſſiones binarij, nec trinarij ſciruntur ibidem, vt patet: ſed benè oportet numerum in ſe continere virtualiter omnes paſſiones huiuſmodi, vt primam radicem earum: vt diſtinctum autem, & participatum in binario, & trinario, &c. oportet omnium paſſionũ ſubiectũ eſſe primum .ſ. adęquatum. Ac per hoc principia talis ſcientię, quę habent numerum pro ſubiecto, continent virtualiter omnes veritates, ut primę cauſę. Nec oportet, q᷑ ſufficiant ad inferendas omnes concluſiones, niſi adiunctis propoſitionibus, quarum ſubiectum ſit binarius, aut trinarius, &c. vt cauſis proximis: quemadmodum nec numerus in ſe cauſa eſt ſufficiens ad paſſiones binarij, ſed ut prima radix earum: & hoc in eo quod ſcibiles, id eſt, inquantũ ſunt in tali ſpecie ſcibiles: quicquid

¶ Secunda ratio ad concluſionem eſt hæc, idem eſt ſubiectum principiorum, & totius ſcientiæ: Deus eſt ſubiectum principiorum huius ſcientiæ: ergo Deus eſt ſubiectum totius ſcientiæ. Maior probatur, quia tota ſcientia virtualiter continetur in principijs. Minor verò, quia Deus eſt ſubiectum articulorum fidei. Circa propoſitionem aſſumptam ad probandum maiorem .ſ. tota ſcientia virtute continetur in principijs, dubium occurrit: quia aduerſari vr doctrinæ S. Thomæ. Nã ſequitur, tota ſcientia virtualiter continetur in principijs: ergo in ſubiecto principiorũ: ergo in ſubiecto ſcientiæ: ergo duarum ſpecierum diſparatarũ, imò generis & ſpeciei ſecundum propria ſingulis non poteſt eſſe ſcientia vna ſecundum ſpeciem ſpecialiſſimam: hoc eſt falſum apud Sanctum Thomam: quoniam ſcientia de triangulo, & quadrato, & figura, &c. non ſolum ſecũdum communia, ſed ſecundũm propria ſingulis vnius eſt ſpeciei: vt patet in prima ſecundę & in primo Poſteriorũ: ergo. Prima conſequentia patet, quia principia conficiuntur ex ſubiecti ratione. Secunda & patet: quia idem eſt ſubiectum principiorum, & ſcientię. Tertia autem, quia ſcientia vnius ſpeciei omnino diſparatę, quo ad propria, non continetur virtualiter in alia ſpecie, nec in generis ratione, ut ſic: ſicut nec paſſiones vnius ſpeciei continentur virtualiter in alia, nec in ratione generis, ut patet.

¶ Ad hanc obiectionem oportet reſpondere, non ſolùm ad hominem, ſed ſimpliciter: quoniam iſta virtualis continentia ingerit dubium, non ſolùm quia poſita eſt hic in littera, ſed ſimpliciter. Vndè Scotus in Prologo queſtio. 3. tenens, quod virtualis continentia omnium veritatum pertinentium ad aliquam ſcientiam, eſt conditio conſtituens rationem ſubiecti formalis in ſcientia, obiectiones præfatę conſentit, concedens verum eſſe id, ad quod ratio deducit, quod q; reputamus falſum. Secundũ

quicquid ſit in eſſe naturæ. Et ſecundũ hãc viã manifeſtũ eſt, q᷑ A eandẽ ſcientiã ſcdm ſpeciẽ, contingit eſſe de genere, & multis ſpeciebus ſcdm ſingulorum ppria. Et ſi q̃ratur, quis ergo erit limes ſcibilis in vna ſciatiam patet reſponſio ex dictis: limitatur nanq; ſcię ſcdm ſpecies ſcibiliũ, vt ſic, & non ſcdm ſpecies rerũ. Et ideo tot ſpecies, & genera rerũ ſub vna poſſunt comprehendi ſciã, quot comprehẽdi contingit ſub vna ſpecie ſcibili. Et ideò illa rõ formalis rerũ, q̃ primò fundat illã ſpeciem ſcibilẽ, eam primò cõuenit in alio modo abſtractionis, vel diffinitionis, vel cognitionis, qui conſtituit illã ſpẽm ſcibilẽ, eſt ratio formalis ſubiecti in illa ſciã: & eſt prima radix omnium pertinentiũ ad illã ſcientiam, vt ſic. Quod aũt continentia virtualis talis, vt declaratum eſt, ſufficiat ad ſubiectũ, & principia ſcię, patet ex proceſſibus ſciarum, tã in Mathematicis, q̃ in naturalib. Vtrobiq; nãq; mediante ſpecie rũ paſſiones propriè tradunĩ, puta triãguli, & quadranguli: quas impoſſibile eſt adæquatè contineri in ſubiecto geometriæ, vt patet.

¶ Ad primã ergo ſcdam rationẽ iã dictum eſt. Ad ſcdam verò ex eodẽ fundamento dr̃, q᷑ ſubiectum habitus continere virtualiter totũ habitũ, pt dupliciter intelligi: vno modo, accipiẽdo ſubiectũ in ſeipſo, alio modo, vt [illegible] in alijs participantibus quolibet ipſũ. Et ſimiliter cõtinere virtualiter dupliciter .ſ. adęquatè, & vt primã cãm. Subiectũ in ſeipſo cõtinet virtualiter, vt prima cauſa totũ habitũ, & non partẽ. ſicut ſol continet virtualiter totũ hoĩem, & non partẽ: vt prima tamen ſui ſuperior cauſa. Subiectũ autẽ in ſe, & in participantibus, continet virtualiter, & adæquatè, vt tota cã totũ habitum. Et ſic patet ad dubium, & ſimpliciter, & ad hominem.

¶ Quò ad ſcdm. referunĩ tres aliorũ aſſignationes. Prima eſt Magiſtri Senten. Scda Hug. de S. Vict. Tertia eſt Lincolnienſis.

¶ Sed aduerte modeſtiã authoris, qui primò excuſando illos dicit, q᷑ atten.derunt ad materiã, quaſi diceret, q᷑ non intendebãt aſſignare ſubiectũ formale. Scdo oĩa ſupradicta reducit ad ſubiectũ formale à ſe aſſignatũ, dicẽs oĩa hæc tractari ſcdm ordinẽ ad Deũ.

a 1. prolog. q. 1. & Boet. trin. q. 5. art. 7. Et 1. cõtra c. 3. & 8.

* Lib. 1. de fide ca. 13. non longè à fine tom. 2.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum hæc doctrina ſit argumẽtatiua:

AD OCTAVVM ſic proceditur. Vr̃, q᷑ hæc doctrina nõ ſit argumẽtatiua. dicit enim Ambr. in lib. 1. de fide cat. * Tolle argumenta, vbi fides q̃rit. Sed B in hac doctrina pcipuè fides q̃rit: vnde dr̃ Ioã. 20. Hęc ſcripta ſunt vt credatis. Ergo ſacra doctrina non eſt argumentatiua.

* Colligitur ex illo ſuper topica Cic. li. 1. non procul à principio.

¶ 2 Præterea, Si ſit argumẽtatiua, aut argumẽtaĩ ex auctoritate, aut ex rõne. Si ex authoritate, nõ vr̃ hoc cõgruere eius dignitati (nã locus ab authoritate eſt infirmiſſimus ſm Boet.) * Si ẽt ex ratione, hoc non cõgruit eius fini: q̃a ſecundũ * Gregoriũ C in homilia, fides nõ habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum. Ergo ſacra doctrina non eſt argumentatiua.

* Homil. 26. in euã ge. 1 piu. ultimã.

SED CONTRA eſt, quod dr̃ ad Tit. 1. de epo amplectẽte eũ, qui ſecundum doctrinam eſt fidelem ſermonem, vt potens ſit exortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt arguere.

RESPONDEO, dicẽdum, q᷑ ſicut aliæ ſciẽtiæ nõ argumentatur ad ſua principia pbãda, ſed D ex principijs argumẽtanĩ ad oſtẽdendũ alia in ipſis ſciẽtijs: ita m hæc doctrina nõ argumẽtaĩ ad ſua principia pbanda, q̃ ſunt articuli fidei: ſed ex d eis pcedit ad aliquid oſtẽdendũ, n ſicut Apoſtolus primę ad Cor. 15. ex reſurrectione Chriſti argumentaĩ ad reſurrectionẽ cõem probandã. Sed tñ cõſiderandum eſt in ſciẽtijs philoſophicis, q᷑ inferiores ſciæ, nec pbant ſua principia, E nec cõtra negantẽ principia diſputãt, ſed hoc relinquunt ſuperiori ſciẽtię, ſuprema verò inter eas .ſ. Metaphyſica, diſputat contra negantẽ ſua principia, ſi aduerſarius aliq̃d cõcedit: ſi aũt nihil cõcedit, nõ põt cũ eo diſputare; põt tñ ſoluere rõnes ipſi9. Vndè ꝑ ſacra ſcriptura, cùm nõ habeat ſuperiorem, diſputat cũ negãte ſua principia, argumẽtando qdẽ, ſi aduerſarius aliq̃d cõcedat eorũ, q̃ p diuinam reuelationem hñr: ſicut p authoritates ſacræ doctrinæ diſputamus cõtra Hæreticos: & p vnũ articulũ cõtra negãtes aliũ. Si verò aduerſarius nihil credat eorũ, q̃ diuinitus reuelanĩ: nõ remanet amplius via ad pbandũ articulos fidei p rationes, ſed ad ſoluẽdũ rõnes, ſi quas inducit contra fidẽ. Cùm .n. fides infallibili veritati innitaĩ, impoſſibile autẽ ſit de vero demõſtrari cõtrariũ, manifeſtũ eſt pbationes, q̃ cõtra fidẽ inducunĩ, nõ eſſe demõſtrationes, ſed ſolubilia argumẽta.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q᷑ licẽt argumenta rationis humanæ non habeãt locum ad pbandum, q̃ fidei ſunt, tamen ex articulis fidei hæc doctrina ad alia argumẽtaĩ, vt dictum eſt e.

AD SECVNDVM dicendum, q᷑ argumẽtari ex authoritate ẽ maximè ppriũ huius doctrinæ, eo q᷑ principia huius doctrinæ, ꝑ reuelationẽ hñr. Et ſic oportet, q᷑ credatur authoritati eorum, quibus reuelatio facta eſt. Nec hoc derogat dignitati hui9 doctrinæ: nã licẽt locus ab authoritate, q̃ fundatur ſup rõne humana, ſit infirmiſſimus, locus tñ ad authoritate, quæ fundaĩ F ſuper reuelatione diuina, eſt efficaciſſimus. Vtitur tñ ſacra do-

D. 603.

IN titulo argumentatiua, id eſt, probatiua eorum, quæ docet in non, ſed fortè ſimpliciter proponit, vt Scotus dicit contrà articulum ſecundum.

¶ In corpore tres concluſiones. Prima eſt, Sacra doctrina non arguit ad principia, ſed ad concluſiones ex principijs. Secunda eſt, Sacra doctrina diſputat arguẽdo contra negantes principia e., ſi aliquid eis concedunt. Tertia, Sacra doctrina diſputat ſoluendo tãtùm contra negãtes principia, & nihil eius oĩno concedentes.

¶ Et eſt ſemper ſermo de principijs cõplexis cognitionis in hac ſcientia, id eſt articulis fidei: quicquid ſit de principijs incõplexis, aut ipſius eſſe tantum.

p capit concl. 1.

¶ Prima concluſio pbatur, Nulla ſcientia probat ſua principia, ſed ex eis concluſionem: ergo. Et confirmaĩ ſecunda pars concluſionis authoritate Apoſtoli primæ ad Corin. 15. Secunda verò, & tertia concluſio ſimiliter probantur: Scientia ſuperna inter phyſicas diſputat contra negantes principia, & defendit, ſoluendo falſe, ſi nihil concedunt: ergo & hæc doctrina habet verũ que. Antecedens declaratur ex dicta inter ſcientias inferiores & ſupremã. Conſequentia verò pbatur, quia iſta eſt ſciẽtia ſuprema. Deinde manifeſtant ſigillatim ſecunda quidẽ, cum contra hæreticos ex vno articulo pbamus aliũ, &c. tertia verò, quia contra veritatẽ infallibilem nulla poteſt demonſtratiua ratio eſſe: ergo omnes rationes cõtra ea, q̃ ſunt iſtius ſcientiæ, ſunt rationes ſolubiles. Tenet ſequela quia hæc doctrina innititur infallibili veritati. 181

* In corp. art.

¶ Circa tertiã concluſionem aduerte, q᷑ theologum poſſe ſoluere rationes Philoſophorũ contra ea, q̃ ſunt fidei, contingit dupliciter. Vno modo ex creditis. vt puta, ſi diceret, q᷑ eſt vna res numero eſt vna hypoſtaſis: reſpondes, Nego, quia Deus eſt trinus. Et ſic theologalis ſolutio non ſoluit, niſi credendo. Alio modo ex propoſitionibus ſcitis ſimpliciter, vel quoad hoc. vt puta ſi reſponderet, Nego iſtã enunciationem quia ſcitur eius contradictoria, res infinita eſt plures hypoſtaſes, ſed quia ſcit negatiuè nullum his efficax medium ad illã probandũ. Et dr̃ ſcire negatiuè, quãdo nullo medio cogitur intellectus. Et ſic theologus ſoluit ex ſcitis quo ad hoc. Q[illegible]

Ferr. 1. contra g. 3. 8. Cap in prol. q. 1. art. 6. Bannes eodem loco.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cidentis eſſe non eſt ineſſe actualiter, ſed aptitudinaliter. In propoſito literam hãc intelligo de ſolutione theologali ſecundo modo. Et ſi inſtetur, quia huiuſmodi ſolutio non eſt theologi, vt theologus, ſed quia non ex principijs theologiæ: negetur aſſumptum: quoniam theologia, non ſolùm gaudet proprijs, ſed et facit de extraneis propria, dum ad defenſionem ſuam aliarũ ſcientiarum propoſitionibus vtitur ppnos, ut in articul. 5. ad ſecundum tactũ eſt. Et quamuis pura theologalia oporteat ex principijs manare theologalib*: theologalia tamen miniſterialiter non oportet, ſed ſat eſt eis ſeruire. Sic autem theologales ſunt huiuſmodi ſolutiones. Vndè minus benè vidẽtur ſentire, qui ſoluere theologicè tribuũt, nõ niſi ex aliqua ppoſitione credita. Et deceptiſunt quia nõ diſcreuerũt inter ſolutionis, & pbationis naturas.

Probare & ſoluere non idẽ.

Probatio nanque eſt ex euidentibus, ſolutio aũt eſt et ex his, quę non apparẽt eſſe falſa, dato q̃ nõ ſciãtur eſſe vera. Et propterea theologus pt ſemp ſoluere, nunq̃ coacto intellectu ab aliqua propoſitione contraria his, q̃ ſunt fidei quantum cord falſitatẽ non uideat. ¶ Circa probationẽ tertiæ concluſionis, ſcito, quòd aliud eſt ſcire oẽs rõnes cõtra fidem eſſe ſolubiles: & aliud eſt ſcire ſoluere eas. Primum probatur in litera, & probatio aſſumit unã propoſitionem creditam. ſ. hæc doctrina innititur veritati infallibili: & propterea concluſio hæc non nobis hic euidens eſt. Secundum uerò in actu exercito conſiſtit, & liber contra gentil. his plenus eſt. Et q̃m ſolutio (vt dictum eſt & experimur) non requirit euidentiam, ſed non coactionem intellectus: & hoc in ipſo exercitio ſolutionis conuincitur, dũ ratio cogens non adeſt: ideò ſcire ſoluere, ſeu ſoluere contraria huius doctrinæ non eſt credere, aut ex credere, niſi occaſionaliter: quoniam ex hoc quòd credimus applicamus intellectum ad inueniendum defectus rationum, & propoſitionum contrariarum. Et hanc diſtinctionem benè nota: quia inaduertentia eius fortè quoſdam in hac litera errare permiſit.

¶ In reſponſione ad ſecundum nota. 4. enumerata. ſ. authoritates ſacræ ſcripturæ, authoritates ſanctorum doctorũ, rationes humanas, & authoritates Philoſophorũ. Et ex primis quidẽ doctrina hæc procedere dr̃, ut ex proprijs, & neceſſarijs: ex ſecundis aũt ut ex proprijs, ſed probabilibus: ex quartis verò vt probabilibus, ſed extraneis. Et ſic tertijs nullus aſſignat locus. Et ppterea ſciendũ eſt, q̃ ratio humana, de qua hic eſt ſermo, nihil aliud eſt q̃ argumentatio aliqua ex ſolo naturali lumine robur habens. Et eſt duplex. Quædam neceſſariò concludens, q̃ vocat demonſtratio. Et quædam probabiliter, q̃ magnam hẽt latitudinẽ. Vtraq; aũt in aliqua certa ſcientia phyſica clauditur, & conſequenter extranea eſt à pñe ſoluli theologico: ac per hoc theologia procedit ex ratione humana ut ſic, ut ex extraneis. Et q̃n ſola demonſtratio phyſica poteſt afferri ad theologalia vt ſic (q̃ñ theologalia, ut ſic ſunt, oportet reſolui in principia euidentia non lumine naturali, ſed diuinò) ideò abſolutè loquendo, ex ratione naturali procedit theologia, vt ex extraneis & probabilibus: quemadmodum ex authoritatibus philoſophorum. Et propterea ſedes aſſignata authoritatibus philoſophorum, intelligenda eſt aſſignata etiam rõni naturali quã cognouerunt. In cuius ſignum ſimul tractabat vtrunque: & ſic oĩa enumerata ſunt locata. Sed dubium hic occurrit non diſſimulandũ. Si ex rationibus naturalibus theologia procedit, ut ex extraneis, & probabilibus, cur tantus labor à doctoribus ſpeculatiuis aſſumpt* eſt? quorſum libri cõtra Gentiles rationibus naturalib* pleni? &c. Aut enim hi nõ tradunt theologiã, aut in extraneis nimis morati ſunt.

¶ Aduerte hic, quòd famoſa illa diſtinctio corporis, poſita à Magno Alberto in primo phyſico. de corpore triplici ſcilicet mathematico, phyſico, & metaphyſico, quamuis non habeatur explicitè à Sancto Thoma, doctrinæ tamen ſuæ non ſolùm non aduerſatur, ſed congruit: quoniam apud ipſum etiam compoſitum ex materia & forma ſubſtantiali, vt præuenit aptitudinem ſuip̃ſius ad quantitatem & motum, corpus eſt ad metaphyſici conſiderationem ſpectans. Sed quoniam reſpectu infinitatis ſecundùm magnitudinem, corpus phyſicum & metaphyſicum non ponunt in numerum, ideò hic ſubſtratum trinæ dimenſioni compoſitum, ſcilicet ex materia & forma, vnicum tantùm membrum conſtituit: & corpus phyſicum appellatur, quia ſecundùm formam naturalem ſpeciem ſortitur, vt patet inductiuè.

¶ Quo ad tertium reſpondetur quæſito iuxta duo diſtinctionis poſitæ membra, duabus cõcluſionibus negatiuè. Prima eſt, nullum corpus naturale poteſt eſſe infinitum ſecundùm magnitudinem. Probatur dupliciter, primo à priori. formam ſubſtantialem ſequuntur accidentia: ergo determinatam formam determinata accidentia: ergo determinata quantitas & in maius & in minus, ergo omne corpus naturale habet determinatam quantitatem, & in maius & in minus: ergo non poteſt eſſe actu infinitum. Secunda conſequentia probatur: quia quantitas eſt unum de accidentibus, ſequentibus formam ſubſtantialem. tertia uerò probatur, quia omne corpus naturale habet determinatam formam ſubſtantialem.

¶ Circa primam conſequentiam, dubium occurrit, quem ſenſum habeat. Aut enim ly determinata accidentia importat determinationem genericam, ſeu ſpecificam: & tunc eſt ſenſus, quòd talem formam in ſpecie, puta ignis, ſequuntur talia accidentia ſecundùm ſpeciem, puta calor, lux, talis figura, leuitas, &c. & iuxta hunc ſenſum conſequentia eſt optima, ſed non infert propoſitum: ex tali enim ſenſu non ſequitur ſecunda cõſequentia. Ergo quantitas determinata & in maius, & in minus. Quantitas enim maior & minor nõ ſunt diuerſarum ſpecierum, ut patet. Aut ſignificat etiam determinationem gradualem, quoad qualitates, & extenſiones, quo ad quantitatem: & tunc eſt ſenſus, quòd formam determinatam ſequuntur non ſolùm ita hæc accidentia ſecundùm ſpeciem, quòd nõ illa: ſed ita accidentia in tali gradu ſeu extenſione, quòd non in alio. Et ſecundùm hunc ſenſum, procul dubio eſt hic intentio: ſed poteſt adhuc dupliciter intelligi. Primo quòd cer-

nitũ diuiſibile, vt patet in 3. ph.[a] Sed cõtraria nata ſunt fieri circa idẽ: cum ergo diuiſioni opponat additio, & diminutioni augmentum, uidetur q̃ magnitudo poſſit creſcere in infinitum: ergo poſſibile eſt eſſe magnitudinem infinitam.

B ¶ 4 Præt. Motus & tempus[a] habent quantitatem & cõtinuitatẽ à magnitudine, ſup quã tranſit motus, ut dr̃ in quarto phyſi. ſed nõ eſt contra rõnem temporis & motus q̃ ſint infinita, cum unumquodq; indiuiſibile ſignatum in tempore & motu circulari ſit principium, & finis. ergo nec contra rationem magnitudinis erit quod ſit infinita.

C SED CONTRA. Omne corp' ſuperficiem habet: ſed oẽ corp' ſuperficiem habens eſt finitum: quia ſuperficies eſt terminus corporis finiti. ergo omne corpus eſt finitũ. Et ſimiliter poteſt dici de ſuperficie & linea. nihil eſt ergo infinitum ſm magnitudinem.

D RESPONDEO. Dicẽdum, quòd aliud eſt eſſe infinitum ſecundũ ſuam eſſentiam, & ſecundũ magnitudinem. Dato enim quod eſſet aliquod corpus infinitũ ſecũdum magnitudinẽ, utpote ignis uel aer, non tñ eſſet infinitum ſecundũ eſſentiã: quia eſſentia ſua eſſet terminata ad aliquã ſpẽm per formam, & ad aliquod indiuiduum per materiam. Et iõ habito ex p̃miſſis, quòd nulla creatura eſt infinita ſecundùm eſſentiam,[a] adhuc reſtat inquirere, utrum aliquid creatum ſit infinitum ſecundùm magnitudinem. Sciendum eſt igitur, q̃ corpus, qđ eſt magnitudo completa, dupliciter ſumitur. ſ. mathematicè, ſecundùm quòd conſideratur in eo ſola quantitas: & naturaliter, ſecũdùm q̃ cõſideratur ĩ eo materia & forma. Et de corpore q̃dem naturali, q̃ non poſſit eſſe infinitum in actu manifeſtũ eſt. Nam omne corpus naturale aliquã formam ſubſtãtialem habet determinatã: cum igitur ad formã ſubſtantialem conſequantur accidẽtia, neceſſe eſt q̃ ad determinatã formã cõſequant̃ determinata accidentia: inter quæ eſt quãtitas. Vñ omne corpus naturale habet determinatã q̃titatẽ, & in maius & in minus. Vñ[m] impoſſibile eſt aliquod corp' naturale infinitum eſſe.[a] Hoc etiã ex motu patet: quia oẽ corpus naturale habet aliquem motũ na-

Ex primo phy. Coucl. m

tam formam ſequuntur determinata accidentia non ſolùm in toto, ſed in omnibus, & ſingulis partibus: puta quòd formam aquæ ſequitur certa quantitas non ſolùm in aliqua tota aqua, ſed in quibuſcunque partibus integralibus: & hic ſenſus alienus eſt à veritate, & propoſito: quoniam non datur minima pars aquæ, aut albi, vt dicitur in lib. de ſenſu, & ſenſato: ſed quacumque parte data, datur minori inexiſtens in homogeneis. Secundò, q̃ certam formam ſequuntur determinata accidentia in toto, & partibus poſſibilibus ſeorſum exiſtere. Et hic ſenſus eſt directè intentus: quoniam ĩ in partibus inexiſtentibus tantùm non eſt p̃priè forma, ſed formæ pars tãm actu, q̃ potentia: in littera autem dicit, quòd formam determinatam ſequuntur accidẽtia, & quantitas determinata. Sed vndè ĩ hoc ſenſu conſequentia valeat, quodue ſit illius fundamentum, latet. Et ideò vertitur in dubiũ. Primò quò ad determinationẽ quantitatis in minus. Secundò quò ad determinationem eiuſdem in maius.

¶ Scotus in ſecundo ſent. diſt. 2. q. 9. nititur probare oppoſitum, & ſuſtinere quòd nõ datur minimum in homogeneis ſubſtantijs, potens per ſe exiſtere, ſed quacunque aqua data, poteſt minor per ſe exiſtere, & & ſic forma eius non determinat ſibi certam quantitatem in minus, vt in littera dicitur. Arguit ergo ex ratione quanti quinto metaph. ſic. Nõ magis eſſentiale eſt, quanto poſſe diuidi in partes, quàm quod vtrũque eorum, in quæ diuiditur, poſſit eſſe hoc aliquid. ergo ſingulæ partes quantæcunque aquæ poſſunt per ſe exiſtere. Antecedens patet ex 5. meta. conſequentia verò manifeſta eſt ex ſe, & nihilominus conſequens confirmatur quadrupliciter. Tùm q̃a partes ſunt eiuſdem rationis cum toto quo ad materiam, & formam. ergo per ſe exiſtere, quòd non repugnat toti, nõ repugnat parti. Tùm quia quælibet pars habet naturam, vndè non repugnat ſibi eſſe indiuiduum eiuſdem ſpeciei cum toto. ergo poteſt eſſe indiuiduum: & conſequenter per ſe exiſtere. Tùm quia partes ſunt naturaliter priores toto. ergo eis non repugnat eſſe prius tempore, &c. Tùm quia poſita illa aqua minima circunſcripto omni corruptiuo ſuam continente, ſi diuidatur, aut poſt diuiſionem, quæ erat vna aqua in actu & multæ in potentia, erunt aquæ plures in actu: & habetur intentum, aut non: & ſi non, ergo annihilata eſt aqua abſque corruptiuo. probatur: quia ſola diuiſio nõ corrumpit. probatur: quia diuidit in partes homogeneas ex quibus conſtat totum. ergo diuidit in aquas, aut aqua componitur ex non aquis, vt partibus integralibus. Nec eſt, inquit, repugnantia ex parte paruæ quantitatis: quia forma aquæ cum tã parua quantitate præfuit. E

¶ Contra determinationem verò quantitatis in maius, arguitur ratione, & authoritate. Ratione quidem: dato quocumque igne ſi apponatur combuſtibile diſpoſitum, certum eſt quòd comburet illud: ergo creſcit quantum eſt ex ſe in infinitum. Et confirmatur authoritate Ariſt. 2. de anima, tex. 41. ignis augeretur in infinitum, ſi in infinitum apponeretur combuſtibile. non ergo datur maximum ignis.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis nota primò, quòd non in-

A tendimus hic tractare totaliter de maximo & minimo quoniã eſſet extra propoſitum: ſed ſolùm an detur maximum, & minimum ex intrinſeco: hoc enim exigit ratio aſſumpta in littera, volens quòd ex intrinſeco, ex forma ſcilicet ſubſtantiali, vnaquæque ſubſtantia naturalis vendicet ſibi certam quantitatem, tãm in maius, quàm in minus: & ideò has paucas rationes in hac diſputatione adducimus. Fiet autem Deo dante ſpecialis quæſtio d̃ maximo, & minimo vniuerſaliter.

Nota ſecundò, quòd duas rationes ab Ariſto. habemus ad hoc. Alteram primo phyſico, tex. trigeſimoſexto, ſcilicet quantitas totius conſurgit ex quãtitatibus partiũ, &c. Sed illa tamen, vt patet procedit ex ſuppoſitione: ſupponit enim dari maximum, & cõcludit dari minimũ, alioquin totum non eſſet certæ quantitatis: Alteram in primo de anima, textu quadrageſimoprimo ſcilicet omnium natura conſtantium determinata eſt ratio. &c. Et hæc ratio, vt inquit Scotus, loquitur de animatis: in quibus tãtùm habet locũ augmentum propriè dictum, de quo ibi eſt ſermo. Verùm quicquid ſit de illo textu Sanctus Thomas, vniuerſaliter autem illam: & quod ibi de anima dicitur, de omni forma ſubſtãtiali aſſumpſit, ſcilicet quòd vendicat ſibi certam quantitatem: & probauit eam ſecundùm doctrinam traditã quinto metaphyſicorum, & ſecundo phyſicorum ſcilicet quòd cauſæ effectibus, & econuerſò comparantur & commenſurantur. Ex hoc enim ſequitur, quòd ſi formam ſubſtantialem naturaliter in communi ſequitur quantitas: ergo determinatam formam determinata quantitas, ſed quantitas non alio modo determinat, quam ſecundùm terminos: non enim corporeitas hominis, & aquæ differt ſpecie, vt poſſet dici, quòd determinatam formam ſequitur determinata quantitas ſecundùm ſpeciem: igitur ſequitur quantitas determinata ſecundùm terminos. Quamuis etiam ſi quantitates differrent ſpecie, adhuc tamen haberetur fundamentum conſequentiæ, ex eo quòd determinata forma eſt vis determinatæ: ac per hoc nihil conſequens ad ipſam poteſt eſſe infinitum: ſi enim haberet calorem, raritatem, quantitatem, aut quodcunque accidens infinitum, iam à forma finita eſſet vis infinita, quod non eſt intelligibile: quia ergo formam phyſicam in communi ſequuntur accidentia. conſequens eſt vt certam formam, ac per hoc rem certæ vis ſequantur certa accidentia: non ſolum ita hæc, quod non illa, ſed etiam ita in tali gradu, uel termino ſummo, immò vel medio, quod non in maiori aut minori. & ſic habetur, vndè tenet conſequentia litteræ, non ſolum de quantitate, ſed de omnibus accidentibus.

¶ Ad rationem ergo Scoti, (conceſſo antecedente) negatur conſequentia. & ratio eſt: quia vtrumque ſcilicet diuidi in partes, & illas poſſe eſſe hoc aliquid, ſi realiter intelligatur, non conuenit quanto per ſe primò, ſed non repugnantes, ut patet de quantitate cœli. Quantum enim illud, nec poteſt actuali diuiſione diuidi, nec poteſt aliqua pars eiuſdem, ſeorſum exiſtere, & tamen eſt uerè

Universidad de Deusto Biblioteca

quantum. Vtraque ergo conditio poſita in ratione quanti, poteſt impediri ne exerceatur à forma naturali, qui coniuncta eſt quantitas. Vndè illa diffinitio conuenit quanto vt ſic, & tamen alicui quanto repugnat. Et ſi contra hoc afferatur ratio illa Scoti, quandocunque aliqua per ſe conſequentia aliqua duo ſunt incompoſſibilia, & illa duo ſunt incompoſſibilia: ſed conditiones quanti & formæ minimi ſunt incompoſſibiles, ergo quantum & forma minimi ſunt incompoſſibiles. Reſpondetur primò applicando totum argumentum ad naturam cœli, quæ nõ patitur diuiſionem.

Ex primo cœli.

¶Secundò, quia multiplicare non eſt ſoluere, quia illa maior eſt vera de per ſe conſequentibus poſitiuis: non autem non repugnãter. vñ velocitabilitas in infinitum, cõuenit motui per ſe non repugnanter. vñ & demõſtratur de eo, motui ſñ animali cuilibet repugnat, vt patet ſcdo cœli. textu trigeſimonono: & ꝓpterea motus & naturalitas nõ ſunt incompoſſibiles. Poſſet tamẽ aliter dici, quòd illæ conditiones non intelligantur ſecundùm actualem diuiſionem, ſed ſecundùm deſignationem & quòd ſic, omne quantum eſt diuiſibile, & quælibet pars poteſt eſſe hoc aliquid ſecundùm deſignationem: & tunc etiam nihil contra propoſitum noſtrum ſequitur.

Conc. p.

turalem: corpus aũt infinitũ nõ poſſet habere aliquem motũ naturalem, nec rectum, quia nihil mouet naturaliter motu recto, niſi cum eſt extra ſuum locum, quod corpori infinito accidere non poſſet: occuparet.n. oĩa loca, & ſic indifferenter qlibet locus eſſet locus eius, & ſimiliter G etiam neq; ſm motum circularẽ quia in motu circulari oportet, quòd vna pars corporis transferatur ad locum, in quo fuit alia pars, quod in corpore circulari, ſi ponatur infinitum, eſſe nõ poſſet: quia duæ lineæ protractæ à centro, quantò longius protrahuntur à centro, tantò longius diſtant ab inuicem: ſi ergo corpus eſſet infinitum, in infinitum lineæ diſtarẽt ab inuicem, & ſic H vna nunquam poſſet peruenire ad locum alterius. ᵇ de corpore etiam mathematico eadem rõ eſt: ᶜ quia ſi imaginemur corpus mathematicũ exiſtẽs actu, oportet ꝙ imaginemur ipſum ſub aliqua forma: quia nihil eſt actu niſi per ſuam formam: vñ cum forma quanti inquantum huiuſmodi ſit figura, oportebit quòd habeat aliquam figuram: & ſic erit finitum. eſt.n. figura, quæ termino, vel terminis cõprehenditur.

Ad primum ergo dicendũ, quòd Geometer non indiget ſumere aliquam lineam eſſe infinitam actu: ſed indiget accipere aliquam lineam finitam actu, à qua poſſit ſubtrahi quantum neceſſe eſt: & hanc nominat lineã infinitam.

Ad secundum dicendũ, quòd licèt infinitum non ſit contra rationem magnitudinis in communi, eſt tamen contra rõnem cuiuslibet ſpeciei eius, ſcilicet contra rationem magnitudinis bicubitæ, vel tricubitæ, ſiuè circularis, vel triangularis, & ſimilium. non autẽ eſt poſſibile in genere eẽ qd' in nulla ſpecie eſt; vndè non eſt poſſibile eſſe aliq̃ magnitudinẽ infinitam, cũ nulla

F Quantitas autem duorum minimorum, & maior facit vnum quaſi per aggregationem. Et idem eſt iudicium de aqua, & alijs elementis & huiuſmodi humidis. Nec ex his motus intelligas plantam non eſſe per ſe vnam, quæ eſt vna in actu & multæ in potentia quoniam partes plantæ organicæ ſunt. Et ad complementũ naturale indiuidui eius requiritur, ꝙ habeat omnes partes, &c. Nõ ſic eſt in huiuſmodi homogeneis, vt patet. Appoſito ergo cõbuſtibili cuicunq; igni, &c. concedendum eſt, quòd combureret, & quòd creſceret in infinitum, ſed nõ eſſet per ſe vnus numero ignis. Et ſic patet reſponſio ad authoritatem Ariſtotelis.

¶Circa probationem ſecundæ conſequentiæ occurrit dubium quia falſum aſſumit, ſ. quòd quantitas ſit vnum accidentium ſequentium formam ſubſtantialem, cũ cõſtet quantitatem eſſe accidens conſequens materiam. Nec valet dicere, ꝙ quãtitas cõſideratur dupliciter, ſcilicet abſolutè, & vt terminata, & quòd licèt abſolutè ſit conſequens materiam, terminatio tamen eius ſequitur formã. hæc enim, licèt ſint vera, non tamen ad propoſitum, quia littera ex hoc quòd quantitas conſequitur formam infert. ergo eſt terminata. vndè ſi aſſumptum eſſet ꝙ quantitas quo ad terminationẽ ſequitur formam, eſſet petitio principij.

¶Ad primam confirmationem negatur ſequela: quia aliquam conditionem requirit forma aquæ in per ſe primo perfectibili, quam non requirit in parte illius. Vna autem harum conditionum eſt tanta quantitas: & ſimile eſt iudicium de tanto calore, &c. I

¶Ad ſecundam quoque eodem modo dicitur, quòd non ſufficit ad poſſe eſſe indiuiduum eiuſdem ſpeciei communicare in natura, ſed oportet adiungere conditiones requiſitas ad per ſe exiſtere. Quicquid enim habet naturam aquæ cum conditionibus neceſſarijs ad per ſe exiſtendum, poteſt eſſe aquæ indiuiduum, & non aliter.

¶Ad tertiam negatur conſequentia quò ad partes inexiſtentes tantum.

¶Ad vltimum dicitur quòd ſi poneretur minimus ignis tantummodo & diuideretur, quòd non ſolùm corrumperetur, ſed annihilaretur, licèt tàm antecedens, quàm conſequens ſit impoſſibile. Nec oportet quærere aliud deſtructiuum quàm diuiſionẽ quoniam etſi diuiſio vt ſic non ſit corruptiua, diuiſio tamen talis. ſ. minimi naturalis, eſt vniuerſaliter corruptiua: & in tali caſu annihilatiua. Nec ignis minimus eſt vnus in actu & multi in potentia: niſi eo modo quo partes dicuntur eſſe in potentia in toto: quia ſcilicet ſunt per ſe eſſe non proprium, ſed totius, ſicut & partes cœli ſunt in toto in potentia. K

¶Ad ea verò, quæ contra maximum obijciuntur, reſpondetur, quòd maximum ignem dari, poteſt intelligi dupliciter: vno modo loquendo de indiuiduo ignis per ſe vno. alio modo de vno quaſi per aggregationem. Et dico, quòd datur ex intrinſeco maximus, & minimus ignis in per ſe vno indiuiduo. quamuis non detur maximus vnus quaſi per aggregationem, niſi ab extrinſeco: quia ſcilicet vniuerſi natura non patitur ignem ſuperare cætera elementa, &c. Vocatur autem ignis, indiuiduum per ſe vnum, illud quod conſtat ſic ex vna neceſſario in actu tàm forma, quàm materia, quòd per ſolam diuiſionem non poſſent fieri duo ignes. Nec hoc conſiſtit in indiuiſibili, ſed tota latitudo à quantitate minima ignis, ad quantitatem duorum minimorum excluſiuè, conſtituit per ſe vnum numero ignem.

¶Ad hoc videtur dicẽdum, quantitatem dupliciter ſumi poſſe. Vno modo ſecundùm id, quod eſt in ea de actu, & ſic ſequitur formam. alio modo ſecundùm id quod eſt in ea de potentia, & ſic ſequitur materiam. Et quoniam plurimum in ea eſt quod ſpectat ad materiam potentiæ, vt patet in definitione quanti. 5. meta. ideò abſolutè ponitur accidens conſequens compoſitum ratione materiæ. Et quoniam in propoſito eſt ſermo de quantitate in actu, quia de infinito in actu: ideò in propoſito vtens littera quantitate ex parte actus, attribuit ipſam formæ, & ex hoc ꝙ ipſa ſecundùm quod eſt actu ſequitur formam, infert. ergo eſt terminata ſicut cætera conſequentia formam.

¶Secundò probatur concluſio ex ratione mobilitatis. Omne corpus naturale habet aliquem motum naturalem, ex primo cœli, tex 5. Nullum corpus infinitum eſt naturaliter mobile. ergo. Probatur minor, viendo diſtinctione motus naturalis facta primò cœli. Quia non poteſt moueri motu recto, eo quòd omne tale poteſt extra locum ſuum ſaltem ſecundùm partes eſſe. Nec motu circulari, eo quòd lineæ à centro circuli protractæ, quantò longius protrahuntur, tantò inter ſe magis diſtant. ergo in corpore infinito diſtarent inter ſe infinitè. ergo nunquam vna perueniret ad locum alterius. ergo nunquam una pars corporis infiniti circularis, poteſt venire ad locum vbi eſt alia. ergo implicat ipſum moueri: & ſumpta eſt hæc ratio ex primo cœli, textu trigeſimoprimo.

¶Secunda concluſio eſt. nullum corpus mathematicum poteſt eſſe infinitum in actu. probatur, ſi eſt corpus actu. ergo habet formam. ergo figuram. ergo terminum. ergo non eſt infinitum. prima conſequentia probatur. quia nihil eſt actu niſi per formam ſuam. Secunda verò: quia forma corporis de genere quantitatis vt ſic, eſt figura. tertia autem ex diffinitione figuræ: & hæc ratio ſumpta eſt ex tertio phyſicorum, textu quadrageſimo.

¶In reſponſione ad ſecundum aduerte, quòd ſi diligenter inſpiciatur, negat infinitum eſſe paſſionem quantitatis, quamuis concedat ei non repugnare. Et ſi contra hoc afferatur textus decimusquintus primi phy. ſ. finiti & infiniti, rõ quantitati congruit.

gruit.

gruit, in promptu eſt reſponſio, ꝙ hoc non ideò dr̃, ꝙ quantitas A vendicat ſibi infinitatem, ſed econuerſò: quia infinitas vendicat ſibi quantitatem, quoniam non eſt intelligibile infinitum, niſi quantum, ſicut etiam dicitur vacui ratio conuenit loco. Intendunt enim per hoc philoſophi, ꝙ ſi iſta inueniuntur, oportet reperiri in quantitate & loco, &c.

¶In reſponſione ad tertium aduerte, ꝙ licèt reſponſio ſumpta ſit ex tertio phyſico. ex quo ſumptæ ſunt & reliquæ reſponſiones. ad primum quidem ex textu ſeptuageſimo primo, ad quartum autem ex ſeptuageſimoquarto. Ad hoc verò ex ſexageſimoſexto. Licètnunquam ita ſit, obſtant tamẽ huic reſponſioni dicta S. Tho. in 3. part. q. 9. art. 12. & in 3. ſent. diſt. 13. q. 1. artic. 2. q. 3. ad 1. immò etiam hic in articulo ſequẽti in reſponſione ad ſecundum, cõcedendo augmentũ figurarum in infinitum. in tertio quoq; phyſico expreſsè Ariſtoteles concedit tex. 59. & 60. magnitudinem augeri in infinitum, ſicut & diuidi.

art. 1. huius q. ad 1.

D. 71a. D. 85a.

¶Ad hoc breuiter reſpondetur cũ Ariſtotelem, quòd magnitudinem augeri, in infinitum poteſt dupliciter intelligi. Primo ea ratione, quia ſemper poteſt fieri ſibi additio ſecundùm partes proportionales: & ſic ibidem dicitur, ꝙ augeri poteſt in infinitum: ſed per tale augmentũ nunquam excedetur certa magnitudo ſignata. Secũdò, quia ſemper poteſt fieri additio ſimpliciter: ita ꝙ excedat omnem certam quantitatem. Et ſic diſtinguendum eſt: quia aut loquimur de magnitudine, ſtando infra limites continui, aut de ea vt induit rationem diſcreti. Primo modo, nec augmento naturali, nec intellectuali, continuum eſt augmentabile in infinitum: & cauſa aſſignatur in littera.

Porrecta per totũ. 58 Veri. q. 2. art. 10. Et 9. quolar tic. 1.

ſpecies magnitudinis ſit infinita.

Ad tertium dicẽdum, ꝙ infinitum quod conuenit quantitati, vt dictum eſt ᵃ, ſe tenet ex parte materiæ: per diuiſionẽ autẽ totius accedit ad materiã: nam partes ᵈ ſe habent in ratione materiæ: per additionem autem acceditur ad totum ſecundùm quòd ſe habet in rõne formæ: & ideò non inuenitur infinitum in additione magnitudinis, ſed in diuiſione tantùm.

Ad quartum dicendum, ꝙ motus & tempus non ſunt ſecũdùm totum in actu, ſed ſucceſſiuè: vndè habent potentiam permiſtam actui. Sed magnitudo eſt tota in actu: & ideò infinitum, quod conuenit quantitati, & ſe tenet ex parte materiæ, repugnat totalitati magnitudinis, nõ autem totalitati tẽporis vel motus: eſſe enim in potentia conuenit materiæ.

Articvlvs IIII.

Vtrum poſſit eſſe infinitum in rebus ſecundùm multitudinem.

Ad quartum ſic proceditur. Videtur, quòd poſſibile ſit D eſſe multitudinem infinitam ſecundùm actum. Nõ enim eſt impoſſibile id, quod eſt in potentia ᵇ reduci ad actum: ſed numerus eſt ininfinitum multiplicabilis: ergo non eſt impoſſibile eſſe multitudinem infinitam in actu.

¶2 Præterea. Cuiuſlibet ſpeciei poſſibile eſt eſſe aliquod indiuiduũ ᵇ in actu: ſed ſpecies figuræ ſunt infinitæ: ergo poſſibile eſt infinitas figuras in actu.

B ¶3 Preterea. Ea, q̃ non opponuntur adinuicem, non impediũt ſe inuicem: ſed poſita aliqua multitudine rerum, adhuc poſſunt fieri alia multa, q̃ eis ᵇ nõ opponũtur. ergo non eſt impoſſibile aliqua iterum ſimul eſſe, cum eis: & ſic in infinitum. ergo poſſibile eſt eſſe infinita in actu.

Sed contra eſt, quod dicitur Sapien. 11. Omnia in pondere, numero, & menſura diſpoſuiſti.

C Respondeo. Dicendũ, ꝙ circa hoc fuit duplex opinio. Quidam.n. ſicut Aui. & Algazel dixerunt ᵃ, ꝙ impoſſibile eſt eſſe multitudinem actu infinita p ſe, ſed infinitam per accidẽs multitudinem eſſe non eſt impoſſibile. Dr̃.n. multitudo eſſe infinita per ſe, quando requiritur ad aliquid ut multitudo infinita ſit: & hoc eſt impoſſibile eſſe, quia ſic oporteret ꝙ aliquid dependeret ex infinitis. vndè eius generatio nũquam compleretur, D cum non ſit infinita pertranſire.

Per accidens aũt dr̃ multitudo infinita, qñ non requiritur ad aliquid infinitas multitudinis, ſed accidit ita eſſe. Et hoc ſic

tum non ſit quilibet numerus, ſed numerus continuorum, vt patet tertio phyſico. textu ſexageſimooctauo. Augmentatio numeri non accedit ad numerum ſimpliciter, ſed talem, ſcilicet partium continui, ac per hoc manifeſtè accedit non ad totum, ſed ad partem: ſicut & diuiſio continui ex qua cauſatur: augmentatio autem continui ad totum ſimpliciter accedit. Neganda eſt ergo prima cõſequentia Scoti, quoniam à numero ad numerum talem, id eſt, materialem arguit, quod nõ licet in propoſito: quia ly materialis. minuit rationem numeri, quo ad formalitatẽ, quia addit materialitatem formæ, & permiſcet actũ potentiæ, vt patet.

¶Secundo modo autem augmentabile eſt in infinitum, ſicut & numerus, & ad hoc pertinet augmentum figurarum in infinitum. Dixi autem de continuo vt ſic, quòd nec intelligibili augmento eſt augmentabile in infinitum, non quòd intellectus nõ poſſit, quacunq; magnitudine data, fingere maiorem: & ſic in infinitum, ſed quoniam in natura continui vt ſic, non eſt potentia ad huiuſmodi augmentum: in natura tamen numeri materialis eſt: & ſimiliter in natura continui eſt potentia ad diminutionem in infinitum, ut patet ex eius ratione. Et ſic omnia conſonant, diuerſis modis intellecta.

¶Circa rationem aſſignatam in littera, dubium occurrit ex Scoto in tertio ſenten. diſt. decimatertia, quæſtione prima. impugnat ſiquidem eam ſic, Quilibet numerus eſt vnus ſecundũ ſe formaliter ex octauo Meta. ergo in augmentatione numeri acceditur ad formam. ergo acceſſus ad formam non prohibet augmentum in infinitum. ergo malè in littera dicitur, quòd ideò magnitudo non augetur in infinitum: quia accedit ad totum & formam.

¶Ad hoc dicitur, quòd cum numerus augmentabilis in infinitum non ſit quilibet numerus, ſed numerus continuorum,

¶SVPER QVÆS. VII. ARTIC. IIII.

Cap. 1. d. 43. q. 1. art. 4. con. 3. d. 43. q. 1. a. 2. con 4. Bannes eod. loco.

In titulo ſecundũ multitudinẽ quæcunque ſiuè de genere quantitatis, ſiuè extra genus, & hinc patet, quòd iſta quæſtio eſt altior & vniuerſalior, quàm inquiſitio, quæ fit tertio phyſico. quoniã ibi de materiali tantùm multitudine ſequente diuiſionẽ continui ſermo eſt, hic autem de multitudine vniuerſaliter, ſiuè materiali, ſiuè immateriali.

Super 3. Phyſic.

¶In corpore duas primò refert opinionẽ Auicennæ & Algazelis.

¶Secundò improbãdo eã reſpondet quæſtio.

¶Quò ad primum duas propoſitiones referens eas declarat. Altera eſt: impoſſibile eſt eſſe in actu multitudinem infinitam per ſe. Altera, poſſibile eſt eſſe in actu multitudinem infinitam per accidens. Declarantur ambæ, manifeſtatis illis terminis: infinita per ſe multitudo & infinita per accidens: probantur verò: quia nunquam compleretur opus, ſi ex infinitis per ſe dependeret: ſecus autem per accidens, vt patet in exemplo litteræ.

E ¶Quò ad ſecundum, ſunt duæ concluſiones reſponſiuę quæſito ſecundùm diuerſitatẽ actus à potentia. Prima eſt: impoſſibile eſt eſſe in actu infinitã multitudinẽ ſiuè per ſe, ſiuè per accidens.

¶Secunda eſt: poſſibile eſt eſſe multitudinem infinitam in potentia. Prima concluſio probatur dupliciter. Omnis multitudo actu exiſtens, eſt in aliqua ſpecie multitudinis. ergo eſt ſecundum aliquam ſpeciem numeri, ergo eſt finita, antecedens patet. prima verò conſequentia probatur: quia ſpecies multitudinis ſunt ſecundùm ſpecies numerorum. ſecunda, quia numerus eſt multitudo menſurata per vnum.

¶Circa primam conſequentiam & eius probationem dubitatur: quia multitudo eſt quid communius quàm numerus: & conſequenter debet habere ſpecies plures quàm numerus: alioquin cõmunis rõnem non retineret: non ergo ſpecies multitudinis ſunt ſecundùm ſpeciem numeri. Et confirmatur hoc: quia dici poteſt ꝙ ſpecies multitudinis finitæ ſunt ſecundùm ſpecies numeri: non aũt ſpecies multitudinis abſolutè: & atteſtatur his

Universidad de Deusto Biblioteca

manifeſtari poteſt in operatione fabri, ad quã quædã multitudo requiritur p ſe, ſcilicet q ſit ars in anima: & manus mouens, & martellus: & ſi hæc in infinitũ multiplicarentur, nunquã opus fabrile compleretur; quia depẽderet ex infinitis cauſis. Sed multitudo martellorum, quę accidit ex hoc, q vnum frangitur, & accipitur aliud, eſt multitudo per accidens. accidit enim q multis martellis operetur, & nihil differt vtrum vno vel duobus, uel pluribus operetur, vel infinitis, ſi infinito tempore operaretur: p hunc igitur modũ poſuerunt, q poſſibile eſt eſſe actu multitudinẽ infinitã per accidens c. Sed m hoc eſt impoſſibile, n qa oẽm multitudinẽ oportet eſſe in aliqua ſpecie multitudinis. Species aũt multitudinis ſunt, ſm ſpecies numerorũ. Nulla aũt ſpecies numeri eſt infinita, qa quilibet numerus eſt multitudo menſurata per unum. Vndè impoſſibile eſt eſſe multitudinẽ infinitam actu, ſiue per ſe, ſiue per accidens. Item, multitudo in rerum natura exiſtẽs eſt creata: & oẽ creatũ ſub aliqua certa intẽtione creãtis comprehendit: non enim in uanum agens aliquod operatur. Vndè neceſſe eſt, quòd ſub certo numero omnia creata cõprehendant. Impoſſibile eſt ergo eſſe multitudinẽ infinitã in actu, et per accidens. Sed eſſe multitudinem infinitam in potentia poſſibile eſt: quia augmentũ multitudinis conſequitur diuiſionem multitudinis. Quantò .n. aliquid plus diuiditur, tantò plura ſm numerum reſultant. Vndè ſicut infinitum inuenitur in potentia in diuiſione continui, quia procedit ad materiã, ut ſupra oſtenſum eſt, * eadem ratione etiam infinitum inuenitur in potentia in additione multitudinis.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q vnumquodq;, quod eſt in potentia, reducit in actum ſecundum modum ſui eſſe: dies .n. non reducit in actũ, vt ſit tota ſimul, ſed ſucceſſiuè: & ſimiliter infinitũ multitudinis non reducitur in actũ ut ſit totum ſimul, ſed ſucceſſiuè: quia poſt quamlibet multitudinem, poteſt ſumi alia multitudo in infinitum.

AD SECVNDVM dicendũ, q ſpecies figurarũ hñt infinitatem

Concil. m 247

*art. pe

Ariſto. quinto metaphy. capitu. de quanto, dicens, quòd pluralitas finita eſt numerus, quaſi infinitatem excipiat.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd cum ignota ex notioribus naturaliter cognoſcamus, & experiamur omnis multitudinis ſpecies, quas nouimus proportionales eſſe ſpeciebus numeri, ſatis conſonat rationi, vt poſſit vniuerſalis propoſitio formari, q omnis ſpecies multitudinis eſt ſecundùm aliquam ſpeciem numeri. Ad obiectionẽ aũt dicitur, quòd aliud eſt oẽs ſpecies multitudinis eſſe ſpecies numeri, quod falſum eſt & aliud, omnes ſpecies multitudinis eſſe ſecũdum ſpecies numeri, id eſt proportionales illis: quod aſſumptum eſt & verum. vndè multitudo, quia vniuerſalius quid eſt, habet multò plures ſpecies quàm numerus: quia habet omnes ſpecies numeri, & omnes ſpecies multitudinis immaterialis, quæ propriè non eſt numerus, &c. Et per hoc patet ad confirmationem, quòd illud voluntariè, non rationabiliter dicebatur. Textus autem Ariſtotel. nihil obſtat, quandoquidem nihil ex illo ad propoſitum elici poteſt, niſi quòd pluralitas infinita nõ eſſet numerus, ſed hoc non obſtat proceſſui huic, ſed magis confirmat ſecundam conſequentiam, vt patet.

¶Secundò probatur eadem concluſio. omnis multitudo in rerum natura actu exiſtens eſt creata. ergo comprehenditur ſub aliqua certa intentione creantis. ergo certo numero. ergo impoſſibile eſt quòd ſit infinita. Antecedens patet: prima verò conſequentia probatur: quia non in vanum agens aliquid operatur. Reliquæ relinquuntur vt euidentes.

¶Circa hanc rationem dubitatur quoniam aut aſſumit falſum aut nõ infert intentũ. Quũ .n. aſſumitur, q omne creatũ ſub aliqua certa intentione creantis comprehenditur, aut intelligitur de intentione certa certitudine finis, aut certitudine medij, per quod acquiritur finis. Si certitudine finis, tunc dupliciter exponi poteſt: aut ita quòd ipſum creatum ſit certus finis, aut ita quòd habeat certum finem. Si igitur ſenſus eſt, quòd omne creatum comprehenditur ſub aliqua intentione creantis vt certus finis, propoſitio videtur manifeſtè falſa: quoniam aliquid creatum nec eſt finis creantis, nec alicuius alterius creaturæ, puta infinita creatura. Si uerò eſt ſenſus, quòd omne creatum cõprehenditur ſub aliqua creantis intentione vt ad certum finẽ, propoſitio eſt veriſſima: quia Deus ipſe & participatio ſuę bonitatis eſt certus cuiuſque creati finis intentus à creante, ſed tunc nihil infert ad propoſitum: ex hoc enim non ſequitur: ergo ſub certo numero. Si autem ſenſus eſt, quòd omne creatũ cõprehenditur ſub aliqua intentione creantis, vt certum medium per quod acquiritur finis, propoſitio videtur falſa: & non probata. Falſa quidem; quia poteſt aliter comprehendi ſub intentione creantis q hoc modo: poteſt .n. intendi non ut certum medium ad acquirendum finem; ſed vt comitans, ſed proueniens ex certo medio, per quod acquiritur finis: ut patet ex Auer. 12. Meta. com. 37. vbi vult, q intelligentiæ moueant orbes vt aſſimilentur Deo in faciendo entia, & ad hoc ſequitur infinitas circulationes eſſe cauſatas ab eis & infinitos effectus, & infinitas animas etiã [illegible] creatas apud Auicennam. Non probata aũt, quia ex illo medio, nullum [illegible] operatur aliquid in uanum, nihil aliud p: inferri, niſi, ergo agit pp finẽ: quo cõceſſo, diceret q multitudo infinita eſt pp finẽ extrinſecũ. ſ. Deũ & conſeruationẽ perpetuæ aſſimulationis cãtis ipſam ad Deũ, vt philoſophi dicunt.

¶Circa eandẽ rurſus rationẽ dubiũ occurrit, quia cõmittit in ea vt ſophiſma à ſenſu diuiſo ad compoſitũ: tũ quolibet creato ad multa, immo infinita collectiuè procedendo. Quamuis .n. quodlibet creatũ ſit terminus alicui9 certæ intẽtionis & operationis ipſius creantis, multa tñ creata non oportet eſſe terminũ alicuius intentionis & operationis, ſed multarũ intentionũ & creationum: & conſequenter infinita creata erunt terminus infinitarũ intentionum, ſicut & creationum.

¶Circa eandem adhuc rõnem dubium eſt, quia radix eius .ſ. omne creatum comprehendi ſub aliqua certa intẽtione creantis, licet ſit uera in creatis per ſe, in creatis tamen p accidens negaretur ab Auic. Multitudo .n. per accidens infinita nõ eſt intenta niſi per accidens, vt in littera dicitur, & cõſequenter non creatur niſi per accidens. Vocatur autem creatum per accidens, quod ad præparationem alterius opus eſt creari: vt cõtingit de aĩa intellectiua q præparato à natura corpore diſpoſito, ſemper creatur. Et quia infinita corpora fuerunt iam ſparata, infinitæ animæ ſunt creatæ: quibus vt ſic accidit remãſiſſe in actu: quia incorruptibiles ſunt. & ſic earũ infinitas non ponit p ſe intẽta, ſed cõſequẽs ad æternitatẽ gñationis humanæ.

¶Ad euidentiam huius proceſſus. Nota primò, quod ly creatũ poteſt ſumi propriè, ut diſtinguitur contra cauſatum: & poteſt ſumi communiter, vt non referat dicere cauſatum, aut creatũ. Et quod ſumatur communiter uniuerſalis probatio litteræ inſinuat, dum ad illius probationẽ aſſumpſit q non in uanũ agens operatur. Quod autem ſumatur propriè ipſa verbi formalis ſignificatio oſtendit: parum autem aut nihil refert utro modo ſumatur. Si .n. ſumitur propriè, ponderanda ſunt uerba probationis quum dicit aliquid operatur .i. proprium terminum operationis attingit. Et per hoc excluduntur omnia conſequentia ad proprium & intentũ opus agẽtis: & de omni creato verificat quod eſt proprius terminus creationis. Si uerò ſumitur communiter, creatum reſtringendum eſt ad propriè cauſatum, ut diſtinguitur contra creatum. Verum vtroque modo reſtringitur ad cauſata uel creata actu exiſtentia: ita q collapſa excludant: & hoc inſinuatur in littera, quum dicitur creantis, quod .n. creatum eſt & perſeuerat continuè quodammodo creatur, quia cõſeruatur, pendet .n. & in fieri & in eſſe à creante. Comprehendit autem ſub creantis intentione non ſolùm quod actualiter cõprehenditur, ſed qđ comprehenſibile eſſet, ſi aliquo modo actu nõ comprehenderetur. Ex hoc autem quod aſſumpta propoſitio non eſt niſi de actu exiſtentibus, quæ proprij termini actionis ſunt: ſolutio omnium obiectorum habetur: omnia ſiquidem actu exiſtentia poteſt creator, & vt medium ad acquiſitionem alicuius finis ordinare, & ut finem per aliquid aliud, aſſequendum intendere: ex quo enim actu exiſtere ponitur, iam terminata eius productio ponitur: & conſequenter ut medium ad aliquid acquirendum dirigi poteſt. Et ſimiliter potuit eſſe finis intentus & acquiſitus per aliquod medium: nec ratio finis, nec ratio medij ad finem repugnat ei quod actu exiſtat. Et propterea cum intentio

ex infinitate numeri. Sunt enim ſpecies figurarum, vt Trilaterũ, Quadrilaterum, & ſic indè. Vndè ſicut multitudo infinita numerabilis, nõ reducitur in actũ, quòd ſit tota ſimul, ita nec multitudo figurarum.

AD TERTIVM dicendum, q licẽt quibuſdam poſitis alia poni non ſit eis oppoſitum: tamẽ infinita poni opponitur cuilibet ſpeciei multitudinis. Vnde non eſt poſſibile, eſſe aliquam multitudinem actu infinitam.

QVAESTIO VIII.

De exiſtentia Dei in rebus, in quatuor articulos diuiſa.

QVIA verò infinito cõuenire videtur quòd ubique & in omnibus ſit: conſiderandum eſt, vtrum hoc Deo conueniat.

ET CIRCA hoc quæruntur quatuor.

¶Primò. Vtrum Deus ſit in omnibus rebus.

¶Secundò. Vtrũ Deus ſit ubiq;.

¶Tertiò. Vtrum Deus ſit ubique per eſſentiam, & potentiam, & præſentiam.

¶Quartò. Vtrum eſſe vbique ſit proprium Dei.

ARTICVLVS I.

Vtrum Deus ſit in omnibus rebus.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quod Deus non ſit in omnibus rebus. Quod enim eſt ſupra omnia, b non eſt in omnibus reb9: ſed Deus eſt ſupra omnia, ſm illud Pſa. Excelſus ſuper oẽs gentes dñs, &c. ergo Deus non eſt in omnibus rebus.

¶2 Præte. b Quod eſt in aliquo, cõtinetur ab eo: ſed Deus non

Porrecta per totũ.
39
1. diſt. 37. q. 1. art. 1. Et 3. cõt. cap. 68. Pſal. 112.

Intentio non ſit propriè niſi finis, & medij per quod acquirendus eſt finis, omne actu exiſtẽs comprehenſibile eſt ſub certa intentione creantis, tam vt finis, quàm vt medium, vt finis quidẽ tum quia nulla eſt creatura adeò infinita, quæ non ſit aut eſſe poſſit finis alicuius alterius. Tum quia ſaltem eſt certus finis ſuę productionis. Tum quia hoc intelligitur quantum eſt ex ſe: nulli enim creato actu exiſtenti, repugnat quantum eſt ex ſe ratio finis, quàuis fortè aliquid nullius ſit finis. Vt medium autem: quia poſt ipſum reſtat multa, aut multorum productiones & nobilitates: ad quas cum aliquam poteſt ordinari vt medium, q iam eſt ens in actu. Nec obſtat primo cõtra hoc mẽbrũ obiectio: quoniam vt iam patet ex dictis, formaliter loquẽdo de creato, non poteſt eſſe cõſequens propriũ creationis terminum: ſed oportet creatũ creationem terminare. tale autem oportet eſſe intentum ut finis, aut medium ad finẽ. Nec eſt verum, quòd nõ ſit probata: quoniam ex illa aſſumpta ppoſitione: agẽs nõ operatur aliquid in vanum: optimè ex fine operationis exterioris concluditur terminus interioris intentionis: ex eo .n. qđ nullius agentis operatio eſt in uanum, ſed ad certum terminũ proprium, oportet q intentio operantis ſit etiam reſpectu certi termini: quoniam intentio agentis ſtatuit finem operationi: & ſic patet reſponſio ad primò obiecta.

¶Ad ſecundam verò dubitationem dicitur, quòd quia tota multitudo exiſtentium in actu poteſt accipi ut unum creatum, qm non excedit, vnum ſum, quod vnius primò intenti creati rationem habet: conſequens eſt quòd non ſolùm ſingula creata, ſed omnia ſimul, modo actu exiſtant, ſunt comprehenſibilia ſub aliqua vna certa intentione creantis. Et propterea nullum ſophiſma in propoſito committitur, vbi ex propoſitione aduerſarij, q actu exiſtat infinita multitudo infertur, ergo eſt comprehenſibilis ſub certa intentione creantis. ergo non eſt infinita: quia tam ratione medij ad conſequendum finem, quàm ratione finis repugnat infinitas multitudini.

¶Ad tertium autem dubium dicitur q creatum per accidens pt dupliciter intelligi. Vno modo ut per accidens diſtinguitur contra per ſe. Et hoc modo negatur dari creatum per accidens: quia omne creatum eſt per ſeipſum terminus creationis: alioquin, non fieret ex nihilo. Alio modo ut per accidens diſtinguitur cõtra per ſe primò: & ſignificat idem quod per aliud. Et hoc modo datur creatum per accidens .i. per aliud, ſaltem occaſionaliter. Et hoc modo, animæ intellectiuæ tàm apud aduerſariũ q nos, creantur per accidens: quamuis apud nos magis per accidens, q ad ipſum. Sed hoc non aufert, quin ſint per ſeipſas intentæ ſingulæ, ſicut & per ſeipſas creatæ: quoniam quamuis inter ſe habeant ordinem per accidens, relatæ tamen ad creantem ſunt & per ſe intentæ, & productæ: immò magis per ſe quàm quodcunque corruptibile: quoniam res incorruptibiles perfectiores & digniores ſunt uniuerſi partes: ac pro hoc magis intentę. Cuius ſignum eſt, q in ſphæra actiuorum ſolæ ſpecies ſunt per ſe intentæ: quia ſolæ ſunt perpetuæ. Et quoniam non ſolùm ſingulæ, ſed infinitæ ſimul ponuntur in actu, conſequens eſt (vt dictum ſuit) ut omnes ſint per ſe intentæ & pductæ, vtpote ſub aliqua vna certa intentione comprehenſibiles, immò & ſimul producibiles, quantum eſt ex ſe in actu.

¶Aduerte hic, quòd ex hoc loco habetur, quòd S. Thom. ademit ſibi omnem uiam concordiæ, cum doctrina Ariſto. iuxta expoſitionem ſuam. Tenet namque, Ariſtotelem putaſſe animas intellectiuas immortales, & numeratas ſcdm numerũ corporũ: & cõſtat Ariſt. tenuiſſe gñationẽ æternã. Ex his aũt manifeſto ſeqt̃ animas humanas eſſe actu infinitas, q hic decernit impoſſibile. Et in ſcđo contra gent. c. 81. di. non repugnare doctrinæ. Ariſto. in 3. phy. & primo cęli. qa vtrobiq; d infinito materiali ſermo fuit.

¶Circa hanc concluſionẽ multa afferunt à Capreolo argumẽta ex Gregor. & Adã, ſed oĩa ad tria reducunt. Primò ergo arguit ſic. Dant infinitę partes proportionales actu in continuo. ergo poſſunt dari ſeparatæ. ergo. Probat ſequela: qa omne abſolutũ exiſtens, p diuina potentia conſeruari ſine eo qđ non eſt de eſſentia illius: ſed cõtinuatio unius cũ alia non eſt de eſſentia partium. ergo.

¶Scđo. Deus in quolibet inſtanti cuiuſque partis proportionalis vnius horæ, poteſt creare angelum: ergo in una hora creare infinitos in actu. Et confirmatur: quia quod poteſt Deus ſucceſſiuè, poteſt ſimul in rebus permanentibus.

¶Tertiò. nõ minoris potentiæ eſt Deus, q infinitæ animæ fuiſſent, & quàm ignis infernalis ſed illæ poſſent infinita ſimul: & ignis infinitos cruciatus, ſi eſſent ibi infinitæ animæ. ergo.

¶Ad prima duo argumẽta dicitur breuiter, q ibi eſt ſophiſma à ſenſu diuiſo ad cõpoſitũ. Quãuis .n. de rõne ſingularũ partiũ nõ ſit cõtinuatas cũ alia; eſt tñ de rõne oĩum ſimul: qa de rõne earũ ſimul eſt eſſe potẽtia cui repugnat ſingularũ ab inuicẽ ſeparatio. Et ſimiliter implicat numerare intra oĩa partiũ proportionaliũ horæ: quia ponitur ea ſucceſſiua numeratione cõpleta in fine horæ, & tñ infinita: ſi .n. infinita nunquam numerabuntur: & ſi complebuntur, non erunt infinita. poteſt ergo Deus in ſingulis inſtantibus, non autem in omnibus. Et per hoc ad confirmationem: qa nec ſimul nec ſucceſſiuè pt producere infinita actu exiſtẽtia.

¶Ad tertiũ aũt conceſſo toto, nihil habetur contra intentũ: quia non ex defectu diuinæ potentiæ, ſed ex impoſſibilitate rei factibilis contingit, q infinita in actu eſſe nequeunt. Cũ quo tñ ſtat, q illæ cõditionales ſunt ueræ: ſicut ſi hõ eſt leo, eſt rugibilis: non tamen ſequitur, ergo Deus poteſt facere hominem rugibilem.

¶Secunda concluſio reſponſiua eſt. infinitũ ſecundùm multitudinẽ inuenit in potentia: Probatur: infinitũ inuenit in potentia ſcdm diuiſionẽ cõtinui. ergo ſcdm multitudinẽ. Probat ſequela: qa augmentũ multitudinis ſequitur diuiſionem magnitudinis, antecedens patet & probatur: qa procedimus ad materiam.

SVPER QVÆST. VIII. ARTIC. I.

Ferr. 3. cont. c. 68. — *Scot. 1. ſ. d. 38.*
Egi. 1. ſ. d. 36. q. 3. pri. prin. — *Cap. 1. d. 36. q. 1. con. 1.*
Rancus eod. loco.

IN titulo ly Deus, ſumit formaliter, ut eſt nomen naturæ diuinæ, ut diſtinguitur cõtra potentiã, ita q nõ quæritur de Deo ſecundũ potentiã quamcunq;, ſed ſcdm ſubſtãtiã, ut patet ex introductione huius qõnis, & ex titulo totius tractatus, vſq; ad 14. quæſt. Quod vt melius intelligat, diſtingue ly Deum dupliciter, vno modo ſecundũ ſeipſum, alio modo ſecundũ eius diffuſam virtutem. Non eſt hic qõ an uirtus diuina diffuſa ſit in oĩa, ſed, an ipſe Deus ſcdm ſeipſum ſit in omnibus: ly ſit in, non ſumitur determinatè pro aliquo ſpeciali modo eſſendi in, ſed indiſtinctè, & in cõi. Et hoc benè nota, quia Sco. in 2. diſt. 2. q. 1. part. 2. illius diſtin. non intellexit hunc titulum. ſed differenda eſt eius ratio uſq; ad examen concluſionis, ut melius percipiatur.

¶In corpore articuli eſt una concluſio, reſponſiua quæſito affirmatiuè.

Universidad de Deusto Biblioteca

continetur à rebus, ſed magis continet res: ergo Deus non eſt in reb⁹, ſed magis res ſunt in eo. Vndè Aug. in lib. 83. q. dicit, * q̃ in ipſo potius ſunt oĩa quàm ipſe alicubi.

Lib. 83. q. quæ. 20. ſ princ. habetur. 4.

¶ 3 Præt. Quantò aliquod agẽs eſt virtuoſius, tantò ad magis diſtãs eius actio procedit: ſed De⁹ eſt virtuoſiſſimum agens, ergo eius actio pertingere poteſt ad ea etiã, quæ ab ipſo diſtant. nec oportet quòd ſit in omnibus.

¶ 4 Præt. Dæmones res aliquæ ſunt: nec tñ Deus eſt in dæmonibus: non. n. eſt cõuentio lucis ad tenebras, ut dr̃ 2. ad Cor. 6. ergo Deus nõ eſt in omnibus rebus.

Sed contra: Vbicunq; operatᷓ aliquid, ibi eſt; ſed Deus operatur in omnibus, ſecundùm illud Iſai. 26. Omnia opera noſtra operatus es in nobis domine. ergo Deus eſt in omnibus rebus.

Respondeo. Dicẽdum, quòd Deus eſt in omnibus rebus, nõ quidẽ ſicut pars eſſentiæ, vel ſicut accidẽs, ſed ſicut agẽs adeſt ei in qđ agit. Oportet. n. omne agẽs cõiungi ei, in qđ immediatè agit: & ſua uirtute illud cõtingere: vndè in 7. phyſ.* probatᷓ, q̃

Concl.

Li. 7. phyſ. a textu 10. vſque ad 15. in fine. 10.

quia omnia agit immediatè ... [illegible]

motum & mouẽs oportet eſſe ſimul. Cum autem Deus ſit ipſum eſſe per ſuam eſſentiã, oportet q̃ eſſe creatum ſit proprius effectus eius *: ſicut ignire eſt ꝓpri⁹ effectus ipſius ignis. Hũc autem effectum cauſat Deus in reb⁹ nõ ſolũ quando primò eſſe incipiũt, ſed quãdiu in eẽ conſeruantur: * ſicut lumen cauſat in aere a ſole quandiu aer illuminatus manet. Quandiu igitᷓ res habet eſſe, tandiu oportet q̃ Deus adſit ei ſecũdùm modum, quo eſſe habet. Eſſe autem eſt illud, quod eſt magis intimum cuilibet, & quod ꝓfundius omnibus ineſt, cũ ſit formale reſpectu omnium quæ ĩ re ſunt (vt ex ſupra dictis patet *.) Vndè oportet quòd Deus ſit in omnibus rebus & intimè.

Q. 7. art. 1.

Ad primum ergo dicendũ, q̃ Deus eſt ſupra omnia per excellentiam ſuæ naturæ, & tamẽ eſt in omnibus rebus, vt creans omnium eſſe, vt ſupra dictum eſt.

Ad secundum dicendum, q̃ licèt corporalia dicantur eſſe in aliquo ſicut in continente, tamẽ ſpiritualia cõtinẽt ea, in q̃b⁹ ſũt ſicut anima continet corpus. uñ & De⁹ eſt in reb⁹, ſicut cõtinens

* In corp. art.

63

---

matiuè, habens duas partes. Deus eſt in omnibus rebus intimè. Probatur primò, prima pars. Deus eſt ipſum eſſe per eſſentiam. ergo habet eſſe creatum pro proprio effectu, non ſolùm in fieri, ſed in conſeruari. ergo eſt in omnibus ſicut agens, & non ſicut accidens, nec pars. ergo eſt in omnibus rebus. Prima conſequentia declaratur à ſimili ſicut ignire eſt proprius effectus ignis. Et ly, quò ad conſeruari, declaratur: ſicut lumen cauſatur à Sole quandiu eſt aer illuminatus. Secunda verò ſequela probatur: quia omne agens oportet coniungi ei in qđ immediatè agit. qđ probatur authoritate 7. phyſ. tex. 5. mouẽs & motum oportet eſſe ſimul. Secunda autem pars concluſionis, ſ. ly intimè, probatur ſic. eſſe eſt formale reſpectu oium, quæ in re ſunt. ergo ineſt profundius omnibus. ergo eſt intimum cuilibet. ergo Deus proprius actor eſſendi eſt in omnibus intimè.

¶ Circa hunc proceſſum primò declaranda eſt forma, deinde termini, & poſt examinabuntur ſingula. Nota ergo, quòd in textu prima conſequentia non infert vtrunque, ſ. quòd eſſe dependeat & in fieri & in conſeruari: ſed tantùm quòd ſit proprius effectus. Viſum eſt autem iungere vtrunque in uno conſequente, quia in litera omnino ſecundum horum non probatur, ſed declaratur tantùm exemplo luminis. Et quia verè cõſequentia valet, vt inferius, quum de dependentia & conſeruatione rerum erit ſermo, patebit: propterea etiam hic ſuperficietenus manifeſtantur: quia inferius in loco proprio probabuntur.

¶ Nota ſecundo, q̃ in conſequente ſecundæ conſequentiæ ſubintelligitur ly immediatum. vt enim patet ex probatione, ſermo eſt de agente proximo ſeu immediatè agente, vt ſic. nec eſt ſermo de quacunque immediatione, ſed ſuppoſiti. Agens enim poteſt dupliciter dici immediatum, vt docetur in tertio contra Gent. c. 70. ſcilicet immediatione virtutis, & immediatione ſuppoſiti. Eſt autem immediatio virtutis, quando virtus agentis iungitur effectui non mendicando talem coniunctionem ab aliqua alia virtute. Et propterea quantò agens eſt ſuperius, tantò immediatius agit immediatione virtutis: quoniam inferius agit virtute ſuperioris, & non econuerſo. Immediatio autem ſuppoſiti eſt, quando inter ſuppoſitum agens & effectum, nullũ medias ſuppoſitum ſubordinatum coagens. Et propterea quantò agens eſt inferius, tantò eſt immediatius immediatione ſuppoſiti. Et quia hic eſt ſermo de ipſo Deo ſecundùm ſeipſum, an ſit in rebus, ideò immediatio ſuppoſitalis eſt ad propoſitum: ita quòd conſequẽs illud intendit, quod Deus eſt in omnibus vt agens immediatũ ſuppoſitaliter, id eſt, proximum & propinquiſſimum ſuppoſitaliter: ita quod inter Deum & quamlibet rem, nullum mediat ſuppoſitum agens illam. Patet autem hunc eſſe ſenſum literæ. Tum ex probatione ibidem inducta: quam conſtat non niſi de ſic proximo agente & mouente verificari. Tum quia ex ſola immediatione uirtutis nõ infertur. ergo Deus ſecundùm ſeipſum eſt in omnibus: ſed ſecundùm eius diffuſam & participatam virtutem, vt Auicen. ponens primam intelligentiam tantùm Deum per ſeipſum produxiſſe, concederet. Quomodo autem hoc verum ſit, facile manifeſtabitur.

¶ Nota tertio, q̃ conſequens primæ conſequentiæ. ſ. ergo hẽt eſſe pro proprio effectu, poteſt dupliciter intelligi quantũ ad præſens ſpectat. Vno modo vt ly propriũ diſtinguitur contra cõe: & ſic eſt ſenſus, eſſe eſt effectus à ſolo Deo proueniens, excludẽdo omnem mediam cauſam effectiuam. Et hunc ſenſum accepit Scot. in 4. diſt. 1. q. 1. & malè, ſicut de hoc in q. 45. inferius diſputabitur. Alio modo vt ly, proprium diſtinguitur contra alienum. Alienũ autem in propoſito dr̃ omne quod per aliud ineſt, & ſi per ſe inſit: & ſic proprium idem ſignificat quod per ſe primò. Et hic eſt intentus & uerus ſenſus. eſſe. n. eſt per ſe primò effectus primæ cauſæ & ratio cuiuſque rei, q̃ ſit à prima cauſa, vt in prædicto loco patebit. Et hoc directè intendit conſequentia literæ, uolens quòd ab eſſe per eſſentiã deriuetur omne eſſe vt ſic, & proprius effectus, id eſt per ſe primò effectus. Et quamuis, vt ibi patebit, poſſit multis modis verificari, ad propoſitum tamen vnus ſufficiat, per quem magis liquet præſens littera: dicitur ergo eſſe proprius, ſeu per ſe primò effectus Dei, quia ſolus Deus poteſt omnia facere, quæ exiguntur ad hoc vt aliquid ſit, quicquid ſit illud. omnis enim res aut eſt materialis, aut immaterialis: ſi materialis ad eſſe eius exigitur materia, quæ à ſolo Deo creatur & conſeruatur: ſi immaterialis, à Deo ſolo eſt, vt inferius probabitur, cum de potẽtia creatiua tractabitur. Et hinc patet, q̃ in omni re eſt aliqđ productum & conſeruatũ à ſolo Deo proximè & immediatè. In rebus quidem materialibus ſubſtantia materiæ primæ, in ſeparatis autẽ ipſa ſubſtantia. Et propterea, Deus dicitᷓ agens omnium immediatè immediatione ſuppoſiti. Non enim dicitur in litera, q̃ Deus eſt agens immediatum omnium quò ad omnia, ſed quò ad aliquid, ſcilicet ad eſſe: quia omnia agit immediatè, quò ad aliquid requiſitum ad eſſe illius. Et propterea aſſumpſit pro medio termino cauſalitatem quam habet Deus reſpectu ipſius eſſe, q̃ omnibus oportet eſſe commune, quod enim non participat eſſe, non eſt.

¶ Nota quarto, quòd in probatione ſecundæ partis concluſionis eſſe dicitur profundius ac intimius omnibus: quia eſt formale reſpectu omnium: & meritò, nihil enim in re aliqua eſt, q̃ nõ actuetur per eſſe: ſiue partes eſſentialis, ſiue integralis: ſiue prædicatum ſubſtantiale uel accidẽtale, omnem enim gradum, omnem rationem eſſe attingit: multa tamen in re ſunt, quæ non ſunt ſubſtantia, aut corpus, &c. profundius ergo omnibus, & quod vltimò in reſolutione reſtat, & quod primò compoſitionem terminat, eſt eſſe &c.

¶ Circa ſenſum concluſionis & tituli, dubium occurrit ex Sco. in 2. diſt. 2. q. 5. Ibi enim, Quæro, inquit, quid intendis quærere & concludere, aut præſentiam Dei in omnibus ratio operationis, aut ratione immenſitatis. Si primum, ergo committitur petitio principij: quia concluſio eſt: Deus eſt in omnibus, id eſt, coniunctus omnibus ut agens, & medius terminus eſt hoc idem: ut patet in litera. Et præterea, hæc concluſio non eſt ad propoſitum: quia quæſtio tua eſt de præſentia, quæ ſpectat ad immenſitatẽ Dei, vt in introductione quæſtionis ponis. Si ſecundum, ergo præſentia immenſitatis concluditur apud te à poſteriori, ex præſentia agentis vt ſic. Et tunc ſequitur vlterius, ergo ſubſtantia ſpiritualis eſt in loco prius natura quàm aliquid operetur, quod tu negas in materia de loco angelorum.

¶ Ad hoc di. q̃ coniunctio Dei cum rebus poteſt ſumi dupliciter. Vno modo pro ipſo contactu, quò Deus ipſe rem per ſeipſum tãgit. Alio modo pro relatione præſentiæ, qua denominatione relatiua dr̃ præſens ſecundũ ſe alicui. Si ſumitur primo modo, ſic Deum eſſe in rebus, nihil aliud eſt q̃ immediatè producere & conſeruare res. Si verò ſumitur ſecundo modo, ſic eſt relatio rationis in Deo conſequens contactum prædictum.

¶ Ad obiectionem ergo Scoti dicitur, quòd formaliter loquendo, hic eſt quæſtio de præſentia ſpectante ad immenſitatem, ſed non de illa, quam ipſe fingit priorem omni contactu, ſed præſentia immenſitatem conſequens, cum non poſſit intelligi abſq; extremorum exiſtentia, niſi ſumatur in potentia. Aut eſt ipſe contactus creaturarum, quo creaturæ fiunt & ſunt ſic, quòd impoſſibile eſſet aliquid fieri aut eſſe quod non totaliter tangatur à Deo, ſicut præſentia corporis infiniti ad omnia loca, eſſet contactus omnium locorum, ſic quòd impoſſibile eſſet poni locum, qui non tangeretur ab eo. Sed in hoc fallitur imaginatio: quia contactus localis ſupponit vtrumque extremum, contactus autem diuinus nõ ſupponit, ſed facit creaturas, alioquin non eſſet, à quo res fiunt & ſunt. Aut eſt relatio præſentiæ, qua Deus relatiuè dicitur actualiter præſens creaturæ, & hæc manifeſtè ſequitur exiſtentiam creaturæ. In propoſito igitur dicendum eſt, quod quæritur de præſentia immenſitatis indiſtinctè. Nec ſequitur, ergo datur alia præſentia ſpiritualis ſubſtantiæ prior operatione: quoniam præſentia immenſitatis, coincidit cum præſentia per operationem. Nec ſequitur, ergo eſt ibi petitio principij: tum q̃a quæſtio & concluſio eſt de pñtia indiſtinctè: tum medium eſt pñtia per modum agentis immediati, & ſic eſt proceſſus ab inferiori ad ſuperius affirmatiuè. Tum quia dato quòd quæſtio & concluſio eſſet de coniunctione contactus, medium eſt diffinitiuum ipſius coniunctionis, & ſic non eſt petitio: quoniam concluditur quaſi paſſio de ſubiecto, per diffinitionẽ paſſionis idem oſtendens Deum eſſe p ſeipſum coniunctum omnibus, per diffinitionem eius quod eſt eſſe coniunctum p ſe ipſum: q̃ nihil aliud eſt quàm immediatè immediatione ſuppoſiti agere ac conſeruare omnia. Tum quia ſi quæſtio, & concluſio eſt de eſſe in rebus per relationem præſentiæ, medium eſt quaſi cauſa, ſeu fundamentum maioris extremitatis.

q. 42. 44.

q. 14. 108.

¶ Et ſic patet quòd ſi quæſtio iſta intelligitᷓ de eſſe in rebus ſpecialiter, proceſſus eſt à priori, à diffinitione paſſionis, vel à fundamento relationis. Si autem indiſtinctè: ſic eſt ab inferiori ad ſuperius affirmatiuè, & ſic nunquam admittitur vitium.

¶ Circa probationem ſecundæ conſequentiæ occurrit dubium ex Scoto in prima diſtinct. 37. quæſtio. vnica. vbi vult, & quòd iſta aſſumpta propoſitio, agens oportet coniungi ei, in quod immediatè agit eſt falſa: & quòd illa Ariſtot. mouens & motum oportet eſſe ſimul, eſt quaſi per accidens. & quòd proceſſus iſte, ex his inferens Deum ſecundùm ſeipſum eſſe præſentem omnibus, non valet. Primum igitur probat ſic: Sol agit immediatè vbi non eſt. ergo antecedens probatur: quia Sol generat in viſceribus terræ, mineram, vel aliquod miſtum: & proximum principium elicitiuum, talis generationis eſt ſubſtantia Solis, ergo. Quòd enim ſubſtantia ſolis ſit principium generationis ſubſtantialis illius miſti, patet. Quòd autem ſit proximum principium, probatur: quia antecedens quodcunque ſiuè lumen, ſiuè quodlibet aliud, non poteſt eſſe principium ſubſtantiæ. Præterea, agens naturale non poſſe agere in diſtans niſi prægat in præſens, oritur ex altero horum, ſcilicet aut ex concurſu duarũ potentiarum ſubordinatarum in eodem agente, aut ex imperfectione potentiæ actiuæ non potentis producere perfectum, niſi procedendo de imperfectiori ad perfectius, exemplum primi, Sol non generat hoc niſi illuminet medium. exemplum ſecundi generans non generat niſi alteret & diſponat, &c. ergo agens nõ poſſe agere in diſtans quin agat in præſens, eſt propter iſtas conditiones. Igitur non eſt neceſſarium ſimpliciter. Quia poteſt dari agens, in quo neutra harum conditionum habet locum. Et hinc ſequitur ſecundum, quia propter iſtas conditiones verificatur de mouentibus, & motis. Et tertium, quia Deus eſt agens omnipotens, in quo nulla harum conditionum reperitur & propterea ex hoc quòd immediatè producit aliquid, non ſequitur neceſſariò. ergo ſecundùm ſeipſum eſt præſens illi. Et confirmatur, inquit, hoc tertium dupliciter. Primò, quia ſi Deus eſſet in aliquo certo ſitu, poſſet immediatè producere aliquid in quacunque diſtantia: quia eſſet omnipotens. ergo ex immediata productione non neceſſariò infertur præſentia ſecundùm eſſentiam. Secundò, quia poſito priori, non neceſſariò ſequitur poſitio poſterioris: ſed præſentia Dei ſecundùm potentiam eſt prior præſentia eius ſecundùm ſubſtantiam, ergo poſita illa, nõ eſt neceſſe poni illam. probatur minor, quia prius natura, creatura terminat actum diuinæ potentiæ, quàm ſit ei Deus præſens, vt patet in prima mundi productione.

¶ Ad euidentiam horum ſciendum eſt quòd quia in his agentibus, quæ apud nos ſunt, inuenitur duplex præſentia agentis ad paſſum. Altera ſitualis, qua vltima eorum ſunt ſimul. Altera virtualis, qua operatio agentis attingit effectum, ſeu paſſum, nullum attingendo medium, ſiuè interſit aliquid, ſiuè non: diſtincta eſt etiam in agentibus ſpiritualibus duplex præſentia. Altera ſecundùm ſubſtantiam, qua ipſa ſubſtantia agentis definita, aut quaſi definita eſt hinc paſſo. Altera ſecundùm virtutem, ſicut in ſupradictis. Et propter hanc duplicem præſentiam labarunt tantum Scotus, imponens S. Tho. vtranque contradictionis partem: & quòd poſuit primam præſentiam in hoc articulo, & quòd negauit eam in materia de loco angelorum, & quòd plus eſt, quod apud Sanctum Thomam hic præſentia ſecundùm ſubſtantiam eſt prior quam ſecundùm potentiam. Sed longè aliter eſt, quoniam apud Sanctum Thomam, licèt aliud ſit eſſe præſentem ſecundum ſubſtantiam, & aliud ſecundùm potentiam, non tñ aliud eſt eſſe præſentem ſecundùm ſubſtantiam, & aliud ſecdm potentiã immediatè attingentem effectum ſeu paſſum. præſentia enim potentiæ, vt in ſequẽti patet art., nõ exigit immediationem ſuppoſiti. Nec tñ ſunt omnino idem, eſſe, præſentem ſecdm ſubſtantiã, & ſecdm potentiã immediatè agentẽ, &c. Sed diſtinguuntur ſicut ratio præſentiæ & res præſens. Quoniã immediatè attingere eſt rõ præſentiæ non ſolùm potentiæ, ſed ſubſtantiæ. Ita q̃, ſicut ſubſtantia ſituata ſitu eſt præſens, & tñ ipſa ſubſtantia eſt pñns, ita ſubſtantia ſpiritualis immediata attinctione eſt præſens, ita q̃ ipſa ſubſtantia eſt præſens & non operatio eius vt qd. Et ſic iſtæ duæ præſentiæ in ſpiritualibus, non omnino duæ ſunt, nec oĩno vna, ſed hẽnt ſe medio modo. ſ. vt quo, & qd, & propterea diximus, q̃ in littera quæ ex immediatè attingere concludit præſentiam ſubſtantiæ, proceditur à diffinitione ad diffinitum, i. à ratione, ad id cuius eſt ratio.

¶ Ad rationes ergo Sco. ſigillatim dicendo. Ad primam negatur, quòd Sol agat immediatè in diſtans, falſumq; eſt, q̃ forma ſubſtantialis ſit elicitiuum principiũ generationis mineræ: q̃m ſubſtantia nullius operationis eſt proximum, & elicitiuum principium, vt in q. 77. oſtendetur diffusè. Nec in conuenit accidens eſſe principium inſtrumentale generationis ſubſtantiæ. Inſtrumentum enim non eſt cauſa, ſed cauſæ organum.

¶ Ad ſecundam verò dicitur, q̃ propter neutram illarum cauſarum, conuenit agentibus naturalibus non poſſe agere in diſtans niſi in propinquum prætagat, ſed eſt propter imperfectionem negatiuè pertinentem ad uirtutem actiuam inquantum limitata eſt & ideò reſeruatur hoc ſoli Deo: & hanc rationem ex ſenſibus ac ſenſitiuis. Illas verò Sco. finxit: vndè Ariſt. 7. phyſ. inductiuè ex ſenſibilibus probat mouens etiam intentionale, & motum oportere eſſe ſimul: vt patet ibi de obiectis ſenſuum.

¶ Et ſi quæratur, quæ vniuerſalis ratio ſit, quòd agens, & immediatum patiens oportet eſſe ſimul, ſeu coniungi. reſpondetur, q̃ cum eſſe ſimul, ſeu coniungi, & immediatè attingere nõ vniformiter ſe habeant, non poteſt eis vniformis ratio aſſignari. Iam enim dictum eſt, q̃ præſentia ſubſtantiæ, & præſentia potentiæ immediatè in quibuſdam ſunt omnino diuerſæ, in quibuſdam autem coincidunt. Et propterea dicendum eſt, quòd vbi hæ præſentiæ ſunt omnino diuerſæ, præſentia operationis infert præſentiam potentiæ, ex limitatione agentis. Vbi autem ſunt quaſi idem, illatio tenet ex identitate illarum. Et propterea propoſitio illa, omne agens, &c. eſt vniuerſaliter vera in omnibus agentibus: quamuis ex diuerſis radicibus in diuerſis: & ideò ex ipſa meritò procedi potuit ad inferendam præſentiam immenſitatis diuinæ in omnibus. Et per hoc patet reſponſio ad vtranque confirmationem. Ad primam quidem negatur conditionalis, quoniam ex illo antecedente, ſequitur, & illud conſequens & eius contradictorium, ac per hoc neutrum ſequitur. Si enim Deus eſſet in aliquo certo ſitu, ex eo quòd Deus omnipotens, ſequitur quòd poſſet in quodcunque vbicunque: ex eo verò quòd in certo ſitu, ſequitur quòd in nihil poſſet niſi mediante proximo; hoc enim ſpectat ad rationem limitati ſitualiter: & ſic patet quòd ſequitur vtraque pars contradictionis ſimul: & conſequenter nulla.

¶ Ad ſecundam verò dicitur: quòd licèt verum ſit prius non inferre neceſſariò poſterius, quando ſunt omnino diuerſa: attamen hæ præſentiæ non ſunt omnino diuerſæ, ſed (vt dictũ eſt) coincidunt in ſpiritualibus, vt ratio, & id cuius ratio: & propterea ſe habent aliquo modo vt prior & poſterior.

¶ In reſponſione ad ſecundum, aduerte primò, quòd diſtantia in propoſito eſt quadruplex: ſcilicet, ſitualis, naturalis, ſuppoſitalis & virtualis. ſitualis patet. Naturalis vero eſt diſſimilitudo naturæ. ſuppoſitalis autem mediatio ſuppoſiti. Virtualis demum

Universidad de Deusto Biblioteca

mediatio virtutis virtualiter. Propoſitio autem illa agens quan- F tò virtuoſius, tantò poteſt agere in diſtantius, loquendo non de agente tali, vel tali, ſed abſolutè, de ſola diſtantia naturæ, eſt vera ſimpliciter. De diſtantia n. ſitus, patet q eſt falſa quia non omne agens habet ſitum etiam diffinitiuè. De diſtantia quoq; virtutis patet etiam: qa quantò agens eſt ſuperius, & conſequēter virtuoſius, tātò eſt ꝓpinqui⁹ virtualiter: vt patet ex dictis. De diſtantia āt ſuppoſitiuē aliquo modo vera: ſimpliciter āt .i. totaliter, falſa. Pōt ſi quidē dupliciter intelligi. Vno modo ſic: agens quantò virtuoſius, tātò poteſt in diſtantius ſuppoſitaliter, quo ad aliquid, & ſic eſt veriſſima. Vnde Deus poſſet per infinita quodammodo ſuppoſita media cooperantia, educere formam bouis de potentia, vel materia, vel aliquid huiuſmodi facere, quę ipſe non ꝓducit immediatè, immediatione ſuppoſiti, ſed virtutis tm̄. Alio modo ſic. Tantò poteſt in diſtantius ſuppoſitaliter ſcdm̄ ſe totum, & ſic propoſitio eſt falſiſſima: immò vt in littera dī, hoc ad maximam Dei potentiam ſpectat, vt nihil compati poſſit diſtās ſcdm̄ ſe totum ſuppoſitaliter: quia in quolibet ſubſiſtente oportet aliquid eſſe productum ac cōſeruatum cōiunctū Deo immediatè, immediatione ſuppoſiti, vt dictū eſt. Et quia de iſta diſtantia præſens articulus loquit, ac de præſentia illi oppoſita: ideo in littera abſq; alia diſtinctione negata eſt, & hīc propoſito illa intendens de diſtantia ſcdm̄ ſe totū, & nō ſecūdū aliquid ſui. De diſtantia aūt naturæ, cuius & littera meminit, propoſitio eſt ſimpliciter vera: qa quātò agens eſt virtuoſi⁹ tāto ex elōgatiori potentia poteſt facere ſibi ſimile: adeò vt creator ex nullo modo ſimili producere poſſit .f. ex nulla potētia: qa ex nihilo.

¶Aduerte ſecundò q in littera fit mentio de diſtantia ſuppoſitali, & de cōiūctione virtuali penetrāte, & ſuperante quodāmodo diſtantiam ſuppoſitalem, & immediatione ſuppoſitalis: & ex hoc q non diſtātia ſuppoſitalis, ſed con-

al. gratiæ.

Porrecta per totū. 40

1.d.iſt.37. q.1.art.1. & 3. Et 3. contra G. 68.

*Hæius li. titulus eſt An oē qd eſt, bonū ſit. circa principiū illius.

res: tñ per quandā ſimilitudinem corporalium dīr oīa eē in Deo, inquantum cōtinentur ab ipſo.

Ad tertium dicēdū, q nulli* agentis qūtūcunq; virtuoſi, actio ꝓcedit ad aliquid diſtās, niſi inq̄tū in illud p media agit. Hoc aūt ad maximā virtutem Dei ꝑtinet qd immediatè in oībus agit. Vñ G nihil eſt diſtās ab eo, quaſi ī ſe illud Deū nō hēat. Dīr tñ res diſtare à Deo p diſſimilitudinē naturæ vel gratiæ: ſicut & ipſe eſt ſup oīa p excellētiā ſuæ naturę.

Ad IIII. dicendū, q in dæmonibus intelligit, & natura, q̄ eſt à Deo, & deformitas culpæ, q̄ nō eſt ab ipſo. Et iō nō eſt abſolutè cōcedēdū, q Deus ſit in dęmonibus, ſed cū hac additione, inquātū ſunt res q̄dam. In rebus aūt, q̄ noīant naturam non deformatā abſolutè dicēdum eſt, Deū eſſe.

Articvlvs II.

Vtrum Deus ſit vbique.

Ad secvndvm ſic proceditur. Vr, q Deus nō ſit vbiq;. Eē n. vbiq; ſignificat eſſe in oī loco Sed eē ī oī loco nō cōuenit Deo cui nō cōuenit eē in loco, nā incorporalia, vt dicit Boet. in li. de hebdom.* nō ſunt in loco. Ergo I Deus non eſt vbique.

¶2 Præt. Sicut ſe hēt tps ad ſucceſſiua, ita ſe hēt locus ad ꝑmanētia. Sed vnū indiuiſibile actionis vel motus, nō pōt eē in diuerſis tpibus. h ergo nec vnū indiuiſibile in gñe rerū ꝑmanentium pōt eē in oibus locis. Eē aūt diuinum non eſt ſucceſſiuum, ſed ꝑmanens. ergo Deus nō eſt in pluribus locis. Et ita nō eſt vbique.

¶3 Præt. Quod eſt h totū alicubi, K nihil eius eſt extra locum illum. Sed Deus ſi eſt in aliquo loco, totus eſt ibi (non. n. habet partes) ergo nihil eius eſt extra locū illum. Ergo Deus non eſt ubique.

Sed contra eſt, q dī Hier. 23. Cęlū, & terram ego impleo.

Resp. Dicēdū q cū loc⁹ ſit res q̄dā eſſe aliqd in loco, poteſt intelligi dupliciter. Vel p modum aliarū rerū .ſ. ſicut dī aliquid eſſe in aliis rebus quocūq; mō, ſicut accidētia loci ſunt ī loco. Vel p modū propriū loci, ſicut locata ſunt in loco.ᵐ Vtroq; aūt mō ſm̄ aliqd Deus eſt in oī loco: q eſt eſſe vbiq;.ⁿ Primò quidē, ſic eſt ī oībus rebus, vt dans eis eē, & virtutem & operationem: ſic. n. eſt in oī loco, vt dans ei eſſe, & virtutem locatiuam. Itē locata ſūt in loco inquantum replēt locū: & Deus oēm locum replet: non ſicut corpus (corpus. n. dicitur replere locum inquātū non cōpatitur ſecum aliud corpus:) ſed p hoc, q Deus eſt in aliquo loco nō excluditur, quin alia ſint ibi, imò p hoc replet oīa loca: q dat eē oib⁹ locatis, q̄ replēt oīa loca.

Ad primvm ergo dicendū, q H a incorporalia non ſunt in loco per contactum quantitatis dimēſiuæ, ſicut corpora, ſed per contactum virtutis.

Ad secvndvm dicendū, q indiuiſibile eſt duplex: vnum, qd eſt terminus continui: vt pūctus in permanentibu, & momentū in ſucceſſiuis. Et huiuſmodi indiuiſibile in ꝑmanētibus, quia hēt determinatū ſitū, nō pōt eſſe in pluribus partibus loci, vel in pluribus locis: & ſimiliter indiuiſibile actionis vel motus, qa hēt determinatū ordinē in motu, vel actione nō pt eē in plurib⁹ ptib⁹ tpis. Aliud āt indiuiſibile eſt, qd eſt extra totū genus continui: & hoc mō ſubſtę icorporeæ, vt De⁹ angelus, & aīa dīr eē indiuiſibiles. Tale igr̄ indiuiſibile nō applicat ad cōtinuū, ſicut aliqd eius, ſed in q̄tū cōtingit illud ſua virtute: vñ ſm̄ q virtus ſua, ſe pōt K extendere ad unum uel multa, ad paruum vel magnum, ſecūdū hoc eſt in uno vel pluribus locis & in loco paruo, vel magno.

Ad tertivm dicēdum, q totū ᵈ dr̄ reſpectu partium. Eſt aūt duplex pars .ſ. pars eſſentiæ, vt forma, & materia dīr partes cōpoſiti: & genus & differētia ptes ſpēi. Et ēt pars q̄titatis, in quā .ſ. diuidit aliqua q̄titas. ᵉ Qd ergo eſt totū ī aliquo loco totalitate

iunctio virtualis penetrans inuentā ſuppoſitalem diſtantiā, ſpectat ad perfectionem virtutis, infertur implicitè: ergo non diſtātia, ſed coniunctio agentis cum effectu, ſequitur perfectionē agētis. & ex hoc infertur explicitè: ergo ad maximam Dei virtutem pertinet vt nihil à ſe diſtare ſuppoſitaliter poſſit ſecundūm ſe totum, ſed oporteat ipſum eſſe coniunctum ſuppoſitaliter omnibus, & eſt proceſſus iſte per locum à maiori, ſi in productione in qua inuenitur diſtantia ſuppoſitalis, ipſa diſtantia non ſequitur perfectionem agentis, ſed potius cōiunctio penetrans illam: ergo ſimpliciter ipſa diſtantia ſuppoſitalis non ſpectat ad perfectionem agēus, ſed potius coniunctio. ergo poſſe agere in diſtantius ſecundūm ſe totum ſuppoſitaliter, non ſequitur perfectionem virtutis: ſed potius coniunctum oportere eſſe omnibus, ad maximam virtutem ſpectat.

Gond. 1

SVPER QVAES. VIII. ARTIC. II.

Ferr. 3. cont. c. 68.
Scot. 1. diſt. 37.
Ricca. 1. d. 37. q. 3.
Cap. 1. d. 37. q. 1. con. 4.
Bannes eodem loco.
Alber. Mag. primo di. 37. art. 4.

D. 3

Titulus clarus.

¶ In corpore duo: primò diſtinguit. ſecundò reſpōdet quæſito vnica cōcluſione bimembri, iuxta propoſitam diſtinctionem. Diſtinctio eſt iſta, eſſe in loco dupliciter: vt in re, & vt in loco, probatur, quia locus eſt res, & locus. Concluſio vero reſponſiua eſt. Deus eſt vtroque modo ſecundūm aliquid vbique. probatur quo ad primum modum. Deus dat eſſe, virtutem, & operationem omnibus rebus. ergo omnibus locis. Quò ad ſecundūm verò. Deus dat eſſe omnibus replentibus loca. ergo eſt in omnibus locis quodammodo, vt replent omnia loca.

¶ Circa hæc aduerte. quòd replere locum dupliciter dicitur. ſ. formaliter, & effectiuè. corpus locatum replet locū formaliter. Deus effectiuè

D. 4

17

effectiuè. Et ex hoc ſequitur differētia in littera poſita, q corpus A replēs excludit alia: Deus aūt replēs nō, immò facit alia locari.

*Et propterea, in concluſione nō abſolutè dicitur, q Deus eſt in loco, vt in loco abſolutè: ſed ſecundum aliquid, id eſt, quodammodo: quia ſcilicet non formaliter: ſed cauſaliter.

excellentium hominum errores ponuntur. Contra Manichæos namq; eſſe per potentiā .i. eſſe in oibus immediatè, immediatione virtutis. Iſta q ſſa agunt q uicquid agunt virtute Dei. Contra Auer. verò eſſe p pſentiam penetratiuā omniū, & ſingulorū ſuo intuitu. Contra Auicen. autem eſſe per eſſentiam .i. immediatè immediatione ſuppoſiti: quia in quolibet eſt aliquid creatū à Deo immediatè.

SVPER QVÆS. VIII. ARTIC. III.

S. Bon. 1. 5. diſt. 37. q. 2. art. 1.
Alens. 1. p. ſu. quæſt. 9. men. 2. 3.
Scot. 1. 5. d. 37. q. 1.
Riccar. 1. 5. d. 37. q. 1.
Duran. 1. 5. d. 37. q. 2.
Maire. 1. 5. d. 37. q. 1.
Egi. 1. 5. d. 37. q. 2. pri. priu.
Cap. 1. d. 37. q. 1. con. 3.
Alb. mag. p. d. 37. ar. 1.
Pe. de Pa. 1. 5. d. 37. q. 1.

Titulus eſt qd. noſtri in corporeitas*.

¶ In corpore duo. primò diſtinguit. ſecundò riſpōdet quæſito ibi. ſic ergo. Quoad primū diſtinctio eſt iſta. De⁹ eſt in aliquo dupliciter .ſ. effectiuè, & obiectiuè. Differunt quò ad ꝓpoſitū hi modi, qa primus eſt generalis, eo quod effectiuè Deus eſt in oībus. Secūdus ſpecialis, eo q obiectiuè eſt tm̄ in creatura rōnali. Et vocatur hic modus eſſe per gratiam, eo q ea gratia hēt creatura rōnalis, q cognoſcat, ac diligat Deū actu, vel habitu. Rurſus modus generalis eſſendi in oib⁹, diſtinguitur in eſſe p eſſentiam, præſentiam, & potentiam. Vt patet in Rege reſpectu loci proprij, & loci, in ꝓſpectu ſuo, & regni ſui: & inde applicando ad Deū.

¶ Aduerte hic primo, q quamuis littera in principio corporis ponat diſtinctionem modi eſſendi Dei in rebus .ſ. effectiuè, vel obiectiuè, poſtmodū tñ nō ſubdiuidit modū eſſendi in eſſe per eſſentiam, pſentiam & potentiam, quā falſa eſſet ſubdiuiſio: ſed incōdit ſubdiſtinguere modū generalem, quo Deus eſt in oib⁹ & accipit diſtinctionē ex reb⁹ humanis, applicatq; ad Deū reſpu oium creatorē.

¶ Aduerte ſecūdò, q in lra nō ſolū applicantur declarati modi ad Deū, ſed pbat quodāmodo eorūm eſſe interpretationē cuiuſq;, ex eo, quod ſinguli contra ſingulos

17

Porrecta per totū. 41

1. d. 37. q. ar. 3. & in expo. lit.

quantitatis, nō pt eſſe extra locum illū: qa quātitas locati commenſurat quātitati loci: vñ non eſt totalitas quātitatis, ſi non ſit totalitas loci. Sed totalitas eſſētiæ nō cōmenſurat totalitati loci. Vñ nō oportet q illud qd eſt totū totalitate eſſētię in aliquo, B nullo mō ſit extra illud. Sicut apparet ēt in formis accidētalib⁹, q̄ ſm̄ accidens quantitatē hñt. albedo. n. eſt tota ī qualibet parte ſuperficiei, ſi accipiat totalitas eſſentiæ: qa ſm̄ perfectā rōnem ſuæ ſpeciei, inuenit in qualibet parte ſuperficiei. Si aūt accipiat totalitas ſm̄ quantitatē, quā hēt p accidens, ſic nō eſt tota in qualibet parte ſuperficiei. In ſubſtijs aūt incorporeis nō eſt totalitas, nec p ſe, nec p accidens, niſi ſm̄ C perfectā rōnem eſſentiæ. Et iō, ſicut anima eſt tota in qualibet parte corporis, ᶠ ita Deus totus eſt in omnibus & ſingulis.

Articvlvs III.

Vtrum Deum ſit vbique per eſſentiam, præſentiam, & potentiam.

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur, q male aſſignētur modi exiſtendi Deum in rebus, D cum dr̄, q Deus eſt in oibus rebus per eſſentiā, potentiam, & pñtiam. Id ʰ. n. per eſſentiā eſt in aliquo, qd eſſētialiter eſt in eo: Deus aūt non eſt eſſentialiter in rebus: nō. n. eſt de eſſentia alicuius rei. Ergo nō debet dici quòd Deus ſit in rebus per eſſētiam, præſentiam, & potentiam.

¶2 Præte. Hoc eſt eſſe pſentem alicui rei .ſ.ʰ non deeſſe illi. Sed hoc eſt Deū eſſe per eſſentiā in E reb⁹ .ſ. nō deeſſe alicui rei. ergo idē eſt eſſe Deum in oibus p eſſentiā & pñtiā. Superfluū ergo fuit dicere, q Deus ſit in rebus p eſſentiam, pñtiam, & potentiā.

¶3 Pręt. Sicut Deus eſt principiū oium rerum per ſuā potentiā, ʰ ita per ſciētiam & uoluntatem. Sed non dicitur Deus eſſe in rebus per ſcientiam & uoluntatem. Ergo nec per potentiam.

¶4 Præt. Sicut gr̄a eſt q̄dā perfectio ſup addita ſubſtę rei, ita multæ ſunt alię perfectiones ſuperadditæ. Si ʰ ergo De⁹ dr̄ eſſe ſpecialī mō in quibuſdā per gratiā, videtur quòd ſm̄ quamlibet perfectionem debeat accipi ſpecialis modus eſſendi Deū in rebus.

Sed contra eſt, qd Greg.* dicit ſuper Cantic. canticorū, q Deus cōi modo eſt in oibus rebus pſentia, potentia, & ſubſtantia: tñ familiari modo dicitur eſſe in aliquibus per gratiam.

Respondeo. Dicendum, q Deus dr̄ eſſe in re aliqua dupliciter. Vno modo per modum cāæ agentis: & ſic eſt in oibus rebus creatis ab ipſo. Alio modo ſicut obiectū operationis eſt in operāte: qd ꝓpriū eſt in operationibus aīæ, ſm̄ q cognitū eſt in cognoſcente, & deſideratū in deſiderāte. Hoc igr̄ ſcdo mō Deus ſpecialiter eſt ī rōnali creatura, q̄ cognoſcit & diligit illum actu uel habitu. Et qa hoc hēt rōnalis creatura p grām, ut infra patebit,* dr̄ eſſe hoc mō in ſanctis per gratiā. In rebus uerò alijs ab ipſo creatis q̄uo ſit, conſiderandum eſt ex his, q̄ in rebus humanis eſſe dīr. Rex. n. dr̄ eſſe in toto regno .ſ. per ſuam potentiā, licet non ſit ubiq; pñs. Per pſentiam uerò ſuam dr̄ aliquid eſſe ī oibus, quæ in proſpectu ipſius ſunt, ſicut omnia, quæ ſunt in aliqua domo, dicuntur eſſe pręſentia alicui, qui tñ non eſt, ſecundūm ſubſtantiam ſuam in qualibet parte domus. Secundūm uerò ſubſtantiam uel eſſentiā, dicitur aliquid eſſe in loco, in quo eius ſubſtantia habetur.

Fuerunt ergo aliqui, ſcilicet Manichæi, qui dixerunt diuinæ poteſtati ſubiecta ſpiritualia eſſe & incorporalia, ᶜ uiſibilia uerò & corporalia ſubiecta eſſe dicebant poteſtati principij contrarij. Contra hos ergo oportet dicere, quòd Deus ſit in omnibus per potentiam ſuam.

Fuerūt uerò alij, q licēt crederent oīa eſſe ſubiecta diuinæ po

¶ Quò ad ſecundū reſpondet quæſito affirmatiuè. Deus eſt in omnibus per præſentiam, eſſentiā, & potentiam.

¶ Circa ſingulos modos ſingula occurrūt dubia, ex Aureolo, vt refert Capreolus, in 1. d. 37. Circa illū qui dē modū ſpecialē, dubiū eſt. tū quia Deus eſt obiectiuè in non ſanctis: & in quibuſdā ſanctis, puta infantibus non obiectiuè, tūm quia Aug. dicit, Deum eſſe in ſanctis, quia intenſius.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd iſte modus, ſcilicet per gratiam, non diſtinguitur contra modum eſſendi Dei obiectiuè: ſed eſt pars eius à ſacris doctoribus per gratiam nominatus: & importat Deū eſſe obiectiuè, vt intellectum notitia pariente charitatem, q paret ſolis ſanctis conuenire, & etiam infantibus: quia habitum fidei, & charitatis ex baptiſmo ſortiuntur. Aug. autem & Magiſter, modum hunc nō formaliter, vt S. Tho. ſed cauſaliter deſcripſerunt. Ex hoc enim, quod Deiformes facit rationales creaturas, quod eſt intenſius, & plenius operari, contingit Deum cognoſci, & charum habetur.

Contra modum per præſentiam arguit: quia cognitum eſt in cognoſcente: & non econuerſò. Ac per hoc, ſecundum cognitionem non debet dici Deus eſſe in rebus.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd in cognitione ſunt duo, modus cognoſcendi, & vis cognitionis. ſi attendatur modus, optimè procedit obiectio: ſi verò vis cognitionis, ſic eſt econuerſò. qā vis cognitionis cōſiſtit in penetratione omniū, viq; ad unumquemq;. vñ ad Hebræos

Homel. 8. in Ezech. parū ante mediū habetur in ſente.

Quæſt. 12. artic.

136

Hebræos quarto dicit ir de Dei ſermone. quem cõſtat eſſe intellectus ſignum, quod pertingit vſq; ad diuiſionem animæ, & ſpiritus, compagum quoq; ac medullarum, cognitionumque, & intentionum cordis. Et ad hoc attendens diuus Thomas dixit, Deum eſſe per præſentiam in omnibus. Quamuis et à, & dici poſſit quod aliud eſt loqui de notitia abſolute:
29 & aliud de notitia intuitiua, de qua hic
Concl.m. eſt ſermo. hic enim ad res ex propria ratione qua intuitiua eſt, tendit. & propterea modum eſſendi per præſentiã optimè conſtituit: quãuis ex ratione notitiæ in communi cognoſcens nõ tendat
art.1.hui⁹ quæſt. in cognitum.

Contra modum per eſſentiam inſtat: qa coincidit cum modo per potentiam: Ad hoc dictum iam eſt: quia per potentiam ponit immediationem virtutis: per eſ-
art.1.hui⁹ quæſt. ſentiam verò immediationem ſuppoſiti. Illa eſt reſpectu omnium quò ad omnia: iſta eſt reſpectu omnium: ſed, non
In corp. ar. quò ad oĩa: ſed quò ad aliquid cuiuſque, vt patet ex dictis.

Contra modum potentiæ inſtat: quia Rex non eſt verè in regno ſecundùm potentiam, ſed ſecundùm apprehenſionẽ executorum.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd rex ſit in regno ſecundùm potentiam modo cõuenienti ſuæ potentiæ. Talis autem modus eſt media apprehenſione, &c. Deus autem eſt in omnibus ſecundùm potẽtiam proportionaliter, id eſt, modo ſuæ potentiæ congruo. Talis autem eſt participatio virtutis diuinæ ſecundùm rem in omnibus. Vndè nihil obſtat niſi proportionales proceſ-
17
18 ſus à doctrina alienorquis putet; quod eſt erroneum in arte ſciendi.

42
1.d.17.q.
1.ar.2. Et
3. cont.

tentiæ, tñ prouidentiã diuinam usque ad hæc inferiorã corpora non extendebant: ex quorũ perſona dr̃ Iob. 22. Circa cardines cœli perãbulat, nec nr̃a conſiderat. Et contra hos oportuit dicere, ꝙ ſit in oĩbus ꝑ ſuã pñtiam.

Fuerũt verò alij, q licèt dicerent oĩa ad Dei ꝓuidentiã pertinere, tñ poſuerunt oĩa nõ immediatè eẽ à Deo creata: ſed ꝙ immediatè creauit primas creaturas: & illæ creauerunt alias ᶜ. Et G cõtrà hos oportet dicere, ꝙ ſit ĩ oĩbus per eſſentiã. Sic ergo ᵐ eſt in oĩbus per potentiã, inquantũ oĩa eius poteſtati ſubdunt. Eſt ꝑ præſentiam in omnibus, inquãtum oĩa nuda ſunt & aperta oculis eius. Eſt in oĩbus per eſſentiam, inquantum adeſt oĩbus ut cauſa eſſendi, ⁿ ſicut dictũ eſt.*

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ Deus dr̃ eſſe in oĩb⁹ per eſſentiã, nõ qdẽ rerũ, quaſi ſit de eſ- H ſentia earũ: ſed ꝑ eſſentiã ſuam, quia ſubã ſua, adeſt omnib⁹, ut cauſa eſſendi, ſicut dictum eſt.*

Ad secvndvm dicẽdũ, ꝙ aliqd pt̃ dici pñs alicui, inquãtum ſubiacet ei⁹ cõſpectui, qd̃ tñ diſtat ab eo ſm ſuam ſubam, ut di ctũ eſt.* Et iõ oportuit duos modos poni. ſ. ꝑ eſſentiã, & pñtiã.

Ad tertivm dicendum, ꝙ de ratione ſciẽtiæ & uoluntatis eſt, quod ſcitum eſt in ſciente, & I uolitũ in uolente. Vndè ſm ſciẽtiam & uoluntatem magis res ſunt in Deo, q̃ Deus ĩ rebus. Sed de ratione potẽtiæ eſt, quòd ſit principium agendi in aliud. vndè ſecundùm potentiam agens cõparatur, & applicatur rei exteriori, & ſic per potentiam poteſt dici agens eſſe in altero.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ nulla alia ꝑfectio ſuperaddita ſubæ, facit Deũ eſſe in aliquo, K ſicut obiectũ cognitũ & amatũ, niſi gr̃a: & iõ ſola gr̃a facit ſingularẽ modũ eſſendi Deũ in rebus. Eſt aũt alius ſingularis modus eſſendi Deũ in hoĩe ꝑ unionem: de quo modo ſuo loco agetur,* tertia parte, quæſt. 2.

Articvlvs IIII.

Vtrum eſſe ubique ſit proprium Dei.

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur ꝙ eſſe ubiq; nõ ſit F proprium Dei. Vl̃e. n. ſm Philoſophũ* eſt ubiq; & ſemꝑ, materia ẽt prima, cũ ſit in oĩbus corporibus, eſt ubiq;. Neutrũ autẽ horũ eſt De⁹, ut ex ꝑmiſſis patet.*ʰ Ergo eſſe vbiq; non eſt ꝓpriũ Dei.

¶ 2 Præte. Numerus eſt in numeratis: Sed totũ uniuerſũ eſt cõſtitutũ in numero, ut patet Sapi. 2. Ergo aliqs numerus eſt,ʰ qui eſt in toto uniuerſo. & ita ubique.

¶ 3 Præte. Totum uniuerſum eſt G quoddã totum corp⁹ perfectũ, ut dr̃ ĩ primo * Cœl. & mun. Sed totum ʰ uniuerſum eſt ubiq;: qa extra ipſum nullus locus eſt. Nõ ergo ſolus Deus eſt ubique.

¶ 4 Præt. Si aliqd̃ corpus eſſet ĩfinitũ, nullus locus eſſet extra ipſum.ʰ Ergò eſſet ubiq;. Et ſic, eẽ ubiq; non uidet̃ proprium Dei.

¶ 5 Præte. Aĩa ut dicit Aug.* in 6. de trin, eſt tota in toto corpore, & tota in qualibet eius parte. H Si ergo non eſſet in mundo, niſi unum ſolum animal,ʰ anima ei⁹ eſſet ubique. Et ſic eſſe ubique, non eſt proprium Dei.

¶ 6 Præt. Vt Aug.* dicit ĩ epiſt. ad Voluſianum, Aĩa ʰ ubi uidet, ibi ſentit: & ʰ ubi ſentit, ibi uiuit: & ʰ ubi uiuit, ibi eſt. Sed aĩa uidet quaſi ubiq;: qa ſucceſſiuè uidet ẽt totũ cœlũ. Ergo aĩa eſt ubiq;.

Sed contra eſt quod Ambro.* dicit in lib. de ſpũ ſancto: I Quis audeat creaturã dicere ſpiritum ſanctum, qui in oĩbus & ubiq; & ſemper eſt? quod utiq; diuinitatis eſt proprium.

Respondeo dicendũ, ꝙ eſſe ubiq; primò & ꝑ ſe eſt ꝓprium Dei. Dico aũt eſſe ubiq; primò, qd̃ ſm ſe totum eſt ubiq;. ſi qd .n. eſſet ubiq; ſm diuerſas partes in diuerſis locis exiſtens, nõ eẽt primò ubiq;: qa quod conuenit alicui rõne partis ſuæ, nõ conue K nit ei primò: ſicut ſi hõ eſt albus dentem, albedo nõ cõuenit primo homini: ſed denti. Eſſe autẽ vbiq; per ſe dico id, cui nõ conuenit eſſe ubique per accidens, ꝑꝑ aliquam ſuppoſitionẽ factã: quia ſic, granũ milij eſſet ubiq;, ſuppoſito ꝙ nullum aliud corpus eſſet. Per ſe igitur conuenit eſſe ubique alicui, qñ tale eſt ꝙ qualibet poſitione facta, ſequit̃ illud eſſe ubiq;. Et hoc propriè conuenit Deo: quia quocunque

SVPER QVÆS. VIII. ARTIC. IIII.

Ferr. 3. cont. c. 68. & lib. 2. c. 16. & 17. Egi. 1. ſ. d. 37. quæſt. 2. prin ſec.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna concluſio reſponſiua quæſito affirmatiuè ſic. Eſſe vbique per ſe & primò, eſt propriũ Deo, hac poſita, ſcilicet ly primò, & ly per ſe. Deinde probatur cõcluſio. Deum oportet non ſecundùm partem eſſe in omnibus locis quotcunque ponuntur. ergo eſſe vbique primò, & per ſe, eſt proprium Dei. antecedens probatur, quò ad ſecundã partem: quia nihil poteſt eſſe, ſinè Deo in eo: conſequentia patet ex terminis.

* Aduerte, quòd ratione claritatis materiæ, littera breuitati ſtudens non fuit ſolicita circa probationem excluſiuè, ſcilicet, quòd ſoli Deo cõueniat: ſed ſola exponens affirmatiua explicitè probata, negatiua relicta eſt, vt nota ex eodem medio. Nihil. n. aliud à Deo eſt, quod oporteat eſſe non ſecundum partem in quotcunque locis, vt patet. Et propterea, hoc non ſolum conuenit Deo: ſed ſoli Deo: quod eſt eſſe ei proprium.

cap. 68. & lib. 4. cap. 17. 16. & quol. 12. q. 1. ar. 2. * prim. poſt. text. 43. to. 1. * Quæſt. 3. art. 1. vſque ad fi. ſe ultu
* Li. 1. text. 4. tom. 3.
4
17
76
35
21
* Lib. 6. de trin. c. 6. non procul à fine
* Epiſt. 3. Aliquãdo Id à pen. tom. 2.
* Lib. 1. c. 7. circa prin.
Cõuenit per ſe, primò, alicui.

SVPER QVÆST. IX. ARTIC. I.

S. Bo. 1. ſ. d. 3. q. 3. ar. 2. Alenſ. 1. p. quæſt. 4. mem. 2. Scot. 1. ſ. d. 8. q. 5. Riccar. 1. ſ. d. 8. q. 1. Duran. 1. ſ. d. 8. q. 1. Mair. 1. ſ. d. 9. q. 2. Egi. 1. ſ. diſt. 8. q. 1. 3. princip.

Titulus clarus.

Concl.m. ¶ In corpore vna concluſio reſponſiua quæſito affirmatiuè. Deus eſt omnino immutabilis. probatur tripliciter, ratione, & authoritate. primò ſic, De⁹ eſt primum ens. ergo actus purus. ergo omnino immutabilis. antecedens probatum fuit in q. 2. Prima cõſequentia probatur: quia actus eſt natura liter prior potentia. ſecũda uerò, quia in omni mutabili: oportet eſſe potentiã. Secũdò ſic. Deus eſt oĩno ſimplex. ergo nõ põt eſſe mutari. Probat̃ ſequela: quia omne quod mutatur, eſt aliqualiter compoſitũ: quia quò ad aliquid manet, ſ. ſubiectum & quò ad aliquid nõ. Tertiò ſic. Deus eſt infinitus. ergo non põt ſe extendere uel pertingere ad aliqd de nouo. ergo nõ poteſt moueri. Prima cõſequẽtia probatur: qa infinitum cõprehendit in ſe totam eſſendi perfectionem, ſecunda uerò, quia oẽ quod mutatur pertingit ad aliquid, ad qd̃ prius non pertingebat. authoritas eſt antiquorũ philoſophorum, qui quaſi à ueritate coacti, primũ principium immobile fecerunt.

b
107

loca ponant, ẽt ſi ponerent ĩfi- A nita pter iſta, q̃ ſunt, oporteret ĩ oĩbus eſſe Deũ: qa nihil põt eẽ: niſi ꝑ ipſum. Sic igit̃ eſſe ubique primò & per ſe cõuenit Deo: & eſt proprium ᵘ eius: quia quotcunque loca ponantur, oportet ꝙ in quolibet ſit Deus, non ſm partem: ſed ſecundùm ſeipſum.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ vniuerſale, & materia prima ſũt quidẽ vbiq;: ſed nõ ſm idẽ eſſe.

Ad secvndvm dicendũ, ꝙ nu- B merus, cum ſit accidens, non eſt ꝑ ſe: ſed ꝑ accidẽs in loco. Nec ẽ totus in quolibet numeratorũ: ſed ſm partẽ, & ſic nõ ſequitur, quòd ſit primò, & per ſe vbiq;.

Ad tertivm dicẽdũ, ꝙ totũ corpus vniuerſi eſt vbiq;: ſed nõ primò, qa nõ totum eſt in quolibet loco: ſed ſm ſuas partes. Nec iterũ ꝑ ſe: quia ſi ponerentur aliqua alia loca, non eſſet in eis.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ ſi G eſſet corpus ĩfinitũ, eſſet vbiq;: ſed ſecundùm ſuas partes.

Ad qvintvm dicẽdũ, ꝙ ſi eſſet vnũ ſolũ aĩal, aĩa ei⁹ eſſet vbiq;, nõ primò qdẽ: ſed per accidens.

Ad sextvm dicendũ, ꝙ cùm dr̃ aĩa alicubi videre, põt intelligi dupl'r. Vno modo ſm ꝙ hoc aduerbium alicubi, determinat actũ vidẽdi ex parte obiecti. Et ſic uerũ ẽ ꝙ dũ cęlũ uidet, in cęlo uidet: & eadẽ rõne in cęlo ſen D tit: nõ tñ ſequit̃ ꝙ in cęlo uiuat, uel ſit: qa uiuere & eſſe nõ importãt actũ tranſeuntẽ in exterius obiectum. Alio mõ põt intelligi ſm ꝙ aduerbiũ determinat actũ uidentis, ſm ꝙ exit à uidente. Et ſic uerum eſt, ꝙ aĩa ubi ſentit & uidet, ibi eſt & uiuit ſm iſtũ modum loquendi, & ita nõ ſequitur quòd ſit ubique.

QVAESTIO IX.

De Dei immutabilitate, in duos articulos diuiſa.

Consequenter cõſiderandum eſt de immutabilitate, & æternitate diuina, quæ immutabilitatem conſequitur.

¶ Circa immutabilitatem uero quæruntur duo.

¶ Primò, utrum Deus ſit omnino immutabilis.

¶ Secũdo, utrum eſſe immutabile ſit proprium Dei.

Articvlvs primvs.

Porrecta per totũ.
43
1. diſt. 8. q.
3. ar. 1. Et

Vtrum Deus ſit omnino immutabilis.

Ad primvm ſic proceditur. Vr̃, ꝙ Deus nõ ſit oĩno immutabilis. Quicquid. n. ʰ mouet ſeipſũ, A eſt aliquo modo mutabile. Sed ſicut* Auguſt. 8. ſuper Geneſ. ad litteram: Spiritus creator mouet ſe, nec per tempus, nec per locum. ergo Deus eſt aliquo modo mutabilis.

¶ 2 Præterea, Sapien. 7. dicitur de Sapiẽtia, ꝙ eſt mobilior omnibus mobilibus. Sed Deus eſt ipſa ſapiẽtia. ergo Deus eſt mobilis.

¶ 3 Præterea, ʰ Appropinquari & elongari motum ſignificant: huiuſmodi autem dicuntur de Deo in ſcriptura Iac. 4. Appropinquate Deo: & appropinquabit vobis. ergo Deus eſt mutabilis.

Sed contra eſt, ꝙ dicitur Malac. 3. Ego Deus B & non mutor.

Respondeo dicendum, ꝙ ex ꝓmiſſis,* oſtenditur Deum eſſe omnino immutabilem.

Primò quidẽ: quia ſupra oſtẽſum eſt,* eſſe aliqd̃ primũ ens, quod Deum dicimus: & ꝙ huiuſmõi primũ ens oportet eſſe purum ᵈ actũ abſq; permiſtione alicuius potentiæ, eo ꝙ potentia ſimpl'r eſt poſterior actu.ᵉ Omne aũt, quod quocũq; modo mutatur, eſt aliquo modo in potentia. Ex quo patet, ꝙ ᵐ impoſſibile eſt Deum aliquo modo mutari.

Secundò, qa oẽ, quod mouetur quantũ ad aliqd manet, & quãtũ ad aliquid trãſit: ſicut quod mouet̃ C de albedine in nigridinem, manet ſm ſubſtantiã, & ſic in oĩ eo, quod mouet̃, attẽditur aliqua compoſitio. Oſtenſum eſt aũt ſupra,* ꝙ in Deo nulla eſt cõpoſitio: ſed eſt omnino ſimplex. Vndè manifeſtum eſt, ꝙ Deus moueri non poſſet.

Tertiò, qa oẽ, quod mouet̃, motu ſuo aliqd acqrit, & ꝑtingit ad illud, ad qd̃ prius nõ pertingebat: Deus aũt, cũ ſit infinitus comprehendẽs in ſe oẽm plenitudinẽ ꝑfectionis totius eſſe, ᵗ nõ põt aliquid acqrere, nec extẽdere ſe ĩ aliquid, ad qd̃ prius non ꝑtingebat. Vndè nullo mõ ſibi cõpetit motus. Et indè eſt, ꝙ quidã antiquorum, quaſi ab ipſa veritate coacti, poſuerũt primũ principiũ eſſe immobile. D

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ Aug.* ibi loquit̃ ſm modũ, quo Plato dicebat primũ mouẽs mouere ſeipſũ:ᶠ oẽm operationẽ noĩans motũ: ſm qd̃ ẽt ipſum intelligere, & velle, & amare motus qdã dr̃. Quia ergo Deus intelligit, & amat ſeipſum, ſm hoc dixerunt, ꝙ Deus mouet ſeipſum, non aũt ſm, quod motus, & mutatio eſt exiſtentis in potentia: vt nunc loquimur de mutatione, & motu.

Ad secvndvm dicendũ, ꝙ ſapiẽtia dr̃ mobilis eſſe ſimilitudinariè: ſm ꝙ ſui ſimilitudinẽ diffundit vſq; ad vltima rerũ: nihil. n. eſſe põt, ꝙ nõ ꝓcedat à E diuina ſapiẽtia ꝑ quãdã imitationẽ, ſicut à primo principio effectiuo, & formali, prout ẽt artificiata ꝓcedunt à ſapiẽtia artificis. Sic igitur inquãtum ſimilitudo diuinæ ſapiẽtiæ gradatim ꝓcedit à ſupremis, q̃ magis participãt de eius ſimilitudine vſq; ad infima rerum, quæ minus participant, dr̃ eſſe quidã ꝓceſſus, & motus diuinæ ſapiẽtiæ in res: ſicut ſi dicamus Solem procedere vſq; ad terram, inquantũ radius luminis eius vſq; ad terram pertingit. Et hoc modo exponit Dion. ʰ c. 1. cœl. hierar. dicens, quòd omnis proceſſus diuinæ manifeſtationis, venit ad nos à patre luminum moto.

Ad tertivm dicendum, ꝙ huiuſmodi dicun-

opuſc. 3. c. 4.
* Lib. 8. ſuper Gen. c. 20. in fine, to. 2.
Quæſt. 2. art. 3.
Quæſt. 2. art. 3.
D. 467.
Concl.m.
20
Quæſt. 3. art. 7.
23
Loco citato in arg. 111
Cap. 1. in princip.

Universidad de Deusto Biblioteca

tur de Deo in ſcripturis metaphoricè. Sicut.n.dr̃ Sol intrare domum vel exire, inquantum radius eius ptingit ad domum: ſic dr̃ Deus appropinquare ad nos, vel recedere à nobis, inquãtum percipimus influentiam bonitatis ipſius, vel ab eo deficimus.

ARTICVLVS II.

Vtrũ eſſe immutabile ſit Dei propriũ.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr̃, q; eſſe immutabile nõ ſit proprium Dei. Dicit.n. Philoſophus in 2. Metaph.* quòd materia eſt in omni eo, quod* mouetur: ſed ſubſtantiæ quædam creatæ ſicut angeli & animæ, nõ habent materiam, ut quibuſdam uidetur, Ergo eſſe immutabile nõ eſt proprium Dei.

¶2 Præt. Omne quòd mouetur, mouetur propter aliquem finẽ: qđ ergo iam peruenit ad ultimũ finem, non mouetur: ſed quædam creaturæ iam peruenerunt ad ultimũ finẽ, ſicut oẽs beati. Ergo aliquæ crẽæ ſunt immobiles.

¶3 Præt. Omne quod eſt mutabile, eſt uariabile: ſed formæ sũt inuariabiles: dr̃.n. in lib. Sex principiorum,* q; forma eſt ſimplici & inuariabili eſſentia conſiſtens. ergo non eſt ſolius Dei ꝓprium eſſe immutabile.

SED CONTRA eſt, qđ dicit Au.* in lib. de natura boni: Sol' De' immutabilis eſt: quæ autẽ fecit, qa ex nihilo ſunt, mutabilia sũt.

RESPONDEO dicendũ, q;* ſolus Deus eſt omnino immutabilis, omnis autẽ creatura aliquo modo eſt mutabilis. Sciendum eſt enim, q; mutabile poteſt aliquid dici dupliciter. Vno modo p potentiã, quæ in ipſo eſt. Alio modo per potẽtiam, q̃ in altero eſt. oẽs enim creaturæ antequã eſſent, nõ erãt poſſibiles eſſe p aliquã potentiam creatam, cum nullum creatũ ſit æternum: ſed per ſolam potentiã diuinam, inquantũ Deus poterat eas in eſſe producere. Sicut aũt ex uoluntate Dei dependet, quòd res in eſſe ꝓduxit; ita ex voluntate eius dependet, qđ res in eſſe cõſeruat: non enim aliter eas in eſſe cõſeruat, quam ſemper eis eſſe dãdo: vndè ſi ſuã actionẽ eis ſubtraheret, omnia in nihilum redigerentur, vt patet p Aug.* ſuper Gen. ad literam. Sicut igitur in potentia creatoris fuit, vt res eſſẽt antequam eſſẽt in ſeipſis, ita in potẽtia creatoris eſt, poſtq̃ ſunt in ſeipſis, vt non ſint. Sic igitur per potentiam, quæ eſt in altero, ſ. in Deo, ſunt mutabiles inquantum ab ipſo ex nihilo potuerũt produci in eſſe, & de eſſe poſſunt reduci in non eſſe. Si autem dicatur aliquid mutabile p potentiam in ipſo exiſtẽtem, ſic ẽt aliquo modo oĩs creatura eſt mutabilis. Eſt.n. in creatura duplex potentia, ſ. actiua, paſſiua. dico autem potentiam paſſiuã

¶SVPER QVÆST. IX. ARTIC. II.

Ferr. 1. cont. c. 13. 14. 15. Eg. 1. ſ. d. 8. q. 2. 3. princ. Cap. 1. d. 8. q. 4. con. 1. vbi ſupra comm. 2. Banem. q. 9. art. 2. Alb. mag. 1. diſt. 8. art. 16.

IN titulo, propriũ ſumitur, vt diſtinguitur contra cõmune. immutabile, ſumitur negatiuè, vt negat oẽ mutabilitatis gen'.

¶ In corpore articuli vna eſt concluſio reſpõſiua quæſito affirmatiuè. Solus Deus eſt omnino immutabilis, hæc concluſio cum ſit excluſiua, habet exponẽtem affirmatiuã, De' eſt omnino immutabilis probatã in præcedenti articulo, & negatiuã, nihil aliud à Deo eſt omnino immutabile, cui æquiualet vniuerſalis affirmatiua de prædicato finito, ſeu oppoſito. ſ. omne aliud à Deo eſt aliquo mõ mutabile. Et ppea in littera hæc vniuerſalis affirmatiua probatur primo. Deindè epilogãdo colligiĩ probato totius excluſiuæ reſpõſiue quæſito. probatio aũt illi' vniuerſalis affirmatiuæ fit dupliciter. Primò quò ad vnam cõem ſpeciem mutationis, ſecundò quo ad ſingulas vniuerſi partes ſecundùm diuerſas mutationes. Probatur ergo primò q; oĩs creatura ẽ mutabilis p potẽtiam in altero ſic: oĩs creatura eſt mutabilis de nihilo in aliquid, & rurſus ex aliquo in nihil ergo ſ. Antecedẽs patet. conſequentia probatur, quia ex ſimplici voluntate Dei pendet creatio & conſeruatio. Secundò q; oĩs creatura eſt mutabilis per potẽtiam in ſe vel ſcdm eſſe ſubſtantiale & accidẽtale, puta locum, vel ſecundùm malum & bonum, & applicationem ad diuerſa. Probatur. in omni creatura eſt aliquid potens ſtare cum priuatione eſſe ſubſtantialis vel localis, vel boni & conuictus virtutis huius: ergo. antecedens patet diſtinguẽdo tres vniuerſi partes. Sphæram elementorum cum mixtis: corpora cœleſtia, & ſubſtantias ſpirituales. conſequentia probatur: quia omnis mutatio ſecundùm potentiam in ſe eſt ex poſſibili eſſe cum vtroque oppoſitorum ſucceſſiuè.

¶Circa ea quæ dicuntur aduerte primò, q; cum in littera diſtinguitur potentia paſſiua in potentiam ad eſſe, & ad conſecutionẽ finis, non diſtinguitur conſecutio finis contra eſſe in communi, ac ſi nullũ poneret eſſe: ſed cõtra eſſe abſolutè, qđ eſt eẽ ſubſtantiale, ut dr̃ 7. Meta. vel contra eẽ, vt eſt proprius effectus actus primi. Conſecutio namq; finis in actu ſecundo conſiſtit. Aduerte ſecundò, q; in littera ad perfectionem doctrinæ non ſolum ponuntur ea, quæ ad concluſionem ſpectant directè, quæ ſ. mutabilitatem omnis creaturæ pandunt, ſed etiam ea, quæ ad immutabilitatem aliquam earum ſpectant. Et quoniam de his inferius ex ꝓpoſito erit ſermo, in locis proprijs, cum de angelis ac cœleſtibus tractabitur, nunc pertranſeundum eſt. De alijs autem mutabilitatem concernentibus modo tractandum eſt.

Porrecta per totũ.
44
1. q. 14. ar. 15. & q. 11. 15. art. 7. & 1. diſt. 8. q. 5. art. 1. & 2. Ethi. 19. q. 5. ar. c. 3. Et 1. cont. cap. 13. 14. & 15. Et op. 3. c. 4. 16. 17. 124. & 222.
* 2. metaphy. text. 12. to. 3
Cap. de forma in prin. to. 1.
De nat. boni. cap. 1. tom. 6.

¶Circa primum membrum diſtinctionis in littera applicatum ad mutationem ex nihilo: & in nihil, &c. occurrit turba multa inuehentium ex ignorantia peripateticæ Philoſophiæ. Non poſſunt ſiquidem, aut nolunt percipere, quòd aliquid creatum ſit ſecundùm ſe immutabile ſubſtantialiter, & tamen mutabile per potẽtiam in alio. Mutabile dico modo expoſito. Et licèt rationes, ac verba eorum multiplicentur, ac dilatentur, radix tamen duplex eſt: altera rationis, altera authoritatum. Ratio eſt, quia accepto angelo, quæritur: aut eſt ens poſſibile, aut neceſſariũ: ſi poſſibile, habetur intentũ. Nã poſſibile eſſe, & non eſſe, non eſt prædicatum accidentale, aut extraneum, vt dicitur 10. Meta. ſed eſt ſubſtantia, vel in ſubſtantia. ſi neceſſarium, ergo impoſſibile nõ eſſe. ergo per nullam potentiam poteſt non eſſe. Nulla namque potentia poteſt impoſſibile. Authoritas eſt Auerrois primo cœli, con. 124. & 12. Metaph. con. 41. Algazel quoque dicit poſſibile eſſe, q; alio nõ exiſtente non eſt. Repugnat etiam fidei ponere aliquid præter Deum eſſe neceſſarium. ergo.

¶Ad horũ euidẽtiam tria notãda ſunt, ex qbus omnia ad hanc materiam ſpectãtia, à quibuſcunq; obiecta ſoluuntur. Primum eſt, q; magna differẽtia eſt inter neceſſarium, & poſſibile, vt ſunt differentiæ entis realis, & vt ſunt differentiæ entis ueri. Inquantum.n. ſunt differentiæ entis veri, ſumuntur logicè: & conſiſtunt in ſola habitudine terminorum, vt patet. Vt autem ſunt differentiæ entis per ſe, quod ſignificat ſubſtantiã, quantitatem, &c. vt dicitur quinto, & ſexto Metaph. ſic ſunt conditiones ſubſtantiales rerum intrinſecè ipſis rebus, vt 10. Metaph. textu vltimo dicitur de corruptibili, & incorruptibili. Aliud eſt ergo loqui de neceſſario, & poſſibili, vt ſunt differentię reales: & aliud vt ſunt differentiæ habitudinis terminorum: quoniam hoc modo abſtrahunt à potentia in ſe, vel in alio: immò ab omni potentia propriè dicta, quoniam inueniuntur in mathematicis ſecundùm nullam verè potentiam, vt dicitur in 5. Metaphy. capite de potentia, & in concluſione eiuſdem in principio. Illo verò modo attenduntur ſecundùm intrinſeca rerum. Vndè diſtinguatur tàm neceſſarium, q̃ poſſibile, in reale, & logicum, ne fiat confuſio. Secundum eſt, q; potentia in re exiſtens ad nõ eſſe, à qua res poſſibilis dicitur, non poteſt, etiam ſi fingendi licentia detur, aliter poni, quàm ſecundario: quia ſcilicet eſt in re potentia ad aliud eſſe impoſſibile huic eſſe: eñ. nulla potentia nulloq; appetitu reſpicit primò non eſſe, ut dicitur 1. Ethicor. vndè oportet, ut res carens potentia ad aliud eſſe incompoſſibile huic, careat etiam potentia ad non eſſe. Et cum conſtet, quòd potentia realis ad aliud eſſe remaneat, & priuatur in aduenientibus, cõſequẽs neceſſariò eſt, vt oẽ, in quo eſt potẽtia ad nõ eſſe, habeat vel

Cond. ... Lib. 4. ca. 22. circa prin. to. 4.

ſic

modum manendi, dum manent, habent menſuram eiuſdē rationis. In præſenti autem litera diſtinguuntur menſuræ durationis penès mutabilitatem & immutabilitatem rerum. Et uerè ſic eſt, quoniam menſura durationis eſt certificatiua naturalis durationis rei ſecundùm ſe, alioquin fruſtrà eſſet. naturalis autē duratio rei ex mutabilitate, aut immutabilitate naſcitur: loquor de mutabili vel immutabili propriè, id eſt ex intrinſeco: quoniam ex tali mutabilitate tantum pēdet naturalis duratio rei. Nihil. n. refert ad naturalem durationem rei, an in alio ſit potentia deſtructiua eius, an non: ſed ſolū, an in ipſa ſit, vñ poſſit deficere an non, & in hoc errauit manifeſtè Scot. dicens, nec aliquando non eſſe, nec poſſe non eſſe p propriam potentiam variare menſuram rei. Et fundamentū eius eſt valdè debile. ſcilicet qa ſi angelus annihilandus eſſet, nihil minus menſuraretur æuo. Liquet. n. quod naturaliter nō fore aliquando, & ſimiliter poſſe naturaliter non eſſe: variant naturam rei: quia corruptibile & incorruptibile, vt dr 10. Metaphyſi. ſub ſubſtantia aūt in ſubſtantia. variant inquam naturā genericē, adeò vt nihil ſit eis vniuocum. ergo nec propria menſura eſt eadem. Et ex hoc prouenit, quòd annihilandus angelus menſuraretur æuo: qa [illegible] annihilatio nō prouenit ex natura eius, ſed ab extraneo: ipſe. n. quantū eſt de ſe, ſemper eſſet. Dicimus ergo rem omnino immutabilem æternitate menſurari, immutabilem autem ſimpliciter & mutabilem ſecundùm quid æuo, mutabilem autē ſimpliciter tempore. Et propterea, cum angelus ſit immutabilis ſubſtantialiter, mutabilis in accidentalibus æuo menſuratur. Operationes uerò eius naturales, quia naturaliter ſunt mutabiles, æuo menſurari nequeunt. Aeuo namq; menſuratum æuiternū eſt, æuiternum aūt naturaliter perpetuum eſt: nullum autem naturaliter mutabile, eſt naturaliter perpetuum. Ad fundamentum aūt Scoticum, diſtinguenda primò eſt propoſitio illa: quoniā ſi ſit in ſenſu compoſito, eſt falſiſſima, qm, ut dr in primo perihermenias, vnumquodq; neceſſe eſt eſſe dum eſt: & ſic omnia manentia dū manent habent uniformem modum eſſendi, quia ſunt neceſſaria: & tamen non habent eandem menſurā. Nec ad hunc ſenſum arguens facit illam, ſed abſolutè, ſed in ſenſu diuiſo. Et ſic dr quod modus manendi eſt multipliciter diſtinguibilis, ſcilicet vel penè neceſſarium & poſſibile, vel penè permanens & ſucceſſiuum, vel penès defectibile & indefectibile: & quocunq; modo ſumatur, ſemper eſt falſa: quoniam nec omne neceſſarium conuenit in menſura, ſed alia eſt mēſura neceſſarij omnino, vt Dei, & alia neceſſarij ſimpliciter impoſſibilis aūt ſecundùm quid, vt ſunt reliqua incorruptibilia. Et ſimiliter omnia poſſibilia nō menſurantur vna menſura, ſed quædam tpore continuo, & quædam tempore diſcreto, vt dicet. Similiter non omnia permanentia conueniunt in menſura, vt patet de ſuperioribus & inferioribus. Nec omnia ſucceſſiua: [illegible] eſt menſura ſucceſſiuorum ſucceſſione continua, & alia ſucceſſiuorum ſucceſſione diſcreta, vt dicet. [illegible] defectibili aūt & indefectibili, cum pater defectibilitatem nō eſſe modum rei, [illegible] ſumitur, ſed dicere potentiam extraneam: & propterea non eſt ad propoſitum: & eſſet nihil minus falſa, ex eo quod non omne defectibile vnica menſura certificatur. Ex his aūt [illegible] patet reſponſio ad modos compoſitionis [illegible] permanens defectibile, & ſimiles. Ad formam ergo propoſitionis dicendum eſt, quòd habere uniformem modum manendi [illegible] rei & per ſe reſpicientem naturalē durationē rei, eſt ratio vniformis ſeu eiuſdem menſuræ durationis: & nō abſolutè habere uniformē modū manendi. Et ideo falſum eſt antecedens illius conſequentiæ. Et iam caſſata eſt eius probatio.

¶ Ad ſecundum negatur antecedens, ut patet in litera, nec eſt verum quòd Aug. dicat illud niſi in ſenſu inferius manifeſtando accipiendo ſcilicet æuum pro æternitate participata.

¶ Ad tertium negatur antecedens pro ſecunda parte, quia operatio angeli menſuratur nunc temporis nō cōtinui, ſed diſcreti.

¶ Contra primā propoſitionē. ſ. operationes angeli menſurātur tempore, arguit Scotus ibidem: ſed qm argumenta ſua militāt contra tenentes eas menſurari tempore diſcreto, quod ſit ſpecies quātitatis: & hæc propoſitio non eſt S. Thom. qm apud nos tempus diſcretū nihil aliud eſt, quàm numerus prioris & poſterioris in motu diſcreto: qui nihil aliud eſt quàm ſucceſſio operationis ſpiritualis ad aliā operationē ſpiritualē: quales ſunt duæ intellectiones ſine fantaſmatū ſeruitio: Numerus aūt de prædicamento quantitatis ſequitur diuiſionem continui: oportet ut tempus hoc ſit numerus tranſcendens cōpoſitus ex vnitatibus tranſcendentibus: ita (inquam) ſic eſt, vnū tantum ex Scoto motiuū aſſerendū cēſui, ſcilicet quia ponunt multa tempora ſine neceſſitate, oportet etiam multiplicari tempora non ſolùm in pluribus, ſed in eodem reſpectu actuum intellectus & uoluntatis, &c. hæc autem videntur inconuenientia. ergo.

¶ Ad hoc breuiter dr, quod neceſſitas magna eſt multiplicandi tēpus in continuum & diſcretum, qm ſpirituales operationes ſubſtantiarū ſpiritualium carerent. n. aliter proportionata menſura. Illæ. n. cum ſint immediatè ſibi inuicem ſuccedentes, & inſtantaneæ ſecundum ſe, quia quælibet eſt tota ſimul, eleuantur manifeſtè ſupra tempus continuum & eius inſtantia: ad æui autē excellentiam nō attingunt, quia corruptibiles naturaliter ſunt. Oportet ergo vt ſine propria menſura remaneant tam nobilia entia, aut tempus diſcretum ponere: cuius inſtantibus operationes ipſæ in ſe menſurentur. Hæc. n. ſunt ipſe motus ſpiritualis angeli, cuius numerus eſt tempus, per quod dicit Aug. mouere Deum ſpiritualem creaturam. Multiplicatio autem temporis diſcreti in pluribus angelis aut in eodem, iudicio meo, non eſt neceſſaria niſi materialiter: quemadmodum & tempus continuum, quo noſtra menſurātur, materialiter multiplicatur in omnibus mobilibus: & æuum in omnibus æuiternis. Conſonā namq; rationi eſt, vt ſicut omnia æuiterna ſimpliciſſimo æuo menſurantur, quod ſolum eſt æuum formaliter, ita omnis operatio huiuſmodi ſimpliciſſima operatione, ſeu ſimpliciſſimo nunc illius menſuretur: & ſimiliter omnis ſucceſſio operationū ſimpliciſſima ſucceſſione. Talis autē operatio & ſucceſſio eſt ea, quæ in primo operante temporaliter inuenitur: quem conſtat eſſe ſupremum angelum, in quo, vt dicetur, eſt etiam æuum. Et quia operationes intellectus ſunt naturaliter priores & ſimpliciores operationibus voluntatis, erit unum tempus omniū huiuſmodi temporalium, quod eſt primò menſura operationum ſuccedentium in intellectu primi angeli: & ex conſequenti & extrinſecè menſura cæterarum operationum tam ſuarū quàm aliorum ſpiritualium. Cum his tamē, vt dictum eſt, ſtat quod quaſi materialiter multiplicetur huiuſmodi tempus iuxta numerū menſuratorum operationum: quod vnum & multa, quæ conſequunt ens, multiplicantur cum rebus ipſis. Dixi autem quaſi materialiter: quia non oportet quod omnino vnius eē ſaluetur proportio temporum noſtrorum ad tempus cuius ſubiectum eſt, primus motus, & proportio horum temporum ad ſimpliciſſimum tempus eorum [illegible] eſt, ū [illegible].

¶ Contra tertiam verò propoſitionem, ſcilicet operatio beata menſuratur æternitate participata, arguit idem in 4. diſtinctio. 49. quæſt. 6. Operatio beata non eſt immutabilior æuiterno: ergo non menſuratur æternitate, ſed æuo. Cōſequētia nota. Et antecedens probat. Tū quia operatio beata eſt ſimpliciter minus nobi-

Universidad de Deusto Biblioteca

D. 122.

ſit, quàm ſubſtantia angeli beati: quoniam ſubſtantia eſt nobilior accidente. Tùm quia perfectio ipſius operationis beatæ non eſt immutabilior ſubſtãtia eiuſdem operationis: quoniã id quod ineſt alicui per accidens, non eſt immutabilius eo quod ineſt per ſe. Conſtat autem quòd ſubſtantia operationis menſuratur æuo. ergo. F quo diſtinguuntur: quoniam ſubſtantia operationis ſi ſine perfectione beatitudinis eſſet, in inſtanti temporis deficere & menſuraretur. Perfectio autem deitatis menſuratur æternitatis adueniens non eo modo quo accidens ſuperinducitur, ſed eo potius modo quo differentia generi adueniens naturam afficit ſpecificam. Et propterea, nõ valet probatio in oppoſitũ de Deo quid ineſt per accidens. conſtat enim quòd natura generica aut quaſi generica ſecundùm ſe non talis, aut tantæ perfectionis ex perfectione differentiæ aduenientis; quæ tamẽ generi accidere conceditur, perfectionẽ tantã, ac talem aſſequitur, ita quòd vnum ens perfectum ſit, & ſic eſt in propoſito.

¶Præt. Aeternum, vt diſtinguitur contra æuiternum, non ſolùm eſt totũ ſimul, ſed eſt indefectibile carens potẽtia ad nõ eſſe: ſed nullum creatum eſt huiuſmodi. ergo.

44 333 a ¶Ad euidentiam huius difficultatis ſcito, quòd quamuis æuum nihil aliud ſit quàm æternitatis participatio, diſtinguitur tamen à San. Thoma hîc & in 3. contra Gen. cap. 16. & in 4. ſentent. 49. q. 1. artic. 2. q. 3. æternitas participata ab æuo: non ſicut perfectum à minus perfecto in eadẽ ſpecie, ſed ſicut perfectius à minus perfecto diuerſorum ordinum. Aeternitas quippe cum ſit propria menſura diuini eſſe, participata æternitas, cõſequẽter eſt propria menſura eſſe diuini ordinis. Eſſe autẽ diuini ordinis dico, quod poſſibile eſt connaturale eſſe cuicunq; creaturæ factæ aut factibili de quo in q. 12. latior erit ſermo. Aeuũ autẽ eſt mẽſura eſſe immutabilis quidẽ, ſed naturalis ordinis.

Epilogus probatiu* cõcluſionis.

D. 129. Lib. 8. ſup Gen. c. 20. tom. 3.

D. 185. D. 871.

quòd ſi hñt eſſe[d] tranſmutabile cũ tranſmutabilitate, ſecũdùm electionem; quantũ ad eorum naturam pertinet: & cũ tranſmutabilitate intelligentiarum, & affectionum, & locorũ ſuo modo.[e] Et ideò huiuſmodi menſurantur æuo: quod eſt mediũ inter æternitatem, & tempus. Eſſe autem, quod mẽſurat æternitas, nec eſt mutabile, nec mutabilitati adiũctum. Sic ergo tempus hẽt prius & poſterius: æuum autem nõ habet in ſe prius, & poſterius, ſed ei cõiungi poſſunt. æternitas autem non habet prius, neq; poſterius, neq; ea compatitur.

Ad primvm. Ergo dicendũ, quòd creaturæ ſpirituales quantum ad affectiones, & intelligentias, H in quibus eſt ſucceſſio, menſurantur[d] tempore. Vndè & Aug. ibidem dicit, quòd per tempus moueri, eſt per affectiones moueri. Quantum verò ad eorũ eſſe naturale mẽſurantur æuo. Sed quãtum ad viſionem gloriæ, participant[e] æternitatem.

Ad secvndvm dicendum, quod æuum eſt totum ſimul, nõ tamen eſt æternitas; quia compatitur ſecũ prius & poſterius.

Ad tertivm. Dicendũ, quòd in ipſo eſſe angeli in ſe conſiderato non eſt differentia præteriti & futuri, ſed ſolùm ſm adiunctas mutationes. Sed quòd dicimus G angelum eſſe vel fuiſſe, vel futurum eſſe, differt ſecundùm acceptionem intellectus noſtri, qui accipit eſſe angeli per cõparationem ad diuerſas partes tẽporis. Et cum dicit angelũ eſſe vel fuiſſe, ſupponit aliquid cũ quo eius oppoſitum, nõ ſubditur diuinæ potentiæ.[f] Cùm verò dicit futurũ eſſe, nondum ſupponit aliquid. Vndè cum eſſe & non eſſe angeli ſubſit diuinæ potẽtiæ, abſolutè conſiderando põt Deus facere, quòd eſſe angeli non ſit futurum, tamen non[d] poteſt facere quod non ſit dũ eſt, vel quod non fuerit poſtquam fuit.

Ad qvartvm. Dicendum, quòd duratio æui eſt infinita: quia nõ finitur tempore. Sic autem eſſe aliquod creatũ[d] infinitũ, quod non finiatur quodam alio, non eſt inconueniens.

¶Ad ſecundam autẽ obiectionẽ principaliter di. quòd propriè loquẽdo, beatus vt ſic, caret potentia ad nõ eſſe beatũ: ſicut cœlũ caret potẽtia ad non eſſe rotundum. Quẽadmodum .n. materia prima ſi reciperet formam vnam æquiualentem omnibus formis generabilium & corruptibilium, careret potentia ad nõ eſſe ſub illa forma: ita intellectus habens actum beatum, caret potentia ad non eſſe illius actus. Actus .n. ille eſt omnium bonorum non aggregatione, ſed eleuatione perfectus: & ideò beatum ac immutabilem beatum reddit. Extenſo autem vocabulo, vt arguẽs vtit' vocãdo potẽtiã non eſſe potẽtiã logicã uel obiectiuã, dicitur, quòd æternum per eſſentiam oportet carere omnino potentia ad non eſſe: non autem per participationem, ſed ſat eſt vt diſtinguatur contra æuiternũ diuerſitate ordinis: quia illud ſcilicet eſt ordinis æterni per eſſentiam, iſtud uerò naturæ.

159

D. 497.

D. 736. pro hoc vide præ[illegible] ar. 1. 2.

Et hæc eſt per ſe primò differẽtia inter æternitatem participatam, & æuum. Ex hac enim & aliæ differentiæ fluunt, & oẽs difficultates ſoluuntur. Quia enim operatio beata diuini eſt ordinis, ideò æternitate diuinæ menſuræ participatiuè. I Hinc etiam oritur vis concluſionis impugnatæ à Scoto. ſ. Intellectus creatus non poteſt ex ſe in operationẽ beatã: ergo menſuratur æternitate. Ex primo ſiquidem antecedente ſequitur, ergo diuini eſt ordinis: & poſt, ergo menſuratur æternitate.

¶Vndè ad primam rationem Scoti negatur antecedens: quoniã operatio beata, dato, quòd ipſa in ſe non eſſet immutabilior æuiterno poteſt tñ immutabilioris ordinis: quia diuini: & propterea di. & eſt immutabilior ſecundùm ſuum genus. Dixi autem, dato, quòd non ſit, &c. quia minor mutatio ſufficit ad non eſſe operationis beatæ, quàm ſubſtantiæ angeli: quia hæc exigit annihilationẽ, illa nõ. Eſt & rurſus immutabilior, quia plura mutabilia immutabiliùs cõtinet. vna ſiquidem viſio beata abſq; omni mutatione continet viſiones omniũ ſpectantiũ ad vniuerſum eminenter. Nullũ aũt æuiternum ad hanc immutabilitatem aſcendere poteſt.

¶Ad probationem autem primã dicitur, quòd ſicut actus eſt ſimpliciter nobilior potentia: & in ſubſtantia eſt ſimpliciter nobilior accidente: & ratione primi actus intelligendi eſt nobilior materia prima, ratione ſecundi ecõtra, ita in propoſito, & hæc eſt vera, quòd ſubſtantia eſt nobilior accidente. Et ſimiliter hæc, quòd eſſe diuini ordinis eſt nobilius eſſe naturali: & propterea vtrunque eſt verum in diuerſis ordinibus. Subſtãtia quippe angeli eſt nobilior ſecundùm eſſe naturæ, operatio autem beata ſecundũ excellentiam deitatis. Et ſi propriè loqui volumus, æquiuocè cõparari videntur.

¶Ad ſecundam autem probationem, negatur, quòd ſubſtantia operationis beatæ menſuretur æuo. ſubſtantia enim operationis, & eius pfectio vna res numero ſunt, & eadẽ menſuratur mẽſura. Vndè non ſolùm beatitudo operationis, ſed ipſa operatio beata menſuratur æternitate participata. Falſum quoque eſt, quòd perfectio non ſit immutabilior ſubſtantia operationis, eo modo

¶Contra quartam propoſitionem arguit Scotus in ſecundo vbi ſupra, non aliter quàm contra primam, ſcilicet eſſe ſubſtantiale habet eundem manendi modum quandiu eſt, quem habet æuiternum quia ſucceſſione caret &c. ergo. Sed ad hoc non oportet aliter reſpondere quàm ſuperius. Nõ .n. penes habere eſſe nõ ſucceſſiuo vel permanẽti diſtinguuntur menſuræ, ſed penes mutabile & immutabile, vt dictum eſt. Sed aduerte hîc, quòd Scotus ibidem nititur ſoluere rationem Sancti Thomæ ad hoc in reſponſione ad tertium in præcedenti articulo factam, ſcilicet quia motus eſt menſura non tantùm motus, ſed etiam quietis. Ait enim quòd ſubſtantia hominis abſolutè menſuratur æuo: quies autem eius, tempore: nec aliud ex illa ſequitur ratione. Sed hæc K reſponſio non eſt ſufficiens euaſio, quoniam tempus comprobatur in litera, menſurare non ſolùm quietem, ſed rem quieſcentem: quoniam omne quieſcens eſt mobile: omne aũt mutabile ſecundùm quòd mutabile, menſuratur tempore. Conſtat autem quòd ſecundùm ſubſtantiam nos ſumus mutabiles. ergo ſecundùm ſubſtantiam temporales. Et ſtat vis rationis in hoc. Motus & quies ſubſtantialiter accepti, id eſt mutatio ſubſtantialis, & quies ſub eſſe ſubſtantiali non ſolùm in actu, ſed in potentia menſurantur tempore. ergo eſſe ſubſtantiale noſtrum menſuratur tempore: antecedens patet ex eo quòd actus & potentia ad eiuſdem ordinis menſuram ſpectant, ut ex primo cœli & 4. Phyſico. habetur: conſequentia autem tenet ex eo, quòd potentia talis, ſubſtantialis eſt, ut 10. Metaphy. dicitur.

¶In reſponſione ad ſecũ occurrit dubiũ circa illã propoſitionẽ: quòd æuum eſt totũ ſimul: impugnat ſiquidẽ ab illa opinione refutata in litera ſic. Aeuũ cõtinuè fit à Deo, ac per hoc poteſt deficere, ab eſſe, & cõſequenter poteſt annihilari: ac deindè iterũ creari. igitur nõ eſt totũ ſimul

ſimul. Et habes in Scot. & in Capreolo in 2. diſt. 2. q. 2.

¶Ad hæc facilè patet reſponſio ex dictis. æuum .n. ſiuè æuiternũ, non continuè fit propriè loquendo, ſed cõſeruatur à Deo. Nec poteſt deficere ab eſſe ex intrinſeco, ſed Deus poteſt ipſum annihilare. Et propterea non ſequitur, ergo non eſt totũ ſimul. Si .n. poſſet ex intrinſeco eſſe plus, aut minus, aut præciſè tantum ſecundùm durationẽ, tunc non eſſet totũ ſimul, ſed ex eo quod Deus poteſt, non ſequitur hoc in natura æui, ſed æuiterni. Natura .n. rei non eſt metienda ſecundũ uires diuinas, ſed proprias. In caſu aũt annihilationis & recreationis dicitur, quòd eſſet ſucceſſio inſtantium menſurantium creationẽ, annihilationem, & recreationem, & non ipſius æui. Inſtantia .n. illa nihil æui ſunt, ſed ſũt partes tẽporis diſcreti, cuius iam meminimus. Idem .n. eſſet de iudiciũ de illo angelo, ſicut eſſet de duobus angelis: quorum vnus prius altero crearetur, vtrũ .n. æuo tũc ille vnus quaſi duo.

A Prima ex vnitate numeri. Secunda ex unitate principij .ſ. æternitatis. Tertia ex vnitate primi ſubiecti .ſ. materiæ primæ. Quarta ex vnitate primi motus. Et prima quidẽ reprobat' ſic, tẽpus nõ eſt numerus abſolutè, ſed numerat' in motu .ſ. cõtinuo: ergo nõ ex vnitate numeri eſt vnus. Scda verò & tertia ſimul ſic. Tẽpus eſt vnũ ſimpliciter, ergo nõ eſt vnũ principio, & ſubiecto remoto tñ. tenet ſequela: quia vnũ ſubiecto vel principio ſunt vnũ ſcdm quid. Quarta aũt pbat' ſic, Primus motus eſt ſimpliciſſimus. ergo menſura cæterorũ. ergo cõparat' ad tẽpus, nõ ſolũ vt mẽſuratũ ad mẽſurã, ſed ut ſubiectũ ad accidẽs: ergo ex eius vnitate eſt tpus vnum. cõſequẽtia prima pbat' ex 10. Metaph. Aliæ uerò relinquunt' p ſe notæ, quia cõſtat quòd quãtitas primi mẽſurati eſt ipſi' mẽſura cõiuncta, cæterorũ verò ſeparata. Et ppterea non multiplicat' ad multiplicationẽ cæterorũ, ſed primi tñ, ſicut uniuerſaliter accidens multiplicat' ad multiplicationem ſubiecti. ſed ergo primum nõ multiplicat: ergo nec mẽſura, vt in pponito. Quartò, principaliter ex iſta aſſignata via ad quæſiti reſponſionem inducit, iuxta duas opiniones de Angelis duas cõcluſiones ponẽs. Altera eſt, quòd ſũt multa. pbat': prima æuiterna ſunt multa. ergo. Altera eſt, æuũ eſt vnũ tñ. pbat: primũ æuiternũ eſt vnũ tñ. ergo. Antecedẽtia ſunt ipſæ opiniones diuerſæ cõſequentiæ fundant' ſup' pceſſu facto de vnitate tẽporis: cuius radix fuit, menſura multiplicat' ad multiplicationẽ primi mẽſurati & cũ ex his nõ habeat' niſi ad quæſitũ certa, ideò ſubditi mendã eſſe ſecũdã concluſionẽ. Quia probabilior eſt illius opinio, vt inferius patebit, & ſic concluſio reſponſiua eſt: Aeuũ eſt tantùm vnum.

Poteſtas, & tomum. 50 2. diſt. 2. q. 1. art. 2. Et 5. q. 1. q. 4.

Articvlvs VI.

Vtrum ſit vnum æuum tantùm.

Ad sextvm. Sic proceditur. Videtur quòd non ſit tantùm vnũ æuũ. Dicit enim in apocryphis Eſdræ: Maieſtas & poteſtas [b] æuuorũ eſt apud te Domine.

¶2 Præt.[h] Diuerſorum generum B diuerſæ ſunt menſuræ. Sed quædã æuiterna ſunt in genere corporalium, ſcilicet corpora cæleſtia, quædam verò ſunt ſpirituales ſubſtantiæ .ſ. angeli. Non ergo eſt vnum æuum tantùm.

¶3 Præt. Cum æuum ſit nomen durationis, quorum eſt vnum æuum, eſt vna duratio. Sed non omnium æuiternorum eſt[h] vna duratio: quia quædam poſt alia C eſſe incipiunt, vt maximè patet in animabus humanis. Non eſt ergo vnum æuum tantùm.

¶4 Præte. Ea quæ non dependent ab inuicem, non videntur habere vnam menſuram durationis. Propter hoc enim omniũ temporalium videtur eſſe vnũ tempus: quia omniũ motuũ quodãmodo cauſa eſt primus motus: qui prius tempore menſuratur. Sed æuiterna[h] non dependent D abinuicem: quia vnus angelus nõ eſt cauſa alterius. Non ergo eſt vnum æuum tantùm.

Sed contra. Aeuum eſt ſimplicius tempore, & ppinquius ſe habens ad æternitatem: Sed tempus eſt vnum tantùm. Ergo multò magis æuum.

Respondeo. Dicendũ, quòd circa hoc ẽ duplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd eſt vnũ æuũ tantùm, quidam quòd multa. Quid autem horum verius ſit oportet E conſiderare ex cauſa unitatis tẽporis. In cognitionẽ .n. ſpiritualiũ per corporalia deuenimus[a]. Dicunt autem quidam, eſſe unũ tempus omnium temporalium propter hoc, quòd eſt unus numerus omnium numeratorum: cũ tempus ſit numerus ſecũdũ Philoſophum.[a] Sed hoc nõ ſufficit: quia tempus non eſt numerus, ut abſtractus extra numeratũ, ſed ut in numerato exiſtẽs: alioquin non eſſet continuus: quia 10. ulnæ panni continuitatẽ habent non ex numero, ſed ex numerato. Numerus aũt in numerato exiſtẽs nõ eſt idẽ oĩum, ſed diuerſus diuerſorũ. Vñ alij aſſignant cãm unitatis temporis ex unitate æternitatis, quæ eſt principiũ oĩs durationis. Et ſic, oẽs durationes ſunt unum, ſi conſideretur eorũ principium. Sunt uerò multæ, ſi conſideretur diuerſitas eorũ, quæ recipiũt durationem ex influxu primi principij. Alij uerò aſſignant cauſam unitatis temporis ex parte materiæ primæ, quæ eſt primũ ſubiectũ mot', cuius mẽſura eſt tẽpus. Sed neutra aſſignatio ſufficiens uidetur: quia ea, quæ ſunt unũ principio, uel ſubiecto, & maximè remoto non ſunt unũ ſimpliciter, ſed ſm quid. Eſt ergo ratio unitatis temporis, unitas primi motus, ſecundùm quem cum ſit ſimpliciſſimus, omnes alij menſurant', ut dicitur in 10. Metaphy.[*] Sic ergo tempus ad illũ motũ comparatur non ſolùm ut menſura ad menſuratũ, ſed etiam ut accidẽs ad ſubiectũ: & ſic ab eo recipit unitatem. Ad alios aũt motus comparatur ſolùm, ut men-

4. e.

Li. p. phy. text. 101. tomo 2.

10. meta. text. 4. 10. 3.

¶In reſponſione ad tertiũ, aduerte quòd ibi diſtinguitur eſſe angeli dupliciter, vno modo abſolutè & ſic nõ hẽt præteritum, nec futurum: ſed ſubditur diuinæ potentiæ & põt non eſſe per potentiã in alio. Alio modo vt coexiſtens differẽtijs temporis realis, vel imaginarij & hẽt præteritũ & futurũ: & ſic dicimus quòd fuit, & quòd erit, & ſic ſecundùm futurũ ſubditur diuinæ potentiæ non ſecundùm præteritum. Quia ſupponitur in compoſſibile, vt in litera di. Et nota quòd authoritas Hier. ad Marcellam, ſolus Deus nõ nouit præteritũ & futurũ, & ſimiliter Aug. Præſens ſi ſtat, eſt æternitas. & ſimiles intelliguntur ſecundũ ſe: & omnia quæ in eis ſunt. Angelus .n. ſecũdum affectiones hẽt præteritum & futurum: ſimiliter æuum, paret adiuncta, non ſtat: ut in præcedenti art. dictum eſt.

¶SVPER QVÆSTIO. X. ARTIC. VI.

S. Bona 2. 5. d. 2. q. 3.	*Scot.* 2. 5. d. 3. q. 4.
Maira. 2. d. q. 4.	*Aegid.* 2. 5. d. 2. q. 1. a. 1.
D. Bon. d. 2. q. 2. a. 1.	*Tho. de Arg. d.* 2. q. 3. a. 4.
Cap. 2. d. 2. q. 2. con. 6. d. 2. q. 2. con. 1.	*Bauini* a. 6.
Pet. de Pal. 2. 5. d. 17. q. 2.	

In Titulo vnum numero.

¶In corpore 4. Primò ponuntur opiniones diuerſæ de quæſito. Secundò, ponitur via diſcernendi, quæ opinio ſit verior: & di. quòd ex cauſa vnitatis tẽporis eſt procedendũ: & probatur, quia in cognitione ſpiritualiũ per corporalia peruenimus. Tertiò, ipſam viã ingreditur, vbi 4. opiniones de ea vnitate tẽporis aſſerunt.

¶Aduerte hîc, quòd ſicut quilibet motus habet proprium prius & poſterius in ſeipſo, ita etiam habet proprium numerum numeratum illorum: & conſequenter proprium tempus: ſed quoniam non cuiuſlibet motus numerus eſt certificatiuus omnium motuum ex natura ſua, ſed tantùm numerus primi motus propter eius ſimplicitatem maximam, ideò ſolus primi motus numerus temporis completè rationem habet. Et propterea, tempus eſt unum numero formaliter completéque ſumptum: & ſunt multa tempora quaſi materialiter, ſeu incompletè. Et ſimile eſt iudicium de æuo, eodem enim modo eſt vnum & multa. Vtrum autem æuum ſit accidens, aut eſſe, aut eſſentia æuiterni in quæſtione ſpeciali quærendum eſt, Metaphyſici quippe negotij hoc eſt.

¶Circa ea quæ hîc definita ſunt, complura ſunt dubia.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

Primo nanque Sco. in 1. d. 2. & q. 3. reprehendit, ꝙ primum æui ternum menſuretur æuo, & quamuis ipſum primum ſit extrinſeca menſura aliorum. Vnica ratione. Menſura ex natura rei eſt notior ex natura rei menſuratoſed nihil eſt in primo æuit: no notius ipſa ſubſtantia æuiterni: ergo nihil eſt in eo, quod habeat F ſubſtantia, ſicut quamuis ſubſtantia corporea ſit notior ſcdm ſe quantitate, in gñe tñ menſuræ quantitas eſt notior ſecundũ ſe. ¶Ad Durandum verò rñdendum eſt negando maiorẽ, ut patet in perfectione & menſura quidditatiua. Perfectio namq; quidditatiua melius cognoſcitur ex intrinſeco ꝙ ex extrinſeco: & tñ

rationem menſuræ ſubſtantiæ eius. Durandus autẽ reprehendit menſuratiuã extrinſecam vnius æuiterni, per aliud æuiternũ triplicite. Primò ſic. Illud minus durans ẽ certior ex propria ratione ꝙ ex comparatione ad extrinſecũ, nõ menſuratur ſecundum durationem per extrinſecum: ſed æuiternum eſt huiuſmodi, probatur: qa propria eius ratio eſt eſſe immutabile ſecundùm naturam. Secũdò: duratio infinita non eſt menſurabilis: ergo. Tertiò non quantum, nõ eſt menſurabile: ergo: tenet ſequela: quia æuum caret ſucceſſione. Hęc & plura alia recitantur à Capreolo in ſecundo, diſt. 2. conſilto tamen omiſſis cæteris dicemus, vndè omnia ſoluentur.

¶Ad euidentiã igitur huius textꝰ, ꝙ vt ex dictis patere iã poteſt, æuiternũ nõ menſuratur æuo ſiuè intrinſecè, ſiuè extrinſecè per modũ quantitatis cõtinuæ aut ſucceſſiuæ, aut etiã diſcretæ: ſed per modum vnitatis: qm æuum eſt indiuiſibile: totum ſimul, &c. Cùm enim æuum ſit vnitas immutabilis, vitæ mutabilitati cõiunctæ: quantò aliqd mutabile minus eſt immutabilitati coniunctum, tãtò eſt immutabilius & minus compoſitum: ac per hoc ſimplicius, & cõſequẽter magis vnũ: ſupponimus autem nunc quòd æuiternũ quantò inferius tantò pluralitati maiori, coniunctius eſt, vndè

Lib. 1. perìarchion ca. 8. 10. 4.

Cap. 10. & 4. a medio.

330 a b c d

Li. 10. metaph. tex. 3. & 4. tomo 3.

Concl. m.

*Quę. 50. art. 4.

ſura ad menſuratũ. Vndè ſm eorum multitudinem nõ multiplicatur: quia vna menſura ſeparata multa mẽſurari poſſunt. Hoc igitur habito ſciendũ, ꝙ de ſubſtãtijs ſpiritualibus duplex fuit opinio. Quidam .n. dixerunt, ꝙ omnes proceſſerunt à Deo in G in quadã æqualitate, vt Origi. dixit *. vel etiam multæ earũ, vt quidam poſuerũt. Alij verò dixerunt, ꝙ omnes ſubſtantię ſpirituales proceſſerunt à Deo quodam gradu & ordine. Et hoc vĩ ſentire Dion.* qui dicit 10. c. cæ. hierar. quòd inter ſubſtãtias ſpirituales ſunt primæ, mediæ, & vltimæ, etiam in uno ordine angelorum.* Secundùm igitur primam opinionem neceſſe eſt di- H cere ꝙ ſunt plura æua ſecundũ ꝙ ſunt plura æuiterna prima æqualia. Secundùm aũt ſecundam opinionẽ oportet dicere, ꝙ ſit vnum æuum tantùm: quia, cum vnumquodq; menſuretur ſimpliciſſimo ſui generis, (vt dĩ in 10. Metaphiſc. *.) oportet ꝙ eſſe omnium æuiternorum menſuretur eſſe primi æuiterni: qđ tantò eſt ſimplicius, quantò prius. Et quia ſecunda oppinio I uerior eſt, (vt infra oſtẽdetur.*) ᵐ concedimus ad præſens unũ eſſe æuum tantum primo. ⁿ

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ æuum aliquando accipitur pro ſeculo: quod eſt periodus durationis alicuius rei: & ſic dicuntur multa æua, ſicut multa ſecula.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ licèt corpora cæleſtia & ſpiritualia differant in genere naturæ, tamen conueniunt in hoc, quòd habent eſſe intranſmutabile. Et ſic menſurantur æuo.

Ad tertivm dicẽdum, quòd nec omnia temporalia ſimul incipiũt, & tamen omniũ eſt unũ tempus propter primum, quod menſuratur tempore. Et ſic omnia æuiterna habent unum æuũ propter primum: etiam ſi non omnia ſimul incipiant.

Ad qvartvm. Dicendũ, quòd ad hoc ꝙ aliqua menſurentur per aliquod unum, non requiritur quòd illud unum ſit cauſa omniũ eorũ, ſed quòd ſit ſimplicius.

vnaquæque quidditas menſuratur prima quidditate ſui generis, eſt ergo ſophiſma ſcdm non cam vt cãm non .n. cã menſuræ extrinſecæ eſt melior certitudo ab extra ꝙ intra. Sed dependentia certitudinis intrinſecæ ab extrinſeca, ut à ſimpliciori, vt dictũ eſt. Ad ſecũdum verò & tertium ſimiliter dĩ, ꝙ nihil valent de menſurabili per vnitatẽ. Infinitũ .n. & nõ quã tũ uniformitatis rõne non ſubterfugiũt. Reſtat adhuc dubiũ, quid ſit illud primũ æuiternũ: ſed qñ per accidẽs eſſet huic propoſito, in tractatu de angelis dicetur.

QVAESTIO. XI.

De Vnitate Dei, in quatuor articulos diuiſa.

POst Præmiſſa, conſiderandum eſt de diuina vnitate.

¶Et circa hoc quęruntur quatuor.

¶Primò. Vtrum vnum addat aliquid ſupra ens.

¶Secundò. Vtrum opponantur vnum & multa.

¶Tertiò. Vtrum Deus ſit vnus.

¶Quartò. Vtrũ ſit maximè vnꝰ.

Articvlvs I.

Vtrum unum addat aliquid ſupra ens.

AD primvm Sic proceditur. Videt, quòd unũ addat aliqd ſupra ens. omne .n. quòd eſt in aliquo gñe determinato, ſe

SVPER QVÆS. XI. ARTIC. I.

Cap. 1. d. 24. q. 1. con. 1. & 3.

Banen. q. 11. a. 1.

CIrca ordinẽ quęſtionis huius, & præcedentiũ, dubiũ eſt: qm vnũ prius cõuenit enti quam ſimplicitas, & immutabilitas, & reliqua tractata, à q. 3. hucuſque: ergo inconuenienter vltimo loco tractatur de unitate. antecedẽs probatur, qñ omne ens eſt vnum. non autem ſimplex nec immutabile. prius aũt eſt à quo nõ conuertitur conſequentia.

¶Ad hoc dicitur ꝙ ſicut tractatus de animali natura ſecũdũ omnia pdicata quidditatiua, præcedit tractatũ de unitate animalis, ita tractatus de natura diuina ſecundũ omnia prædicata

Porrò per

51 q. 10. dift. 3. Et Metaph. 12.

& habet ſpecies minus vniuerſales, & operationes minus ambiẽtes locorũ, aut corporũ. Et propterea ſupremũ æuiternũ tanquã maximè immutabile inter immutabilia ſit, id eſt mutationi ũcta, eſt maximè vnũ: & cõſequẽter ex natura ſua hẽt vñ per acceſſum & receſſũ ab eo, cætera æuiterna vt ſic mẽſurant ſe extrinſecè. ¶Ad Scotum ergo negatur minor. Dico namque, ꝙ æuum exiſtens in primo æuiterno ſiuè ſit eius ſubſtantia, aut exiſtentia, ſiuè non, eſt notius in ratione menſuræ ipſa æuiterni ſubſtantia, vt immutabilis: qm æuum nihil aliud eſt ꝙ unitas per modum menſuræ talis immutabilitatis: ac per hoc ipſum æuum eſt formaliter vnitas, cui primo debetur ratio menſuræ, vt patet 4. & 10. Metaph. ſubſtãtia aũt ſic immutabilis eſt denominatiuè vna, & hanc denominationem importat ly æuiternum. Conſtat aũt vniuerſaliter, quod id, ꝙ eſt formaliter tale, eſt certius & notius ex natura rei, eo ꝙ eſt denominatiuè tale. Quamuis igitur ſubſtantia angeli ſit ſimpliciter notiſſimum omniũ, quæ in eo ſunt, æuum tamen in genere ſcũ in ratione menſuræ eſt notius illius

K quaſi quidditatiua, præcedit tractatum de vnitate illius, quoniam vnitas eſt quaſi paſſio entis: & vnitas talis rei eſt, quaſi paſſio illius. Quatuor autem de quibus tractatum hactenus eſt, poſt quæſtionem, An eſt de natura diuina, ſcilicet ſimplicitas & perfectio: infinitas & immutabilitas: in latitudine quidditatiuorum prædicatorum clauduntur, vt patet inductiuè, & ideò prius de illis pertractatum eſt, & ad eorum complementum inſertæ ſunt quæſtiones de bonitate, de exiſtentia Dei in rebus, deque æternitate. Et ſic quaſi expedita quidditate ad paſſionem primam, ſcilicet vnitatem deuenit. Hanc autem eſſe mentem authoris, ex introductione quæſtionis ternæ ſuperius in littera poſita conijcere potes, ibi enim hæc quinque tractanda proponuntur. Nec obſtat obiectio allata, negatur enim quòd vnitas ſit prior ſupradictis. Et ad probationem dicitur, ꝙ prius eſt à quo non conuertitur conſequentia ratione ſui, non autem ſi ratione alterius. Verbi gratia eſſe coloratum reſpectu hominis eſt à quo non conuertitur conſequentia, nõ tamen eſt prius

prius homine quamuis ſit communius prædicatum: & hoc quia A coloratum non ratione ſui, ſed ratione ſubiecti ſui eſt, à quo nõ conuertitur conſequentia, ratione namque ſubiecti valet: eſt homo: ergo eſt coloratum. & non econuerſo. Vndè id à quo nõ cõuertitur conſequentia, eſt prius, vel includit aliquid prius, ratione cuius non cõuertitur conſequentia. & ſic in propoſito, vnũ non eſt formaliter prius, ſed includit ens, ratione cuius non valet ſequela, Eſt vnum ergo immutabile, ſed econuerſò.

¶Ad hoc breuiter reſpõdetur. & primò quidem diſtinguitur antecedens: quia eſt idem contingit dupliciter. ſ. poſitiuè & negatiuè. Vnum autem formaliter eſt idem enti negatiuè: quia non aliam naturam ſignificat, ſed eandem alio modo: ut dicitur. 4. Metaphy. & ſic conſequentia nihil ualet.

¶Titulus clarus.

¶In corpore duæ concluſiones. Prima directè reſponſiua quæſito, vnum addit ſupra ens, non rem aliquã, ſed ſolam negationẽ diuiſionis probatur. vnum nihil aliud ſignificat quam ens indiuiſum. Ergo. Secunda verò concluſio eſt correlaria, vnum conuertitur cum ente, & nihilominus probatur. Eſſe cuiuslibet rei conſiſtit in diuiſione ergo. antecedens probatur dupliciter. primò inductiuè in eſſe ſimplicium. & cõpoſitorum, ſecundò à ſigno: quo vnumquodque cuſtodit ſuam vnitatem ſicut entitatem. omnia patẽt clarè in littera.

¶Circa primam concluſionẽ occurrit dubium ex duplici capite: quoniam & Auic. tenet, vnum addere rem aliquam ſupra ens. & Sco. tenet addere realitatem quandã. Sed quia contra Auic. poſitionem in 4. Metaph. ab Ariſto. & hic diſputatur in littera. Sco. opinio in 4. Met. tangenda eſt. Putans ergo vnum ſignare paſſionem entis, dicit ipſum importare formaliter rem poſitiuam, eandem realiter ipſi entitati: vniuerſaliter tenet paſſionem identificari proprio ſubiecto probatq; hoc multiplicitur. Primò vnum formaliter. i. vt diſtinctum contra ens, eſt idem realiter qđ ens: ergo eſt aliquid poſitiuum: tenet ſequela: qa negatio nõ põt identificari realiter. Scdo, vnũ formaliter eſt extra nihil, vtpote entis paſſio: ergo aliquid poſitiuũ. Tertio, unũ formaliter hẽt rõne primæ menſuræ & principij numeri: ergo vt prius. Quartò unũ dicit pfectionẽ ſimpliciter: ergo. ſ. plus dictũ qa in unoquoq; eſt melius ipſum ꝙ nõ ipſum. Tũ qa ſit reductio ad ſummẽ unũ: ſicut ad ſummẽ bonũ & uerũ, &c. hoc .n. eſt proprium pfectionum ſimpliciter.

Cap. 2. nõ multum procul à principio

Concl. m. D. 79

Hinc diuiſũ eſt corporũ, nõ e interibũ.

habet ex additione ad ens, quod circuit omnia genera.ᵇ Sed unũ eſt in genere determinatũ eſt .n. principium numeri, qui eſt ſpẽi quantitatis. ergo vnum addit ali B quid ſupra ens.

¶2 Præt. Quod diuidit aliqđ cõe ſe habet ex ᵇ additione ad illud. Sed ens diuiditur per unum: & multa. Ergo vnum addit aliquid ſupra ens.

¶3 Pręt. ſi unũ non ᵇ addit ſupra ens, idem eſſet dicere unũ & ens Sed nugatoriè dĩ, ens, ens. Ergo nugatio eſſet dicere ens vnum. Quod falſum eſt, Addit igitur unum ſupra ens.

Sed contra eſt, qđ dicit Dio. Iul. ca. de di. no. Nihil eſt exiſtentium non participans uno. Qđ nõ eſſet, ſi unum adderet ſupra ens: qđ cõtraheret ipſum. ergo unũ nõ hẽt ſe ex additione ad ens

Resp. Dicendũ, ꝙ ᵐ unum nõ addit ſupra ens, rem aliquã, ſed tantum negationem ᵈ diuiſionis Vnũ enim nihil aliud ſignificat quam ens indiuiſum. Et ex hoc ipſo apparet quod unum cõuertitur cum ente. Nam oẽ ens, aut eſt ſimplex, aut compoſitũ. Qđ autem eſt ſimplex, eſt indiuiſum & actu, & potentia. Quod autẽ eſt compoſitum, nõ habet eſſe, quandiu partes eius ſunt diuiſæ, ſed poſtquam conſtituunt & cõponunt ipſum compoſitum. Vñ manifeſtũ eſt, ꝙ eſſe cuiuslibet rei cõſiſtit in indiuiſione. Etindè ẽ ꝙ unũqđq; ſicut cuſtodit ſuũ eſſe, ita cuſtodit ſuã unitatem.

Ad primvm. Igitur dicẽdũ, ꝙ quidam putantes idem eſſe unũ quod conuertitur cum ente, & ꝙ eſt principium numeri. diuiſi ſunt in cõtrarias poſitiones. Pythagoras .n. & Plato uidentes, ꝙ unum quod conuertitur cũ ente, nõ addit aliquam rem ſupra ens, ſed ſignificat ſubſtãtiã entis put ẽ indiuiſa, exiſtimauerũt ſic ſe habere de uno quod eſt principium numeri. Et qa numerus cõponitur ex unitatibꝰ, crediderũt ꝙ numeri eẽnt ſubſtãtiæ omniũ rerum. Ecõtrariò aũt Auic. cõſi- B derãs, ꝙ unum quod eſt principium numeri addit aliquam rem ſupra ſubſtãtiam entis. (aliàs numerus ex unitatibus compoſitꝰ nõ eſſet ſpẽs quantitatis.) credidit, quòd unũ quod conuertitur cũ ente, addat rem aliquã ſuper ſubſtantia entis: ſicut album ſupra hominẽ. Sed hoc manifeſtẽ falſum ẽ: qa qlibet res eſt una per ſuã ſubſtantiam. Si .n. per aliquid aliud eſſet una qlibet res, cum il- C lud iterũ ſit unum, ſi eſſet iterũ unõ per aliquid aliud, eſſet, abire in infinitũ. Vñ ſtandum eſt in primo.ᶠ Sic igitur dicendum eſt, quòd unum qđ cõuertitur cum ente, non addit aliquam rem ſupra ens,ᵍ ſed unũ, quod eſt principiũ numeri addit aliqd ſupra ens, ad genus quãtitatis ptinens.

A D secvndvm dicendũ, ꝙ nihil prohibet id, qđ eſt vno mõ diuiſum, eſſe alio modo indiui- D ſum: ſicut qđ eſt diuiſum numero, eſt indiuiſum ſm ſpeciem: & ſic cõtingat aliquid eſſe uno mõ vnum, alio modo multa. Sed tñ ſi ſit indiuiſum ſimpliciter, vel quia eſt indiuiſum ſm id, quod pertinet ad eſſentiã rei, licèt ſit diuiſum quantũ ad ea, ꝙ ſunt extra eſſentiam rei, ſicut quod eſt vnum ſubiecto & multa ſecũdũ accidentia: vel qa eſt indiuiſum in actu, & diuiſum in potẽtia. ſi- E cut qđ eſt vnũ toto & multa ſm partes: hmõi erit vnum ſimpliciter, & multa ſm quid. Si uerò aliquid econuerſò ſit indiuiſum ſecundũ quid & diuiſum ſimpliciter, vtpote quia eſt diuiſum ſm eſſentiam, & indiuiſum ſecundũ rationem, vel ſecundùm principium ſiuè cãm: inerũt multa ſimpliciter, & unum ſecundũ quid: & ꝙ ſunt multa numero, & unũ ſpecie, uel unum principio. Sic

¶Ad ſcdm uerò dicit quòd unum formaliter non eſt magis extra nihil quã alia priuatiua, ſeu negatiua ſ genere: eſt ergo extra nihil ſic: & tunc negatur conſequentia.

¶Ad tertium autẽ negatur conſequentia. qm menſurare cõe eſt poſitiuis & negatiuis, nõ ſolũ .n. in gñibus entiũ ſimpliciſſimũ menſurat reliqua, ſed ẽt in gñibus ægritudinũ & peccatorũ, ut patet in moralibus. Minimũ .n. in uitijs gulæ menſura eſt reliquorũ. & minimũ abſolutè i. unum menſurat multitudinẽ abſolutè. utrũq; iñ eſt negatiuũ. ſ. multitudo, & unũ, ut in littera huiꝰ qõnis dĩ. Idẽ aũt intelligo nume: i: tranſcendẽtẽ & multitudinẽ abſolutẽ: & ꝓpea cõſequẽs eſt negatiui numeri negatiuũ principium eſſe.

¶Ad quartũ negatur añs. Vnũ .n. non dicit pfectionẽ. niſi diuiſio priuata dicat imperfectionẽ. Vñ ſicut relatio formaliter non dicit perfectionẽ ſimpliciter, ita nec unitas eius, alioquin paternitas & filiatio diuinæ eſſent ſimul impfectę quia nõ una. Et ſicut eſſe ſubſtantiale dicit pfectionẽ: ita & unitas eius. Abſtrahit ergo unũ a perfectione, & imperfectione.

¶Ad primam uerò probationẽ ex diffinitione Anſel. dĩ, ꝙ deficit hic illa particula melior. Qm qđ nõ eſt bonũ, nõ põt eẽ melius.

¶Ad ſecundam uerò dĩ, ꝙ reductio illa nõ eſt propria perfectionibus ſimpliciter, ſed cõis negatiuis generalibus, Vndè fit reductio ad ſummẽ ſmutabile, ad ſummẽ immateriale, &c. Quamuis etiam poſſit congruè dici, quòd quiaut dicitur 4. & 7. Metaph. analogum abſolutè inueſtigatum quæritur pro primo, ac per hoc primo unum, qđ

6 29 1 31

eſt unũ ſubſtãtiale. eſt perfectio ſimpliciter, & reducitur ad ſummẽ unum: ſed ex hoc nihil habetur contrã intentum noſtrum: quia ratione ſubſtantiæ quã implicat perfectio iſta, ineſt.

¶In reſponſione ad primum. Aduerte quod Scotus inuehitur contra rationem Auerr. in 4. Metaphyſicor. comment. 2. contra

Auicen. qua hic vſus eſt Sanct. Tho. Aiunt enim quòd eſt ſophiſma figuræ dictionis. quoniam mutatur quo in quod. Id namq; quo res eſt vna, eſt vnum vt quo, non vt quod. & ideò non ſequitur proceſſus in infinitum: ſicut nec ab albo, & albedine. Sed hæc reprehenſio valde rudis eſt. Tum quia conſtat in tranſcendentibus concretum verè prædicari de abſtracto. Entitas. n. eſt ens, & vnitas vna: & per hoc non mutatur quo in quod. Sed verè tò ipſo quo, vtroq; mõ, ſ. vt quo, & quod. Et ideò optimè concludit: nec eſt ſimile de albo & albedine, quia non eſt alba. Tũ quia ſi vnũ addit naturam aliã ſupra ens, puta ſupra hominẽ, aut leonẽ, qua ratione hæc eſt vera, natura hominis eſt vna, eadẽ erit vera, natura vnitatis eſt vna omnis. n. natura vna eſt. Nec excuſat hoc adiacentia naturæ. ſ. quia natura vnitatis ſemp ineſt alij & ppterea eſt quo: Cõmune nãq; eſt oĩ naturæ ſiuè ſubſiſtenti, ſiuè inexiſtenti eſſe vnam, vt patet in accidentibus. ergo ſtat rõ in ſuo robore. De vno aũt, quod eſt principium numeri, quale accidẽs ſit, præſentis non eſt negotij, ſed e tic quæſtio ſpecialis. ¶In reſponſione ad ſecundum, nota diligẽter: quoniam hoc argumentum fluctuare facit eruditos: qa non penetrant hanc reſpõſionem. Scito q rñſio litteræ ſtat in illis verbis. Ens diuiditur per vnum & multa, quaſi per vnum ſimpliciter & multa ſcdm quid. Et ly ſimpliciter, & ſecundum quid. nõ determinant ly vnum, aut ly multa, ſed determinant ly diuidit. Et eſt ſenſus, q ens diuiditur ſimpliciter p vnum, & ſecundum quid per multa. i. vnũ continetur ſimpliciter ſub ente, multa aũt ſecundum quid, vñ & ſtatim hoc probat in lra. Nã & ipſa, inqt, multa nõ cõtinẽtur ſub ente, niſi vt participant uno. Et qm cõſtat, q natura talis diuiſionis eſt, q mẽbrũ ſimpliciter æquat diuiſo abſolutè ſumpto: & meritò. qm mẽbrũ ſcdm qd nõ ſapit diuiſum niſi ſcdm qd: nõ ſtat rñſio optime, & q vnũ cõuertit cũ ente. & tñ eſt diuiſionis mẽbrũ. Exẽplũ huius eſt, ſi diſtinguit' hõ in hoiem in actu, & hoiem in potentia. Et ſimiliter domus in domum in actu & potentia, &c. Reliqua in hac reſponſione poſita ſunt ad perfectionem doctrinæ, & ad explanationem intenti: qm & vnum tam ſimpliciter, q ſcdm quid, & multa tam ſimpliciter quàm ſecundùm quid, uno participant.

175

igitur ens diuidit per vnũ & multa,[c] quaſi per vnũ ſimpliciter, & multa ſm quid. Nam & ipſa multitudo nõ cõtineret ſub ente: niſi cõtineretur aliquo modo ſub vno. Dicit. n. Dion. vltimo ca. de di. no. q non eſt multitudo non participãs vno: ſed quæ ſũt multa partibus, ſũt vnũ toto: & quę ſunt multa accidentibus, ſunt vnũ ſubiecto: & q̃ ſunt multa numero, ſunt vnum ſpecie, & quæ ſunt ſpeciebus multa, ſunt unũ genere: & q̃ ſunt multa proceſſibus, ſunt unum principio. G

AD TERTIVM dicendum, q ideò non eſt nugatio, cum dicit ens unum, quia unũ addit aliqd ſecundùm rationem ſupra ens.

ARTICVLVS II. H

Vtrum unum & multa opponantur.

AD II. ſic proceditur. Videtur, quòd unũ & multa non opponantur. Nullum enim oppoſitum prædicatur de ſuo[h] oppoſito: ſed omnis multitudo eſt quodammodo unũ, ut ex[*] prædictis patet. ergo unum non opponitur multitudini.

¶2 Præt. Nullum oppoſitum cõſtituitur ex ſuo[h] oppoſito: ſed vnũ cõſtituit multitudinem. Ergo non opponitur multitudini

¶3 Præte. Vnũ[h] uni eſt oppoſitũ ſed multo opponitur paucũ. Ergo non opponitur ei vnum.

¶4 Præt. ſi unũ opponitur multitudini, opponit ei ſicut indiuiſũ diuiſo: & ſic opponet ei ut priuatio habituí.[h] Hoc autem uí incõueniẽs, quia ſequeret, quòd unũ ſit poſterius multitudine, & diffiniatur per eam, cũ tamen multitudo diffiniatur per unũ. Vndè erit circulus in diffinitione: quod eſt inconueniens. Non ergo unũ & multa ſunt oppoſita.

SED CONTRA: quorum rationes ſunt oppoſitæ, ipſa ſunt oppoſita. Sed ratio unius cõſiſtit in indiuiſibilitate, ratio uerò multitudinis diuiſionem continet. Ergo unũ & multa ſunt oppoſita. I

RESPONDEO. Dicendũ, q vnũ[m] opponitur multis, ſed diuerſimodè.[n] Nam unũ qđ eſt principiũ numeri, opponit multitudini, qui eſt numerus, ut menſura menſurato. Vnũ enim habet rationem primæ mẽſuræ, & numerus eſt multitudo menſurata per unũ ut patet ex 10.[*] Metap. Vnũ verò qđ conuertitur cũ ente, opponit multitudini per modum priuationis, vt indiuiſum diuiſo.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q nulla priuatio tollit totaliter eẽ qa priuatio eſt negatio in ſubiecto ſecundùm[*] Philoſophũ. Sed tamen omnis priuatio tollit aliqđ eſſe. Et ideò in ente ratione ſuæ communitatis accidit q priuatio entis fundat in ente: quod non accidit in priuationibus formarũ ſpiritualiũ vt uiſus, uel albedinis, vel alicuius huiuſmodi, Et ſicut eſt de ente, ita ẽ de vno, & bono, q̃ conuertunt cũ ente. Nam priuatio boni fundat in aliquo bono: & ſimiliter remotio vnitatis fundat in aliquo vno. Et exindè contingit q multitudo ẽ quoddam vnũ: & malũ, eſt quoddam[d] bonũ: & nõ ens eſt quoddam ens[e]. Non tamen oppoſitũ prædicat de oppoſito, quia alte- K

A numeri opponitur numero & mẽſurato, unũ autem cõuerſum cum ente, opponitur ut indiuiſum diuiſo: ergo. Antecedens pro prima parte probatur ex 10. Metaph. quia unũ primo cõuenit mẽſura, & numerus eſt multitudo menſurata. pro ſecunda patet, cõſequentia autem eſt euidens, quia alia eſt oppoſitio relatiua, alia priuatiua.

¶Aduerte hic, q quãuis littera intẽdat de diuerſis unitatibus, & multitudinibus loq. ex hac tñ doctrina optimè deducere poteſt, q eadẽ unitas diuerſimodè ſumpta. ſ. ut principium numeri, & ut indiuiſa opponitur diuerſimodè eidẽ multitudini diuerſimodè ſumptæ. ſ. ſub rõne numeri, & ſub rõne diuiſi. Et ſic hæc diſtinctio erit, quãdo que terũ, q hq; rationum. & quãdo eſt rõnum conuenit utriq; uni, & utriq; multitudini q m & unum cõuerſum cũ ente principiũ eſt numeri tranſcendentis, & unũ in prædicamẽto quantitatis eſt indiuiſum.

¶In rñſione ad ſcdm. dubiũ occurrit quo uerificatur q multitudo componitur ex unitatibus, non ſcdm id quod hñt de indiuiſione, ſed ſcdm id qd hñt de entitate: hoc enim in multitudine tranſcẽdenti, de qua littera loquitur, manifeſtè eſt impoſſibile. Quia ut hic eſt ſermo de multitudine, ut multitudo eſt: aut de rebus multis. Non de rebus multis, ut patet ex ui argumenti. & rñſionis, cum dicit, q multitudo eſt totũ heterogeneũ. De ipſa autẽ multitudine cõſtat, q nõ componitur ex rebus unis. ſed ex unitatibus. Alioquin multitudo tñſcẽdẽs, ut multitudo eſt, eſſet ſubſtantia, utpote ex ſubſtãtijs rerũ cõpoſita. ¶Ad hoc dr q tam unum q multa tranſcendenter ſumi poſſunt dupliciter. Vno modo ſubſtantialiter alio modo cõplectiuè, ſeu formaliter. Si ſumãtur primo modo, conſtat q multitudo componitur ex rebus unis, & q eſt ſubſtãtia ſeu ens reale: & ſic uidetur ſecundũ planum litteræ ſenſum textus primò interpretãdus. Et ſi obijciatur: ergo nõ loquitur de multitudine formaliter, dicitur, quòd loquitur de multitudine formaliter quantum ad id, quod realiter eſt. Altius tamẽ atque formalius loquendo, dicendum mihi uidetur, quòd hic eſt ſermo de unitate, & multitudine formaliter, & uniuerſaliter: & quòd per illa uerba, unitates ſecundùm id, quod habent de entitate, non intendit littera rem, quæ eſt una, ſed intẽdit ipſã unitatis naturam, prout entis actum exercet. Quod ut clarius percipiatur, ab uno in genere quantitatis incipiamus. Vnitas de genere quantitatis ſumi poteſt dupliciter. Vno modo ut eſt nõ numerus, qđ eſt eſſe non diuiſum in ſe, quemadmodum numerus eſt diuiſus in plures unitates. Et ſic patet quòd non componit numerũ: ſicut nec nõ domus componit domũ. Alio modo ut eſt in

Porrecta per totũ.

52 1. diſt. 24. q. 1. ar. 3. 4. Et 10. me. le. 4.

* art. præced.

Concl. nõ

10. me tex. 2. 10. 4.

In poſt … dicam … tis capite oppoſiti … & 4. metaphi. tex. 4. … 11. & …

D. 239 15 …

SVPER QVÆST. XI ART. II.

Cap. 1. d. 24. q. 1. con. 4.

Titulus clarus.

¶In corpore una concluſio, reſponſiua quæſito affirmatiuè. unum opponitur multis diuerſimodè. probatur, unũ principiũ

ſe talis

ſe talis entitas, puta accidens, & ſic componit numerum. Vnitas A quoque tranſcendens dupliciter ſumi poteſt. Primò, ut eſt indiuiſa, quod eſt eſſe non multitudinem. Et ſic impoſſibile eſt componere multitudinem ratione dicta. Alio modo ſecundùm id qđ eſt. i. ſecundùm ipſam negationem diuiſionis: non in quantum exercet actũ priuatio niſi ed in quantũ hñt entis rationem. Et ſic componit multitudinem formaliter, & cõplexiuè ſumptam. Ita, q hæc diſtinctio contracta ad unũ, & multa tranſcendenter, nõ eſt diſtinctio priuationis a ſubiecto poſitiuo. ſed eſt diſtinctio actus priuatiui ab actu poſitiuo. Ita quod ipſa indiuiſio ut exercet actum priuationis, nõ componit. Et ipſamet in cuiuſdam entitatis ratione hẽt, componit multitudinem: quæ ſcdm … unitatem negatiuã ens formaliter eſt magis quam unũ, & q hæc ſit menda … non ſolũ ex formali ſenſu patet, ſed ex rñſione ad … quantum … diuiſa non habet rõnem multitudinis, niſi utrunque diuiſorũ habeat rationẽ unius hic. n. manifeſtè apparuit, q multitudo formaliter ex unitatibus formaliſatis cõſurgit. & conſequenter ex negationibus: qm ſolam negationẽ formaliter addere docuerat in præcedenti articulo.

¶In rñſione ad quartum, dubium occurrit, quomodo uerificentur illa uerba, Diuiſio eſt prior unitate & nõ ſimpliciter ſed ſecundum noſtræ apprehenſionis rõnem. Videtur. n. q diuiſio ſit ſimpliciter prior unitate: quia habitus naturaliter eſt prior priuatione. Diuiſio aũt ſe habet ad unitatẽ ut habitus ad priuationem ergo. Nec prius dici, q diuiſio nõ eſt uere habitus, quo priuat unitas ſcdm ſe. Sed eſt habitus ſcdm noſtrũ modũ intelligẽdi: q oporteret aſſignare ſaltẽ circũloqutiuè, qs eſt ille habitus quo priuat ſcdm ſe unitas. Nec facile eẽt hoc fingere: q ille habitus ſcdm ſe aut eſt quid poſitiuum, aut negatiuum. Si poſitiuum ergo aliquid poſitiuũ ultra ens eſt antè unitatem: qđ eſt impoſſibile. Si negatiuum: ergo aliqua negatio eſt añ unitatem. & ſi hoc non inconueniens, cur incõueniens diuiſioni, quæ negatio eſt eẽ antè unitatẽ. ¶Ad hoc dr q labor eſt in æquiuoco. Ambæ ſiquidem ppoſitiones ſunt ueræ. & q diuiſio eſt prior unitate ſimpliciter. i. ſcdm ſe in eẽ intelligibili … q diuiſio negatio eſt, & ens rõnis. Et eſt q diuiſio eſt poſterior unitate ſimpliciter. i. ſcdm eſſe ſimpliciter, qđ eſt eſſe in rerũ natura. Eſſe. n. intelligibile eſt ſcdm qđ … Prima propoſitio probatur ex dictis. Non. n. intelligibile, q affirmatio non ſit prior negatione. Eſſe autem vnum, eſt eſſe hoc: & nõ eſſe non hoc. vbi patet, q in ratione vnius clauditur negatio alterius extremi contradictionis. Extrema igitur contradictionis, quorum eſt ipſa diuiſio, præcedunt naturaliter unitatem, Primò. enim eſt homo, & in eodem priori eſt non homo, in eſſe intelligibili. Et ſic eſt diuiſio. Deinde homo eſt homo, & non eſt homo: quod eſt eſſe vnum. i. indiuiſum. Non enim eſt diuiſum in ſe ita ut ſit homo, & non homo.

D. 1137.

rum horum eſt ſimpliciter, & alterum ſm quid. Quod. n. ſm quid eſt ens, (vt in potentia) eſt non ens ſimpliciter. i. actu: vel qđ eſt ens ſimpliciter in genere ſubſtãtiæ, eſt non ens ſecundùm quid, quantum ad aliquod eſſe accidẽtale. Similiter ergo qđ eſt bonũ ſecundùm quid, eſt malũ ſimpliciter, vel econuerſò: & ſimiliter, qđ eſt vnũ ſimpliciter, eſt multa ſecundùm quid, & econuerſò.

Ad hoc dr̃ dupliciter. primò in hac reſponſione facta eſt duplex comparatio in prædicationibus. Prima eſt inter uniuoca, & purè æquiuoca: & hæc facta eſt in principio. Secunda eſt inter vniuoca, & nõ uniuoca, & hæc facta eſt in fine: & ideò nulla eſt contradictio. Sed hæc reſponſio difficultatem patitur, eo q ſic non eſt ſatisfactum argumento. Vis enim argumenti ſtat in hoc: quòd uniuocum habet ſe ad æquiuocum, vt vnum ad multa. Conſtat autem quòd hoc eſt uerum nõ ſolùm de purè æquiuocis: ſed quocunque modo æquiuocis, ſeu non uniuocis. Quoniam unum non ſolùm eſt prius multis ſimpliciter: ſed multis ſecundùm quid, & ſic vniuocum reſtat prius omnibus non uniuocis, vtpote aliquo modo multitudinẽ includentibus

dentibus

hoc quidem ſignũ eſt, illud verò cauſa: vel ex eo quod vnũ habet proportionem ad alterũ: ſicut ſanũ dicitur de medicina & animali, inquatum medicina eſt cauſa ſanitatis, quę eſt in animali. Et hoc modo aliqua dicunt de Deo & creaturis analogicè, & non æquiuocè purè, neq; vniuocè. Non .n. poſſumus nominare Deũ, niſi ex creaturis, ut ſupra * dictum eſt. Et ſic quicquid dr̃ de Deo & creaturis, dicitur ſm qđ eſt aliqs ordo creaturæ ad Deũ, vt ad principium & cauſam: in qua præexiſtunt excellẽter omnes rerum perfectiones. Et iſte modus cõmunitatis medius eſt, inter puram æquiuocationẽ, & ſimplicem uniuocationem. Neque enim in his, quæ analogicè dñr eſt vna ratio, ſicut eſt in vniuocis: nec totaliter diuerſa ſicut in æquiuocis: ſed nomen, qđ ſic multipliciter dicitur, ſignificat diuerſas proportiones ad aliqđ vnũ. Sicut ſanũ de vrina dictũ, ſignificat ſignũ ſanitatis animalis: de medicina verò dictum, ſignificat cauſam eiuſdem ſanitatis.

Ad primum ergo dicendũ, q licèt in prædicationibus oporteat æquiuoca ad vniuoca reduci, tñ in actionibus agẽs nõ vniuocũ ex neceſſitate pcedit agẽs vniuocum. Agens .n. non vniuocum eſt cauſa uniuerſalis totius ſpeciei, ut Sol eſt cauſa generationis omnium hominum. Agẽs verò uniuocũ nõ eſt cauſa agẽs vniuerſalis totius ſpeciei (alioquin eſſet cauſa ſuijpſius, cũ ſub ſpecie contineat) ſed eſt cã particularis reſpectu huius indiuidui: qđ in participatione ſpeciei conſtituit. Cauſa igitur uniuerſalis totius ſpeciei, non eſt agẽs vniuocũ. Cã aũt uniuerſalis eſt prior particulari. Hoc aũt agens uniuerſale, licèt non ſit vniuocum, nõ tñ eſt omnino ęquiuocũ: quia ſic non faceret ſibi ſimile: ſed poteſt dici agens analogicum. Sicut in prædicationibus omnia uniuoca reducuntur ad vnum primum non uniuocum: ſed analogicum, quod eſt ens.

Ad II. dicendũ, q ſimilitudo creaturæ ad Deum eſt imperfecta: quia etiam nec idem ſecundùm genus repræſentat, vt ſupra * dictum eſt.

Ad III. dicendũ, q Deus non eſt menſura proportionata mẽſuratis. [f] Vndè non oportet q Deus & creaturę ſub uno genere contineantur.

Ea verò, quæ ſunt in contrarium, concludunt quòd nõ vniuocè huiuſmodi nomina de Deo & creaturis prædicentur, nõ autem quòd æquiuocè.

ARTICVLVS VI.

Vtrum nomina per prius dicantur de creaturis quàm de Deo.

AD SEXTVM ſic procedit. Vĩ q nomina prius dicant de

Art. 1. huius quæſt. Proœmiũ huius qſt.

ſentibus in ſe. Propterea reſpondẽdum videtur ſecundo; quòd vtrobique facta eſt comparatio inter eadem, ſcilicet vniuoca & æquiuoca in communi, ſeu non vniuoca. Et tamen nulla eſt cõtradictio. Quoniam in principio eſt ſermo de reductione reſolutiua prædicati in ſeipſum; fine autem de reductione reſolutiua diuerſorum prædicatorum. Aliud eſt .n. reſoluere diuerſa in vnum, aliud autem reſoluere aliquid in ſeipſo. Ibi enim vnum reducitur in aliud, hic autem vnum diſtinguitur in ſua: vt patet in naturalibus. Ad propoſitum igitur, quando ſermo fuit de ordine diuerſorum prædicatorũ, dictum eſt quòd non vniuocum eſt prius. Quia ens eſt primum ad quod cætera reſoluuntur. Quum verò ſermo fuit de reſolutione prædicati in ſe, dictum eſt quòd vniuocum præcedit nõ vniuoca, ſicut vnum multa. Ideo q ens ipſum, quod analogicè dicitur de homine & albo, reſoluitur in ſeipſum vniuocè dictũ de hominibus, & vniuocè quoque dictum de albis, & hoc concludebat vis argumẽti. Conclude ergo q comparando diuerſa prædicata inter ſe, analogum præcedit: reſoluendo autem idẽ prędicatum in ſe, vniuocum præcedit, vt vnũ multa. Reliqua quæ in hac reſponſione de agentium ordine dicuntur, infra, quũ de actione Dei ad extra tractabitur, patebunt.

SVPER QVÆ. XIII. ARTIC. VI.

Ferr. 1. cõ. c. 34.
Banius ar. 6.

Titulus vt iacet in ſua amplitudine intelligitur, vt ex reſponſione patet.

In corpore quatuor. Primò regula traditur ad diſcernendũ de quo per prius nomen dicitur, & de quo poſterius. Secundo reſpondetur quæſito quò ad nomina metaphorica. Tertiò, quò ad propriè dicta ſecundum opinionem in ſecundo articulo confutatam: quartò ſecundum veritatem.

Quò ad primum regula eſt. Analogum prius dicitur de eo, qđ ponitur in aliorum diffinitione quàm de alijs. Probatur. In omni nomine analogo eſt unum reſpectũ à cæteris, ergo illud vnũ ponitur in diffinitione aliorum; ergo illud vnũ eſt prius cæteris ſecundùm rationem illius analogi. Declaratur q; hoc exemplariter in hoc analogo, quod eſt ſanum. Antecedẽs cum prima conſequentia non aliter probatur, ſecunda verò conſequentia probatur: quia ratio, quam ſignificat nomen, eſt diffinitio, & p hoc prius ſecundùm diffinitionem illius nominis eſt prius ſecundùm eius rationem: quod nihil aliud eſt quàm analogum prius dici de illo quod diffinit cætera, quàm de alijs.

Circa antecedens & primam eius conſequentiam dubium nõ diſſimulandum occurrit. Primò ad hominem: quia ipſemet S. Thom. in q. de ver. q. 2. art. 11. dicit non eſſe verum vniuerſaliter, quod primum analogatum poni debeat in rationibus aliorum analogatorum. Secundò ſimpliciter. Tùm quia ex dictis patet, ſapientiam analogicè dici de Deo & alijs: & tamen creatura non dicitur ſapiens in ordine ad Deum, nec econuerſò, ut patet: ſed vterque dicitur ſapiens abſolutè. Tùm quia in ratione hominis vt ſapiens non clauditur ſapientia Dei. Nec in ratione Dei, vt ſapiens eſt, clauditur ſapiẽtia hominis. ergo.

Ad hoc breuiter dĩ, q analoga inueniunt duobus modis. Quædam .n. ſignificãt ipſos reſpectus ad primum analogatũ, ut patet de ſano. Quædã verò ſignificant fundamenta tãtum illorũ reſpectuũ: vt cõiter inuenitur in omnibus verè analogis propriè & formaliter ſaluatis in oĩbus analogatis. Propoſitio ergo illa vniuerſalis in antecedente aſſumpta, intelligenda eſt vniuerſaliter in primo modo analogiæ. Ita q ſenſus eſt, q in omnibus nominib*, quæ de pluribus analogicè, id eſt ſecundũ diuerſos reſpectus dicuntur, oportet poni vnum. In quæſtione autem de veritate, de ſecundo mõ analogię dixit oppoſitũ. Et hęc reſp̃ſio eſt vniuerſalior ea, quã alibi aſſignauimus, ex q. de ver. qa illa reſp̃ſio hẽt locũ ẽt analogiis ſecundùm proportionalitatem, metaphoricè in dictis: in his .n. etiã ponit in rõne alterius pp prędictã cãm. Ad ea verò, q ſecũdo loco obijciũtur, in 4. parte huius articuli dicetur. q. 4. art. 3.

18

Quò ad ſecundũ cõcluſio reſpõſiua eſt. Nomina metaphoricè dicta prius dñr de creaturis q̃ de Deo. Probatur: ratio horũ nominũ, vt dñr de Deo, nõ poteſt intelligi abſq; rõne eorundẽ, vt dicuntur de creaturis. ergo. Antecedens patet exemplariter in communi quidem deridere, in ꝓpoſito autem de leone, conſequentia verò tenet ex regula aſſignata.

Porrecta per totũ 73. 1. cõ. c. 34.

Quò ad tertiũ cõcluſio hypothetica eſt. Si cõia nomina propriè dicta dicerent de Deo cãliter tñ dicerentur per prius de creaturis q̃ de Deo. Probat. Horũ ſignificatio vt de Deo dñr, non poſſet intelligi ſine ſignificatione eorundẽ in creaturis. ergo. Aña patet in exemplo boni. conſequentia verò tenet ex aſſignata regula.

Quò ad quartum concluſio reſponſiua eſt. Huiuſmodi nomina quò ad rem ſignificatam, prius de Deo; quò ad impoſitionẽ nominis prius de creaturis, dicuntur. Probatur hæc concluſio quò ad primam partem. Hæc nomina nõ ſolùm ſignificãt Deũ eſſe talem cauſaliter: ſed etiam eſſentialiter: & à Deo emanant aliorũ perfectiones. ergo de Deo per prius q̃ alijs quò ad rem.

Quò ad ſecundam verò partem. Creaturas prius cognoſcimus & nominamus. ergo. Probatur ſecundo ex ſigno: habẽt modum ſignificandi, quod conuenit creaturis. ergo.

Circa illud dictũ in probatione primæ partis cõcluſionis, ſcilicet huiuſmodi nomina non ſolùm ſignificãt q Deus ſit cã, ſed q ſit eſſentialiter talis, dubium occurrit. S. n. quum dr̃ Deus eſt bonus, ſenſus eſt, Deus eſt cauſaliter, & formaliter bonus, ſequitur primò, q ly bonus, dictum de Deo non ſignificet vnum, contra

creaturis quàm de Deo. Secundùm enim q cognoſcimus aliquid, ſecundùm hoc illud nominamus, cum nomina ſecundùm Philoſophum * ſint ſigna intellectuum. Sed per prius cognoſcimus creaturam q̃ Deum. Ergo nomina à nobis impoſita per prius conueniunt creaturis quàm Deo.

¶2 Præt. Secundùm Diony. † in lib. de diui. nomi. Deum ex creaturis nominamus. Sed nomina à creaturis tranſlata in Deum per prius dicuntur de creaturis q̃ de Deo: ſicut leo, lapis, & huiuſmodi. Ergo omnia nomina, quæ de Deo & de creaturis dicuntur, per prius de creaturis quàm de Deo dicuntur.

¶3 Præte. Omnia nomina, quæ communiter de Deo & creaturis dicuntur: dicuntur de Deo ſicut de cauſa omnium, vt dicit Diony.* Sed quod dicitur de aliquo per cauſam, per poſterius de illo dicitur: per prius enim dicitur, animal ſanum quàm medicina, quæ eſt cauſa ſanitatis. Ergo huiuſmodi nomina, per prius dicuntur de creaturis, quàm de Deo.

Sed contra eſt quod dicitur Ephe. 3. Flecto genua mea ad patrem domini noſtri Ieſu, ex quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur: & eadem ratio videtur de nominibus alijs, quæ de Deo & creaturis dicũtur. Ergo hmõi nomina per prius de Deo quàm creaturis dicuntur.

Respondeo. Dicendũ, q in omnibus nominibus, quæ de pluribus analogicè dicuntur, neceſſe eſt, quòd omnia dicantur per reſpectum ad vnum. Et ideò, illud unum oportet, q ponatur in diffinitione omnium. *Et quia ratio, quam ſignificat nomen, eſt diffinitio, vt dicitur in 4. Metaphy.* neceſſe eſt, q illud nomen per prius dicatur de eo, quod ponit in diffinitione aliorum, & per poſterius de alijs ſecundùm ordinem, quo appropinquant ad illud primum, uel magis, vel minus. Sicut ſanum, quod dicitur de animali, cadit in diffinitione ſani, quod dicitur de medicina, quę dicitur ſana inquãtum cauſat ſanitatem in animali, & in diffinitione ſani, qd̃ dr̃ de vrina, quæ dicitur ſana, inquantum eſt ſignum ſanitatis animalis. Sic ergo, omnia nomina, quæ metaphoricè de Deo dicuntur, per prius de creaturis dicuntur, quàm de Deo: quia dicta de Deo nihil aliud ſignificant, quàm ſimilitudines ad tales creaturas. Sicut enim ridere dictum de prato, nihil aliud ſignificat quàm q pratum ſimiliter ſe habet in decore cum floret, ſicut homo cum ridet, ſecundùm ſimilitudinem proportionis: ſic nomen leonis dictum de Deo, nihil aliud ſignificat, quàm

quòd Deus ſimiliter ſe habet, vt fortiter operetur ſuis operibus, ſicut leo in ſuis. *Et ſic patet, q ſecundùm quod dicitur de Deo, eorum ſignificatio diffiniri non poteſt, niſi per illud, quod de creaturis dicitur. De alijs autem nominibus, quæ non metaphoricè dicuntur de Deo, eſſet etiam eadem ratio, ſi dicerentur de Deo cauſaliter tantùm, vt quidam poſuerunt.* Sic enim cum dicitur, Deus eſt bonus, nihil aliud eſſet, quàm Deus eſt cã bonitatis creaturę. Et ſic, hoc nomen bonum dictum de Deo, clauderet in ſuo intellectu bonitatem creaturæ. Vndè bonum per prius diceretur de creatura quã de Deo.

Sed ſupra oſtenſum eſt,* q huiuſmodi nomina non ſolũ dicuntur de Deo cauſaliter: ſed ẽt eſſentialiter. Cum enim dicitur, Deus eſt bonus, vel ſapiens, non ſolùm ſignificatur q ipſe ſit cauſa ſapiẽtiæ vel bonitatis: ſed q hæc in eo eminentius præexiſtunt. Vndè ſm hoc dicendum eſt, q quantum ad rem ſignificatam per nomen, per prius dicuntur de Deo quàm de creaturis: quia à Deo huiuſmodi perfectiones in creaturas manant: ſed quantũ ad impoſitionem nominis per prius à nobis imponuntur creaturis quas prius cognoſcimus. Vndè & modum ſignificandi habent, qui competit creaturis, ut ſupra * dictum eſt.

Ad primum ergo dicendũ, q obiectio illa procedit quantũ ad impoſitionem nominis.

Ad II. dicẽdum, q non eſt eadem ratio de nominibus, q̃ metaphoricè de Deo dicuntur, & de alijs, vt † dictum eſt.

Ad tertium dicendũ, q obiectio illa pcederet, ſi hmõi nomina ſolũ de Deo cauſaliter dicerentur, & non eſſentialiter, ſicut ſanum de medicina.

Articvlvs VII.

Vtrum nomina quæ important relationem ad creaturas dicantur de Deo ex tempore.

AD VII. ſic proceditur. Videtur quòd nomina, quę important relationem ad creaturas, non dicantur de Deo ex tẽpore. Omnia enim huiuſmodi nomina ſignificant diuinam ſubſtantiam, ut communiter dicitur. Vndè & Amb.* dicit, quòd hoc nomen Dominus, eſt nomen poteſtatis, quæ eſt diuina ſubſtãtia: & creatio ſignificat Dei actionẽ quæ eſt eius eſſentia. Sed diuina ſubſtãtia non eſt temporalis: ſed æterna. Ergo huiuſmodi noĩa non dicuntur de Deo ex tempore: ſed ab æterno.

¶2 Præt. Cuicũq; cõuenit aliqd ex tpe pôt dici factum. Qd̃ .n. ex tpe eſt album, fit albũ. Sed Deo nõ conuenit eſſe factũ. ergo de Deo nihil prædicatur ex tẽpore

5. Metaph. conſequentia probatur. Actus diffinit potentiam vt terminat relationem potentiæ ad ipſum, & diffinit. vt prior eſt q̃ potentia, ergo ut terminus eſt prior potẽtia. ſed vt correlatiuum nõ eſt prior potentia, quia correlatiua mutuò ſe diffiniunt, vt dicit Porphyrius. ergo, ut correlatiuum non eſt terminus. ergo, vt res abſoluta. Tertio ſic: Relatiuum, vt ſic diffinitur per terminum. ergo terminus eſt prior relatiuo. ergo termino, ergo terminus nõ eſt ipſum correlatiuũ. Antecedens patet: prima verò conſequentia tenet ex 7. & 9. Metaphy. ibi enim prioritas ſubſtantiæ reſpectu accidentis: & his [illegible] reſpectu potentiæ habetur ex hoc, q; diffiniunt illa. ſecunda vero conſequentia patet: quia aliter daretur circulus in priore, & poſteriore ſecũdum diffinitionem, quod eſt impoſſibile.

¶ Quartò ſic. In relatiuis tertij modi alterũ extremum nullam relationem habet, niſi dum actualiter conſideratur. & terminat relationem reliqui extremi ad ſe nullo intellectu conſiderante, immò etiam exiſtente. ergo terminat rõtione abſoluti: & non ratione relationis cõ intellectæ. Hæc ſunt motiua Scoti ſatis ſubtilia: & putauit ea efficacia, ita ut eorum cõcluſionem veram aſſerat. Vt autẽ cognoſcatur quantum à uero diſtet opinio hæc, ex textu 5. Metaphyſi. in quo ſe fundauit, inchoandum eſt. Errauit ſiquidem dupliciter in illo textu. Primò, quia ipſe ſupponit textum illum intelligi de extremis, ſeu fundamentis relatiuorum. Ita q; Ariſt. voluerit dicere, q; quædam extrema ſunt, quæ dicuntur ad aliquid pp relationes, quas habent ad inuicem. Quædã uerò pp relationem quæ eſt in uno extremo tñ. Hoc. n. eſſe contra ſenſum, immò verba Ariſt. patet ſic. Ariſt. ibi expreſſè dicit ſe ponere differentiam inter ea, quæ ſecundũm ſe ſunt ad aliquid. Sed cõſtat, q; fundamenta relationum non ſunt ad aliquid niſi per accidẽs vt ibidem expreſſè dr. ergo non intelligitur textus ille de rebus, q̃ denominantur relatiuè: ſed de ipſis ad aliquid. Nec poteſt aliter ſaluari textus ille.

¶ Secundò. Errat in differentia aſſignata in textu. ſiquidẽ ille nõ dr, q; quædam ſunt mutua relatiua, & quædã nõ ſunt, vt Sco. ſommiauit: ſed differentia aſſignatur in eã, ſeu rõne eſſendi ad aliqd. Ita q; tex. affirmat & relatiua tertij modi utrunq; eſſe ad aliquid. Sed differentiam ponit in hoc, q; in relatiuis primi, & ſecũdi modi eo, q; ſunt ad aliquid, eſt utrumq; hoc ipſum qd eſt aliud ſe habere. In relatiuis verò tertij modi ex parte unius extremi, ratio, quòd ſit ad aliquid non eſt, hoc ipſum quod eſt ad aliud ſe habere: ſed aliud ſe habere ad ipſum: vbi manifeſtè patet, q; tota differentia conſiſtit in ratione eſſendi ad aliquid: & non in eſſe mutua, vel non mutua. Et quoniam tex. ille eſt fundamentum theologorum in materia huius articuli ſpeculatiuè ſcribentium, ideò ad maiorem claritatem diuidendus eſt ſic. Textus ille implicat

duo contradictoria. ergo antecedens manifeſtatur. Textus loquitur de his, quæ ſecundum ſe ſunt ad aliquid: & negat de aliquo illorum hoc ipſum quod eſt, eſſe ad aliud ſe habere. ergo negat diffinitionem à diffinito, ſeu quod æquiualet à parte ſubiectum per ſe diffinitũ. Antecedens patet pro utraque parte. In illo textu dicit enim ſcibile, & ſenſibile, & alia huiuſmodi ſunt per ſe ad aliquid, & quod non dicuntur ad aliquid qa ipſa ad aliud ſunt: ſed quia alia dicunt ad ipſa. conſequentia patet ex diffinitione ad aliquid poſita ab ipſo Ariſtotele in pdicamentis. Et cum hæc contradictio ſit manifeſta, dicendum videtur, quod Ariſt. loquitur de ad aliquid ſecundum ſua fundamenta quæ dicit, ipſa non ſunt ad aliud: ſed alia ad ipſa. Et hic paralogiſmus (vt reor) intercipere [illegible] nos, qui in hoc textu errauerunt. Ad eius ſolutionem ſciẽdũ, q; metaphyſicus tractat de relatiuis, vt ſunt per ſe partes entis, ut ſunt entia realia. Ideirco differẽtia illa eſt intelligẽda de relatiuis ſecundum, q; entia realia ſunt, & non de eis ſumptis, vt abſtrahunt ab ente reali, ſed ſecundum quod important, ad, non curando de eſſe eorum, quemadmodum in prædicamentis diffinita ſunt. Et ꝑ [illegible] omiſſa ibidem eſt differentia iſta. Inter relatiua, ergo per ſe differentia ponitur quo ad eſſe reale, q; ponunt, non q; ſupponunt, in hoc quod quædã relatiua ſunt quæ ideo entia realia ſunt, quia ipſa ſunt in rerum natura talia entia, quòd ad aliud ſe habent. Quædam uerò non ſunt entia realia: quia ipſa in rerum natura ſint ad aliud. Sed hæc ſola ratione inter realia numerari poſſunt: quia alia realia dicuntur ad ipſa, ita quòd differentia conſiſtit in hoc: per te relatiuorum quædam ſunt relatiua realia per denominationem, ſeu prædicationem intrinſecam. Quædam uerò per denominationem extrinſecam. Ab alterius n. realitate relatiua ipſa quoq; inter realia relatiua connumerantur. Et iuxta hunc ſenſum cõſonat dictum commune, ſ. quòd ex hoc textu hi, q; omnia relatiua non ſunt mutua quò ad realitatẽ. Nec obſtat ſi obijciat, q; textus non meminit de eſſe reali: q; ſupponitur q; de tali eſſe loquatur ex eo q; metaph. ſic eſt tractare de rebus, vt ſunt partes entis realis, & conſequenter de relatiuis ut ſic ad aliquid in re, & non ut intelliguntur ad aliquid. Et hinc patet quod nulla eſt contradictio, quoniam non negatur diffinitio de diffinito: ſed inſinuatur, quod illa diffinitio conuenit ad aliquid ſiuè ſit ens reale, ſiuè ſit ens rationis: nec illa negatur de ad aliquid: ſed negatur à quibuſdam, poni eſſe in rerum natura quod ſit ad aliud. cum quo tamen ſtat quòd formaliter illa, et, hoc ipſum, quod ſunt ad aliud ſunt, ut diffinitio eorum exigit. Laborat ergo argumentum in æquiuoco. Singulare ergo eſt in relatiuis tertij modi, quod alterum ideò tantum eſt in re ad aliquid, quia reliquum eſt ad ipſum.

¶ 3 Præt. Si aliqua nomina dicuntur de Deo ex tpe propter hoc ꝙ importantᵇ relatione ad creaturas, eadem rõ videtur de omnibus, quæ relationem ad creaturas important: Sed quædam nomina importantia relationẽ ad creaturas dñr de Deo ab æterno (Ab æterno n. ſciuit creaturã, & dilexit, ſecundũ illud Ier. 31. In charitate ppetua dilexi te.) Ergo & alia nomina ꝗ quæ important relationem ad creaturas, vt dominus & creator, dicuntur de Deo ab æterno. G

¶ 4 Præt. Huiuſmodi nomina relationẽ ſignificant. Oportet igit, ꝙ relatio illa, vel ſit aliquid in Deo, uel in creatura tantũ. Sed non poteſt eſſe ꝙ ſit in creatura tantum: quia ſic Deus denominaretur dominus à relatione oppoſita, quæ eſt in creaturis:ᵇ nihil autem denominatur à ſuo oppoſito. Relinquitur ergo ꝙ relatio eſt aliquid in Deo. Sed in Deo nihil poteſt eſſe ex tempore, cum ipſe ſit ſupra tempus. Ergo vr ꝙ huiuſmodi nomina non dicantur de Deo ex tempore.

¶ 5 Præt. Secũdum relationem dr aliquidᵇ relatiue, puta ſecundũ dominium dominus, ſicut ſecũdum albedinem albus. Si igitur relatio dominij non eſt in Deo ſecundũ rem, ſed ſolũ ſecundum rõnem, ſequitur, ꝙ Deus nõ ſit realiter dñs: quod patet eſſe falſum.

¶ 6 Præt. in relatiuis,ᵇ q̃ nõ ſunt ſimul natura, unum põt eſſe altero non exiſtente: ſicut ſcibile exiſtit nõ exiſtẽte ſcientia, ut dr in prædic. Sed relatiua, quæ dicunt de Deo, & creaturis, nõ ſunt ſimul natura. Ergo poteſt aliquid dici relatiuẽ de Deo ad creaturã, etiam creatura nõ exiſtente. Et ſic huiuſmodi nomina, dñs, & creator, dicuntur de Deo ab æterno, & non ex tempore.

Sed contra eſt quòd dicit Aug. 5. de trin.* quòd hæc relatiua appellatio dominus, Deo conuenit ex tempore. 5. de Tri. c. 16.

Respondeo dicendũ, ꝙ quædam nomina importãtia relationem ad creaturã, ex tpe de Deo dicuntur, & non ab æterno.* Ad cujus euidentiam ſciendum eſt, H ꝙ quidam poſuerunt relationẽ nõ eſſe rem naturæ, ſed rõnis tantũ. Quod quidem apparet eſſe falſum, ex hoc, ꝙ ipſæ res naturalẽ ordinem & habitudinem hñt ad inuicem.* Veruntñ ſciendum eſt, ꝙ cum relatio requirat duo extrema, tripliciter ſe habere pt adhoc qd ſit res naturæ, & rõis. Quandoq; enim ex utraque parte eſt res rationis tantum: qdo. ſ. ordo, uel habitudo non poteſt eſſe I inter aliqua niſi ſecundum apprehenſionem rationis tãtum, vtpote cum dicimus idem, eidẽ idem. Nam ſecundũ ꝙ ratio apprehendit bis aliquod unum, ſtatuit illud ut duo: & ſic apphẽdit quandam habitudinẽ ipſius ad ſeipſum. Et ſimiliter eſt de oĩbus rõnibus, q̃ ſunt inter ens & non

¶ Ex his autẽ facilè patet reſponſio ad quæſitum quò ad relatiua tertij modi: Sed vt vniuerſalis doctrina habeatur, ſcito, q; nomine termini, in propoſito intelligitur id, ad q̃d relatiuũ dr, & quod in diffinitione relatiui oportet ponere. hæc. n. duo ipſemet Scot. cõcedit cõuenire in termino. Tunc ſic: ſi abſolutum, vt ſic, eſſet terminus relatiui, ſequeretur primo q; eſt in diffinitione ad aliquid: dr. Ad aliquid ſunt quibus hoc ipſum, quod ſunt, eſt ad aliud ſe habere, ly aliud ſupponeret p re abſoluta: & ſic duplũ, hoc ipſum quod eſt, non eſt ad aliud, [illegible] nec ſeruus eſt ad Dominũ, nec pater ad filium, &c. hoc autẽ ex pdicamentis, & ex poſterioribus conſtat eſſe falſum, omnes. n. dnt, q; ly aliud ſupponit pro termino: & aſſignãt illud, dr correlatiuũ: immò textus expreſſè dicit, q; Dñium de ad aliqd aliud in ſeruo exiſtens, niſi ad ipſum ſub rõne ſerui. Et Auer. ibidem dicit, q; ſemper id, ad quod dr relatiuum, oportet eſſe in pdicamẽto relationis. Sequeretur ſecundo, quòd in diffinitione alicuius creaturæ neceſſario caderet Deus ſub propria ratione abſoluta. Et cũ hoc ſit impoſſibile, ſequeretur, quòd aliqua creatura naturalis remaneret incognoſcibilis naturaliter: patet ſequela de creatione paſſiua: de relatione vniuerſi ad Deũ vltimũ finem, &c. Sequeretur tertio, q; relatiuum exigeret in diffinitione ſua ex parte termini duo, ſ. correlatiuũ, & abſolutũ. Et quũ ex prædicamentis pateat, quòd correlatiuum exigitur, vel id ad quod dicitur, illud abſolutum quare exiget nulla eſt ratio.

166

¶ Sequeretur quarto, quòd in diuinis perſonis non poſſent ſaluari relationes ad intra, niſi ponẽdo pſonas diſtingui realiter in abſolutis. tenet ſequela, quia relatiuum reale exigit terminũ realiter à ſe diſtinctũ. Si ergo paternitatis diuinæ terminus eſt res E abſoluta, ergo aliqua res abſoluta in diuinis diſtinguitur à patre realiter. Dicendũ eſt ergo cũ peripateticis, & cæteris philoſophis, quamuis [illegible] theologis, q; terminus relatiui, & correlatiuũ idẽ ſunt: immò terminare relatiuũ, eſt in rõne correlatiui cuiuſq;.

¶ Et ad primam obiectionem Scoti iã patet reſponſio. Terminus enim relatiui tertij modi eſt correlatiuum illius: & hoc ex illo textu 5. metaphy. expreſſè dicitur, cũm dicitur ibidem de termino, quòd eſt ad aliquid ſecundum ſe: & q; ad ipſum dicitur aliud: hoc enim non poteſt, niſi de correlatiuo verificari. ergo. Quomodo autem de eodem verificetur etiam quòd ipſum non dicitur ad aliud, iam declaratum eſt.

¶ Ad ſecundam autem obiectionẽ dicitur, q; falſum ſupponitur, ſcilicet quod de actu, vt terminus relationis potentiæ, ibi ſit ſermo. Ibi. n. tradit [illegible] de natura potentiæ, & de natura actus ſecundum tranſcendentes relationes, quibus eſſentialiter [illegible] reſpicit actũ. Et actus talis reſpicit potentiam. Et [illegible] q; [illegible]

potentia nõ põt abſq; actu intelligi: actus aũt poteſt, & intelligi, & eſſe abſq; potentia, vt patet de actu puro, ideò actus eſt prior potentia. ex malo ergo intellectu literæ illius procedit obiectio. quamuis poſſit dici, q; talia relatiua, quorum vnum importat actũ, & reliquũ potentiam, non ſunt benè aſſignata: & ideo nec ſunt ſimul natura, nec ſe diffiniũt inuicẽ. &c. vt Auerroes in pdicamẽtis dicit.

¶ Ad tertiam obiectionem potẽt loquẽdo negandũ eſt antecedẽs, q; vt Magnus docuit Alber. Relatiuũ nõ diffinitur per terminũ, ſed ad terminum: q; non licet eſſe p terminum in quocunq; genere cauſæ: ſed ad terminũ. cõſequentia aũt oĩno eſt falſa: qa ſtat diffiniẽs eſſe ſimul natura, & intellectu cũ diffinito.

169

D. 1089.

¶ Ad authoritates autẽ Ariſt. dicitur, q; tenent, quia loquunt de materia, in qua inter diffiniens, & diffinitum eſt ordo. vbicunq; n. inter diffiniẽs, & diffinitũ oportet eſſe ordinẽ, ibi valet conſequẽtia. ergo diffiniẽs eſt prius. vbi aũt nullus eſt ordo, non põt inferri prioritas. Inter correlatiua autẽ nullus eſt ordo: ſed ſunt oĩno ſimul, vt patet in poſt pdicamẽtis. ergo. Et aduertẽ, q; hæc obiectio militat cõtra authorem ſuũ: arguendo ſic. Quicq; ſit de termino, certũ eſt in relatiuis mutuis vnũ eſſe diffinitiuũ alteri*, & econuerſo. ergo pri*, & poſterius ſecundũ diffinitionẽ, &c. conſequentia nota. antecedens verò eſt Porphirij hîc allegati à Scoto pro ſe. ergo.

6 117

D. 1093.

¶ Ad vltimam, quæ rei nouitas, patet ſolutio ex verbis Ariſt. Negatur ſiquidẽ antecedens: qꝛ in relatiuis tertij modi vtrunq; extremũ ſimul hẽt relationem, ſed diſſimiliter: quia vnum eſt relatiuum propter relationẽ, q; eſt in ipſo ad aliud. Reliquum vero eſt relatiuũ pp relationem realem alterius ad ipſum relatiuum. Nec requirenda eſt alia exiſtentia illius correlatiui, quàm exiſtentia ſui comparis: quoniam ab ea extrinſeca denominatione etiam ipſum dicitur eſſe. Hoc enim eſt ſingulare in relatiuis tertij modi, quòd relatiuum reale dicitur ad terminum non reale formaliter, niſi denominatione extrinſeca, qui tamen eſt realis fundamentaliter: ſeu quo ad ſubſtratum, vel denominatum. Ex his autem patet reſponſio ad dubitationem motam circa ſenſum literæ huius. Ex quo namq; conſtat, quòd Deus non terminat ſeruitutem, niſi vt Dñs formaliter: quia ly Dominus, eſt proprius terminus ſerui: patet q; intentio literæ eſt, quòd correlatiuum oportet cointelligi in aliquo, ſ. illud debet intelligi ſub ratione termini. Nec obſtant his verba S. Thom. in quæſt. de potentia Dei, quæſt. 7. artic. 10. ad 4. videlicet, quòd terminare ordinem ſeruitutis creaturæ, quod clauditur in ratione Dominij, conuenit Deo. Ea intendit, quòd conuenit Deo ſecundum rem, vt patet ex argumento ad quod reſpondet. Hoc ipſum non obſtat, quoniam intelligitur determinare fundamentaliter. Hoc. n. conuenit Deo ſecundum rem,

ens: quas format ratio inquantũ apprehendit nõ ens, ut quoddã extremum. Et idem eſt de oĩbus relationibus, q̃ cõſequunt actũ rõnis, ut genus, & ſpẽs, & hmõi. Quædam uero relationes ſunt quantũ ad utrunq; extremũ res naturæ: quñ ſcilicet eſt habitudo B inter aliqua duo, ſm aliquid realiter conueniens utriq; ſicut patet de omnibꝰ relationibus, quæ conſequuntur quantitatẽ ut magnum & paruum, duplum & dimidium & hmõi. nam quantitas eſt in utroq; extremorũ. & ſimile eſt de relationibus, quæ cõſequuntur actionem & paſſionẽ, ut motiuũ & mobile, pater & filius, & ſimilia. Quandoq; uerò relatio in uno extremorum eſt C res naturæ, & in altero eſt res rationis tñ. & hoc cõtingit, quandocunq; duo extrema non ſunt unius ordinis ſicut ſenſus & ſciẽtia referunt ad ſenſibile & ſcibile, q̃ quidem inquãtum ſunt res quædam in eſſe naturali exiſtẽtes, ſunt extra ordinẽ eſſe ſenſibilis & intelligibilis. Et ideo in ſcientia quidẽ & ſenſu eſt relatio realis, ſm ꝙ ordinant ad ſciendum uel ſentiendũ res: ſed res ipſæ in ſe cõſideratæ ſunt extra ordinẽ D hmõi. vñ in eis nõ eſt aliqua relatio realiter ad ſcientiã & ſenſũ: ſed ſm rationem tñ: inquãtum intellectus apprehẽdit ea, ut terminos relationũ ſcientiæ, & ſenſus. Vnde Philoſo. dicit in 5. Metaphy.* ꝙ non dicuntur relatiuẽ, eo ꝙ ipſa referantur ad alia: ſed quia alia referuntur ad ipſa. Et ſimiliter dextrum non dicitur de columna, niſi inquantum ponitr animali ad dextram. Vñ huiuſmodi relatio non eſt realiter in columna: ſed in animali.

Lib. 5. Metaph. tex. 96. [illegible]

Cum igit Deus ſit extra totũ ordinẽ creaturæ, & oẽs creaturæ ordinent ad ipſum, & non econuerſo: manifeſtũ eſt ꝙ creaturæ realiter referunt ad ipſũ Deũ*: ſed in Deo non eſt aliqua realis relatioᵈ eius ad creaturas: ſed ſm rationem tñ, inquantum creaturæ referuntur ad ipſum. Et ſic nihil prohibet huiuſmodi nomina importantia relationem ad creaturam prædicari de Deo ex tempore, non propter aliquã mutationem ipſius: ſed propter creaturæ mutationem,* ſicut colũna ſit dextera animali, nulla mutatione circa ipſam exiſtente: ſed animali tranſlato.

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ relatiua quædam ſunt impoſita ad ſignificandum ipſas habitudines relatiuas, ut Dñs, ſeruus, pater, & filius, & huiuſmodi: & hæc dicuntur relatiua ſecundum eſſe. Quædã* uerò ſunt impoſita ad ſignificandas res, quas conſequũtur q̃dam habitudines, ſicut mouens & motum, caput & capitatum, & alia huiuſmodi quæ dicũtur relatiua ſecundũm dici. Sic igit & circa nomina diuina hæc differẽtia eſt conſideranda dupliciter. Nã quædã ſignificat ipſam

Universidad de Deusto Biblioteca

rem, ſicut poteſtas coercendi ſubditos. Et q. hoc intendat ex eo F manifeſtatur, quia quū ad ordinem ad ſubditos negat conuenire Deo, quoniam nec formaliter, nec fundamentaliter Deus habet, vnde ordinem ad ſubditos.

¶Quo ad quartum probatur concluſio intenta ſic. Deus eſt extra totum ordinem vniuerſi, ita q. creaturæ ordinantur ad ipſum, & non econuerſo. ergo creaturæ realiter referuntur ad Deū. In Deo autem nō eſt ad creaturas relatio, niſi rationis. ergo nihil prohibet quędā nomina importātia relationē, dici de Deo ex tempore. Antecedēs patet. prima aūt conſequentia ex illa maxima, in præcedenti parte poſita: ſcilicet, quandocunque extrema nō ſunt vnius ordinis, & vnū reſpicit aliud in reliquo, non eſt relatio, niſi rationis: ergo, ſi Deus eſt extra ordinē, &c. ſcda aūt cōſequētia eſt p ſe nota. ¶Contra rōnem adductam in littera pro hac cōcluſione, Scot. dupliciter inſtat in loco pallegato. Primò inquit: Ratio iſta petit principium: quia quod Deus manifeſtè ſit prior creatura, ac p hoc aliquē ordinē hēt, vt prius ad poſterius: aſſumendo, q. in eo nō eſt ordo, nihil aliud eſt, q̃ aſſumere, q. Deus nō hēt ordinem realem ad creaturam: hoc autē erat probandū. Secūdò peccat, vt dicit, ſecundū ſophiſma cōſequētis: quia negatio ordinis nō infert negationē relationis in cōmuni non negationem relationum æquiparantiæ. Et ſi littera ex negatione ordinis, negat omnē realem relationem. ¶Aureolus quoque, vt habet in 3.d. primi in Capreolo, contra hanc rationem inſtat. ſed q̃a aſſumit, vel motiua ſoluta à S. Tho. expreſſè: vel aſſumit aliud ab hac ratione loco illius ideo omittenda cenſui.

92 191

¶Ad obiecta ergo Scoti dicitur, quòd in æquiuoco laboramus, in littera enim eſt ſermo non de ordine formaliter, quia eſt relatio: ſed de ordine fundamentaliter: Ita quòd eſſe eiuſdem ordinis nihil aliud eſt, quàm eſſe eiuſdem rationis, quò ad cauſam relationis: & eſſe non eiuſdem ordinis, eſt eſſe alterius rationis. Ita quòd, inter ea ſola eſt relatio realis vtrinque, in quibus eſt eadem cauſa referendi vnum ad aliud. Sed hoc contingit multis modis: quia in relatiuis primi modi, ſcilicet pertinentium ad quantitatem, eſt identitas ſpecifica in cauſa. In relatiuis autem ſecundi modi, ſcilicet pertinentium ad actionem, & paſſionem, eſt identitas quaſi ſpecifica, ſeu formalis: quia vtriuſque cauſa eſt perfectio propria: quamuis in patiente, vt habeatur, & in agente, vt conſeruetur, vt Auerro. de intelligentiis 12. Metaphyſic. commen. 36. docuit. In relatiuis autem tertij modi, ſcilicet ſpectantium ad menſuram, & menſuratum, in altero extremo nulla cauſa eſt referibilitatis ſuæ ad aliud: & propterea alterius ordinis dicitur quò ad cauſam relationis. Vnde patet, quòd non petit principium non eſt enim idem dicere, in Deo nulla eſt cauſa, vt referatur ad creaturam, quamuis in creatura ſit cauſa referendi ipſam ad Deum, & dicere, in Deo non eſt ordo realis ad creaturas: ſed illud eſt cauſa huius. Et propterea proceſſus iſte, eſt à cauſa ad effectum. Nec peccat ſecundum cōſequens: quia non loquitur de ordine formaliter: ſed fundamentaliter: quē etiā in relatiuis æquiparantiæ oportet eſſe, duo enim alba eiuſdē rationis ſunt, & ſimpliciter. & quò ad hoc, vt cauſent ad ſe inuicē reſpectus: hoc aūt eſt eſſe eiuſdē rōnis. ¶Quo ad quintum. Aduerte, q. intenta concluſio ex duobus impediri poſſet. Primò ex ipſo ſignificato formali horū nominum, ſcilicet, ſi ſignificarēt in Deo aliquā rem naturæ: q. in Deo nulla res naturæ poteſt temporaliter poni. Secundò ex fundamento illius rōnis. Dato.n. q. Dominus non ponat ſupra Deum niſi relationē rationis, & ex hoc, non prohibeatur temporalitas: ſi tamen iſta relatio rationis non poſſet denominare temporaliter, niſi p mutationem aliquam in ipſo denominabili, q. oporteret dicere, q. nullum huiuſmodi nomen pōt dici de Deo ex tempore: qm̃ in Deo nulla poſſibilis eſt mutatio: ſed eſt omnino immobilis, vt in q. 9. dictum eſt. Quia igitur littera iſta tam impedimentum ex formali ſignificato excluſerat, vt confirmatam concluſionis probationē afferret: ſecundū impedimentum excludit, præfatæ obiectioni tacitæ reſpondendo, dum dixit, q. Deus dr ex tempore Dñs, v.g. non propter mutationem aliquā in ipſo: ſed in creatura, probaturque hoc ex ſimili.

K ¶In reſponſione ad quartum perſpicaciter aduerte, quòd correlatiuum tertij modi, vt ſcibile, ſeu in propoſito Dominus, & ſimilia, poſſunt iudicari eſſe ſecundùm duo entis genera. Primò in genere entis ſimpliciter. Secundò in genere entis ſecundum quid: id eſt entis rationis. Si loquamur de eis ſecundùm eſſe ſimpliciter, tunc ipſa non alia ratione ſunt, niſi quia comparia ſua, quæ terminantur ad ipſa formaliter, ſunt in rerū natura, ita quòd ad eorum eſſe extra animam, hoc ſufficit. ſunt enim contenta hoc debiliſſimo eſſendi modo. Et ſic eſſe Dominum nihil ponit in Deo, ſecluſo omni intellectu, niſi terminare formaliter relationem ſerui: quam Deus ſecundùm ſe terminat ſubiectiuè, id eſt, vt quaſi ſubiectum termini formalis: ſed ponit, vel ſupponit bene aliquid in creatura. ſ. relationē ſeruitutis ad Deum, vt ſubiectum, &c. nec ipſum terminare formaliter ſeruitutis relationem plus aliquid ponit, q̃ ſit eſſe ipſius terminati: licèt alio modo illud ponat. Et ſecundùm hoc, Deus eſt Dñs de nouo, & ſine omni intellectu ſola ſeruitute creaturæ: quia eſſe Dñm, nullum eſſe in rerum natura ponit, niſi eſſe ſui oppoſiti. Nec eſt inconueniens in materia relatiua, vnum oppoſitorū eſſe, quia aliud eſt, vt Ariſtoteles docuit. & ratio eſt: quia oppoſita

habitudinem ad creaturam, ut Dñs. Et huiuſmodi non ſignificāt ſubſtantiā diuinam directè, ſed indirectè, inquantū præſupponunt ipſam: ſicut Dñium præſupponit poteſtatē: quæ eſt diuina ſubſtantia. Quędā uerò ſignificant directè eſſentiā diuinam, G & ex conſequenti importāt habitudinem, ſicut ſaluator, creator, & hmōi, ſignificant actionē Dei, quæ eſt eius eſſentia. Vtraq; tñ nomina ex tempore de Deo dicunt quantum ad habitudinē, quā importāt, uel principaliter uel conſequenter, non aūt quantum ad hoc q. ſignificant eſſentiam, uel directè, uel indirectè.

H Ad II. dicendum, q. ſicut relationes, quæ de Deo dicūtur ex tempore, nō ſunt in Deo niſi ſecundùm rationem: ita nec fieri, nec factum eſſe dicitur de Deo, niſi ſecundùm rationem, nulla mutatione circa ipſum exiſtente, ſicut eſt id, Domine refugiū factus es nobis.

Ad III. dicēdum, q. operatio intellectus & uolūtatis eſt in operāte. Et ideò noīa, quæ ſignificant relationes conſequentes actionem intellectus uel uoluntātis, dicunt de Deo ab æterno. I Quæ uerò conſequunt actiones procedentes ſm modum intelligendi ad exteriores effectus, dicuntur de Deo ex tpe, ut ſaluator, creator, & huiuſmodi*.

Ad IIII. dicendum, q. relationes ſignificatæ per hmōi nomina, quæ dicunt de Deo ex tēpore, ſunt in Deo ſm rationem tm̄: oppoſitæ autem relationes in creaturis ſunt ſm rē. Nec eſt inconueniens, quod à relationibus realiter exiſtentibus in re, Deus denominetur: tñ ſecūdùm q. cointelliguntur per intellectum noſtrum oppoſitæ relationes in Deo, ut ſic Deus dicat relatiuè ad creaturā: quia creatura refertur ad ipſum: ſicut philoſophus dicit in 5. metaph*. q. ſcibile dicitur relatiuè, quia ſcientia refertur ad ipſum.

Lib. 5. Metaph. tex. 20.

Ad V. dicendum, q. cum ea ratione referatur Deus ad creaturam, qua creatura referē ad ipſum: cū relatio ſubiectionis realiter ſit in creatura: ſequitur q. Deus non ſecundùm rationem tm̄, ſed realiter ſit Dominus. Eo enim modo dicit Dominus, quo creatura ei ſubiecta eſt.

Ad VI. dicendum, q. ad cognoſcēdum utrum relatiua ſint ſimul natura uel non: non oportet cōſiderare ordinem rerum, de quibus relatiua dicuntur, ſed ſignificationes ipſorū relatiuorum. Si enim unum in ſui intellectu claudat aliud, & econuerſò, tunc ſunt ſimul natura: ſicut duplū, dimidiū, & pater, & fili⁹, & ſimilia. Si aūt unum in ſui intellectu claudat aliud, & non ecōuerſò: tunc nō ſunt ſimul natura. Et hoc modo ſe hn̄t ſcientia, & ſcibile. Nā ſcibile dicitur ſm potētiā: ſcientia aūt ſecundū habitū

A poſita relatiua in hoc à cæteris oppoſitis differunt, q. ſe ſimul ponunt, nec vnum in diſtinctione alterius conſtituunt, vt Sanctus Thomas docuit. At ſi obiiceris, q. in materia relatiua non fit denominatio ab extrinſeco, vt in 2. contra Gent. c. 13. determinat. Reſpondetur, q. hoc eſt verum formaliter, nō autem realiter. Nō .n. Deus dr Dñs à ſeruitute formaliter: ſed à relatione Dominij: quæ eſt in eo: ſed tamen Deus dr Dñs, & realiter Dominus à realitate ſeruitutis: quia eſſe Dominum nullum eſſe ponit, niſi quòd terminus eſt realis ſeruitutis. Et ſic iſta denominatio eſt formaliter ab intrinſeco, & realiter ab extrinſeco. Si autem loquamur de eis ſecūdū eſſe rōnis, ſic eſſe Dñm ponit in Deo relationē rōnis. Et ſic dr & verè q. Deus dr Dñs Dominio, q̃ eſt relatio rōnis: non q. hic ſint duæ relationes Dñi, altera extra aīam, & altera rōnis: ſed quia illa relatio Dñi, quæ tā debili modo eē dicitur, dupliciter iudicata eſt à doctoribus: quiq; ſecundū eſſe p̄priū, & ſic dicta eſt relatio, & eius rōnis tm̄: quia nullū habet proprium eſſe, niſi p rōnē. Quiq; ſecūdū eſſe aliēnū, ſ. oppoſiti à quo entis nomē vtcunq; meretur. & ſic dicta eſt ens, & inter entia partes enumerata quinto metaphy. quia alia dr ad ipſam. Et quia ſic nullum eſſe ponit in denominato, ſed terminato ſibi idem ſemper & ſimpliciter dr diuiditur, q. nullum eſſe ponunt in denominato, puta Deo aut ſcibili, niſi rōnis, quod ſpectat ad eſſe p̄priū. Et hī notā, q. non dr, q. nullū eſſe ponunt, ſed q. nullum eſſe in denominato ponunt: quia ponunt eſſe in terminato oppoſito: quod ſufficit ad eorum eſſe extra. Et ſi hanc diſtinctionē perpēderis, atque ſcieris applicare, diuerſa doctorum dicta verificabis: puta q. iſtę relationes non ſunt entia extra animam: hoc enim verum eſt ſecundum eſſe proprium: & quòd iſta ſunt, quia oppoſita ſunt, hoc verum eſt ſecundùm eſſe alienum. Videbiſque Sanctum Thomā vtrunque intigiſſe in hac reſponſione. Auguſtinū quoque in quinto de Trinit. capitulo vltim. Aduertes quoque nominis comparatiens author, magis vſus eſt relatiuis iſtis ſecundùm eſſe rationis, quàm ſecundum illam eſſendi diminutionē non facilè intelligibilem. Ex his quoque patet, quomodo nullo intellectu conſiderante, poteſt dici Dominus Deus formaliter: & quomodo non niſi fundamētaliter, &c. diſtinguendo de eſſe proprio vel alieno ipſius. Habeſque hinc defectum Scoti in primo diſtinctione 30. quæſtione prima, credentis q. Deus dicit Dominus ex ſola relatione, quæ eſt in creatura, ponit enim effectum formalem, ſcilicet eſſe Domini abſque cauſa formali. ſ. relatione Dominii. quod non eſt intelligibile.

conc. ra Art. 1. huius quæſ.

vel ſecundùm actum. Vndè ſcibile ſm modum ſuæ ſignificationis præexiſtit ſciētiæ. Sed ſi accipiatur ſcibile ſm actum, tunc eſt ſimul cum ſcīa ſm actum. Nam ſcitū nō eſt aliquid niſi ſit eius ſcīa. Licet igit Deus ſit prior creaturis: q̃a tñ in ſignificatione Domini claudit q. habeat ſeruū, & ecōuerſo, iſta duo relatiua dñs & ſeruus, ſunt ſimul natura. Vndè De⁹ non fuit Dñs antequam haberet creaturam ſibi ſubiectam.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum hoc nomen Deus ſit nomen naturæ.

Porrecta per totū. 71 1. diſt. 2. in expo. lit. & diſt. 18. ar. 5. 6. Et diſt. 32. q. 2. ar. 2.

AD OCTAVVM ſic proceditur. Vr q. hoc nomen Deus C non ſit nomen naturæ. Dicit.n. Damaſ. in 1.* lib. q. Deus dicitur à theyn quod eſt curare & fouere uniuerſa. uel ab ethyn, id eſt, ardere. Deus.n. noſter ignis cōſumens eſt. uel à theaſte quod eſt conſiderare oīa. Hæc autem omnia ad operationem pertinēt. Ergo hoc nomen Deus,[b] operationem ſignificat, & non naturam.

* li. 1. ortho. fidei. c. 12. Θεὸς θέειν αἴθειν θεᾶσθαι.

¶2 Præt. Secundùm hoc aliquid nominatur à nobis ſm q. cognoſcitur. Sed[b] diuina natura eſt nobis ignota. Ergo hoc nomē Deus non ſignificat naturam diuinam.

Sed contra eſt, quòd dicit Amb. in li. 1. de fide.* quòd Deus eſt nomen naturæ.

In Prologo li. 1. de fide circa prin. to. 2. c. 3. ad Galat. poſt med. c. 5. li. 1. de fide ad grān. c. 1.

Respon. Dicendum, q. nō eſt ſemper idem id, à quo imponitur nomen ad ſignificandum, & id ad quod ſignificādū nomē imponitur.* Sicut.n. ſubſtantiā E rei ex proprietatibus, uel operationibus eius cognoſcimus, ita ſubſtantiā rei denominamus qñque ab aliqua eius operatione, vel proprietate. Sicut ſubſtantiā lapidis denominamus ab aliqua actione eius, quia lædit pedem: non tñ hoc nomen impoſitū eſt ad ſignificandum hanc actionē: ſed ſubſtantiam lapidis. Si qua verò ſunt, quæ ſecūdùm ſe ſunt nota nobis, vt calor, frigus, albedo, & hmōi, non ab alijs denominantur. Vndè in talibus idem eſt qđ nomen ſignificat, & id à quo imponitur nomen ad ſignificandū. Quia igit Deus nō eſt notus nobis in ſui natura: ſed innoteſcit nobis ex operationibus vel effectibus eius, ex his poſſumus eū B noīare, vt ſupra *dictū eſt. Vñ, hoc nomen Deus eſt nomē operationis quantum ad id, à quo imponitur ad ſignificandum. Imponit.n. hoc nomē ab uniuerſali rerum prouidentia. Oēs.n. loquentes de Deo, hoc intēdunt noīare Deū, qđ habet p̄uidētiā vniuerſalē de rebus. unde dicit Diony.* 12. c. de di. nominib. quòd deitas eſt quæ oīa uidet prouidentia, & bonitate perfecta. Ex hac autē C operatione hoc nomē Deus aſſumptū, impoſitum eſt ad ſignificandum diuinam naturam.

b 64 112

Ad primum ergo dicendū, q. omnia, quæ poſuit Dama. pertinent ad prouidētiam, à qua imponitur hoc nomen Deus ad ſignificandum.

Ad secundum dicendū, q. ſecundùm q. naturam alicuius rei ex eius proprietatibus & effectibus cognoſcere poſſumus, ſic D eam noīe poſſumus ſignificare. Vndè, quia ſubſtantiam lapidis ex eius proprietate poſſumus cognoſcere ſm ſeipſam, ſciēdo qđ eſt lapis, hoc nomen lapis ipſam lapidis naturam, ſecundùm q. in ſe eſt, ſignificat. Significat enim diffinitionem lapidis, per quam ſcimus qđ eſt lapis. Ratio enim, quam ſignificat nomen, eſt diffinitio, ut dicitur in 4. Metaphyſ.* Sed ex effectibus diuinis diuinam naturam non poſſumus cognoſcere ſecundùm quòd in ſe eſt, vt ſciamus de ea quid eſt: ſed per modum eminentiæ & cauſalitatis & negationis, ut ſupra dictum eſt.* Et ſic, hoc nomē Deus ſignificat naturam diuinam. Impoſitum eſt enim nomen hoc ad aliquid ſignificandum ſupra omnia exiſtens: quod eſt principiū omnium & remotum ab omnibus. Hoc enim intendunt ſignificare nominante, Deum.

SVPER QVÆS. XIII. ARTIC. VIII.

Alb. Mag. 1. diſt. 1. articu. 11.

IN titulo nomē naturæ, ſumitur, vt diſtinguitur contra nomen tàm operationis, quàm perfectionis, quaſi ſuperadditæ naturæ per modū proprietatis. Ca. 12. parum ante medium. concl. m

¶In corpore una eſt concluſio reſponſiua quæſito cū diſtinctione ſic. Deus eſt nomē naturæ, quo ad id, ad quod nomen impoſitum eſt: operationis verò quo ad id, à quo impoſitum eſt. Hæc concluſio in littera probatur, quò ad duo, quò ad diſtinctionē, quam in ſe claudit: & quò ad ſecūdam partem. prima autem pars vt nota relinquitur. Probatur diſtinctio ſic. nomina rerum per ſe cognitarū habent id à quo & ad quod nomen imponitur idem: rerū autem per alia tantum, puta effectus, operationes, aut proprietates, cognitarū habēt id, à quo, aliud ab eo, ad quod nomen imponitur: ſed nomina diuina ſunt rerum ſecundi ordinis. ergo in eis aliud eſt à quo &c. ergo ly Deus habet aliud à quo, &c. Maior probatur: qa ſicut cognoſcitur, ita nominatur. Et manifeſtatur exemplo lapidis, quò ad ſecundā partē. & qualitatū ſenſibiliū, quoad primā. Minor patet ex dictis in q. 12. Secunda aūt concluſionis pars probatur.

li. 4. Metaphy. text. 28. 10. 3.

Q. 12. articu. 12.

bet ly Deus eſt impoſitum ab uniuerſali prouidentia, ergo. Antecedens probatur dupliciter. Primò ex communi uſu loquentiũ. Secundò authoritate Dion. Et confirmatur in reſponſione, authoritate Damaſ.

¶ Quò ad ſecundam verò: quia non poteſt in apprehenſione intellectus cadere pluralitas huius indiuidui. Quò ad tertiam autem exemplo Achillis.

¶ Tertia regula eſt, oẽ nomen ſignificans formam nõ indiuiduã per aliud ſuppoſitum: ſed per ſeipſam ſecundum q̃ in ſe eſt, eſt incõicabile ꝓpriè, & re & rõne: quãuis nõ metaphoricè. Probatur à priori quò ad primã partẽ: qa ſunt per ſeipſas ſubſiſtentes. Quò ad ſecundã verò: qa ſic intelligeretur ſecũdum quod ſunt. Sed ſcito q̃ huiuſmodi nominibus caremus: quia non poſſumus intelligere tales formas, ſecũdũ quòd in ſe ſunt.

SVPER QVÆST. XIII. ARTIC. IX.

Cat. ad. 3. com. 4.
Alb. Mag. 1. d. 2. a. 12.

Titulus clarus.
¶ In corpore quatuor.
¶ Primò diſtinguit ly communicabile.
¶ Secundò tradit regulas quaſdam.
¶ Tertiò reſpondet quæſito.
¶ Quartò perficit doctrinam de communicabilitate diuinorum nominum.
¶ Quò ad primum. Cõmunicabilitas duplex ponitur, ſcilicet propriè & metaphoricè: & ſatis clara eſt litteratim qua & definitur vtrunque membrum, & exemplo in leonis nomine aperiuntur.
¶ Quò ad ſecundum ponuntur quatuor regulæ, ad diſcernenda nomina communicabilia ab alijs, & quàm differenter ſint communicabilia. Duæ regulæ ad ſenſibilia ſpectant, duæ aũt ad formas ſeparatas, & ſic nihil vniuerſi præter miſſum eſt.
¶ Prima regula eſt oẽ nomen ſignificãs naturam diſtinctam ab indiuiduo, eſt cõicabile propriè ſecundũ rem vel ſecundũm rationem ſaltem. Probatur à priori, omnis forma in ſuppoſito indiuiduante exiſtens, eſt ſecundum ſeprædicto modo communis ergo. Antecedens quò ad communitatem rei probatur in natura hominis; quò ad communitatem verò rõnis tantum probatur ex natura ſolis. Sic natura ſpecifica intelligitur à nobis abſtrahendo à ſingulari: ergo eſſe in vno uel pluribus ſingularibus eſt præter intellectũ naturæ ſpecificæ. ergo ſeruato intellectu naturæ ſpecificæ, põt etiam ſol intelligi ut in pluribus exiſtens.

¶ Aduerte hic q̃ cõicabilitas propriè ſubdiuiſa inſinuatur in hac regula. f. in communicabilitatem ſecundum rem, & rõnem ſimul: & ſecundũm rõnem tantum: & inſinuatum eſt ſimul, q̃ fundamentum communicabilitatis realis eſt intentio illius naturæ in multis. Quæ vt Auicen. dixit trifariam inuenitur. f. Aut in actu ſimultaneo, vt patet in natura humana, cuius ſunt ſimul actu plura ſingularia. Aut in actu ſucceſſiuo, ut dicitur de Phœnice, quòd una ſequentis, mortem exigit prioris. Aut in potentia tantùm, ut domus mille angulorum, ſi nunquam fiet. Fundamentum autem communicabilitatis ſecundum rationem tantum, ex parte noſtri intellectus aſſignatum eſt, & dictum, quòd eſt cognitio naturæ abſque cognitione indiuiduantium. & hæc pluribus modis contingit, ut infra patebit.

¶ Secunda regula eſt, omne nomen ſignificans ſingulare, eſt incommunicabile propriè, tàm ſecundum rem quàm rõnẽ; licet ſit communicabile metaphoricè. Probatur à priori quò ad primam partem. quia ſingulare ut ſic, eſt diuiſum ab omnibus alijs.

ARTICVLVS IX.

Vtrum hoc nomen Deus ſit communicabile.

Ad nonvm ſic procedit. Videtur q̃ hoc nomen Deus ſit cõicabile. Cuicunq; n. cõicatur res ſignificata per nomen,[h] cõicatur & nomen ipſum. Sed hoc nomen Deus (vt dictum eſt*) ſignificat diuinam naturam, quę eſt cõmunicabilis alijs: ſm illud 2. Pet. 1. Magna & pretioſa ꝓmiſſa nobis donauit, ut ꝑ hoc efficiamur diuinæ conſortes naturæ. Ergo hoc nomen Deus eſt cõicabile.

¶ 2. Præt. Sola nomina[h] propria non ſunt cõicabilia. Sed hoc nomẽ Deus nõ eſt nomẽ ꝓpriũ: ſed appellatiuũ: quod patet ex hoc, q̃ habet plurale, ſm illud Pſ. 81. Ego dixi, dij eſtis. Ergo hoc nomen Deus eſt communicabile.

¶ 3. Præt. Hoc nomẽ Deus impoſitũ ab operatione, vt dictũ eſt*. Sed alia noĩa q̃ imponunt̃ Deo ab operationibus ſiuè ab effectibus ſunt cõicabilia, ut bonus, ſapiens, & hmõi. Ergo hoc nomen Deus eſt communicabile.

Sed contra eſt, qđ dr̃ Sapiẽ. 14. Incõicabile nomẽ lignis & lapidibus impoſuerũt: & loquit̃ de noĩe Deitatis. Ergo hoc nomen Deus eſt nomen incõicabile.

Ad probationem autem ſuperfluum eſt reſpondere, adeò puerilis v. dicit. n. cognoſcit autem ſeſſionem certitudinaliter De⁹, cum illa fuerit actu: quis. n. ignorat Deo nullam accedere cognitionem? vndè debet dicere, & tamen cognoſcit illam certitudinaliter ſecundùm eius actualem exiſtentiam: ſed hoc non probat conſequentiam. Aliud eſt. n. q aliter ſe habeant res, ut factæ, quàm ut fiendæ ad Dei cognitionem: & aliud q aliter Deus nouit facta q̄ fienda. Illud. n. eſt verum in materia contingenti loquendo, hoc autem eſt falſum. Illud ſignificat, q res aliam diſpoſitionem habet, ut facta, & aliam ut fienda: quia ut facta inducit neceſſitatem quandam, ut fienda non. Et ſic ut facta eſt ſcibilis certè, ut fienda non. Et rurſus ut facta poteſt certum intuitū Dei terminare, ut fienda non.

Ad ſecundam dī, q aliud eſt ſcientiam Dei capere certitudinē ex ſeſſione Sortis, & aliud eſt ſeſſionem Sortis non eſſe capacem vt ſit terminus certæ Dei notitiæ, niſi ſecundùm q eſt in ſe certa. Primum. n. inconueniēs. Scdm aūt eſt neceſſarium. Primum nō hr̄ ex littera, ſed ſcdm quare conceditur tota rō, vtpotē nihil cōtra nos dicens: ſed ſupponens falſum. ſ. q ex hac poſitione hēat, q ſcientia Dei capiat certitudinē ab alio obiecto q̄ ſubſtātia ſua: deberet. n. ſupponere, q exigit certitudinem etiam in alio obiecto, ſeu termino ſcientiæ ſuæ, non ſolū in ſubſtantia ſua: hoc. n. hinc habetur, & non q capit certitudinem ab alio.

Ad tertiam dī, q dupliciter deficit, Primò: quia cognitio Angeli, qua cognoſcit temporalia, non mēſuratur æuo, & iō ratio nihil infert. Secundò, quia repræſentatio ſingularium temporaliū per principium cognitionis angelicæ. ſ. ſpēs intelligibilis, nō mēſuratur æuo, ſed de nouo aduenit. Et ideò impoſſibile eſt q futura contingentia naturaliter ſciant angeli, vt inferius patebit.

Contra ſecundam autem rōnem concluſionis. ſ. q̄a Deus hēt apud ſe rōnes oīum rerum arguit Scotus vbi ſupra, interpretans p rōnes rerum ideas earum quadrupliciter. Tùm quia rōnes extremorum quantumcunq; perfectæ, nō pariunt notitiā cōplexionis eorum contingentis. Tū quia merè naturaliter añ omnē determinationem uoluntatis diuinæ repræſentant: q̄ñ adhuc contingentia determinata non ſunt. Tū quia ex eadem radice ſequitur, q eodem modo ſunt cōtingentium futurorū de facto & non futurorum, ſed ſimpliciter poſſibilium. Tū quia nō magis repræſentant hoc fore illo tempore, q̄ alio ex eadem radice.

Ad huius difficultatis ſolutionem præmittenda ſunt tria. Primò, q licèt idea & ratio ſe habeant ſicut ſuperius & inferius: q̄a idea eſt terminus tm̄ intellectus, ratio aūt communis eſt, & ad terminum, & ad principium intellectionis: quia tñ ut in q̄one ſequente dicitur, principium intelligendi in Deo non pluraficat ſed terminus in intelligendo creatur: ac & in littera pluraliter dī rōnes rerum eſſe apud Deum præſentes: idcirco merito per ly rōnes rerum, interpretamur ideas earum, quas conſtat comparari ad intellectum diuinum ut quod intelligit: & nō ut quo: ut in ſequenti q̄one dī. Secundò, præmitto, quòd hæc quæſtio non coincidit cum illa: an per eandem ideam Deus cognoſcat ſubiectum & accidentia: quoniam aduerſarij per has argumentationes intendunt inferre, quòd nec per eandem, nec per diuerſas ideas Deus cognoſcit complexionem contingentem. Hæc dixerim, ne quis credat anticipari hic quæſtionem ibi tractandam, ſed diſputatur hic, quòd ideæ non ſe extendunt ad repræſentandum complexionem contingentem: quod potius eſſet in ſequenti quæſtione differendum, ſed propter rationem S. Thom. hic inclusam, & à Scoto Aureolo, & Gregorio in hac materia ipugnatam, hoc in loco tractanda uiſa eſt. Tertiò limito tertiò, quòd licèt ſecundùm uiam tenentium quòd ideę non ſunt idem cum ſubſtantia diuina, hoc ſit difficile, aut impoſſibile, apud tenentes tamen ideas eſſe ipſā diuinam eſſentiam, facillimè patet ideas ſe extendere ad repræſentandas ueritates contingentes. Cum enim eſſentia diuina ſit & ratio intelligendi omnia ut principium, & ratio intelligendi omnia ut obiectum, ut patet ex ſupradictis, & ipſa vt principium ſeu ſpecies intelligibilis, ſit etiam ſecundùm Scotum hic, ſufficiens repræſentatiuum omnium etiam ueritatum contingentium: oportet quod ipſamet ut obiectum ſit etiam ſufficiens ratio omnium etiam ueritatum contingentium, alioquin ipſa vt obiectum non adæquaret ſe ipſam, vt ſpeciem intelligibilem, quod eſt impoſſibile. Et ſic, cum ideæ ſint ipſa eſſentia, ut eſt obiectiua ratio rerum, conſequens eſt, q ſe extendant etiam ad veritates contingentes.

His prælibatis dicitur, quòd cum apud S. Thom. ideæ ſint ipſa eſſentia Dei, ut eſt obiectiua rerum ratio, optimè dictum eſt, quod quia rationes ſeu ideas rerum præſentes apud ſe habet Deus, ideò nouit omnia futura contingentia certè: undè ad primam obiectionem ſimpliciter negandum eſt aſſumptum. poteſt tamen pro claritate doctrinæ diſtingui: quòd idea alicuius quidditatis poteſt dici dupliciter perfecta. Vno modo, ut perfectio dicit modum intrinſecum rei cuius eſt, & ſic uerum eſt aſſumptum: quia quantumcunque perfectè repræſentetur homo ſecundùm omnem ſcilicet ſuæ intrinſecæ entitatis modum, nūquam repræſentaretur coniunctio eius cum ſeſſione, ſeu fortuita inuentione theſauri. Alio modo, ut perfectio dicit totalitatem omnimodam rei: & ſic falſum eſt aſſumptum: quoniam ſi homo repræſentatur ſecundùm omne eſſe ſuum (hoc enim eſt totaliter repræſentari, quia ſecundùm omnia ſua eſſe) neceſſe eſt, q repræſentetur ſecundùm eſſe quod habet in tali, & tali coniūctione contingenti. Sic autem perfectè repræſentant ideæ diuinæ res: & ideò aſſumptum in propoſito eſt falſum.

Ad ſecundum autem & reliqua, negatur antecedens, quod eſt radix omnium. ſ. quod ideæ merè naturaliter repræſentent quicquid repræſentant. Dicimus namque quòd aliquid repræſentāt merè naturaliter, puta quidditates rerum: & aliquid non merè naturaliter, ſed naturaliter ex ſuppoſitione libera. ſ. exiſtentias rerum & coniunctiones contingentes, illa enim repræſentant antè omnem actum uoluntatis diuinæ: iſta autem ſuppoſita libera determinatione diuinæ uoluntatis, ad alteram partem cōtradictionis, ut ipſemet Scotus accepit de repræſentatione horum in eſſentia, ut ratione intelligendi. Et ſic patet cætera ruere: quoniam non eodem modo ſe habent ad futura, & non futura & ad hoc tempus & aliud, ſed determinatæ ſunt ex ſuppoſita voluntate diuina.

Et per hæc patet reſponſio ad argumenta Gregorij contra idē in 38. diſt. primi.

In reſponſione ad primum aduerte, quòd duo ex ea habentur ambigua. Primum eſt, quod ſciētia Dei, quæ eſt prima cauſa, eſt neceſſaria. Secundum eſt, quòd ſcita à Deo ſunt contingentia ꝓpter cauſas proximas, neceſſaria autem relata ad ſcientiam Dei. Et quamuis ſecunda pars huius dicti non habeatur hic formaliter explicatur tamen formaliter in reſponſione ad ſecundum, & tertium.

Contra primum enim dictum, manifeſtè obſtat libertas diuinæ ſcientiæ reſpectu creaturarum ut factibilium: & diuinæ cauſalitatis. Deus enim liberè fecit ſcibilem factionem creaturarū: quia ipſam uoluit, ſi ipſam noluiſſet, nec à Deo, nec ab alio ſciretur: & ex eadē radice patet quòd eſt cauſa libera. igitur ſcientia

Dei reſpectu eorum quæ ſiunt vt ſic, nec eſt neceſſaria quòad ſcire, nec quò ad cauſare: omnino igitur falſum eſt, quòd ſcientia Dei, quæ eſt prima cauſa, eſt neceſſaria.

Contra ſecundum autem dictum obijcitur. Aut intēdit quòd vnum & idem in ſe eſt contingens & neceſſarium ſimul, ſcilicet q contingentiam habeat à cauſis proprijs, neceſſitatē verò à cauſa prima. Et hoc eſt impoſſibile, quia contingens & neceſſarium ſunt diſſæ ſubſtantiales entium & oppoſitæ, vt patet: ergo impoſſibile eſt, q idem ſit contingens & neceſſarium ſecundum idem, quantū cunq; ad diuerſas cās comparetur, & tenet ſequela, quia natura rei nō mutatur in ſe propter diuerſitatem habitudinum ad diuerſas cauſas. Aut intendit quòd res in ſe cōtingens, ad primā cauſam habet habitudinem neceſſariam, ad cauſas autem proximas, habet habitudinem contingentem, ſeu econuerſo, quòd prima cauſa habet habitudinem neceſſariam ad effectum in ſe contingentem, cauſæ verò proximæ, habent habitudinem contingentem ad eundem. Et contra hoc arguit Scotus in primo diſt. 2. q. 2. & diſt. 8. q. 4. & diſt. 39. in hac q.

ſequitur, vt quidam dicunt, q conſequens ſit neceſſarium abſolutē: quia antecedens eſt cauſa remota conſequentis, quòd propter cauſam proximam cōtingens eſt. Sed hoc nihil eſt. Eſſet enim conditionalis falſa, cuius antecedens eſſet cauſa remota neceſſaria, & conſequens effectus contingens. Vtputa, ſi dicerē. Si ſol mouetur, herba germinabit. Et ideò aliter dicendū eſt, q quando in antecedente ponitur aliquid pertinens ad actū animę, conſequens eſt accipiendum nō ſecundùm eſſe quod in ſe eſt, ſed ſecundùm q eſt in anima. Aliud enim eſt eſſe rei in ſeipſa, & eſſe rei in anima. Vtputa, ſi dicam, Si anima intelligit aliquid, illud eſt immateriale: intelligendum eſt q illud eſt immateriale ſm̄ q eſt in intellectu, non ſm̄ q eſt in ſeipſo. Et ſimiliter ſi dicam, Si Deus ſciuit aliquid, illud erit. Conſequens intelligendum eſt prout ſubeſt diuinæ ſcientiæ. ſ. prout eſt in ſua pſentialitate. Et ſic neceſſarium eſt, ſicut & añs. Quia omne qd̄ eſt, dum eſt, neceſſe eſt eſſe, vt * dicitur in 1. Periherm. 65

Primo ſic. Cauſa, quæ mouet, inquantum mota, ſi neceſſario mouetur, neceſſariò mouet: ſed omnis cauſa ſecunda mouet ſeu agit inquantum mota à prima. ergo, ſi neceſſariò mouetur à prima, neceſſario quoque mouet ipſa. & ſic nulla datur cauſa contingens.

Præt. Cauſa prior prius naturaliter & ſimpliciter reſpicit effectum, quàm cauſa poſterior: ergo in illo priori, cauſa prima dabit effectui neceſſitatem. Igitur in ſecundo inſtanti naturæ, cauſa proxima non poteſt eidem dare contingentiam.

Præt. Omnis effectus contingens cauſæ ſecundæ poteſt produci à Deo immediatè, ſtante identitate naturæ illius effectus. ergo eſſet contingens ſublatis cauſis ſecundis, à ſola prima cauſa dependens. ergo.

Præt. Deus de facto multa contingentia immediatè produxit. ergo res non ſunt contingentes ex proximis cauſis, ſed à prima cauſa principaliter.

Ad huius difficultatis euidentiam ſcito, q de radice vndè oritur contingentia diſputare, directè nō ſpectat ad hūc locum, in quo de contingentibus in eo q ſcitis, non in eo q cauſatis eſt quæſtio: ſed ſpectat partim ad q. 19. in qua de voluntate Dei ut cauſa eſt rerum quæritur: quoniam ſcientia nō cauſat niſi determinata à uoluntate: partim ad quæſtionem 115. in qua de neceſſitatione inferiorum à ſuperioribus corporibus diſputatur. Sed quia in hoc primo argumento litteræ agitur de contingentibus in eo q cauſatis à ſcientia Dei: quia illa ſcientia eſt nō ſolùm ſcientia, ſed cauſa ſcitorum: & in reſponſione dicitur nō ſolùm q ſtat cauſam proximam eſſe contingentem, & remotā neceſſariam, ſed quòd ſtat etiam cauſam ſimpliciter primam eſſe neceſſariam, & hoc iſti reputant impoſſibile, ideò duo agēda ſunt. Primò agetur de hoc in communi, an repugnent iſta. Secundò oſtendetur quid de facto ſit: quomodo ſcilicet Deus eſt cauſa neceſſaria, & quis ſit ſenſus huius litteræ.

Quò ad primum, ne ſimus in æquiuoco, Neceſſarium dupliciter ſumitur ad propoſitum. Primo modo ſimpliciter: ſcilicet q omnino impoſſibile eſt aliter ſe habere. Alio modo immutabiliter, q ſcilicet nō poteſt mutari de hoc in oppoſitum: quāmuis abſolutè potuiſſet eſſe oppoſitum, & nō hoc. In littera de vtraq; neceſſitate fit mentio reſpondendo ad primum. De neceſſitate quidem ſimpliciter, cum dicitur in communi, q cauſa remota poteſt eſſe neceſſaria, & effectus contingens, & exemplificatur de motu ſolis, quem conſtat numerari à Philoſophis inter cās neceſſarias ſimpliciter. De neceſſitate autem immutabilitatis: cum in ſpeciali de ſcientia Dei dī, q eſt cauſa neceſſaria. Non. n. eſt neceſſaria cauſa ſimpliciter, cum potuiſſet nō eſſe cauſa, ſed eſt neceſſaria immutabilitatis neceſſitate: quia ex quo determinata eſt ut cauſa ſit, & ad tales effectus tantum producēdos, nō poteſt mutari. In propoſito igitur dico, q non repugnat effectū eſſe cōtingentem, & cauſam remotam, ſiue illa ponatur prima ſimpliciter, ſiuè non, eſſe ſimpliciter neceſſariam. Et hoc cōuincitur in ſyllogiſmis, vbi concluſio contingens ſequitur ex maiore neceſſaria, & minore contingente, & ex primis principijs neceſſarijs omnes propoſitiones pendent. Conuincitur etiam ratione: quia pluralitas ab vnitate, motus ab immobili, difformeab vniformi oportet q procedat. Sed cōtingens hēt rōnē pluralitatis, mot⁹, & difformitatis: q̄a pluraliter ſe habere. Neceſſariū aūt, unius, immobilis, & vniformis: quia impoſſibile eſt aliter ſe hre. ergo contingens à neceſſario, & non econuerſo, procedit naturaliter: ac per hoc non repugnat, ſed conſonat contingenti, q à ſimpliciter neceſſario ortū habeat. Conuincitur etiam eadē ex caſualium, quæ apud nos accidūt, vt in littera dī: niſi quis neges ueram contingentiam in iſtis inferioribus. Suadetur quoque authoritate Ariſto. & Auer. & plurium Philoſophorum. 574

Lib. 1. Periher. ca. 6. declinando ad finē to. 1.

Nec ſuſtinendus eſt Scotus in 2. diſt. 1. q. 3. dicēs, q Philoſophi conceſſerunt latenter duo contradictoria, dicendo aliquid contingēter fieri, & primam cauſam neceſſariò cauſare. Nec rōnes eius hoc deducūt. Vndè ad primā, q̄ eſt eius Achilles, quā toties replicauit, rñdetur ex duplici capite diſtinguitur. n. primò ly inquantū mota ab alia: aut oſtendit cauſam pręciſam, aut concauſam. ſi præciſam, ſic illa propoſitio implicat in adiecto: ſi. n. cā ſecunda eſt cā, ergo non præciſè mouet quia mota, ſed ēt ex ſe aliquid cōfert. Et ſi præciſè mouet quia mota, nihil ex ſe cōfert: & ſic non eſt cauſa. Si verò concauſam, principalē tamen: negatur aſſumptum, quãſ ſtat q neceſſariò moueatur, & nō neceſſariò moueat aliud: quia motio cauſæ prioris modificatur in cauſā ſecunda. ſcdm modum ipſius cauſæ ſecundæ. Et ſic, licēt à prima cā moueatur neceſſario ſecunda, recepta tñ motio in ſecunda: ſi ſecunda cā imagineetur contingens, modificatur contingentia recipientis. Et q̄ñ prius natura modificatur, q̄ impellat ad mouendum, motio illa iam modificata ad cām contingentem, mouebit ſecundam ad mouendū non neceſſario, ſed contingenter. Et ſi cā ſecūda ponatur cā naturalis, poſſibilis tñ deficere motio illa iam modificatā ad naturā cāæ ſecundæ, mouebit illam ſecundam ad mouendum non neceſſariò, ſed ut in pluribus iuxta modum proprium ipſius cauſæ ſecundæ, & non primæ. Et ſic patet ruina totius Scotici ædificij ex uno capite. Rurſus diſtinguit ly mota ab alia, altera diſtinctione. ſ. aut motione præuia propriæ actioni: ſicut aqua calefacit calefacta ab igne, aut motione cooperāte intrinſecè ad propriā actionē. Primo modo, dato q eſſet vera, aut ſuſtentabilis, ſecundo tñ modo ſuſtineri non pt̄ dicta propoſitio: q̄ñ cā cooperans intrinſecè, cooperatur unicuiq; ſecundùm modum eius cui cooperatur. Talis eſt aūt cooperatio primæ cauſæ, de qua ſcriptum eſt, q attingit à fine vſq; ad finē fortiter, & diſponit omnia ſuauiter iuxta. ſ. modum cuiuſq; cooperans vnicuiq;. Ad ſecundam uerò obiectionem dicitur, q illa prioritas uniuerſaliter non eſt ſcdm aliquam quaſi durationem naturæ, vt in uno inſtanti naturæ effectus attingatur à prima cauſa, & in alio à ſecunda, ut aliqui imaginat, ſed eſt ſcdm independentiam & immediationē virtutis: quia prior independentius & immediatius immediatione virtutis attingit effectum q̄ ſecunda: in eodem tñ inſtanti, naturæ effectus ab utraq; attingitur. Nec propterea ſequitur, ergo ſimul ſuſcipit neceſſitatem & contingentiā: quia non attingitur à prima ſecundùm ſe & ſeorſum, ſed modificata in ſecunda: ſed ſeq; ergo ſuſcipit cōtingentiā à duabus cauſis ſimul neceſſaria & contingente. Ad tertiam aūt & quartā obiectiones dicitur, q non eſt contrà hoc, quod modo diſcutimus in cōi, ſed deſcendunt ad cauſalitatem cauſæ primæ de facto. Et propterea patebit mox, nunc quid dicendum.

Quò ad ſecundū igitur. ſ. quomodo prima cauſa de facto cauſet, breuiter dicitur, q prima cauſa propriè loquendo, nec eſt cauſa neceſſaria ſimpliciter, neq; cōtingens, ſed ſuperior vtraque. Nec habemus magis proprium vocabulum, q̄ ut dicatur q eſt cauſa libera. Neceſſitas. n. ſimpliciter repugnat libertati.

contingentia verò imperfectionem in libertate importat: quia ponit mutabilitatem: & ideo D. Tho. in 1. ſen. diſt. 38. præuenïens inepta moderniorum vocabula, negat Deum cauſare contingenter. Cum enim regulare ſit, q ſuperius præhabet in ſe vniſe, quæ in inferioribus ſunt ſparſa, conſequens eſt, ut cauſa prima ſuperior neceſſarijs & cōtingentibus, præhabeat in ſe non formaliter, ſed eminenter naturā & modum cauſarū neceſſariarum & contingentium, & ſit cauſa vtrorumq; & cooperetur vtriſq; ad eorū proprios effectus ſecundum modos earū. Et propterea nos, quibus omnis cauſa videt neceſſaria, aut contingēs, ſtupemus, non præualentes videre, quō vna cauſa ſit oīu neceſſarijs & cōtingentibus immediatè. Sed ſi eleuem⁹ mentis oculos in excellentius genus cāe, eminentioremq; cauſandi modum, ceſſat ſtupor, & omnia conſonant; quamuis remaneamus in caligine, non intuentes illum modū, quo omnibus intrinſecè illabens, cunctis iuxta ſuos modos cooperatur. & hoc eſt valdè attendendū in huiuſmodi materijs. Appellat tamen Deus, vel ſua ſcientia, cauſa neceſſaria, ꝓp neceſſitatē non ſimpliciter, ſed immutabilitatis: quæ in eorum inquantum cauſa formaliter ſaluat. Vndè cum quæritur vtrum prima radix contingentiæ ſit diuina voluntas, an cauſæ proximæ. Rñdendum eſt cum duplici diſtinctione circa ſenſum quæſiti. Prima eſt, de ly diuina voluntas: poteſt n. intelligi diuina voluntas .i. contingentia in diuina voluntate, vt moderni intelligunt: & ſic rñdendum eſt negatiuè, Tum quia ſupponit falſum, ſcilicet velle diuinum eſſe contingens, cum non cōtingens, nec neceſſarium, ſed liberum & neceſſarium immutabilitatis neceſſitate ſit. Tum quia & ſi voluntas diuina neceſſariò ſimpliciter cauſaret, adhuc ſaluari poteſt contingentia, vt patet ex dictis, ꝓp modificatam pertingentiam ad effectus vltimarum cauſarum defectibilium, aut ad vtrumlibet. Poteſt etiam intelligi diuina voluntas abſolutè, idest efficacia ſui velle, & ſic reſpondet cum dño Thoma affirmatiuè, quia diuina voluntas eſt cā adeò efficax, ut ſuo imperio efficiat & neceſſaria, & contingentia. Secunda aūt diſtinctio eſt de ly, prima radix. Pōt n. intelligi prima, idest propria, & dicendum eſt negatiuè, vt patet ex dictis. Poteſt quoq; intelligi prima .i. principalis & primaria: & ſic patet, q reſpondendum eſt affirmatiuè. Ex his aūt patet quid ad tertiā, & quartam obiectionē Scoti dicendū eſt, cōcedendo .n. aſſumptū, dicitur q illa eſſent contingentia ꝓp efficaciā primæ cauſæ, & ꝓp ſupplementum ſupplens vicem cāe contingentis, in tertia obiectione, & ipſe eſt cā proxima, in quarta obiectione, non contingens formaliter, ſed contingens virtualiter, vt patet ex dictis. Senſus autem verborum litteræ in reſponſione ad ſecundū & tertiū, quò ad hoc, Res ſcitæ relatæ ad ſcientiā Dei ſunt neceſſariæ, nihil obſtat propoſito: qm non eſt ibi ſermo de rebus ſcitis relatis ad ſcientiā Dei ut cām, ſed ut ſcientiā. Si n. omnia ſcita referantur ad ſcientiā diuinā, ut effectus ad cām: ſic quædam ſunt neceſſaria, & quædam contingentia, nec aliquid eſt ſimul neceſſarium & contingens, nec aliquid habet habitudinem neceſſariam ad talem cauſam ex parte cauſæ, ſcil (tecbus loquendo) nec ad aliquid habet habitudinem neceſſariam talis cauſa, ſed liberam ad omnia & immutabilem, ut patet ex dictis. Si autem referantur ad diuinam ſcientiam ut ſcientiam: cum omne ſcitum, ut ſic, ſit impoſſibile aliter ſe habere, ut patet primo Poſteriorum, ſic omnia ſcita ſunt neceſſaria, non in ſe ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione, ſecundùm eam diſpoſitionem, ex qua habent q ſint ſcita .i. terminantia diuinum intuitum: hoc eſt dictu, q licet curſus Sortis ſit in ſe & ſimpliciter contingens, tamē curſus Sortis ſuppoſito q ſit, neceſſarius eſt, dū eſt, ut patet primo Perihermenias. Et ſi adiungas his, q curſus Sortis non eſt capax, ut terminet intellectum certum, niſi ut præſens dū eſt: conſequens erit, quòd curſus Sortis relatus ad diuinam ſcientiam ut ſic, eſt neceſſarius, id eſt, in ſtatu neceſſitatis: quis in ſe ſit cōtingēs, & relatus ad cās proximas ſit contingens. Et ſic patet & tō, & ſenſus omniū, & reſponſio ad obiecta. Benedictus Deus.

In rñſione ad ſcdm tria ſunt ambigua. Primū eſt, q illud añs eſt abſolutè neceſſariū. Secundū eſt, illa regula, Quando in antecedente ponitur aliquid pertinens ad actū alæ, cōſequens eſt accipiendum nō ſecūdū eſſe qd hēt in ſe, ſed in anima. Tertiū eſt applicatio huius ad propoſitum.

¶ Circa primū diligēter aduerte: q diſcrepantibus de hoc, & ꝗuocatio pabulum pꝛbet, adeoq; abducit, vt Themiſtę quidam cæcutiant in medio lumine, gloſantes litterā contra eius intētionē. Scito igitur, q quæſtio de neceſſitate ſcientiæ, vel ſcientię Dei reſpectu futurorum, poteſt, quantum ad propoſitum ſpectat, dupliciter diſcuti. Primo abſolutè, & ſecundùm rem. An .ſ. Deus neceſſariò ſciat, A, eſſe futurū. & hæc quæſtio clara eſt: q a nō neceſſariò abſolutè, ſed liberè nouit, A, eſſe futurū: cū quo tñ ſtat, q neceſſariò neceſſitate immutabilitatis, nouit, A, eſſe futurū, ut patet ex dictis. Et in hoc, neſcio doctorē aliquē diſcordare. Sed hoc eſt extra propoſitū præſentis argumenti, qd uim propoſitionū diſcutit, non verò abſolutè. Alio modo pt diſcuti, ut ſignificat per tales propoſitiones, & ſic de ea in hoc argumento eſt ſermo. Vñ licèt primo modo .ſ. ſcdm rem abſolutè, nulla ſit dña inter iſtā, Deus ſcit a. futurū, & iſtā, Deus ſciuit a. futurū: quia ſcientia Dei in ſe eſt æterna, nec tranſit in præteritum &c. Magna tñ dña eſt inter eas ſecundo modo: quia in prima ſignificatur ſcire Dei, vt præſentium, ſecunda verò, vt præteritū. Et ideò tanta eſt dña inter eas, quanta inter neceſſitatem propoſitionis de præſenti, & de præterito in materia contingēti, accipiendo contingens, ut eſt dña materiæ propoſitionū, cū diſtinguitur triplex materia propoſitionum .ſ. remota, neceſſaria, & contingens. Conſtat aūt ex ōibus, q inter propoſitionem de præſenti & præterito verā, in materia contingenti, puta Sortes ſedet, & Sortes ſedit, hæc eſt dña, q illa de præſenti nō eſt neceſſaria abſolutè: quamuis ſit neceſſaria cū appoſitione, dū ſedet, ut dr in primo perihermenias. Iſta uero de præterito eſt neceſſaria abſolutè, ut patet ex contradictorijs earū: huius n. contradictorium eſt ſimpliciter impoſſibile, etiam per diuinam potentiā, ſcilicet Sortes non ſedit. Illius uerò contradictoriū abſolutè eſt poſſibile .ſ. Sortes non ſedet. Quia quāuis uerè ſedeat, non tñ neceſſariò: ſed qui iam ſedit, non ſolùm verè ſedit, ſed neceſſe eſt ipſum ſediſſe: qm impoſſibile eſt ipſum non ſediſſe. Hoc n. ſolo priuatur Deus, ingenita facereq facta ſunt, dixit Agatho 6. Ethi. Cum igitur omnis propoſitio vera de præterito, ſit neceſſaria, conſequens eſt, q licèt iſta ſit contingens, Deus uult, A, fore, iſta tamen eſt neceſſaria, Deus voluit, A, fore. Et ſimiliter licèt hæc ſit contingens, Deus ſcit, A, fore, iſta tñ eſt neceſſaria, Deus ſciuit, A, fore. Et ſic patet, q optimè, ac ſubtiliter D. Tho. in littera dixerit, q illud añs, Deus ſciuit, A, fore, eſt neceſſariū abſolutè. Et q non intendit quod ſitm neceſſarium .i. immutabile: vt quidā gloſant, & malè) nam fruſtra addidiſſet ly abſolutè, & laboraſſet alios reprehendendo. Patet etiā q nihil officit neceſſitati abſolutæ illius, tranſitus actus ſciendi ſuper futuro contingenti: quamuis multum hoc referas, loquendo de ſcientia Dei abſolutè. Patet etiam, q poſteriores nō videntur intellexiſſe hunc locum. Et ideò uentilantes hoc argumentum, ad ſcientiam Dei in ſe abſolutè, & propoſitiones de præſenti diuerterunt, ac ſi æquiualerent illis de præterito. hæc de primo.

¶ Quò ad ſecundum. Greg. de Arimino in 1. d. ſt. 38. arguit hanc regulam falſitatis: quia ualet, Scio lapidem eſſe materialem: ergo lapis eſt materialis, & tamen conſtat, quòd conſequens intelligitur de lapide in ſeipſo, & non ſecundum eſſe quod habet in anima. Et ſimiliter poſſunt afferri mille inſtantię: puta, Scio Sortem currere, ergo Sortes currit &c.

Ad tertium. Dicendum, quòd ea, quæ temporaliter in actu reducuntur, à nobis ſucceſſiuè cognoſcuntur in tempore, ſed à Deo in æternitate, quæ eſt ſupra tempus. Vndè nobis, quia cognoſcimus futura contingentia inquantum talia ſunt, certa eſſe non poſſunt, ſed ſoli Deo, cuius intelligere eſt in æternitate ſupra tempus. ª Sicut ille, qui vadit per viam, non videt illos, qui poſt eum ueniunt: ſed ille, qui ab aliqua altitudine totam viam intuetur, ſimul videt omnes tranſeuntes per viam. Et ideò illud, quod ſcitur à nobis, oportet eſſe neceſſarium etiam ſecundum quòd in ſe eſt: quia ea, quæ in ſe ſunt contingentia futura, à nobis ſciri nō poſſunt. Sed ea, quæ ſunt ſcita à Deo, oportet eſſe neceſſaria ſecundùm modum, quo ſubſunt diuinæ ſcientiæ (vt dictum* eſt) non autem abſolutè, ſecundùm quòd in proprijs cauſis conſiderantur. Vndè & hæc ꝓpoſitio: omne ſcitum à Deo, neceſſarium eſt eſſe: conſueuit diſtingui, quia poteſt eſſe de re, vel de dicto. ſi intelligatur de re, eſt diuiſa & falſa. & eſt ſenſus, Omnis res, quam Deus ſcit, eſt neceſſaria. Vel poteſt intelligi de dicto: & ſic eſt compoſita & vera: & eſt ſenſus, hoc dictum, ſcitum à Deo eſſe eſt neceſſarium. Sed obſtant quidam dicentes, q iſta diſtinctio hēt locum in formis ſeparabilibus à ſubiecto. Vt ſi dicam, albū poſſibile eſt eſſe nigrum. Quæ qdem de dicto eſt falſa, & de re eſt vera. Res. n. quæ eſt alba, poteſt eſſe nigra: ſed hoc dictum, albū eſſe nigrum, nunquam pōt eſſe uerū. In formis aūt inſeparabilibus à ſubiecto, non hēt locū ꝑdicta diſtinctio. Vt ſi dicā, coruum nigrum poſſibile eſt eſſe album: quia in utroq; ſenſu eſt falſa. Eſſe aūt ſcitum à Deo eſt inſeparabile à re: qa quod eſt ſcitum à Deo, non poteſt eſſe non ſcitum. Hæc aūt inſtantia locū haberet, ſi hoc quod dico ſcitū, importaret aliquā diſpoſitionē ſubiecto inhærentem: ſed cū importet actum ſciētis ipſi rei ſcitæ (licèt ſemper ſciatur) ꝑt aliquid attribui ſecundùm ſe, qđ non attribuitur ei inquantum ſtat ſub actu ſciendi. Sicut eſſe materiale attribuitur lapidi ſm ſe, quod non attribuitur ei ſm quòd eſt intelligibile.

¶ Ad hoc dicitur, q iſta regula formaliter & benè intellecta, eſt veriſſima. Formaliter quidem. Tùm quia intelligenda eſt de cōſequente quò ad id, quod infertur in eo ex vi actus animæ poſiti in antecedente, & non ex aliquo alio aſſumpto in antecedente. Tùm quia intelligenda eſt de illo ex vi actus animæ illato vt ſic, ſed inquantū infertur ex tali actu, & non abſolutè. Benè autem, quia eſſe in anima, & ly eſſe in ſe non ſic interpretanda ſunt ut prima facie apparet, prout ſcilicet eſſe in anima diſtinguitur contra eſſe in rerum natura. Sed ly eſſe in anima ſumitur hic, vt eſt cōmune ad illū modū eſſendi, quo diſtinguuntur entia in aīa ab entibus extra animam: & ad illud eſſe ſcdm illam diſpoſitionem, qua rei terminat actum animæ. Eſſe verò in ſe ſumitur hic ſtrictè, pro eſſe quod debetur ei abſolutè, vt ſic, id eſt inquantum conuenit ei abſolutè, ſiuè tale eſſe conueniat ſibi ſecundùm prædicata quidditatiua, Puta, hō eſt animal: ſiuè ſecundùm prędicata exiſtentiæ, vt Sortes eſt, aut currit. Ita q ſenſus regulæ eſt, q qñ in antecedente ponitur aliquid pertinens ad actum animæ: conſequens inquantū ſequitur ex vi illius actus animæ, eſt intelligendū ſecundum eſſe qd hēt in anima, id eſt ſecundū eſſe obiectiuū, vel ſcdm cōditiones in obiecto terminantes actū animæ, & non ſecundū eſſe qd hēt in ſe, id eſt, & non eſt illud intelligendū abſolutè & ſimpliciter, vt ſic. Quòd aūt regula ſic intellecta ſit veriſſima, probatur: quia actus animæ, de quibus eſt ſermo, ſunt immanentes: nec ſunt niſi cognoſcere & appetere. Tales aūt actus vt ſic, nihil ponunt in ſuis obiectis, & ideò q ex eorum vi infertur conuenire obiectis vt ſic, non conuenit rebus obiectis abſolutè. Dico aūt vt ſic, quia gratia materiæ, ꝓp coincidentiam conuenientiū abſolutè alicui & illatorum de eodem ex vi actus animę, contingit id qđ infertur ex actu animæ conuenire rei abſolutè & in ſe: ſed hoc accidit illato inquantum pendet ex actu animæ. Vndè cum iſta conſequentia, ſcio Sortem curſurum, ergo Sortes curret, ſit optima: & conſequentia teneat ex vi actus ſciendi: quia .ſ. eſt certus, verus, & infallibilis: conſequens non eſt accipiendum in ſe, id eſt tanquam vna propoſitio vera, certa & infallibilis per ſe ipſam ſeorſum: ſed vt conſequens ex tali antecedente, id eſt, ergo Sortes curret, cū veritate, certitudine & īfallibilitate, qua ſcitur curſurus. Et hoc ideò dictum eſt quia actus animæ non infert in eo aliam certitudinem, veritatem, & infallibilitatem. Iſta uerò conſequentia, ſcio hominem eſſe corruptibilem, ergo eſt corruptibilis, eſt bona, ſicut præcedens: & formaliter intellecta infert conſequens intelligendum ſicut præcedens: ſed gratia materiæ, conſequens & ſeorſum ſumptum, eſt certū. Quòd autem hæc ſit mens litteræ, patet ex eo q in littera ſub ly eſſe in aīa, duo ſubſumuntur. Alterum pertinens ad eſſe obiectiuū in illo exemplo, intelligendo lapidē, ergo lapis eſt immaterialis. Alterū ſpectans ad conditionem inhærentem rei obiectæ, qua res terminat actū animæ in illa propoſitione, quæ eſt conſequens cōditionalis propoſitæ .ſ. a, erit, exponēdo quod dēt accipi, ut ſubeſt diuinæ ſcientiæ, id eſt, vt eſt in ſua præſentialitate. Cōſtat. n. quòd de eſſe in actu præſentialiter ipſius a, in rerum natura loquitur. Illud. n. eſt illa conditio, ſecundum quā terminat diuinū intuitum, vt patet ex dictis. Et ſi iunxeris ſimul, quòd eſſe in actu conuenit a, in ſeipſo. & quòd accipere a, vt terminat ſcientiā Dei, id eſt ſecundū ſuā præſentialitatē, non eſt accipere a, in ſeipſo, ſed ſcdm q eſt in aīa: manifeſtè videbis q a, tunc nō ſumitur ſecundum eſſe in ſe, qn ſumitur ſcdm id qđ conuenit ei abſolutè vt ſic, & nō ut infertur ex actu animæ, ut expoſuimus.

¶ Et ſic patet rñſio ad obiecta: quia materialiter militāt, nō formaliter, & malè interpretantur ly eſſe in anima: hæc de ſecūdo.

¶ Quò ad tertium .ſ. applicationem regulæ ad propoſita ambiguitas ſurgit.

¶ Primò quia in littera committitur implicatio in adiecto, dicendo q conſequens ſumitur ut ſubeſt ſcientiæ Dei .ſ. prout eſt in ſua præſentialitate, implicat. n. q aliquid ſi ſumitur vt futurū vt ſic, ſumatur vt præſens. Conſtat aūt q in conſequente dicente, a erit, a ſumitur vt futurū. ergo non ſtat q hoc cōſequens ſignificans a vt futurum, ſumatur ut præſens. quamuis ſtet, q res futura ſumatur ut præſens. Aliud. n. eſt iudiciū de ipſa re abſolutè, & de ipſa ut ſignificata ꝑ orationem de futuro, vt patet ex dictis, vndè nō vr intelligibile q hoc cōſequens, a erit, ſumatur vt pſens: quia ſi ſumitur vt præſens, iam non eſt ly a, erit, ſed a eſt, & ſi eſt illa propoſitio, a erit, iam non ſumitur vt pſens. Secundò dubitatur, qa incompacta & diſſona vr rñſio hæc: quia añs accipit ſcientiam vt ſignificatā in præterito: & non ut æternitate menſuratam. Et conſequens accipiendum dicit, vt pſens hæc. n. non congruunt ad inuicē: cō q, vt patet ex dictis, res ut præſens rñdet æternitati, & actui cognitionis, ut menſuratur æternitate. Tertiò dubitatur: qa iſta rñſio dato q ſit vera: non tñ eſt ſufficiens: quia tota rñſio recurrit tandē ad neceſſitatē rei in ſua præſentialitate. Ex dictis aūt ſuperius conſtat, q & ſublata illa rōne præſentialitatis rerum ad æternitatem, adhuc Deus hēt certam notitiam contingentiū, ꝓp rōnes verū apud ſe præſentes. Igitur cū hoc argumentū militet ſimpliciter: & non ſecundùm illā rōnē tñ, oportebat rñdere ſimpliciter, & nō iuxta illam rationem tantùm, ut in littera ſi: ergo inſufficiens.

¶ Ad euidentiam horum prædeclarandus eſt ſenſus litteræ. Ad cuius perceptionem nota, q illud conſequens verum .ſ. a, erit, claudit duo .ſ. futuritionem ipſius a, & præſentialitatem quandoq; ipſius a. Oportet enim ad eius ueritatem vtrunque concurrere, & q ſit futurum, & q quandoq; illa de ſecundo adiacente de præſenti ſibi correſpondens ſcilicet a eſt, ſit uera. Cum autē (vt ex dictis patet) a in ſua tantùm futuritione inſpectum, nō ſit certè intuitus capax, propter ſui defectum: quia ſcilicet non habet rationem certi cognoſcibilis, oportet q a ut præſens ſumatur ad hoc ut certi intuitus terminus ſit. Ac per hoc illud cōſequens, a erit, quum ratione futuritionis non ſit terminus certi intuitus, q a quandoq; ſit, relinquitur q ratio quare terminet certum intuitum eſt incluſa in eo propoſitio de præſenti ſibi correſpondens ſcilicet a eſt, ita q illud conſequens, a erit, nō aliundè certo intuitu cognoſcitur verum, niſi quia videtur iſta ſibi reſpondens & incluſa in eo, ſcilicet a eſt quandoque. Eſt igitur ſenſus litteræ, quòd iſta propoſitio, ſcilicet a erit, quę eſt cōſequens in conditionali propoſita, poteſt ſumi dupliciter. Primò abſolutè, & ſic non eſt neceſſaria: & poteſt ſumi ut ſubſtat diuinæ ſcientiæ id eſt, ut eſt terminus intuitus certi & infallibilis: & ſic eſt neceſſaria illo neceſſitatis modo, quo illa eſt neceſſaria, a eſt dum eſt: quia ly a erit, eſt terminus diuini intuitus inquantum includit in ſe illam de præſenti, ſcilicet a eſt: & non inquantum eſt futurum.

¶ Ad primam ergo obiectionem negatur, quòd hic ſit implicatio in adiecto, quoniam hic non accipitur futurum formaliter, vt præſens: ſed eſt explicatio & diſtinctio incluſorum in propoſitione de futuro. Diſtinguitur hic præſentialitas futura ipſius a, contra futuritionē eius: & utraq; clauditur in illo conſequente. Et docetur, quòd illud conſequens, eſt certè cognitionis capax, ratione præſentialitatis, & nō ratione futuritionis. Et quia ſub præſentialitate, eſt neceſſarium ſequitur, quòd hoc conſequens ſumptum ſecundùm eam diſpoſitionem in qua ſubeſt diuinæ ſcientiæ ſit neceſſarium: vndè patet nullam interuenire implicationem.

¶ Ad ſecundam autem obiectionem facilè dicitur, quòd actus ſciendi in Deo per uerbum præteriti temporis, non conſignificatur ut præteritus: conſignificaretur enim falſo, ſed conſignificatur vt coexiſtens præterito. Nihil autem obeſt æternitati actus coexiſtentia a, ad præteritum: immo eam concomitatur.

¶ Ad tertiā autem dr breuiter, quòd obiectio procedit ex malo intellectu litteræ. Non. n. rñſio iſta fundatur ſuper æternitate actus, aut ſuper coexiſtentia rerum ad æternitatem, ut obiectio ſupponit: ſed fundat ſup diſpoſitione, ſcdm quam res eſt ſcibilis, aut non ſcibilis. Res enim contingens futura ut ſic, non eſt ſcibilis, ſed ut præſens eſt ſcibilis: ut patet ex dictis: & hoc eſt verū ſiuè ſciatur præſentialitas rei rōne æternitatis, ſiuè rōne idearū in mente diuinā repræſentantiū res cum conditionibus eius, ſiuè ratione eſſentiæ diuinæ repræſentantis prædicta in rōne ſpeciei intelligibilis, ſiuè ratione ſpecierum infuſarū in mēte

alicuius, puta alicuius angeli, vel animæ Christi. Nihil enim refert in propoſito, quo quis modo penſat præſentiam rei cognoſcis, ſat eſt in propoſito, quod conſequens non eſt cognoſcibile certe, niſi ratione præſentialitatis incluſæ correſponſiuè.

¶In reſponſione ad tertium omnia ex prædictis patent. Illud tamen aduerte, quod in principio ſolutionis ubi aſſignat [illegible] inter neceſſitatē ſciri à nobis, & à Deo: quod illud duplicatur, oportet eſſe certum [illegible] ſciri, hoc autem [illegible]. Reddidit ideo [illegible] æternitatis diuini. Et quidē ideo eſt bona ſufficiēs, ſed nō eſt ſola, quare caue nē fallaris.

F intelligibilis repræſentat ſic vnum, quòd non aliud. ergo intelligendo per illam ſpeciem vnum, puta quod eſt homo, non intelliguntur alia, quæ ei accidunt, uel poſſunt accidere. ergo diuiſim homo, & accidentia intelliguntur. ergo oportet ea in vnum redigere componendo, vt intelligamus unum in eſſe alij. igitur de primo ad ultimum. ſi ſpecies repræſentat ſic vnum, quod non aliud, intellectus cogitur componere. Et quia ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, negatio eſt cauſa negationis, in cauſis proprijs, conſequenter, quòd ſi ſpecies intelligibilis repræſentat ſic unum, quòd etiā alia, quòd nulla eſt componendi neceſſitas, ſed ſimplici intuitu obiecti per illam ſpeciem repræſentati omnia intelliguntur, vt conſequentia aſſumpta dicebat.

¶Aduerte hic, quòd iſta uerba litteræ poſſunt dupliciter accipi. Primò ut limitatio ſpeciei intelligibilis in repræſentando, ſit ratio componendi & diuidendi. Et hic ſenſus eſt falſus & contra mentem S. Thomæ inferret enim, quòd angeli componerent intelligendo, quoniā habent ſpecies limitatas. Secundò ut limitatio talis, id eſt, reſpectu eorū, quæ nata ſunt alicui conuenire, ſit ratio componendi. Et hic ſenſus eſt verus & intentus. Verus quidem, quia ex hoc, quòd ſpecies ita repræſentat ſubiectum, & non prædicatum, oritur compoſitio. Et non ex hoc quod repræſentat ſubiectum, & non quodcunque aliud omnino impertinens tali ſubiecto. Intentus autem quia & in littera hic hoc innuitur. Primò in exemplo de homine: cum dicitur, intelligeremus omnia, quæ de homine prædicari poſſunt. Secundò, cum in ratione infertur ſequendo idem exemplum. Non ex hoc ipſo alia, quæ ei inſunt, intelligimus. Verùm de hac materia in tractatu de Angelis diffuſè dicetur inferius.

ARTICVLVS XIIII.

Vtrum Deus cognoſcat enuntiabilia.

AD DECIMVMQVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd Deus nō cognoſcat [h] enuntiabilia. Cognoſcere.n. enuntiabilia conuenit intellectui nr̃o, ſm quod cōponit & diuidit. Sed in intellectu diuino nulla eſt compoſitio. Ergo Deus non cognoſcit enuntiabilia.

¶2 Præt. Oīs cognitio fit per aliquā [h] ſimilitudinē. Sed in Deo nulla eſt ſimilitudo enūtiabiliū, cum ſit omnino ſimplex. Ergo Deus nō cognoſcit enūtiabilia.

SED CONTRA eſt, qđ dr̃ in Pſa. 93. Dn̄s ſcit cogitatiões hoium. Sed enuntiabilia continent in cogitationibus hominum. Ergo Deus cognoſcit enuntiabilia.

RESPON. Dicendum, quod cum formare enuntiabilia ſit in poteſtate intellectus nr̃i: Deus aūt ſcit qcqd eſt in potētia ſua, vel creaturæ, vt ſupra * dictū eſt. [m] neceſſe eſt quod Deus ſciat oīa enūtiabilia, q̄ formari poſſunt. [n] Sed ſicut ſcit materialia immaterialiter & cōpoſita ſimpliciter: ita ſcit enuntiabilia nō p modum enuntiabiliū, * qđ.ſ. in intellectu eius ſit compoſitio vel diuiſio enuntiabiliū, ſed vnumquodq; cognoſcit p ſimplicē intelligentiā intelligendo eſſentiā vniuſcuiuſq;. Sicut ſi nos in hoc ipſo qđ intelligimus qd eſt hō, intelligeremus oīa, q̄ de hoīe p̄dicari pñt. Qđ q̄dē in intellectu nr̃o nō contingit: q de vno in aliud diſcurrit, pp hoc, quod ſpecies intelligibilis ſic repræſentat vnū, quod nō repræſentat aliud. * Vñ intelligendo qd eſt hō, nō ex hoc in ipſo alia q̄ ei inſunt, intelligimus, ſed diuiſim ſm quandā ſucceſſionē. Et pp hoc, ea q̄ ſeorſū intelligim*, oportet nos in vnū redigere, p modū cōpoſitionis vel diuiſionis enuntiationē formando. Sed ſpecies intellectus diuini.ſ. eius eſſentia, ſufficit ad demonſtrandū omnia. Vnde intelligendo eſſentiā ſuā, cognoſcit eſſentias omnium, & quæcunq; eis accidere poſſunt. *

AD PRIMVM ergo dicendū, quod ratio illa procederet, ſi Deus cognoſceret enuntiabilia per modum enuntiabilium.

AD II. dicendum, quod compoſitio enuntiabilis ſignificat aliquid eſſe rei. Et ſic Deus per ſuū eſſe quod eſt eius eſſentia, eſt ſimilitudo omniū eorū, quæ per enuntiabilia ſignificantur.

Porrecta per totū.
93
Inf.q. 16. art. 5. primū. Et 1. diſt. 38. ar. 3. & diſt. 41. art. 5. c. Et 1. cō. 58. ſextū. & c. 59. Et ve.q.2. ar. 7.

SVPER QVÆS. XIIII. ARTIC. XIIII.

Ferr. 1. cont. c. 58.
Aegi. 15. d. 38. q. 2. 2. princ.
Cap. 1. d. 35. q. 2. a. 2. con. 6. cun. 4.
Alb. Mag. 1. diſtin. 39. art. 5.
Pet. de Pal. 1. 5. d. 38. q. 2.

TItulus clarus.

¶In corpore duo. Primò ſoluit quæſito, quod ſic. Secūdò, quomodo.

¶Quo ad primū cōcluſio reſponſiua quæſito affirmatiuè eſt, Deus ſcit enuntiabilia, probatur. Deus ſcit quicquid eſt in potentia tā ſua, quàm creaturæ: ſed enuntiabilia ſunt in poteſtate nr̃a. ergo Deus ſcit oīa illa.

¶Quo ad ſecundum oſtenditur modus, quo Deus cognoſcit enuntiabilia vna cōcluſione. Deus ſcit enuntiabilia non cōponendo & diuidendo, ſed per ſimplicem intelligentiam, id eſt, non per modum ſecundæ operationis intellectus, ſed primæ. Probatur dupliciter. Primò à ſimili. Deus ſcit materialia immaterialiter: & compoſita ſimpliciter. ergo enuntiabilia, non enuntiando, ſed intuendo. Et declaratur quomodo hoc eſſe poſſit, exemplo ficto in intellectu noſtro: ſi intelligēdo quid hominis, intelligeremus ipſum eſſe album, &c. Secundò ratione. Species intellectus diuini, id eſt, eius eſſentia, ſufficit ad demonſtrandum omnia. ergo Deus intelligendo eſſentiam ſuam, intelligit eſſentias omnium, & quæcumque eis accidere poſſunt. Antecedens patet: conſequentia fundatur ſuper hoc, quod ratio neceſſitatis ad intelligendum componendo & diuidendo eſt, quia ſpecies intelligibilis eſt limitata in repræſentando: quod probatur in littera ſic. Species

Ar. 9. huius quæſ. Concl. in.

194

921

217
194

ARTICVLVS XV.

Vtrum ſcientia Dei ſit uariabilis.

AD DECIMVMQVINTVM ſic proceditur. Videt, quod ſciētia Dei ſit variabilis. Scientia.n. relatiuè dicitur ad ſcibile. Sed ea, quæ important relationem [h] ad creaturā, dicunt de Deo ex tempore, & variantur ſecundū variationē creaturarum. Ergo ſcientia Dei eſt variabilis ſecundùm uariationem creaturarū.

¶2 Præt. Quicquid pōt Deus facere, [h] poteſt ſcire: ſed Deus pt̄ plura facere q̄ faciat: Ergo pōt plura ſcire q̄ ſciat. Et ſic ſcientia ſua poteſt variari ſecundùm augmentum & diminutionem.

¶3 Præt. Deus ſciuit Chriſtū naſciturum. Nunc aūt neſcit Chriſtum naſciturum: quia Chriſtus naſciturus non eſt. [h] Ergo non quicquid Deus ſciuit, ſcit. Et ita ſcientia Dei vr̃ eſſe uariabilis.

SED CONTRA eſt, quod dicit Iacob. 1. quòd apud Deum, non eſt tranſmutatio, neq; uiciſſitudinis obumbratio.

RESPON. Dicendū, quod cū ſcientia Dei ſit eius ſubſtantia ut ex [p]dictis patet: ſicut ſubſtantia ei* eſt oīno immutabilis, vt ſupra * oſtēſum eſt: ita [m] oportet ſciētiā eius oīno inuariabilē eſſe. [n]

Porrecta per totū
94
Inf. q. 17. art. 7. c. Et 1. diſt. 38. art. 2. & artic. 3. cō. & diſt. 39. q. 1. art. 1. quamdi. Et uer. q. 2. art. 5.

Concl. Art. 1. huius quæſ. q. 9. art.

SVPER QVÆST. XIIII. ARTIC. XV.

Aegi. 1. 5. d. 38. q. 1. 3. prin. *Cap. 1. d. 35. q. 2. a. 2. con. 9.*
Bannen. art. 15. *Alb. Mag. d. 1. d. 41. art. 5.*

TItulus clarus.

¶In corpore una concluſio reſpōſiua quæſito affirmatiuè. Scientia Dei non eſt uariabilis, probatur, ſubſtantia Dei eſt oīno immutabilis, ergo ſcientia Dei eſt omninò inuariabilis. Probatur conſequentia quia ſcientia eſt ipſa ſubſtantia Dei.

¶In reſponſione ad tertium, circa illud dictum, ſcilicet hæc non eſt uera, quicquid Deus ſciuit, ſcit ſi ad enuntiabilia referatur, dubium occurrit ex triplici capite. Primò ſic. Sicut enuntiabilia quandoq; ſunt vera, & quandoque nō, & ideò prius ſcita neſciuntur, ita res quædam, puta Sor. quandoq; eſt ens, & quandoque non. ergo etiā res corruptibiles prius ſcitæ neſciuntur, ergo nulla eſt differentia inter enuntiabilia & res, quo ad hoc: et ſic oppoſitum ex littera habetur. conſequentia patet. & propoſito probatur: quia nō magis fundant ſcibile uerum, quā ens. Vnumquodq; enim cognoſcibile eſt, ſecūdum quod eſt ens. Et confirmatur, quia ſicut Deus ab æterno intuetur natiuitatem Chriſti pro tali temporeata hoc enuntiabile, Chriſt* naſcitur pro eodem tempore. Et ſicut intuetur non eſſe natiuitatis Chriſti pro alijs temporibus ita falſitatem p̄dicti enuntiabilis. ergo ſicut non dicitur neſcire natiuitatē Chriſti quam ſciuit, ſic nō debet concedi neſcire illud enuntiabile, quod ſciuit. Secundò ſic optimè ſequitur Deus neſcit aliquid eorum, quæ ſciuit, ergo paucioria ſcit, quā ſciuit: conſequens dicitur non concedendum in reſponſione ad ſecūdum: quia implicat ſenſum compoſitum. conſequentia autem probatur, quia minutus eſt de facto numerus ſcitorum.

¶Tertiò ſic. Deus ſciuit aliquod enuntiabile, quod neſcit. ergo ſcire ſuum tranſijt in neſcire. ergo variatio eſt in ſcientia Dei. Nec videtur ſufficere reſponſio poſita in littera: quia nō idē eſſe iudicium de enuntiabili, & de re, littera faſſa eſt.

¶Ad euidentiam huius materiæ notanda ſunt duo. Primū, quod inter enuntiabile, & rem, hæc eſt differentia ad propoſitum, quòd enuntiatio eadem manens, & perſeuerans mutatur de uera in falſam: & conſequenter de ſcibili in neſcibilem, & econuerſò, vt patet. Res autem ſi mutatur de eſſe in non eſſe, aut econuerſò, non perſeuerat: & propterea non poteſt demonſtrari una, & eadem res manens modò ſcibilis, & modò neſcibilis, ſicut una enūtiatio. Secundò aduertendum eſt, quòd de variatione ſcientiæ Dei poteſt dupliciter, iſ ſermo. Primò ex parte actus ſciendi, & ſic omnino eſt immutabilis, tam actu, quàm potentia, ut dicitur in reſponſione ad ſecundum: quamuis ſcientia viſionis potuiſſet ad plura, vel pauciora determinari ab æterno abſolutè loquendo. Sed ſemel determinata omnino ex parte Dei inuariabilis eſt. Alio modo ex parte ſcitorum. Et ſic non quò ad res, ſed quò ad enūtiabilia, nihil prohibet ipſam mutari: quia mutatio iſta nullam mutationem ponit in Deo, ſed in enuntiabili ſcito: quia.ſ. mutatur de ſcibili in neſcibile, & econuerſò. Ex his autem patet reſponſio ad obiecta. Ad primū enim iam aſſignata eſt differentia inter rem, & enuntiationem illius quare non eſt eadem ratio, &c. Et ad cōfirmationem nihilominus addendum eſt: quod res, ſcilicet natiuitas Chriſti, determinat ſibi certum ſui eſſe tempus. Enunciatio autem, ſ. Chriſtus naſcitur, nullum certum tempus cōſignificat, ſed præſens in cōmuni, ſed vagè ſecundùm tempus quo formatur, aut profertur & ideò modò eſt uerū, & modò falſum: quia alicui præſenti adæquatur, & alicui non: perſeuerans tamen idem omnino. quod non poteſt dici de re, quæ certum habet ſui eſſe tempus præſens.

¶Ad ſecundum autē conceditur referendo ad enuntiabilia ex parte eorum: nec oppoſitum docet littera in reſponſione ad ſecundum, quoniam ibi eſt ſermo de augmento, & diminutione ſcientiæ diuinæ ex parte Dei. & reputat inconueniens augmentatio, nō ſolùm de facto, ſed de poſſibili. Et propterea quā tum eſt ex parte Dei, negandum eſt plura ſcire, quam ſciat. Et quòd hæc ſit mens litteræ patet, quia potentiam Dei ad determinandam ſcientiā viſionis pertractat, inferens non debere cōcedi Deum poſſe plura ſcire, quàm ſciat, per ſenſum compoſitum inferentē mutabilitatem ex parte Dei: quia inferit ſcientiam Dei iam determinatam poſſe à Deo mutari.

¶Ad tertium verò negatur ſequela, ut patet ex dictis: quia hoc non eſt propter variationem ſcientiæ, ſed ſciti. Et licèt non ſit idem iudicium de re & enuntiatione, quò ad hoc, quòd idem ſe falſo, mutetur de ſcibili in non ſcibile, ut dictum eſt: tamen quò ad hoc, quod uariatio utriuſque non redundat in uariationem diuinæ ſcientiæ, idem eſt iudicium. Et quò ad hoc adducitur in littera declaratio à ſimili, ex rerum uariatione ſumpta, non quò ad primum.

Secunda reſponſio.

a
174
191
b

D. 195
88

AD I. ergo dicendum, quòd dominus, & creator, & huiuſmodi important relationes ad creaturas ſecundùm quod in ſeipſis ſūt. Sed ſcientia Dei importat relationem ad creaturas, ſecundùm quod ſunt in Deo: quia ſecundùm hoc eſt unumquodq; intellectū in actu, quod eſt in intelligente. Res autē creatæ ſunt in Deo inuariabiliter, in ſeipſis aūt variabiliter. [r] Vel aliter dicēdū eſt, quod dominus, & creator, & hmōi important relationes, quæ conſequuntur actus, qui intelliguntur terminari ad ipſas creaturas ſecundū quod in ſeipſis ſunt: & iō huiuſmodi relationes, variè de Deo dicūtur ſecundùm uariationē creaturarum. Sed ſciētia, & amor, & huiuſmodi importāt relationes, quæ conſequuntur actus, q itelliguntur in Deo eſſe. [r] Et iō inuariabiliter prædicantur de Deo.

AD II. dicendum, quod Deus ſcit ēt ea, quæ poteſt facere, & non facit. Vñ ex hoc, quòd poteſt plura facere, quam facit, nō ſequitur quòd poſſit plura ſcire, quàm ſciat, niſi hoc referat [d] ad ſcientiam uiſionis, [e] ſecundùm quam dr̃ ſcire, ea, quæ ſunt in actu ſecundùm aliquod tempus. Ex hoc tamen quod ſcit, quod aliqua poſſunt eſſe, quæ non ſunt, uel etiam non eſſe, quæ ſunt, nō ſequitur quod ſcientia ſua ſit uariabilis: ſed quòd cognoſcat rerum uariabilitatem. Si tamen aliquid eſſet, qđ prius Deus neſciuiſſet, & poſtea ſciret, eſſet eius ſcientia variabilis: ſed hoc eē nō pōt: quia quicquid eſt, uel poteſt eſſe ſm aliquod tempus, Deus in æterno ſuo ſcit. Et ideò ex hoc quod ponitur aliquid eſſe ſecundùm quodcumque tēpus oportet poni quod ab æterno ſit ſcitū à Deo. Et ideò non debet concedi, quod Deus poſſit plura ſcire q̄ ſciat. quia hęc propoſitio implicat quod antè neſciuerit, & poſtea ſciat.

AD TERTIVM dicendum, quod antiqui nominales dixerūt, idē eſſe enuntiabile Chriſtū naſci, & eē naſciturū, & eē natū: quia eadē res ſignificatur p hæc tria, ſ. natiuitas Chriſti, & ſecūdùm hoc ſequitur, quod Deus quicquid ſciuit ſciat: quia modo ſcit Chriſtum natum, quod ſignificat idē ei, quod eſt Chriſtum eſſe naſciturū. Sed hæc opinio [d] falſa eſt. Tùm quia diuerſitas partium orationis diuerſitatem enuntiabilium cauſat. Tùm ēt quia ſequeretur, quod propoſitio, quæ ſemel eſt uera, eēt ſemper uera, quod eſt contra Philoſophum, * q dicit, quod hæc oratio, Sor. ſedet, uera eſt eo ſedente: & eadem falſa eſt, eo ſurgente. Et ideo concedendū eſt quod hæc nō eſt uera, quicquid Deus ſciuit ſcit, ſi ad enūtiabilia referatur: ſed ex hoc nō ſequitur, quod ſcientia Dei ſit uariabilis. Sicut.n. abſque uariatione diuinæ ſcientiæ eſt, quod ſciat unam, & eadem rem quandoque eē, & quandoque non eſſe, ita abſque uariatione diuinæ ſciētiæ eſt, quod ſcit aliquod enūtiabile quandoque eſſe uerum, & quandoq; eē falſum. Eſſet autem ex hoc ſcientia Dei uariabilis, ſi enūtiabilia cognoſceret per modum enuntiabiliū cōponendo & diuidendo, ſicut accidit in intellectu noſtro. Vñ cognitio noſtra uariat, uel ſm ueritatem & falſitatem: puta ſi mutata re, eandē opinionem de re illa retineamus. Vel ſecūdùm diuerſas opiniones, ut ſi primo opinemur aliquē ſedere, & poſtea opinemur eū nō ſedere; quorū neutrū pōt eē in Deo.

D. 478.

In prædicamen. e, de ſubſtātia, declinando ad fin. to. 1.

Univerſidad de Deuſto Biblioteca

SVPER QVÆST. XIIII. ART. XVI.

Arg. 1. p. d. 35. q. 3. princ. 2. Cap. 1. d. 35. q. 2. ar. 2. con 3.

TItulus clarus.

¶In corpore duo. Primò in communi diſtinguit ſcientiam ſpeculatiuam, & practicam. Secundò reſpõdet quæſito.

Porreta per tota. ¶Quò ad primum diſtinctio eſt iſta. Scientia quædam eſt ſpeculatiua tantùm, quædã practica tantùm, quædam ſecundùm quid practica, & ſecundùm quid ſpeculatiua. Declaratur ſic. ſcientia dicitur ſpeculatiua tripliciter, ſcilicet ex obiecto, aut modo aut fine ergo quædam eſt ſpeculatiua tantùm, &c. Antecedens declaratur exemplariter. conſequẽtia probatur: quia ſpeculatiua ex obiecto eſt ſpeculatiua tãtum. ſpeculatiua uerò ex modo tantùm, aut fine tantùm, eſt ſecundùm quid practica, & ſecundùm quid ſpeculatiua. quæ uerò nullo horum modorum ſpeculatiua eſt, relinquitur quod practica tantùm ſit.

¶Circa hanc partẽ aduerte primò, quod practicum & ſpeculatiuũ hic ſumitur non ſolũ ut ſunt conditiones ſcientiæ ſecundùm ſe ſed etiam ex parte ſcientis. Et propterea dicit, quòd ars domificatiua non intẽdentis domificare, eſt ſpeculatiua ex fine, & practica ex modo, & obiecto, gloſſandum eſt enim de fine ex parte ſcientis: & non ipſius ſcientiæ. Quoniam ſi loquimur de fine ipſius ſciẽtiæ, ipſa eſt etiam practica ex fine, quoniam finis eius eſt domificatio. Et hoc ſi aduerteris, deludes irriſiones aduerſariorum. Aduerte ſcdò, ꝙ ſicut ſpeculatiua eſt tripliciter, ita practica. Prima ex obiecto, modo, & fine et ſcientis, & hæc eſt tñ practica. Secunda ex obiecto modo & fine ſcientiæ, non ſcientis, & hæc eſt uerè practica. ſed in littera dr̃ ſecundùm quid ſpeculatiua ex parte finis ſcientis. Tertia ex obiecto: ſed non modo neque fine ſcientiæ, & hæc eſt ſecundùm quid practica. ſ. ex parte obiecti, & ſcdm quid ſpeculatiua. ſ. ex modo & fine ſcientiæ: quia ſe concomitãtur. Quum enim aliquid practicè ſcitur, iam ex ſe ad opus ordinatur, & econuerſò. Aduerte tertiò, ꝙ per ſpeculatiuam ex modo tantùm. i. de obiecto operabili modo ſpeculatiuo, non intelligitur ſcientia de operabili in uniuerſali: quoniam ſcientia de operabili, ſiuè ſit per principia proxima operationis, ſiue p principia remota & uniuerſalia operationis, ſub eodem membro cadit. Sed intelligitur ſcientia de operabili ſcrutans non quomodo res fiat, ſed quid eſt, &c. ut in littera dr̃. Talis. n. cognitio non ſpectat ad artifices, ſed ad Philoſophos: qui cum ſciant quid eſt cithara, aut domus ſcientiam tamen illa faciendi, nõ habent.

¶Quò ad ſecundùm tria dicuntur. Primò comparatur ſcientia Dei ad ipſum Deum. ſecundò ad alia à ſe. tertiò reſpondetur cuidam tacitæ obiectioni. De primo ponitur concluſio. Scientia Dei de ſeipſo eſt ſpeculatiua tantùm: probatur, quia ipſe nõ eſt operabilis. De ſecundo ponitur concluſio, Scientia de alijs à ſe eſt ſpeculatiua & practica: etiam diuerſimodè, probatur primò quòd ſit ſpeculatiua: quia omnia nouit modo ſpeculatiuo quid ſunt. &c. Deinde quòd ſit practica, diuerſimodè. quia de factibilibus, quæ nunquam ſiunt, practicam habet uirtute, id eſt ex obiecto, & modo, & fine ſcientiæ, non fine ſcientis. De his uero quæ de facto quandoque ſiunt, habet practicam ſimpliciter, & actu. Obiectio autem, cui reſpondetur, eſt, quia mala non facit Deus, neque ſunt de numero factibilium aut factorum à Deo, quomõ ergo hæc ad ſcientiam practicam ſpectabunt? Reſpondetur, ꝙ ſicut medicina eſt nõ ſolùm ſani, ſed ægri: ita ſcientia Dei non faciendo, ſed permittendo, ordinando, impediendo, &c.

¶Aduerte hîc, quòd de ſcientia Dei poſſumus loqui dupliciter. Primò abſolutè ſecundùm quòd in ſe eſt: & ſic cum ſit una & ſimplex præhabens in ſe eminenter omnẽ ſcientiæ perfectionem, neque eſt practica, neque ſpeculatiua, ſed aliquid eminenter continens utrunque, iuxta ea, quæ in prologo dicta ſunt. Alio modo in reſpectu tali ſciti: & ſic dicitur hic de ea, quòd eſt ſpeculatiua, aut practica. Reſpectu quidẽ huius ſciti quod eſt eſſentia ſua, non ut eſt ſia eſt adæquatum obiectum ſcientiæ, ſic enim pertinet ad ſcientiam Dei abſolutè, ſed ut eſt quoddam ſpeciale ſcitum diſtinctum contra alia ſcita, ſcilicet alia à Deo, eſt ſpeculatiua. Reſpectu uero aliorum eſt practica, &c. ut in littera dicitur.

¶Circa poſitas concluſiones dubium occurrit ex Scoto, ipſe ſiquidem in prologo primi ſententiarum tenet oppoſitum primæ concluſionis, dum diffinit ſcientiam Dei de ſeipſo eſſe ſimpliciter practicam: aut nihil ſibi deeſſe quin ſit practica, niſi quòd uoluntas Dei, non eſt bona ex regula, ſed naturaliter ex ſeipſa, & in 38. diſtinctione primi tenet oppoſitum ſecundæ concluſionis, quo ad hoc, quòd Deus habet ſcientiam practicam de alijs à ſe: uult enim quòd nõ habeat ſcientiam practicam de alijs à ſe, ſed ſpeculatiuam. Ratio eius contra primam concluſionem conſiſtit in hoc. Scientia de eſſentia Dei eſt prior naturaliter amore illius eſſentiæ, & rectificatiua illius: ergo eſt practica. Et ad rationem pro concluſione in littera poſitam, ſcilicet quia Deus non eſt operabilis, reſpondet quòd Deus eſt operabilis, id eſt, attingibilis per operationem immanentem, amoris ſcilicet. Ratio uerò contra ſecundam conſiſtit in hoc. Nulla notitia de rebus ante determinationem diuinæ uoluntatis dictat res eſſe agendas: ergo nulla eſt ibi notitia practica de rebus. Antecedens patet, & conſequẽtia probatur: quia ſcientia practica eſt dictatiua ad operandum. In prologo autem fundat ſe ſuper prioritate ſic, nulla notitia de rebus, &c. eſt prior actu uoluntatis diuinæ, &c. ergo non eſt practica.

¶Adhæc

ARTICVLVS XVI.

Vtrum Deus de rebus habeat ſcientiam ſpeculatiuam.

AD DECIMVMSEXTVM ſic ꝓceditur. Videtur, ꝙ Deus de rebus non habeat ſcientiam ſpeculatiuam. Scientia enim Dei eſt cauſa rerum vt ſupra oſtenſum eſt. Sed ſciẽtia ſpeculatiua non eſt cauſa rerum ſcitarũ. Ergo ſciã Dei nõ eſt ſpeculatiua.

Infraq. 57 ar. 3, & co, & 12. qu. 3. arti. 5. primum & 3 ſen. in prolog. Et ue ritq. 3. art. 3. con. ¶2 Præt. Sciã ſpeculatiua eſt ꝑ abſtractionem à rebus: quod diuinæ ſcientiæ non cõpetit. Ergo ſcientia Dei non eſt ſpeculatiua

*Art. 8. huius quæſt.

SED CONTRA. Omne, qđ eſt nobilius, Deo eſt attribuendũ. ſed ſcientia ſpeculatiua eſt nobilior, quàm practica, vt patet per Philoſophum in principio metaphyſic. Ergo Deus habet de rebus ſcientia ſpeculatiuam.

Lib. 6. metap. textu 3. Et li. 1. e pi. 2. nõ ꝓcul a principio tomo 3.

RESP. Dicendũ, ꝙ aliqua ſciẽtia eſt ſpeculatiua tantùm, aliqua practica tantùm, aliqua uerò ſecundùm aliquid ſpeculatiua, & ſecundùm aliquid practica. Ad cuius euidentiam ſciendũ eſt, quòd aliqua ſcientia poteſt dici ſpeculatiua tripliciter.

Primò ex parte rerũ ſcitarũ, quæ non ſunt operabiles à ſciẽte, ſicut eſt ſcientia hominis, de rebus naturalibus, uel diuinis.

Secundò, quantum ad modũ ſciẽdi. Vt puta, ſi ædificator, cõſideret domum diffiniẽdo, & diuidẽdo, & conſiderando uniuerſalia ꝓdicata ipſius. Hoc ſiquidẽ eſt, operabilia, modo ſpeculatiuo conſiderare, & non ſm quòd operabilia sũt. Operabile enim eſt aliquid per applicationẽ formæ ad materiam, non per reſolutionem compoſiti in principia uniuerſalia formalia.

Tertio, quãtum ad finem. Nã intellectus practicus differt fine à ſpeculatiuo, ſicut dr̃ in tertio de anima. Intellectus. n. practicus ordinatur ad finẽ operationis, finis autem intellectus ſpeculatiui eſt conſideratio ueritatis. Vñ, ſi quis ædificator cõſideret qualiter poſſet fieri aliqua domus, nõ ordinãs ad finẽ operationis. ſed ad cognoſcẽdũ, tñ erit (quantum ad finẽ) ſpeculatiua conſideratio, tñ de re operabili. Scientia igitur, q̃ eſt ſpeculatiua rõne ipſius rei ſcitæ, eſt ſpeculatiua tñ. Quæ uerò ſpeculatiua eſt ſm modum uel finẽ eſt ſecundùm quid ſpeculatiua, & ſecundùm quid practica. Cũ uerò ordinatur ad finem operationis, eſt ſimpliciter practica.

Lib. 3. de anima text. 49.

Secundùm hoc ergo dicẽdũ eſt, ꝙ Deus de ſeipſo habet ſcientiam ſpeculatiuam tantùm: ipſe enim operabilis non eſt. De oĩbus uero alijs habet ſcientiã, & ſpeculatiuam & practicã. Speculatiuam quidem, quantum ad modum, Quicquid enim in reb⁹ nos ſpeculatiuè cognoſcim⁹ diffiniẽdo, & diuidẽdo. hoc totum Deus multò ꝑfectius nouit. Sed

Conclu.

Concl. 2

¶Ad has autem obiectiones ſuppoſitis his, quę in Prologo dicta ſunt, & in quæſtione ſpeciali de praxi, nõ eſt difficile reſpondere. Ad primam. n. neganda eſt cõſequentia, quicquid ſit de antecedente. plus. n. exigitur ad notitiã practicam, vt ibi patuit. Solutio rationis noſtræ à Scoto data valeret quidẽ, ſi Deus, aut operatio, quæ à ſe amat, fueret, vel ẽt regulariter ſcientia practica.

¶Oportet nanque omnem cauſam eſſe cauſam, vel operationis vel effectus. ſcientia autem practica cauſam ſonat, vt patet ex nomine & 9. meta. Et reſpectu quidẽ creaturarũ factibiliũ, cauſa in Deo ponitur in ordine ad effectum, non in ordine ad factionem: quia illa eſt ſubſtantia Dei. Reſpectu autẽ ipſius Dei quò ad naturã ponere nõ poteſt: quia nec ipſe, nec operatio ſua, aut pendet. Ridiculum ergo eſt audire Deum eſſe operabilem ſcientia ſua practica.

D. 713. D. 475.

¶Ad obiectionem uerò contra ſecundam cõcluſionem primo loco factam, negatur cõſequentia: falſum enim manifeſtè eſt, quod notitia practica debeat eſſe dictatiua ad operandum, ſatis eſt enim quod ſit regulatiua. Ars. n. domificatiua, nõ dictat domificandum eſſe, immò eſt indifferens ad oppoſita, ut patet 9. Metaph.

¶Et per hoc patet reſponſio ad obiectionem ſecundo loco adductam: falſum quippe eſt aſſumptum. quoniam ut dicitur 9. Metaph. potentia rationalis quam conſtat eſſe notitiam practicam, determinatur ab appetitu, & non econuerſo. Et id cõſtitui ponitur ab appetitu ut indifferens. Vnde mirum eſt de iſto homine, quò præclarum eius ingenium non aduertit, ꝙ quemadmodum ars domificatiua abſolutè, præuenit actum uoluntatis & præuenitur à uoluntate, vt determinatiua ipſius ad operandũ, & præuenit executionẽ. ſ. ipſam domificationem: ita rõnes oĩum operũ factibiliũ à Deo, naturaliter in eſſentia diuina relucent, præueniendo oẽm voluntatis actum: ſed præueniuntur, oportet a voluntate diuina, vt determinẽtur ad operandũ. Vnde qdã rõnes ſunt determinatæ ad operandũ, & qdã nõ, vt in littera dr̃. Et illæ, q̃ determinatæ ſunt à diuina voluntate, ꝓueniunt executionẽ. i. factionẽ ad extra. Nec refert ad propoſitũ, vtrum potentia executiua in Deo ſit ipſa voluntas, an tertia potentia: qm̃ ẽt ipſa voluntas, vt determinans ꝓcedit, & vt exequens ſequitur.

de his, quę poteſt quidẽ facere, ſed ſecundùm nullum tp̃s facit: non habet practicã ſcientiam, ſecundùm ꝙ practica ſciẽtia dr̃ à fine, Sic aũt habet practicam ſcientiam de his, quæ ſecũdùm aliquod tempus facit. Mala uerò, licet ab eo non ſint operabilia, tñ ſub cognitione practica ipſius cadunt ſicut & bona, inquantũ ꝑmittit uel impedit uel ordinat ea, ſicut & ægritudines cadũt ſub practica ſciã medici, inquantũ ꝑ artẽ ſuã curat eas.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ſcientia Dei eſt cauſa, nõ quidẽ ſuiipſius, ſed aliorũ. Quorundã quidẽ actu. ſ. eorum, quæ ſm aliquod tp̃s ſiunt. Quorundã uerò uirtute, ſcilicet eorum, quæ põt facere, & tñ nunquam ſiunt.

AD II. dicendum, ꝙ ſcientiã eſſe acceptã a rebus ſcitis, non per ſe conuenit ſcientiæ ſpeculatiuæ, ſed per accidens inquantum eſt humana.

Ad id uerò, quod in cõtrariũ obijcitur dicendum, ꝙ de operabilibus. perfecta ſcientia non habetur, niſi ſciantur inquantum operabilia ſunt. Et ideò, cũ ſciẽtia Dei ſit oĩbus modis ꝑfecta, oportet ꝙ ſciat ea, quæ ſunt à ſe operabilia inquantum hmõi, & non ſolùm ſecundùm ꝙ ſunt ſpeculabilia. Sed tamen non receditur à nobilitate ſpeculatiuæ ſcientiæ, quia omnia alia à ſe, uidet in ſeipſo. Seipſum autẽ ſpeculatiuè cognoſcit, & ſic in ſpeculatiua ſuiipſius ſciẽtia, habet cognitionẽ, & ſpeculatiuã & practicam omnium aliorum.

QVAESTIO XV.

De Ideis, in tres articulos diuiſa.

POST conſiderationẽ de ſcientia Dei, reſtat conſiderare de ideis.

ET circa hoc q̃runtur tria.

¶Primò. An ſint ideæ.
¶Secundò. Vtrum ſint plures, uel una tantùm.
¶Tertiò. Vtrum ſint oĩum, quæ cognoſcuntur à Deo.

¶Quò ad tertium probatur concluſio propoſita ſic. Mundus nõ eſt factus à caſu, ſed eſt factus à Deo per intellectum agentẽ. ergo forma mundi eſt finis ſuæ generationis. ergo in mente diuina eſt forma, ad ſimilitudinem cuius mundus eſt factus. ergo in mente diuina eſt idea. Antecedens. quò ad vtramque partem ſupponitur, vt inferius mõſtrandũ eſt in loco ſuo. Prima aũt cõſequẽtia ꝓbatur ex illa maxima: in omnibus, quæ generantur, non à caſu, forma eſt finis generationis. ſecunda verò conſequentia duo infert, ſcilicet & ꝙ forma ad cuius ſimilitudinem, &c. eſt in Deo, & quòd eſt tali modo, ſcilicet in mente diuina, id eſt, obiectiuè, & quò ad vtrumque in littera probatur. Quò ad primum: quia commune eſt omni agẽti præhabere ſimilitudinem intentæ formæ. quò ad ſecundùm verò eſt differentia inter agens naturale, & à propoſito in modo ꝓhabendi illam ſimilitudinẽ: quia illud ſecundũ eſſe naturale, vt patet in igne, hoc ſecundùm eſſe intelligibile, vt patet in artifice. ſi ergo Deus eſt agens per intellectũ, ergo, &c. Tertia deindè conſequentia probatur: quia in hoc conſiſtit ratio ideæ, probatur. Ratio ideæ eſt, vt ſit forma præter rem, exemplar eius, & principiũ cognitionis, &c.

¶Aduerte hic diligenter, quòd in littera cautè dicitur, quòd idea ponitur, vt exemplar, & non dicitur, vt principium eſſendi. Quia principium eſſendi ſonaret, formam qua agens agit. Idea autem non ſignificat talem formam, ſed formam, quam agens concipit, ad cuius ſimilitudinem operatur, & non qua operatur. & hoc eſt propriè exemplar. Et propterea in exemplo de domificatore expreſſè ſubiungitur, quòd idea domus, eſt forma, quam mente concipit, & nõ ars domificatiua. Similiter cum littera dixiſſet, quòd idea eſt principium cognitionis, ſtatim addidit limitationem ſecundùm ꝙ formæ cognoſcibiliũ dicuntur eſſe in cognoſcente, quaſi diceret, non dico, ꝙ idea eſt principium cognitionis: quia hoc ſonaret, quòd ipſa eſſet ratio cognoſcendi, vt ſpecies intelligibilis: ſed quòd ipſa eſt principium cognitionis eo modo, quo formæ cognoſcibilium obiectiuè in cognoſcente exiſtentes, principia cognitionis ipſarum rerum cognoſcibilium dicuntur. Et quoniam in penultimo conſequente totum hoc continebatur. ſ. forma mundi præter mundum exiſtens, & cauſalitas exemplaris, & modus eſſendi intelligibiliter, ſeu obiectiuè, ideò merito vltima conſequentia ex his, quæ ad rationem ideæ ſpectant, & iam poſita erant, probata eſt, prægnantibus verbis, ſcilicet: & in hoc conſiſtit ratio ideæ.

¶In reſponſione ad tertium, dubium occurrit: quia falſum, & inconſonans videtur, quòd idea ſit eſſentia diuina. Falſum quidem inquit Scotus in 1. diſt. 35. quia tota ratio ideæ ſaluatur in lapide habente eſſe obiectiuum in intellectu diuino. ergo idea in Deo non eſt eſſentia diuina. Antecedens patet applicando totam ideæ rationem. Et confirmari poſſet aſſumendo diffinitionem poſitam in q. de veri. q. 3. art. 1. & eam quæ ex hoc ar. habetur. ſ. quòd eſt forma alicuius rei præter ipſam rẽ, exemplar, atque principium ſic cognitionis eiuſdem. conſequentia autem probatur. eſſe obiectiuum non eſt eſſe reale, ſed eſt eſſe diminutum. ergo non eſt eſſentia diuina. Inconſonans autem, quia idea aut eſt eſſentia diuina, vt eſt, aut eſſẽtia diuina, vt eſt obiecta

SVPER QVÆST. XV. ARTIC. PRIMVM.

Ricar. 1. d. 36. q. 2. Ramon. q. 15. a. 1. Pet. de Pal. 1. 5. d. 36. q. 2.

IN titulo nihil aliud notãdum eſt, niſi ꝙ quid nominis ideæ in corpore declaratur.

¶In corpore tria. Primò proponit concluſionem reſponſiuam quæſito. Secundò aſſignat quid nominis ideæ. Tertiò probat concluſionem reſponſiuam.

¶Quò ad primum concluſio reſpõſiua quæſito affirmatiua eſt. Neceſſe eſt ponere ideas in mente diuina. Vbi aduerte, ꝙ eſſe in mente ſumitur formaliter, id eſt, inquantum mens eſt. Hoc autem eſt eſſe obiectiuè, vt intellectum in intelligente, & non vt forma in eo, cuius eſt forma. Senſus ergo concluſionis eſt, ꝙ neceſſe eſt ponere ideas obiectiuè in intellectu diuino.

¶Quò ad ſecundùm, idea ſignificat formam alicuius rei præter rem ipſam exiſtentem, & declaratur ex idiomate Græco. Si vis ideæ diffuſè diffinitionem videre, lege q. 3. de veri. art. 1.

[illegible] intellectui diuino. ſi primo modo, vt in artic. ſequenti [illegible] nuitur, vbi dr, q idea, vt eſſentia diuina eſt ſic immutabilis. hoc enim cõuenit eſſentiæ diuinæ ſecundùm q eſt. Malè ergo reſpõſum eſt ad principale qſitum articuli. Et probatur ſequela. [illegible] an eſt de re habente eſſe in rerum natura, & in intelle- F maliter loquendo, eſſentia diuina, vt in mente eſt diuina. Nec oppoſitũ in illis verbis ſequentis articuli dicitur. Qũ ly immutabile, claudere intelligitur in ſe rationem exẽplaris, ac p hoc, vt ex dictis patet, idea dr eſſentia diuina, vt exẽplar eſt, i. vt formatiua eſt rei medio intellectu: hoc aũt patet, non conuenire eſſentiæ ſecundum q eſt merè naturaliter.

ARTICVLVS I.

Vtrum Ideæ ſint.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd ideæ nõ ſint. Dicit enim Dion. c. 7. ca. de di. nom. q Deus non cognoſcit res[h] ſecundùm ideam. Sed ideæ non ponuntur ad aliud, niſi ut per eas cognoſcantur res. Ergo ideæ non ſunt.

¶ 2 Præt. Deus in ſeipſo cognoſcit omnia, ut ſupra* dictum eſt: ſed ſeipſum non cognoſcit per idem.[h] Ergo nec alia.

¶ 3 Præt. Idea ponitur, ut principium cognoſcendi, & operãdi. ſed eſſentia diuina eſt ſufficiens principium cognoſcẽdi, & operandi omnia: non ergo neceſſe eſt ponere [h]ideas.

SED CONTRA eſt quod dicit Auguſ.* in lib. 83. q. Tanta uis in ideis conſtituitur, ut niſi his intellectis, ſapiẽs eẽ nemo poſſit.

RESPON. dicendum, q [m] neceſſe eſt ponere in mẽte diuina ideas[n]. Idea. n. græcè, latinè forma dr. Vnde per ideas intelligũtur formæ aliarum rerum præter ipſas res exiſtens. Forma autem alicuius rei pter ipſam exiſtens ad duo eſſe põt: vel ut ſit exemplar eius cuius dicitur forma[o]: vel ut ſit principiũ cognitionis ipſius, ſecundùm q formæ cognoſcibilium dicunt eſſe in cognoſcente. Et quantum ad utrũq; eſt neceſſe ponere ideas, quod ſic patet. In omnibus. n. quæ nõ à caſu generant, neceſſe eſt formam eſſe[q] finẽ generationis cuiuſcunq;. Agẽs autem non ageret propter formã niſi inquãtum ſimilitudo formæ eſt in ipſo[r]. Quod quidẽ contingit dupliciter. In quibuſdam. n. agentibus præexiſtit forma rei fiẽdæ ſm eſſe naturale, ſicut in his, q agunt per naturam. ſicut homo generat hominẽ, & ignis ignẽ. In quibuſdam uerò ſecundum eſſe intelligibile, ut in his, quæ agunt per intellectum. ſicut ſimilitudo domus pexiſtit in mẽte ædificatoris. Et hæc põt dici idea domus: qa artifex intendit domum aſſimilare formæ, quã mente concepit. Quia igit mundus, nõ eſt caſu factus, ſed eſt factus à Deo p intellectũ agentẽ, (ut infra 1 par. h[t]) neceſſe eſt q in mẽte diuina ſit forma ad ſimilitudinẽ cuius mundus eſt factus. Et in hoc conſiſtit ratio ideæ[t].

AD PRIMVM ergo dicendũ, q Deus non intelligit res ſcdm ideam extra ſe exiſtẽtem, & ſic etiam Ariſt.* improbat opinionem Platonis de ideis, ſecũdùm quòd ponebat eas per ſe exiſtẽtes, non in intellectu.

AD II. dicendum, q licèt Deus per eſſentiã ſuã ſe, & alia cognoſcat, tñ eſſentia ſua eſt principium operatiuũ aliorũ, non aũt ſuiipſius: ideò habet rationẽ ideæ ſecundũm q ad alia comparatur: non autem ſecundum, q cõparat ad ipſum Deũ.

AD III. dicẽdũ, q Deus ſm eſſentiam ſuã eſt ſimilitudo omnium rerum. Vndè idea in Deo nihil eſt aliud quã Dei eſſentia.

[illegible] malè reſpõdetur affirmatiuè, per eſſe, q hñt in intellectu, permiſſo eſſe in rerũ natura: ſicut ſi quæreretur an ſphæra ignis ſit, malè reſponderetur, q eſt in intellectu. Et rõ eſt, quia eſſe in intellectu eſt eſſe ſecũdũ quid, eſſe in rerũ natura eſt eſſe ſimpliciter. Quæſtio autem an eſt, quærit de eſſe ſimpliciter: & propterea ſi reſpõdeatur de eſſe in mẽte, infinitur, q illa res nõ hẽt aliud eſſe, ſed eſſe in mẽte eſt eius eſſe ſimpliciter. Si igitur idea eſt eſſentia ſecundũ eſſe reale, malè reſpõſum eſt quo. Neceſſe eſt ponere ideas in mente diuina. Si aũt idea eſt eſſentia, vt obiecta eſt intellectui diuino. malè ergo dictũ eſt, q eſt ipſa eſſẽtia diuina: qm eſſentia diuina, vt obiecta, nõ habet eſſe reale, ſed obiectiuũ. Et ſi per impoſſibile eſſentia diuina nõ eſſet in rerum natura, & eſſet obiecta intellectui, ideæ ratio ſaluaret, Ideã ergo eſſe idem, quod eſſentia eſt per accidens, immò ſuperfluũ: quia natura cuiuſq; rei eſt obiecta intellectui diuino, ſecundariò tñ, & ſi nunq identificaret eſſentiæ diuinæ, vt obiecta eſt intellectui diuino: qm ipſa cognoſcitur à Deo non ſolùm, vt eſt in priori obiecto, ſed ſcdm ſe. Hæ rõnes nõ ſunt ex Scot. formaliter, ſed vt veritas eluceſcat, partim ex ipſo, partim ex littera: eas formandas credidi.

¶ Ad euidentiam horum duo videnda ſunt: ex quibus ſolutio omnium pendet. Primò quomodo idea ſe habeat ad eſſe. Secundò quid ſit eſſe obiectiuum.

¶ Quò ad primum ſcito, quòd (vt ex allegatis locis patet) de ratione ideæ eſt eſſe exemplar rei: De ratione autem exemplaris eſt eſſe formatiuum rei mediante agente per intellectum. Vnde ibidem dicitur, quòd ſi omnia agerent de neceſſitate naturæ, non ponerentur ideæ. De ratione autem formatiui ſic eſt eſſe in mente. nunquam enim exemplar aliquod eſt ſic formatiuum, niſi potentia remota, niſi ſit in mente. & ſi eſt in mente, tantum formatiuum ſic ſaluatur. Modus ergo eſſendi exemplaris neceſſarius eſt eſſe in mente. Cæteri autem modi eſſendi ſunt per accidens abſolutè loquendo. Et propterea in littera, quæſtioni an eſt, de ideis reſponſum eſt, quòd ſunt in mente diuina. Eſſe namque in mente eſt ſimpliciter neceſſariũ eſſe ideatum, & formaliter conuenit ideæ, vt idea eſt. Nec curauit author de eſſe ideatum in rerum natura, vt Platoni aſcribitur. Quoniam hic theologiam tradebat, & de diuino intellectu: illa autem diſcuſſio metaphyſicalis eſt, ad tractatum de ſeparatis ſubſtantijs ſpectans. Vnde patet, quòd idea in Deo eſt, formaliter loquendo, eſſentia diuina, vt in mente eſt diuina.

¶ [illegible] ſentiæ ſecundum q eſt merè naturaliter. ſed ſecũdũ q eſt obiecta diuinæ menti. Sed quod eſt eſſe ſimpl. obiectiuè, qd ſecundo loco videndũ erat. Scot. in 1. d. 36. determinat, q eſſe cognitũ, nõ eſt eſſe reale abſolutũ, aut reſpectiuũ, nec eſt eſſe relatiuũ ſecundu rõnem, ſed eſt eſſe diminutũ rei, ſiue abſolutè, ſiue relatiuè quod vocatur eſſe ſecundum quid: ita q res hñt talem modũ eſſendi, fundat relationẽ rationis ad intellectum putatoue lapidẽ, &c. entia producta eſſe ab æterno à Deo per actũ intellectus diuini in tali eſſe, & hmõi entia ſcdm quid eſſe, & vocari ideas: quia eis conueniunt oẽs cõditiones idearũ, vt ex [illegible] ecundo ſunt deducta. [illegible] peripatetico lacte educatus, ac in aere, vt aiunt, loqui neſciẽs, per latitudinem entis realis, ſolum ens rationis [illegible]. Ens autem rõnis relationẽ, aut negationem dicitur à S. Thom. in q. de ver. q. 21. ar. [illegible] eſſe obiectiuũ nõ ſit modus eſſendi ſcdm rõ, neq; ſit negatio, reſtat, q ſit eſſe relatiuũ ſecundùm rationem in cõi loquendo. Sed qm eſſe diuinum eſt tantę excellentiæ, vt oẽs eſſendi modos, ſiuè extra aĩam, ſiue in aĩa eminenter ꝑhabeat oportet, vt & eſſe naturale ipſius K diuinæ eſſentiæ, ſit nõ ſolùm ordinis intelligibilis, & in actu puriſſimo, ſed ſit etiã [illegible] reſpectu intellectus ſui: alioquin non oẽs eſſendi modos vnico modo eminentiſſimè contineret. ac per hoc, nec eſſentia diuina, vt obiecta intellectui habet eſſe diminutum, nec aliqua res, vt obiecta diuino intellectui hẽt eſſe diminutum. Et de eſſentia diuina, quidem manifeſta ſequitur, quia eius eſſe obiectiuum eſt eſſe naturale ipſius Dei propter eius eminentiam. De alijs verò ſequitur ex eo, quòd alia non aliter poſſunt obijci Deo, quàm in obiecta eſſentia diuina: nihil enim Deus intelligit extra ſe, ſed omnia in ſe tantùm. Itaq; qui ſic cognoſcit vtrumque. ſ. & lapidem in eſſentia obiecta, & lapidem abſolutè, & lapidem hũc, & lapidem in anima mea, &c. omnia enim hæc nouit: ſed modus quo hæc obijciuntur, eſt unus in eſſentia diuina. Et conſequenter eſſe obiectiuum rei ſ. reſpectu intellectus diuini, non eſt eſſe relatiuum, ſed abſolutum realiſſimum. ſ. eſſe Dei. Et quia idea in Deo, de qua eſt ſermo, ſignificat res ſecundum tale eſſe, ideo meritò dictum eſt, quod eſt ipſa eſſentia diuina, &c.

¶ Ad primam ergo obiectionem in oppoſitum negatur ſequela. Ad probationem autem dicitur, quòd licèt eſſe obiectiuum communi, non ſit reale: eſſe tamen obiectiuum apud intellectum diuinum, eſt reale.

¶ Ad ſecundam autem iam patet, q idea in Deo eſt eſſentia diuina, ut obiecta diuino intellectui. & cõcedit cum argumẽto. ergo magis dictum eſt, q eſſentia ſiue negatur ſequela. Tum quia non eſt [illegible]

Marg.: Porrecta per totũ. 96 — Inf. q. 44. ar. 3. & 1. d. 36. q. 2. ar. 1. Et vt 11. q. 3. a. 1. †Cap. 7. à medio. — * queſ. 14. art. — Lib. 83. q. 46. parũ à prin. tom. 4. Concil. m. — Idea. — 236 — D 83. — b 236 — Queſt. 46. art. 1. — 97 236 — * Li. 1. metaphyſ. tex. 10. que & lib. 10.

ARTICVLVS II.

Vtrum ſint plures ideæ.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vi: q non ſint plures ideæ. Idea. n. in Deo eſt eius eſſentia: ſed eſſentia Dei eſt una tantùm: ergo & idea eſt una.

¶ 2 Præt. Sicut idea eſt principiũ cognoſcendi & operandi [b], ita ars & ſapiẽtia: ſed in Deo nõ ſunt plures artes & ſapientiæ. Ergo nec plures ideæ.

Si dicatur q ideæ multiplicãtur ſecundùm reſpectus ad diuerſas creaturas: Contra. Pluralitas idearum eſt ab æterno. ſi ergo ideæ ſunt plures, creaturæ autem ſunt temporales: [h] ergo temporale erit cauſa æterni.

¶ 3 Præt. Reſpectus iſti, aut ſunt ſm rem in creaturis tantũ, aut ẽt in Deo: ſi in creaturis tñ (cũ creaturæ nõ ſint ab æterno) pluralitas ideãrũ nõ erit ab æterno: ſi multiplicent ſolũ, ſm hmõi reſpectus. Si aũt realiter in Deo, ſequit, q alia pluralitas realis ſit in Deo, q pluralitas pſonarũ: quod eſt cõtra Dama.* dicẽtẽ, q in diuinis oĩa unũ ſunt, pter ingenitionẽ, gñationẽ, & proceſſionẽ. Sic igitur nõ ſunt plures ideæ.

SED CONTRA eſt, qd dicit Au.* in li. 83. q. ideæ ſunt principales quædã formæ, vel rõnes rerũ ſtabiles atq; incõmutabiles: qa ipſæ formatæ nõ ſunt, ac per hoc æternæ: ac ſemp eodẽ modo ſe hñtes, quæ diuina intelligentia continent. Sed cũ ipſę neq; oriãtur, neq; intereãt, ſm eas tñ formari dr oẽ qd oriri & interire põt, & oẽ quod orit & interit.

[m] RESPONDEO dicendũ, q neceſſe eſt ponere plures ideas [n]. Ad cuius euidentiã cõſiderãdũ eſt, q in quolibet effectu, illud quod eſt vltimus finis, ꝓpriè eſt intentũ à principali agẽte: ſicut ordo exercitus à duce. Illud aũt, qd eſt optimũ in rebus exiſtẽs, eſt bonũ ordinis uniuerſi, vt patet per Philoſophũ in 12. Met.* Ordo igitur uniuerſi eſt ꝓpriè à Deo intẽtus, & non p accidẽs proueniens ſm ſucceſſionẽ agẽtiũ: prout quidã dixerũt, q Deus creauit primũ creatũ tñ: quod creatum creauit ſecundũ creatum [a], & ſic inde quouſq; ꝓducta eſt tãta rerum multitudo: ſecundũ quam opinionẽ, Deus nõ haberet niſi ideam primi creati. Sed, ſi ipſe ordo uniuerſi eſt p[illegible]

[illegible] communi, non ſit reale: eſſe tamen obiectiuum apud intelle- A prie intentus à principali agente. ergo ordo uniuerſi eſt propriè intentus & per ſe factus à Deo. ergo in mente diuina eſt idea ordinis uniuerſi. ergo in ea ſunt propriæ rõnes omnium rerũ. ergo in ea ſunt plures ideæ. Antecedens manifeſtat in ordine exercitus & duce. Prima uerò conſequentia probatur: quia optimũ in rebus exiſtens eſt ordo: quod firmatur ex 12. Metap. Et conſit maior [illegible] conſequẽs ex deſtructione opinionis Auic. &c. [illegible] notaſtertia verò pro hac: quia [illegible] beati rõnes omnium quibus [illegible] tur, ut patet in domo, & eius partibus. Confirmaq; ueritas conſequentis authoritate Aug. vltima demũ conſequentia nõ eget probatione.

¶ Aduerte, q notanter in primo antecedente non dr vltimus finis, ſed dr vltimus finis in quolibet effectu: quia [illegible] ſermo de fine intrinſeco effectus, & nõ de fine, qui eſt extra effectum. [illegible] tex. 52. Bonum uniuerſi eſt duplex. ſ. in ipſo uniuerſo manens, & aliud extra ipſum, primum [illegible] ordo: ſecundũ eſt Deus: pp quẽ eſt ſeipſo ordo. Ordo ergo uniuerſi, qui eſt optimũ in toto uniuerſo, oportet eſſe vnum in hoc effectu, qui eſt uniuerſum, & cõſequenter [illegible] principali agenti ſuppono [illegible] Deũ. Et hic Deus eſt actor per ſe, & finis ipſius ordinis [illegible] quemadmodũ dux reſpectu ordinis exercitus.

¶ Aduerte ſecundò, q littera, ut oſtenderet uim huius medij, ad inferendũ pluralitatem idearum in Deo, infirmit opinionẽ Auic. de mõ, quo pluralitas emanauit creaturarum, de qua infra [illegible] ſermo. ſi. n. diſtinctio creaturarum non per ſe intenta eſſet à Deo, ſed ex parte Dei eſſet per accidens, ſ. propter ſucceſſionem agentium [illegible] quonis alio modo: non haberemus viã concludendi in Deo exẽpla multorum, ſed unius tantùm. Nullus enim opifex exigit ideam eorum, quæ ſunt per accidens.

¶ Quò ad ſecũdũ oſtendit, q pluralitas ideãrũ nõ repugnat diuinæ ſimplicitati ex differentia, quæ eſt inter quod & quo aliquis intelligit: vtitur q; tali rõne multiplicare qd, non repugnat ſimplicitati, ſed multiplicare quo: ſed idea eſt quod, & non quo. ergo multitudo idearũ non repugnat ſimplicitati diuinæ. maior [illegible] quia multa intelligere non ponit compoſitionẽ, aut imperfectionem, &c. ſed bene hoc ponit multis ſpeciebus intelligere. minor probatur inductiuè ex idea domus in mente artificis, &c.

¶ Circa differentiam in littera aſſignatam, inter quod & quo intelligitur, dubium occurrit. Primò quia aut eſt ſermo de pluralitate reali, aut rationis. ſi reali, utriuſque pluralitas præiudicat diuinæ ſimplicitati. ſi rationis, vtrumque poteſt pari ratione plurificari. Quoniam eſſentia diuina ut ſpecies comprehendit omnes ſpecies intelligibiles, quemadmodum ipſa ut obiecta comprehendit omnia obiecta: & ſic æqua eſt utrinque pluralitas ſecundùm rationem. Secundò, intellectum à Deo non poteſt eſſe niſi unum numero, ut patet 12. Metap. ergo repugnat multiplicare quod intelligitur à Deo. falſum eſt ergo, quod pluralitas eius quod intelligitur, non præiudicat. Tertiò [illegible] eſt

¶ Ad illam autem hypotheticam deductionem: ſi eſſentia diuina nõ eſſet in rerum natura, & eſſet obiecta ſuo intellectui, ſaluaretur rõ ideæ. ergo identitas ideæ cum eſſentia eſt per accidens. Admiſſa conditionali, negatur ulterior ſequela: immò ſequitur oppoſitum: quia ſtante illa conditionali, idea eſſet ipſa eſſentia vt obiecta. Et ſi dicatur, ergo ideam eſſe eſſentiam diuinam, ſecundum eſſe reale eſt accidens, negatur ſequela. Quoniam eſſe obiectiuum eſſentiæ diuinæ apud intellectum Dei non eſt per accidens reale, ſed per ſe, ex eminentia propria ipſius. Sed falli multos contingit in hoc, ex eo q conſiderant eſſe obiectiuum E abſolutè, & reale abſolutè: quæ conſtat non eſſe idem. Cum hic ſit ſermo de eſſe obiectiuo tali, & tali realiter, quibus oritur idẽtitas, [illegible] tamen accepta licentia.

SVPER QVÆST. XV. ARTIC. II.

Ferr. 1. cont. c. 54. — *Aegi. 1. 5. d. 36. q. 2. a. 2. prin.*
Scot. 1. d. 35. q. 1. — *Cap. 1. d. 36. q. 1. con. 4. d. 36. q. 1. & 2.*
Banne. ead. loco. — *Pet. de Pal. 1. 5. d. 36. q. 3.*

TItulus clarus.

¶ In corpore tria facit. Primò reſpondet quæſito affirmatiuè. Secundò oſtendit, quòd hæc pluralitas non repugnat diuinæ ſimplicitati. Tertiò oſtendit quomodo hic pluralitas eſt.

¶ Quò ad primum concluſio reſponſiua eſt, Neceſſe eſt ponere ideas plures. Probatur. ult. mus finis in quolibet effectu eſt pro-

Marg.: Porrecta per totũ. 97 — 1. d. 36. q. 2. a. 1. &c. contra. c. 54. Et vt 11. q. 3. ar. V. Et opu. 3. q. 64. — Li. 1. c. 2. & 10. & 11. — Lib. 83. q. q. 46. à medio. tomo 4. — concl. m — Li. 12. metap. tex. 52. — 246

Universidad de Deusto Biblioteca

eſt ſapientia, & ars, & ſcientia. ergo quo intelligitur, multiplicatur in Deo. probatur ſequela: quia ſe habent ut quo Deus intelligit: ut etiam expreſſe littera dicit in reſponſione ad ſecundum.

¶ Ad euidentiam horum ſcito, quantùm ad ly quo, & quod, quòd hic eſt ſermo de quo & quod in actu exercito, ſcilicet de illis rationibus formalibus, ſeù rebus, q̃ exercent actũ ipſius quo, vel actum ipſius quod, ut in propoſito. Idea eſt quod intelligitur in actu exercito: quoniam ſignificat, id quod ſe habet ad intellectionem ut obiectum uel terminus. Ars verò eſt quo in actu exercito: quia importat, id quod ſe habet ut principium formale intellectionis, & ſic de alijs. Quantum uerò ad multitudinem, ſeù pluralitatem ſcito, quòd hic eſt ſermo non de pluralitate realis, nec de pluralitate rationis formaliter loquendo: ſed de pluralitate ſimpliciter, quod aũt quo. Ita quòd intentio litteræ eſt ponere differentiam in hoc, quod ratio formalis exercens actum, quod ipo teſt multiplicari ſimpliciter, poteſtque abſolutè dici multæ. Ratio uerò exercens actum quo, non poteſt ſic multiplicari, vt poſſit abſolutè dici multæ. Ad primã ergo obiectionem in oppoſitum patet reſponſio, dicimus.n. quòd quia idea eſt quod intelligitur, & ad pluralitatem cogniti ſufficit omnis diſtinctio rationis.

Lib. 83. q. q. 46. poſt medium tom. 4.

Pro declaratione concluſionis uſque in finem.

ſe creatus ab eo, & intentus ab ipſo, neceſſe eſt, q̃ habeat ideã ordinis uniuerſi. Ratio autẽ alicuius totius haberi non poteſt, niſi habeãtur propriæ rõnes eorum, ex quibus totũ conſtituitur. Sicut ædificator, ſpeciẽ domus cõcipere nõ poſſet, niſi apud ipſum eſſet propria rõ cuiuſlibet partiũ eius. Sic igitur oportet q̃ in mente diuina, ſint propriæ rõnes omnium rerum. Vndè dicit Auguſt.* in lib. 83. q. q̃ ſingula proprijs rationibus à Deo creata ſunt. Vñ ſequitur, q̃ in mente diuina ſint plures ideæ. Hoc aũt quomodo diuinæ ſimplicitati non repugnet, facilè eſt uidere, ſi quis conſideret ideam operati eſſe in mente operantis, ſicut quod intelligit, nõ aũt ſicut ſpecies, qua intelligit, quæ eſt forma faciẽs intellectũ in actu, Forma.n. domus in mente ædificatoris eſt aliquid ab eo intellectũ: ad cuius ſimilitudinẽ domũ in materia format. Non eſt aũt cõtra ſimplicitatem diuini intellectus, q̃ multa intelligat: ſed contra ſimplicitatem eius eſſet, ſi p plures ſpẽs eius intellectus formaretur. Vñ plures ideæ ſunt in mẽte diuina, ut intellectæ ab ipſo. Quod hoc modo põt uideri. Ipſe.n. eſſentiam ſuam perfectè cognoſcit: vndè cognoſcit eã ſecundùm oẽm modum, quo cognoſcibilis eſt. Põt aũt cognoſci non ſolùm ſecundùm q̃ in ſe eſt, ſed ſecundũ q̃ eſt participabilis ſecundũ aliquem modũ ſimilitudinis à creaturis *. Vnaquæq; autem creatura hẽt propriam ſpeciem, ſecundùm q̃ aliquo modo participat diuinę eſſentiæ ſimilitudinẽ. Sic igitur inquantum Deus cognoſcit ſuam eſſentiam ut ſic imitabilem à tali creatura cognoſcit eam vt ꝓpriã rõnẽ & ideã huius creaturæ [f]. Et ſimiliter de alijs. Et ſic patet, q̃ Deus intelligit plures rationes proprias plurium rerum quæ ſunt plures ideæ.

Ad primum ergo dicẽdum, q̃ idea nõ nominat diuinã eſſentiam inquãtũ eſt eſſentia, ſed inquantum eſt ſimilitudo, uel rõ huius uel illius rei. Vndè ſecundùm q̃ ſunt plures rõnes intellectæ ex una eſſentia, ſecundùm hoc dicuntur plures ideæ.

Ad II. dicendum, q̃ ſapientia & ars ſignificantur, ut quo Deus intelligit, ſed idea, ut qđ Deus intelligit. Deus autẽ uno intellectu intelligit multa, & nõ ſolùm ſecũdũ q̃ in ſeipſis ſunt, ſed etiam ſecundùm q̃ intellecta ſunt: quod eſt intelligere plures rationes rerum. Sicut artifex dum intelligit formam do-

¶ Quò ad tertiũ aſſeritur modus, quo prædicta pluralitas obiectiua eſt in intellectu diuino: Deus perfectè intelligit eſſentiam, ergo cognoſcit eã omni modo, quo cognoſcibilis eſt. ergo cognoſcit eã non ſolùm ſecũdũ ſe, ſed ſecundùm q̃ eſt quocũq; modo participabilis à creatura. ergo cognoſcit ut ſic imitabilẽ à tali creatura. ergo ut propriam rationem huius creaturæ. ergo cognoſcit plures rerum rõnes quas uocamus ideas. Antecedens patet, cũ prima conſequentia. ſecunda autem probat. Quia Deus vtroque modo eſt cognoſcibilis. Quarta autẽ probatur: q̃a ſpecies creaturarum, ſunt ſecundùm modos participandi diuinæ eſſentiæ ſimilitudinẽ. Quinta autem patet ex eo, quia par eſt de creatura hac & alia iudicium.

¶ In reſponſione ad primum aduerte diligenter, q̃ hic non eſt ſermo de quacunque ſimilitudine, ſed exemplari tantùm. Imitabile autem exẽplariter non eſt, niſi obiectum intellect*. Et propterea, licèt eſſentia diuina abſolutè ſit prius imitabilis quàm ſit obiecta nõ tamen eſt prius imitabilis exemplariter, quàm ſit obiecta: quia de rõne exẽplaris (vt dictum fuit) eſt eſſe obiectiuum. undè, ſi Deus non eſſet intellectualiter agens, eſſentia ſua eſſet quidem imitabilis, ſed non exemplariter: ac per hoc nõ haberet rationem ideæ, & hoc inſinuat littera dicens, quòd nõ nominat eſſentiam, ſed rationem intellectam ex ea.

Quid ſit intelligere videas.

nam aliud cognitum eſt punctum ut principium & aliud ut finis. ideò ad pluralitatem idearum ſufficit diſtinctio illa relatiua: qua eſſentia ut ſic imitabilis eſt unum cognitum, & ut ſic imitabilis eſt aliud cognitum, &c. Ad pluralitatem uerò principij intelligendi, non ſufficit quælibet diſtinctio rationis, ſed requirit diſtinctio ſecundũ propriam, & per ſe rõnẽ principij intelligendi. Ideò non eſt par rõ multitudinis, ipſius quo & ipſius quod quum ergo dr, eſſentia diuina, ita plura continet obiecta ſicut rõ, conceditur, ſed negatur, q̃ ſicut pluralitas illa, quę intelligitur in ipſa obiecta ſufficit ad pluralitatem ſimpliciter ipſius quod. ita eadẽ pluralitas quæ intelligitur in eadẽ ut rõ ſeù ſpẽs intelligendi, ſufficiat ad pluralitatem ipſius quo, ꝓp rõnem iam dictam. Ad ſecundam autem obiectionem dr dupliciter. Primò q̃ intellectum à Deo non eſt niſi unum, ut diſtinguitur contra multa diſparata, & non ut ſimpliciter diſtinguitur contra multa. Ideæ non ſunt multa cognita diſparata nec inter ſe, nec ab eſſentia diuina: quoniam quælibet eſt ipſa eſſentia. Contra ſimplicitatẽ namq; intellectus eſt, ſi multa diſparata cognita ut ſic, id eſt, in eſſe cognito (formaliter enim loquimur) haberet: vt in nobis contingit, qm̃ triangulum, & bouem intelligimus. Habere aũt multa cognita non diſparata, immò in uno numero cõtenta non præiudicat ſimplicitati. Secundò, quòd intellectum per ſe primò à Deo oportet eſſe vnum. Idea aũt eſt intellectum per ſe ſecundò. & ideò compatitur multitudinem. Non enim dictum eſt in littera, quòd omne quod poteſt multiplicari: ſed q̃ multiplicare quod, non præiudicat ſimplicitati. Sat aũt

hoc uerificatur, ſi quod per ſe ſecundò pluriſicari poteſt.

¶ Ad tertiam autem dr q̃ laborat in æquiuoco. Non.n. intendit littera q̃ in Deo non poſſint poni plura diuerſarum rõnũ quo: ſed q̃ nullũm eorum poteſt multiplicari: nõ.n. ſunt in Deo multæ ſapientiæ, neq; multæ artes, &c. ſed ſunt in Deo multæ ideæ.

¶ In reſponſione ad ſecundum, & tertium, propter clariorem intellectum nota ſimul tria. Primò, q̃ idea ſignificat eſſentiam diuinam imitabilem exemplariter. Et quia imitabilitas põt ſumi dupliciter, ſ. fundamentaliter, id eſt, pro abſoluto, & formaliter id eſt, pro reſpectu: tripliciter ideæ ſignificatio imaginari põt. Primò ut ſignificet abſolutum tantùm. Secundò reſpectiuũ tantùm. Tertiò utrumque. Et quidem q̃ non tñ fundamentũ imitabilitatis ſignificet ex eo probo: quia cum illud ſit omnino unũ in omnibus ideis, quia eſt ipſa ſimpliciſſima eſſentia diuina, in qua non poteſt diſtingui abſolutum imitabile à lapide, ab abſoluto imitabili à leone, non poſſet ſuſtineri pluralitas ideãrũ in Deo. Plures.n. ideas intelligere eſt impoſſibile, niſi ſignificatum ideæ pluriſicatum intelligatur. Quod etiam non tantùm reſpectũ ſignificet ex eo patet, quòd eſſentiam diuinam ſignificare dicitur. Vndè relinquitur, quòd utrumque ſignificet, non eo modo quo ly veſtis ſignificaret hominem album, ſi utrumque imponeretur: q̃a ſic idea non haberet unam rõnem, ſed ex eo mõ quo nõia ſignificãt abſolutum relatiuẽ, ut ſaluator creator &c. ac per hoc de rõne ideæ in Deo, ſunt & eſſentia & relatio, nõ ut partes componentes unam communem rationem, ſed vt ſes, & modus, ut determinabile & determinatio, ut commune & proprium.

prium. Secundò nota, q̃ ideas tam in artificibus, quàm in Deo, contingit intelligi dupliciter, primò vt aliorũ ſunt ideæ: ſecundò vt in ſeipſis ſunt. Exemplum utriuſque mẽbri habet in littera, in reſponſione ad ſecundũ. Quũ artifex faciendã domũ contemplatur, ad ideã domus intellectio terminatur, ut idea eſt domus. Cum autem artifex in actu reflexo ipſam, q̃ mẽte cõcepit, ideã conſideraret, ad ipſam intellectio terminatur, ut in ſe eſt. eodẽ quoque mõ in Deo contingit. Ex hac aũt diſtinctione facilè percipere potes, ideas oĩum nõ p intelligi ipſas uti ſeſed per intelligi ipſas ut ideas aliorũ. Nec refert ad ꝓpoſitũ, an illud intelligi ſit actualiter, aut habitualiter. Et propterea cõceditur, q̃ in Deo ſunt plures ideæ, antequam ſint ideæ intellectæ ſecundũ ſe. Et propter hoc in littera in eaſdẽ reſponſione ad ſecundũ, de ſecundo modo quo intelligunt, dr, & hoc eſt plures ideas eſſe in intellectu eius ut intellectas quia aliud eſt plures ideas eſſe in intellectu eius, & aliud eſt plures ideas eſſe in intellectu eius ut intellectas. Primũ.n. dicit eas eſſe obiectiuè in intellectu, ut aliorũ rõnes: ſecũdũ uerò dicit eas eſſe obiectiuè, ut ſecundum ſe intellectæ, id addidit ut intellectas. Tertiò nota, q̃ reſpectus ſic diſtinguentes ideas, quum ſint etiã conſtitutiui earũ, nõ conſequuntur actum intellectus diuini intelligentis ideas, ſed ſunt per actum intellectus diuini intelligẽtis eſſentiã ſuã comparatiuè. Itaq; nõ eſt imaginandũ, q̃ prius intelligat eſſentia ut imitabilis, & deinde ſequatur reſpectus idealis: ſed q̃ ipſa intellectio eſſentiæ, ut imitabilis eſt conſtitutiua reſpectus idealis. Ex hoc aũt hẽs, q̃ reſpectus ideales non ponũtur neceſſarij ad hoc, vt Deus diſtinctè intelligat creaturas, ut quidã interpretari videntur. Conſtat.n. q̃ perfectio intellectionis diuinæ non mendicat à reſpectibus rationis: ſed ponũtur neceſſarij, vt neceſſariò conſectum ex perfectione intellectionis diuinæ: Vndè in corporeum cæli author dixit, q̃ quia Deus perfectiſſimè intelligit eſſentiam ſuam, ideo intelligit

Porrecta per totũ.

98

1. d. 36. q. 2. art. 3. & 1. d. 1. q. 1. ar. 2. ca. & ver. qu. 3. ar. 4. 5. 6. & 7. & 8.

* Ar. 9. præced. q.

† Ca. 5. nõ multũ remote ante finem.

Lib. 83. q. q. 46. ꝓ4.

mus in materia, dr intelligere domum: dum autem intelligit formam domus vt à ſe ſpeculatã, ex eo q̃ intelligit ſe intelligere eã, intelligit ideã, vel rõnẽ domus. Deus autem, non ſolùm intelligit multa per eſſentiam ſuã, ſed etiã intelligit ſe intelligere multa per eſſentiam ſuam *. Sed hoc eſt intelligere plures rõnes rerum, uel plures ideas eſſe in intellectu eius ut intellectas.

Ad III. dicendum, q̃ huiuſmodi reſpectus, quibus multiplicant̃ ideæ, non cauſant̃ à rebus, ſed ab intellectu diuino, cõparante eſſentiam ſuam ad res.

Ad IIII. dicendum, q̃ reſpectus multiplicantes ideas, nõ ſunt in rebus creatis, ſed in Deo. Non tñ ſunt reales reſpectus, ſicut illi quibus diſtinguunt̃ pſonæ, ſed reſpectus itellecti à Deo.

Articulvs III.

Vtrum omnium, quæ cognoſcit Deus, ſint ideæ.

Ad tertium ſic procedit. Vr̃ q̃ non omnium, quę cognoſcit Deus, ſint ideæ in ipſo. Mali.n. idea non eſt in Deo, quia ſequeretur malũ eſſe in Deo: ſed mala cognoſcunt̃ à Deo. Ergo [h] non omnium, quæ cognoſcunt̃ à Deo, ſunt ideæ [h].

¶ 2 Prçt. Deus cognoſcit eaquę nec ſunt, nec erunt, nec fuerũt: ut ſupra dictum eſt*. Sed horum non ſunt ideæ: quia dicit Dion.† 5. c. de di. no. q̃ exemplaria ſunt diuinæ uoluntates, determinatiuæ, & effectiuæ rerum. Ergo nõ oĩum, quæ à Deo cognoſcuntur, ſunt ideæ in ipſo.

¶ 3 Præt. Deus cognoſcit materiam primam, quæ nõ põt habere [h] ideã, cum nullam hẽat formam. Ergo idem quod prius.

¶ 4 Prçt. Cõſtat q̃ Deus ſcit nõ ſolũ ſpẽs, ſed ẽt gñã, & ſingularia, & accidentia: ſed horũ non ſunt [h] ideæ, ſm poſitionẽ Platonis, q̃ primus ideas introduxit, vt dicit Augu.* Non ergo oĩum cognitorũ à Deo sũt ideę ĩ ipſo.

Sed contra. Ideæ ſunt rõnes in mẽte diuina exiſtẽtes, vt per Aug.* patet: ſed oĩum q̃ cognoſcit Deus, hẽt ꝓprias rõnes. ergo oĩum, quæ cognoſcit, hẽt ideã.

Respon. dicẽdum, q̃ cũ ideę à Platone ponerent̃ pricipia cognitionis rerũ, & gñationis ipſarũ, ad utrumq; ſe hẽt idea, ꝓut in mẽte diuinã ponit̃. Et ſecũdũ q̃ eſt principiũ factionis rerũ, exẽplar dici põt, & ad practicã cognitionẽ pertinet. Secundùm aũt q̃ principiũ cognoſcitiuũ eſt, ꝓpriè dr rõ, & pt ẽt ad ſciẽtiam ſpeculatiuã pertinere. [m] Secundũ ergo q̃ exemplar eſt, ſm hoc ſe habet ad oĩa, quæ à Deo fiunt ſecundũ aliquod tps. Secũdũ uerò q̃ principiũ cognoſcitiuũ eſt, ſe hẽt ad oĩa, q̃ cognoſcunt̃ à Deo, ẽt ſi nullo tpe fiãt: & ad oĩa, quę à Deo cognoſcuntur ſm propriam rõnẽ, & ſecundùm q̃ cognoſcuntur ab ipſo p modum ſpeculationis [n].

Ad primum ergo dicendũ, q̃ malum cognoſcit̃ à Deo non per propriã rationem, ſed per rationẽ boni. Et ideò malum nõ habet in Deo [d] ideam, neq; ſecũdùm q̃ idea eſt exemplar, neq; ſecundùm quòd eſt ratio.

Ad II. Dicendum, q̃ eorum quæ neq; ſunt, neq; erunt, neq; fuerunt, Deus non hẽt practicã cognitionem, niſi uirtute tantũ. Vñ reſpectu eorum nõ eſt idea in Deo, ſecundùm q̃ idea ſignificat exemplar, ſed ſolùm ſecũdũ quòd ſignificat rationem.

Ad III. Dicẽdũ, q̃ Plato, ſecundũ quoſdã, poſuit materiã non creatam: & rõ nõ poſuit id eã eſſe materiæ, ſed materię cõcãm. Sed quia nos ponimus materiã creatã à Deo, non tñ ſine forma [e]: hẽt quidẽ materia ideã in Deo, nõ tñ aliã ab idea cõpoſiti. Nã materia ſecũdũ ſe, neq; eſſe hẽt, neq; cognoſcibilis eſt.

Ad IIII. Dicendum, q̃ genera nõ poſſunt habere ideã aliã ab idea ſpeciei, ſecundũ q̃ idea ſignificat exemplar: quia nũquã

eam ut tot modis imitabilem. Hoc.n. eſt cõſtitui plures reſpectus ideales, intelligique plures ideas, ut aliorum rõnes ſtant, & intelligere creaturas diſtinctè in eſſentia diuina ſibi obiecta. Et hæc ſi bñ contemplatus fueris, obiectionem aliorũ deridebis: quas non adduxi quia non contra ſenſum expoſitum doctrinæ San. Tho. militant.

Svper qvæs. XV. Artic. III.

Scot. 5. f. d. 36.
Cap. 1. d. 36. q. 1. ar. 4. & 5.
Bannez. ead. lo.

Li. 83. q. q. 46. poſt medium, tom. 4.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo. primò diſtinguit, ſecundò reſpõdet quæſito.

¶ Quò ad primũ, Idea diuina dupliciter ſumitur, ut exemplar, & vt rõ. Manifeſtat diſtinctiõ dupliciter. primò ex drĩa duorum officiorũ attributorũ ideis à Platone, generare & cognitionẽ facere: ſecundò ex differentia ſpeculatiui, & practici.

¶ Quò ad ſecundũ reſpondet quæſito duabus propoſitionibus affirmatiuis iuxta mẽbra diſtinctionis præmiſſæ. Prima eſt: Idea ſecundùm q̃ exemplar eſt oĩum, quæ à Deo ſecũdùm quodcunque tẽpus ſiũt. Scda eſt, Idea vt rõ, eſt oĩum factibilium & cognoſcibilium ſecundũ ꝓprias rationes tã ſpeculatiuè, q̃ practicè. Hæ ꝓpoſitiones nõ aliter in littera probant̃ q̃m ex q. 14. ex prædictis patet. Illud tñ nõ prætereas, q̃ idea ut rõ, ſumit̃ p rõne obiectiua, ut in primo articulo ipſa littera expoſuit. dr igitur idea, rõ obiectiua rei. Hoc ẽt modo idea Platonica, rõ cognoſcendi eſſet.

¶ In rñſione ad tertiũ, aduerte q̃ hic S. Tho. retractat dicta in q. de ue. q. 3. arti. 5. & in 1. ſen. di. 36. ar. ult. de idea materiæ primę. Nec oportet fingere gloſſas: quã medi* terminus hic aſſumpt* eſt. quia ſecundum ſe non eſt cognoſcibilis, expreſſè alibi dicta elidit, ut patet intuenti. Sed dubium hic reſtat, cuius compoſiti idea, materiæ primæ ſit idea. Si tamen littera perſpicacius videatur, facilè patebit, q̃ idea ut rñ reſpondens materiæ primæ, ẽ idea corporis, qđ eſt genus in prędicamento

cond. [m]

c 235 241 b e

Universidad de Deusto Biblioteca

ro ſubſtãtiæ: ꝙponiſ ſecundùm illius formam diffiniretur, ſi diffiniretur. Idea.n. ut ratio, eſt omnis co gnoſcibilis per propriam rationem: ut in littera dicit. Idea autem eius ut exemplar, non eſt alio modo quærenda quàm ideæ generum, de quibus in littera dicitur, quòd non habent aliã ideã à ſpecie &c.

SVPER QVÆ. XVI. ART. I.

Cap. 1. d. 19. q. 5. Bannes. q. 16. a. 1. Alb. Mag. 1. diſt 46. articu. 16. & 17.

Titulus clarus. ¶ In corpore duo. primò reſpõdet quæſito, ſecũdo aſſignat rationem pluriũ diffinitionum ueritatis. Q. 11. art. 3. ibi, Et ſecundum hoc ueritas. ¶ Quò ad primum, concluſio reſpõſiua quæſito eſt: Veritas principaliter eſt in intellectu, ſecundariò in rebus in ordine ad intellectum, à quo dependent. Hęc concluſio habet tres partes. & quò ad primam quidem probatur: Verũm eſt terminus intellectus. ergo eſt in intellectu. Antecedens declaratur ex proportionali conuenientia inter uerũ & bonũ: quia ſicut bonum ſignificat id, in quod tendit appetitus, ita uerum id, ad quod tẽdit intellect⁹. Conſequẽtia uerò ꝓbat ex differentia inter appetitum & cognitionem ex 6. Met. quia ille extra, hæc in tus perficitur. ¶ Quò ad ſecundam uerò partẽ, ſ. ꝙ ſecundariò in rebus, probatur ibi, (ſicut autẽ bonũ) uerum eſt in intellectu ſecundũ ꝙ conformatur rei intellectæ. ergo rõ ueri ab intellectu ad rem intellectam deriuatẽ: ergo res intellecta uera dr̃ ſecundũ ꝙ habet ordinẽ ad intellectum. Antecedẽs manifeſtatur ex proportionali conuenientia inter bonũ & uerũ. qa ſicut bonũ eſt in re ut conueniens eſt appetitui, ita uerũ in intellectu &c. Conſequentia quoq; uira-

Porrecta per totũ. 99. 1. di. 19. q. 5. art. 1. 7. & ve. q. 1. ar. 1. * L. 2. ſoliloq. ca. 5. tom. 1.

genus ſit, niſi in aliqua ſpecie. Similiter ẽt eſt de accidentibus, quæ inſeparabiliter concomitãter ſubiectum, qa hęc ſimul fiũt cũ ſubiecto. Accidẽtia aũt, quę ſuperueniunt ſubiecto, ſpãlem ideã habẽt. Artifex.n. per formã domus facit oĩa accidentia, quę à principio cõcomitant̃ domũ. Sed ea, q̃ ſupueniũt domui iam factę, ut picturę, vel aliqd aliud facit ꝑ aliq̃ aliã formã. Indiuidua verò ſm Platonẽ, nõ hẽbãt aliã ideã, q̃ ideã ſpeciei. Tũ quia ſingularia indiuiduant̃ per materiã, quam ponebat eſſe increatam, ut quidã dicunt, & cõcãm ideæ. Tùm quia intentio naturæ cõſiſtit in ſpeciebus: nec particularia ꝓducit, niſi ut in eis ſpecies ſaluent̃. Sed ꝓuidentia diuina non ſolũ ſe extẽdit ad ſpẽs, ſed ad ſingularia, ut iſra dicet̃ *.

QVAESTIO XVI.

De ueritate, in octo Articulos diuiſa.

QVONIAM autem ſcientia uerorũ eſt: poſt cõſiderationẽ ſciæ Dei, de veritate ingrediũ ẽ.

CIRCA quam quærun tur octo.

¶ Primò, Vtrum veritas ſit in re, vel tantùm in intellectu.
¶ Secundò, Vtrũ ſit tm̃ in intellectu cõponente & diuidẽte.
¶ Tertiò, De comparatione ueri ad ens.
¶ Quartò, De comparatione ueri ad bonum.
¶ Quintò, Vtrũ Deus ſit ueritas.
¶ Sextò, Vtrum omnia ſint vera veritate una, uel pluribus.
¶ Septimò, De æternitate veritatis.
¶ Octauo, De incommutabilitate ipſius.

ARTICVLVS I.

Vtrum veritas ſit tantùm in intellectu.

AD I. ſic ꝓcedit. Vr̃ ꝙ veritas nõ ſit tm̃ in intellectu, ſed magis in rebus. Aug. * n. in li. Sol. reprobat hac notificationẽ ueri. Verũ eſt id qd̃ [h] vr̃, qa ſm hoc, lapides, q̃ ſunt in abditiſſimo terræ ſinu, nõ eſſent ueri lapides: qa nõ vr̃ *. Reprobat ẽt iſtã, Verũ eſt qd̃ ita ſe hẽt, vt vr̃ [h] cognitori, ſi uelit & poſſit cognoſcere: qa ſm hoc ſequeret̃ ꝙ nihil eſſet uerũ, ſi nullus poſſet cognoſcere, & diffinit ſic uerũ. † Verũ ẽ id qd̃ eſt. & ſic vr̃, ꝙ [h] veritas ſit in reb⁹, & nõ in ĩtellectu.

¶ 2 Pręt. Quicqd eſt uerũ, ueritate uerũ eſt: Si igit̃ ueritas ẽ in intellectu ſolo, nihil erit uerũ niſi ſm ꝙ [h] intelligit̃: qd̃ eſt error antiquorũ Philoſophorũ *, q dicebãt oẽ qd̃ vr̃, eſſe uerũ. Ad qd̃ ſequit̃, cõtradictoria ſimul eſſe uera: cũ contradictoria ſimul à diuerſis uera eſſe uideantur.

¶ 3 Præt. Propter qd̃ unũquodque, & illud magis, ut patet primo poſteriorũ †. Sed ex eo ꝙ res eſt [h], vel non eſt, eſt opinio, uel oratio uera, uel falſa ſm Philoſophum * in prædicamentis. ergo ueritas magis eſt in rebus quàm in intellectu.

SED CONTRA eſt, quod Philoſophus dicit 6. Metaphy. † ꝙ uerum & falſum non ſunt in rebus, ſed in intellectu.

RESPON. Dicendũ, ꝙ ſicut bonũ noĩat id, in qd̃ tẽdit appetitus: ita uerũ noĩat id, in qd̃ tẽdit intellectus. Hoc aũt diſtat inter appetitũ & intellectũ, ſiuẽ quãcũq; cognitionẽ, qa cognitio [d] eſt ſm ꝙ cognitũ eſt in cognoſcente: appetitus aũt eſt ſm ꝙ appetẽs inclinat̃ in ipſam rẽ appetitã *. & ſic termin⁹ appetit⁹, qd̃ eſt bonũ, eſt in re appetibili. Sed termin⁹ cognitionis, qd̃ eſt uerũ, eſt in ipſo intellectu. Sicut aũt bonũ eſt in re, in quãtũ hẽt ordinẽ ad appetitũ, & ꝑꝑ hoc rõ bonitatis deriuat̃ à re appetibili in appetitũ, ſm ꝙ appetitus dr̃ bonus, ꝓut eſt bonitas, (cũ uerũ ſit in intellectu, ſm ꝙ conformat̃ rei intellectæ,) neceſſe eſt, ꝙ rõ ueri ab ĩtellectu ad rẽ intellectã deriuet, ut res ẽt intellecta uera dicat̃, ſm ꝙ hẽt aliquẽ ordinẽ ad intellectũ. Res aũt intellecta ad intellectũ aliquẽ, põt hẽre ordinẽ uel per ſe *, uel ꝑ accidẽs. Per ſe qdẽ hẽt ordinẽ ad intellectũ, à quo depẽdet ſm ſuũ eſſe: ꝑ accidẽs aũt ad intellectũ, à quo cognoſcibilis eſt. Sicut ſi dicam⁹, ꝙ domus comparat̃ ad intellectũ artificis ꝑ ſe, ꝑ accidẽs aũt cõparat̃ ad intellectũ, à quo nõ dependet. Iudiciũ aũt de re nõ ſumit̃ ſm id qd̃ ineſt ei per accidẽs, ſed ſm id qd̃ ineſt ei ꝑ ſe. Vñ vnaquæq; [d] res dr̃ uera abſolute ſm ordinẽ ad intellectũ, à quo dependet. Et indẽ eſt, ꝙ res artificiales dicunt̃ ueræ ꝑ ordinẽ ad intellectũ nr̃um. Dr̃.n. domus uera, q̃ aſſequit̃ ſimilitudinẽ formæ, q̃ eſt in mente artificis: & dr̃ oratio uera, inq̃tũ eſt ſignũ intellectus ueri. Et ſimiliter res naturales dicunt̃ eſſe ueræ, ſm ꝙ aſſequunt̃ ſimilitudinẽ ſpecierũ, q̃ ſunt in mẽte diuina. Dr̃ enim uerus lapis, qa aſſequitur propriã lapidis naturam ſecundùm pręconceptionẽ intellectus diuini. Sic ergo [m] ueritas principaliter eſt in intellectu ſecundario uerò in rebus, ſecũdùm ꝙ comparant̃ ad

que ex eadẽ radice ꝓbatur: prima, qa ex bono in re, bonitas ad appetitũ deriuat̃: ſecunda quoq;, quia ex hoc, appetitus bonus dicitur bonus. ¶ Quò ad tertiam autem partem, ſ. à quo dependent, probatur ibi, Res aũt intellecta, dupliciter. primò rõne, ſecũdò ab effectibus. Rõ eſt. Iudicium de unaquaque re nõ fit ſecundũ ea, quę in ſunt per accidẽs, ſed per ſe: ergo vnaquæque res dr̃ uera abſolutè ſecundũ ordinẽ ad intellectũ, à quo dependet. Antecedẽs patet: conſequentia verò probatur ex differentia inter ordinẽ rei ad intellectũ cauſatiuum, uel cogno-

Eod. lib. cap. Solloq. libro 2. c. 5. in fine tom. 1. Vt patet 11. meta. te. 6. & li. 4. a. te. 14. vſque ad 25. to. 3. † 1. Poſt. te. 5. * c. de ſubſtantia, non procul à fine. to. 1. † li. 6. metap. tex. 8. tom. 3. D. 222. 163 377 404 409 107 131 D. 196

ſcitiuum tantum: quia. ſ. ad iſtum per accidens, ad illum per ſe ordinẽ hẽt: quod declaratur exẽplo domus, reſpectu artificis, & nõ artificis. Effectus aũt teſtimoniũ ꝓbentes hi⁹ ſunt artificialia & naturalia. artificialia.n. tàm mechanica, vt domus, q̃ liberalia, vt oratio, vera abſolutè ſunt, ſi conformia ſunt artibus. Naturalia quoque vera abſolutè ſunt, ſi conformant opifici, quem ſupponimus eſſe primum intellectum. ¶ Circa ꝓdicta duæ ꝓpoſitiones aduertendæ ſunt. prima eſt. Verũ eſt id in qd tendit intellectus, ſicut bonũ, &c. hęc.n. ĩfe rius art. 3. ad tertium diſcutietur. altera eſt, cognitio eſt ſecũdùm ꝙ cognitum eſt in cognoſcente. Appetitus aũt ſecundum inclinationẽ ad rem. Et hæc in q. 82. art. 3. defendetur, vbi comparabitur intellectui voluntas. ¶ Quò ad ſecundum cedũt rõ ſex diffinitionum veritatis: ꝙ tres pertinent ad verum in re, duæ ad verum in intellectu, & vna ad verũ vtrobique: oĩa clara ſunt.

Li. de ver. relig. c. 36 tom. 1. † Lib. de ver. relig. c. 36. à medio to. 1. In dialog. de veri. c. 11.

SVPER QVÆS. XV. ARTIC. II.

Bannes eodem loco.

Titulus clar⁹ apud recentes, ꝙ intellectus cõponens, & diuidens, nõ ſignificat ſubſtantiã, aut potẽtiã aliquã, ſed operationẽ intellectus, vocata cõpoſitio, & diuiſio, in 3. de anima. ¶ In corp. vna eſt unica cõcluſio reſpõſiua quæſito affirmatiuè. Veritas ꝓpriè loquẽdo, eſt tm̃ in intellectu cõponente, & diuidẽte. Hæc concluſio hẽt duas expoñẽtes, ſ. veritas propriè loquendo eſt in intellectu cõponente, & diuidẽte, & ꝙ in nullo alio. Probantur; ambæ ſimul in littera ſic. Oĩs res eſt vera ſecundũ ꝙ hẽt propriam formam ſuæ naturæ: ergo intellectus, vt cognoſcens eſt verus, ſecundum ꝙ aſſimilatur rei cognitæ. ergo veritas eſt conformitas intellectus, & rei. ergo cognoſcere veritatẽ eſt cognoſcere cõformitatẽ cognitionis ad cognitũ. ergo nec ſenſus, nec intellectus, quod quid eſt, ſed intellectus iudicans, ita eſſe ſicut apprehenditur, cognoſcit primo, & dicit verũ. ergo intellectus cõponens, & diuidens cognoſcit verũ. ergo in eo tñ eſt verum ſecundum propriũ modum noſceri importatũ. ergo in eo tñ eſt verum propriè loquendo. Prima cõſequentia ꝓbatur, qa ſimilitudo rei cognitæ eſt propria forma intellectus, vt cognoſcens. Secunda verò manifeſtè tenet ex ſuo antecedente probato: adiũcta illa ꝓpoſitione, in principio corporis articuli poſita. ſ. verũ ſcdm ſui primã rõnem eſt in intellectu. Si.n. ſic eſt, & veritas intellectus attenditur ſecundũ ſimilitudinẽ ad rem, conſequẽs

Cõmẽtis. citatur in argu.

ad intellectũ ut ad principiũ. [a] Et ſecundũ hoc ueritas diuerſimodè notificatur. Nam Aug. in libro de vera * religio. dicit, ꝙ ueritas eſt, qua oñditur id quod eſt. Et Hilarius dicit, ꝙ uerũ eſt declaratiuum aut manifeſtatiuum eſſe. Et hoc pertinet ad ueritatem ſm ꝙ eſt in intellectu. Ad ueritatem aũt rei ſecundùm ordinem ad intellectum, pertinet diffinitio Aug. † in lib. de vera relig. talis. Veritas eſt ſumma ſimilitudo principij, q̃ ſine ulla diſſimilitudine eſt. Et q̃dam diffinitio Anſel. * talis. Veritas eſt rectitudo ſola mente perceptibilis. Nã rectum eſt, qd̃ principio cõcordat. Et quædam diffinitio Auic. talis. Veritas uniuſcuiuſq; rei eſt proprietas ſui eſſe qd̃ ſtabilitũ eſt ei. Quod autem dicitur ꝙ ueritas eſt adæquatio rei & itellectus, põt ad utrunq; pertinere.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ Auguſt. loquitur de ueritate rei, & excludit à rõne huius ueritatis, cõparationem ad intellectum noſtrum. Nam id, qd̃ eſt per accidens, ab unaquaq; diffinitione excluditur.

AD II. Dicendũ, ꝙ antiqui Philoſophi ſpecies rerũ naturalium non dicebant ꝓcedere ab aliquo intellectu, ſed eas prouenire à caſu. Et qa conſiderabãt, ꝙ uerum importat comparationem ad intellectũ, cogebant̃ ueritatem rerũ cõſtituere in ordine ad intellectũ noſtrũ. Ex quo inconuenientia ſequebant̃, quę Philoſophus proſequitur in 4. Metap. * Quæ quidẽ incõueniẽtia nõ accidunt, ſi ponam⁹ veritatẽ rerum conſiſtere in comparatione ad intellectum diuinũ.

AD III. Dicendum, ꝙ licẽt ueritas intellect⁹ noſtri à re cauſetur, non tñ oportet ꝙ in re ꝑ prius inueniat̃ ratio ueritatis, ſicut neq; ĩ medicina per prius inuenit̃ ratio ſanitatis q̃ in animali. Virtus.n. medicinæ nõ ſanitas eius cauſat ſanitatem, cũ non ſit agens uniuocum. Et ſimiliter eſſe rei nõ ueritas eius cauſat ueritatẽ intellectus. Vñ Philoſophus * dicit, ꝙ opinio & oratio uera eſt ex eo, ꝙ res eſt, non ex eo ꝙ res uera eſt.

ARTICVLVS II.

Vtrum ueritas ſit in intellectu componente & diuidente.

AD SECVNDVM ſic procedi tur. Vr̃ ꝙ ueritas non ſit ſolùm in intellectu cõponente & diuidente. Dicit.n. Philoſophus in 3. de anima. * ꝙ ſicut ſenſus propriorũ ſenſibiliũ ſemp [h] ueri ſunt, ita & intellectus eius qd̃ quid eſt. Sed compoſitio & diuiſio nõ eſt neq; in ſenſu, neq; in intellectu cognoſcente ꝙ quid eſt. Ergo ueritas nõ ſolũ eſt ĩ cõpõne & diuiſione intellectus.

¶ 2 Præt. Iſaac dicit in lib. de diffinitionibus, ꝙ ueritas eſt [h] adæquatio rei & intellectus, ſed ſicut intellectus cõplexorũ põt adæquari rebus; ita intellectus incomplexorũ & ẽt ſenſus ſentiens rẽ ut eſt. Ergo ueritas non eſt ſolùm in compoſitione & diuiſione intellectus.

SED CONTRA eſt quod dicit Philoſophus in 6. Metap. * ꝙ circa ſimplicia & quod qd eſt, nõ eſt ueritas, nec in intellectu, neque in rebus.

A eſt, ꝙ veritas per conformitatẽ intellectus, & rei deffinienda ſit. Tertia aũt, vt nota relinquitur, & verè nota eſt, quia ſi veritas cõ ſiſtit in ſimilitudine, ſeu cõformitate intellectus, & rei, oportet vt cognoſcere veritatẽ ſit cognoſcere cõformitatem hanc. ſ. intellectus, & rei, & ecõuerſo, cognoſcere hãc cõformitatẽ, ſit cognoſcere veritatem. Quarta verò quò ad partes negatiuas declarat̃ in viſu & intellectu ſimplici. Quò ad affirmatiuã verò, nec probatione nec manifeſtatione eges. Quinta aũt probat̃ qa in omni ꝓpoſitione, aliquã formã ſignificatã per ꝑdicatũ, applicat rei ſignificatæ ꝑ ſubiectũ, vel remouet ab ea. Sexta verò ꝓbat̃ quia verũ eſt perfectio intellectus, vt cognitum. & manifeſtat̃ ex dicta, ex ſupradictis conſequẽte, inter cognoſcentẽ eſſe verũ, & cognoſcentẽ cognoſcere verum. Illud.n. eſt cognoſcentẽ eſſe verũ, vt quandã rem & ideò cõuenit ſenſui, & intellectui, qd qd eſt, & vocibus in cõplexis: hoc aũt eſt habere verũ, vt cognitum in cognoſcente, & ideò in intellectu cõponẽte vocibuſq; cõplexis, vt ſignis, &c. Vltima demũ cõſequẽtia ꝑ ſe nota eſt, vt patet. ¶ Ad euidentiã horũ aduerte, ꝙ planus ſẽſus, quem ſuperficies huiuſſæ prima frõte oſtendit, vt ꝙ quia cognitio ſenſus, puta viſus, aut ẽt ſimplicis intellectus, cõformis eſt rei: ideò vera dici põt. Sed qa nõ poteſt illã conformitatẽ, q̃ eſt inter ipſam cognitionẽ ſimplicẽ, & rẽ, cognoſcere, ideò nõ cognoſcit verum. & quia intellectus componens illam cognoſcit, ideò cognoſcit verũ. Sed huiuſmodi ſenſus alienus eſt ab hac littera ſecundũ veritatẽ. Tũ quia falſum eſt, ꝙ intellectus ſimplex nõ cognoſcat illam cõformitatem, cũ conformitas illa, diffinibile quoddã eſt, & cõſequenter ſimplici intellectu cognoſcit̃. Tùm quia illa conformitas non cognoſcitur niſi reflexè ab intellectu: verum autem cognoſcitur directè, & non reflexè tantùm. Tùm quia medius terminus in littera adductus ad probandum, quòd cõformitas, in qua conſiſtit veritas, cognoſcatur ab intellectu cõponendo, vel diuidendo, non eſſet ad propoſitum, vt patet applicãti. Vt igitur præſens littera cum qualibet ſibi ſimili pateat, notato quatuor. Primò, ꝙ aliud eſt loqui de intellectu ſtante in actu ſecũdo, & aliud de intellectu inquantum cognoſcẽs: & ſimiliter aliud eſt loqui de veritate illius, & aliud de veritate iſtius. Ad veritatẽ.n. intellectus in actu ſecundo, non plus requiritur quàm ad veritatem ſenſus in actu ſecundo. vnde & intellectus & ſenſus in actu, verus dicitur, vt quædam res vera, quando cognitum

Loco citato in argumẽto. Porrecta per totũ. 100 1. d. 19. q. 5. art. 1. 7. & ve. q. 1. art. 3. * Li. 3. tex. 26. to. 2. Lib. 6. metaph. tex. 8. tom. 3.

Univerſidad de Deuſto Biblioteca

cognitū aſſimilatione ad cognitū informatur. Ad veritatē aūt intellectus, vt cognoſcens eſt, exigit, q̃ veritas ſit in eo, vt eſt cognoſcens: hoc aūt nō eſt niſi ſit in eo, vt cognita. Et propterea littera inueſtigans vbi propriè uerū ſit, à propria forma intellectus non in actu primo aut ſecundo, ſed ut cognoſcens eſt procedit: & vult q̃ propria eius forma ac perfectio eſt ſimilitudo cogniti, non quæ eſt principiū cognitionis, ſed q̃ eſt terminus, vel quaſi terminus ſeu perfectio ad quam attingendo cognitio perficitur. Pro quo nota ſcdò, q̃ ſimilitudo rei cognitæ dupliciter ſumi, quātum ad propoſitum ſpectat. Primò pro ſpecie intelligibili, ſiuè ſenſibili ſimplici, i. per modum incomplexi repræſentantis, quicquid ſit illa ſpecies. Secūdò pro ſpecie repræſentatiua cogniti ut ſic ſiuè complexè ſiuè incomplexè, quicquid ſit illa, ſiuè ſpēs impreſſa, ſiuè expreſſa, ſiuè ipſa cognitio: hæc.n. non uariāt propoſitum. In pñti littera non ſumitur ſimilitudo cogniti primo modo, ut ſuperficialis expoſitio intelligit, ſed ſecundò, ita q̃ ſenſus litteræ eſt, q̃ ſimilitudo attacta ſeu aſſecuta à cognitione, eſt propria forma, & perfectio intellectus ut cognoſcens eſt, & illa cognitio q̃ ſuſcipiūt conformitatem cum re cognoſcit, illa cognoſcit uerum. & nulla alia, quomodocunque ſit illa conformitas. ſ. ſiuè per modū complexi ſiuè incōplexi. Tertiò nota, q̃ cognoſcere conformitatē ſui ad cognitū cōtingit dupliciter. ſ. in actu ſignato, & in actu exercito. Cognoſcere cōformitatē in actu ſignato, eſt cognitionē terminari ad relationē conformitatis. Cognoſcere uerò cōformitatē in actu exercito, eſt cognoſcere aliquid in ſe ut conforme cognito. Quod ut clarius percipiat, manifeſtatur in actu dicendi, qui clarius apparet propoſitū in ipſo. Dicit quiſpiam conformitatē intellectus & rei in actu ſignato, cū hæc uerba ſeu ſignata eorum in cōi uel in ſpeciali materia quā intelligit, dicit mentaliter uel uocaliter: dicit aūt in actu exercito, qñ aliquid dicit ut conforme rebus. Nunq̃ aūt dicit aliquid vt conforme uel difforme rei, quandiū incōplexum aliquod dicit: dicendo.n. hō, aut centaurus, aut uacuum nihil dico ut cōforme uel difforme rei alicui: ſed cū primò dicit, hō eſt aliqd dicit cōforme uel difforme rei: cū dicit aliquid ſignificās hōiem eſſe, ut de ſe patet: & ſimile eſt de credere, & cognoſcere. Cognoſcere igit conformitatem ſui ad rem, nihil aliud eſt q̃ cognoſcere aliquid in ſe ut conforme rei: hoc aūt nihil aliud eſt q̃ apprehēdere complexū aliquod. Apprehendendo.n. ly hō eſt, apprehendo aliquid ut conforme. In propoſito, non ſumitur cognoſcere cōformitatem primo modo, ut ſuperficialis illa expoſitio accepit, ſed ſecundo. Et propterea in littera probatur, q̃ cognoſcere ſui conformitatē ad rem, eſt propriū intellectus cōponentis & diuidentis, ex eo q̃ enuntiatio oīs, ponit uel remouet aliquid à ſubiecto. ſi.n. cognoſcere conformitatem ſui ad rem, eſt cognoſcere aliqd in ſe ut cōforme rei, & nunquā cognoſcitur aliquid in ſe ut conforme, niſi cū cognoſcitur enuntiatio, quā conſtat eſſe in enuntiante & conformitatē uel difformitatē ad rem importare: oportet q̃ ſolus intellectus enuntiās cognoſcat ac dicat cōforme uel difforme ut ſic. Et qa hoc ſolū eſt dicere & cognoſcere uerū in actu exercito, ideò ſolus intellectus cōponens, & diuidēs, cognoſcit, & dicit verū. Et uerū in actu exercito eſt in ſolo intellectu cōponēte, & diuidente, vt cognitū, & dictū in cognoſcente, & dicēte. Ita.n. diſtinguendum eſt de cognitione veri in actu exercito, & ſignato, ſicut de ſ dictis. Quam diſtinctionē ſi nō capis, ex diſtinctione hac quo ad ſignificationem percipere poteris, nouimus quilibet ſignificare.n. verum, vt in logicalibus inſtructionibus hr̃, dupliciter inuenit. ſ. in actu exercito, & ſignato. Nam ly verū, ſignificat verū, ſed nō exercet ipſum, ſed ly homo eſt bipes, ſignificat verū, quia exercet ipſam veritatem. Et ly homo eſt alatus, ſignificat falſum in actu exercito, &c. Et propterea in primo perihermenias dr̃ q̃ enūtiatio eſt oratio ſignificans verū, vel falſum. ſ. in actu exercito: qđ eſt ſignificare conforme rei, vel difforme, vt ſic.

Art. præc.

RESPON. Dicendum, q̃ uerum (ſicut dictum eſt.*) ſecundum ſui primam rationē eſt in intellectu. Cum autē omnis res ſit uera ſm̃ q̃ habet propriam formam naturæ ſuæ: neceſſe eſt q̃ intellectus inquantum eſt cognoſcens, ſit uerus, inquantum habet ſimilitudinē rei cognitæ, quæ eſt forma eius inquantum eſt cognoſcens. Et pp hoc per conformitatē intellectus & rei, ueritas diffinit. Vñ conformitatē iſtam cognoſcere, eſt cognoſcere ueritatē. Hanc autē nullo mō ſenſus cognoſcit*. Licèt.n. uiſus habeat ſimilitudinē uiſibilis, non tñ cognoſcit cōparationem, q̃ eſt inter rem uiſam, & id quod ipſe apprehēdit de ea. Intellectus autē conformitatē ſui ad rem intelligibilē cognoſcere pōt: ſed tñ non apprehendit eam ſm̃ q̃ cognoſcit de aliquo quod quid eſt. Sed qñ iudicat rē ita ſe hr̃e ſicut eſt forma, quam de re apprehendit, tunc primò cognoſcit & dicit uerū. Et hoc facit cōponendo, & diuidendo. Nam in omni propoſitione, aliquam formam ſignificatā per prædicatum, uel applicat alicui rei ſignatæ per ſubiectū, uel remouet ab ea: & iō benè inuenit q̃ ſenſus eſt uerus de aliqua re uel intell's cognoſcendo qđ qd eſt, ſed non q̃ cognoſcat aut dicat uerum. Et ſilr̃ eſt de uocib' complexis, aut incomplexis. Veritas quidem igitur poteſt eſſe ī ſenſu, uel in ītellectu cognoſcēte qđ quid eſt, ut in quadam re uera, nō aūt ut cognitum in cognoſcente: qđ importat nomē ueri. Perfectio.n. intellectus eſt uerum ut cognitū. Et ideò[m] propriè loquendo, ueritas eſt in intellectu cōponente & diuidēte, nō aūt in ſenſu, neq; in intellu cognoſcente quod quid eſt.[n]

Et per hoc patet ſolutio ad obiecta.

108

¶Ex his autem patet quartū, qđ abſcōditā rē magnā in hac materia ponit. ſ. q̃ veritas eſt cōformitas intellectus, & rei, hoc enim pōt intelligi de veritate rei, vel de veritate abſolutè. Et primo modo eſt optimè dictum, qm veritas, qua omnis res in ſuo gradu eſſendi dr̃ vera, ſiuè cognoſcat, ſiuè non, cōſiſtit in cōformitate horū duorū, vt patet ex littera huius & præcedentis. Secūdo autem modo, vt prima fronte apparet, eſt benedictū, ſed particulariter intelligēdū, quia nō cōformitas cuiuſcunq; intellectus, ſed intellectus cōplexi tm̄, eſt veritas, vt patet ex dictis. Sed ſi altius diffinitionem hāc pſcrutati fuerimus, inueniemus, q̃ vniuerſaliter & propriè loquendo hæc diffinitio ſoli veritati abſolutè cōuenit, & nō veritati rei, niſi extenſiuè. Conformitas enim intellectus ad rē, dupliciter pōt in intellectu inueniri. vno modo p accidens, alio modo p ſe. Nulli.n. intellectui incōplexo, vt ſic, cōuenit per ſe conformitas ad rē: quia incomplexum, vt ſic, reſpectum nullum æqualitatis, aut inæqualitatis ad alterū exercet: quāuis fortè adæquatū alteri de facto ſit, ut patet inductiuè. Cōplexa aūt enūtiatio mentalis oīs, per ſe exercet in propria rōne, q̃ ſit æqualis & inæqualis enunciatæ rei: qm̄ eſſentialiter eſt ſimilitudo, q̃ hoc inſit, vel nō inſit illi. Et ſiquidem ineſt, qd repræſentat in eſſe, conformis dr̃, ſin autem, difformis. Cum igitur aliquis intellectus ſit ex propria rōne conformis, aut difformis: & de ratione veritatis abſolutè ſit cōformitas intellectus: cōſentaneum eſt, q̃ de intellectu, cui p ſe conuenit cōformitas, eſt ſermo. Ita q̃ ſenſus eſt, veritas eſt conformitas intellectus, & rei, ideſt, veritas eſt intellectus per ſe conformis rei, vel conformitas intellectus per ſe ſubiecti conformitatis, ut ſic in diffinitione ueritatis ponatur intellectus tanq̃ ſubiectum nō p accidēs, ſed per ſe. Talis aūt eſt intellectus cōponens, ut dictū eſt. Vndè Ariſt. 4. metaph. tex. 27. diffiniens uerū, & falſum p enūtiabile dicēs, q̃ uerum eſt ens eſſe, & nō ens non eſſe: falſum aūt ens nō eſſe, & non ens eſſe. Ita q̃ enuntiabile diffinit uerum, & uerum enuntiationem: ut oſtendatur uerum propriè in huius cōpoſitione tantum inueniri, ut uerum exercitè.

Concl. in

ARTICVLVS III.

Vtrum uerum & ens conuertantur.

AD III. ſic proceditur. Vr̃ q̃ uerum & ens non cōuertantur. Verum.n. eſt propriè in intellectu (ut dictū * eſt:) ens autem propriè eſt in rebus.[h] Ergo non conuertuntur.

¶2 Præt. Id quod ſe extendit ad ens, &[h] non ens, non conuertitur cum ente: ſed uerum ſe extēdit ad ens & non ens. nam uerū eſt quod eſt eſſe, & quod nō eſt, non eſſe. Ergo uerum, & ens nō conuertuntur.

¶3 Præt. Quæ ſe habent ſecūdū prius & poſterius, non uidētur[h] conuerti: ſed uerum uidetur prius eſſe quàm ens. nam non intelligitur niſi ſub ratione ueri. ergo uī q̃ non ſint cōuertibilia.

SED CONTRA eſt, quod dicit Philoſophus. 2. Meth.* quòd eadem eſt diſpoſitio rerum in eſſe & ueritate.

Lib. 2. metaph. tex. 4. tom. 3.

RESPONDEO Dicēdum, q̃ ſicut bonum habet rationem appetibilis, ita uerum habet ordinem ad cognitionem. Vnūquodque autem inquantum habet de eſſe, intantum eſt cognoſcibile. Et propter hoc, dicitur in 3. de anima,* quòd anima eſt quodā modo omnia ſecundùm ſenſum & intellectum. Es ideò[m] ſicut bonum conuertitur cum ente,* ita & uerum.[n] Sed tamen ſicut bonum addit rationem appetibilis ſupra ens, ita & uerum cōparationem ad intellectum.

Lib. 3. de anima, tex. 37. tom. 2.

Concl. in

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ uerum eſt in rebus, & in intellectu (ut dictum eſt.*) Verum autem quod eſt in rebus, conuertitur cum ente ſecundū ſubſtātiam. Sed uerum quod eſt in intellectu, conuertitur cū ente, ut manifeſtatiuum cum manifeſtato. Hoc enim eſt de ratione ueri, ut dictum eſt.* Quamuis poſſet dici, quòd etiam ens eſt in rebus, & in ītellectu ſicut, & uerum, licèt uerum principaliter in intellectu, ens uerò principaliter in rebus. Et hoc accidit propter hoc, quòd uerum, & ens differunt ratione.

Art. 1. huius quæſt.

AD II. dicendum, q̃ non ens non habet in ſe undè cognoſcatur, ſed cognoſcitur, inquantū intellectus facit illud cognoſcibile. Vndè uerum fundatur in ente, inquantum non ens eſt[d] quoddam ens rationis, apprehēſum. ſ. à ratione.

AD III. dicendum, q̃ cū dicitur, quòd ens non poteſt apprehendi ſine ratione ueri, hoc poteſt dupliciter intelligi. Vno modo, ita quòd non apprehendatur ens, niſi ratio ueri aſſequatur apprehenſionem entis. Et ſic locutio habet ueritatem. Alio modo poſſet ſic intelligi, q̃ ens non poſſet apprehendi, niſi apprehenderetur ratio ueri. Et hoc falſum eſt. Sed uerum non poteſt apprehendi, niſi apprehendatur ratio entis, quia ens cadit ī ratione ueri. Et eſt ſimile, ſicut ſi comparemus intelligibile ad ens. nō enim poteſt intelligi ens quin ens ſit intelligibile. Sed tamen poteſt intelligi ens, ita, q̃ non intelligatur eius intelligibilitas. Et ſimiliter ens intellectum eſt uerum, non tamen intelligendo ens, intelligitur uerum.

SVPER QVÆSTIO XVI. ARTIC. III

Cap. 1. d. 2. q. 1. con. 2. *Banens eodem loco.*

IN titulo ly uerum, in ſua analogiæ communitate ſumitur, ut ex reſponſione ad primum habetur.

¶In corpore una concluſio reſpōſiua quæſito affirmatiuè. Verū &

& ens conuertuntur. Probatur ratione includēte ſimul vim medij, & manifeſtationem ex proportionali ſimilitudine veri, & boni. Vis medij eſt, vnumquodque inquantum habet de eſſe, in tantum eſt cognoſcibile. ergo ens & uerum conuertuntur. Antecedens manifeſtatur ex authoritate 3. de anima, in qua dicitur, Animam eſſe omnia, q̃a eſt omnia cognoſcibilia, hoc enim nō eſſet uerum, niſi cognoſcibilitas adæquaret eſſe, ut patet, conſequentia uerò probatur, quia verum importat ordinem ad cognitionem, ideſt, cognoſcibile. Proportionalis autem ſimilitudo conſiſtit in tribus. Primò ī hoc, ſicut bonum ſignificat appetibile, ita uerum cognoſcibile. Secundò, quod ſicut bonū conuertitur cum ente, ita verum. Tertiò ſicut bonum addit ſupra ens ordinem ad appetitum, ita uerum ordinem ad intellectū.

¶Circa hoc eſt unum dubium, quoniā uis medij conſiſtit ī hoc, quòd uerum importet cognoſcibile in cōmuni, ut patet, & in verbis litteræ & ex authoritate inducta ex 3. de anima. hoc autē eſſe falſum littera in calce dicit. Quoniam dicit, quòd importat ordinem ad intellectum, ac per hoc importat cognoſcibile ſic, ſcilicet per intellectum, & non cognoſcibile in communi, & verè ſic eſt, quoniā, ut in primo articulo dictum eſt, uerū importat id, in quod tendit intellectus.

¶Ad hoc breuiter dicitur negando, quòd uis medij exigat, q̃ uerum ſignificet cognoſcibile in communi. ſufficit enim, q̃ uel ſignificet cognoſcibile in cōmuni, uel ſignificet tali modo, ſicq; ille modus ſit ita ampl' quòd ſe extendat ad omnia, ad quæ ſe extēdit cognoſcibile in communi, nihil enim refert ad uim rationis, an uerum importet cognoſcibile in communi, an aliquid illi æquiualens utrobique enim ſequitur conuertibilitas ueri cū ente. Sic autem eſt in propoſito: quoniam intelligibilitas ad omnia ſe extendit, ad quæ ſe extendit cognoſcibilitas, omne enim cognoſcibile eſt intelligibile, & vnumquodque quantum habet de eſſe, tantum habet de intelligibilitate. Inchoauit autem à cognoſcibili littera, & peruenit ad intelligibile, vt à faciliorib' tradere diſciplinam, hoc quod diximus ſubintelligendum relinquens. Sic etiam dicens. Vnumquodque inquantum habet de eſſe, in tantum eſt cognoſcibile, relinquit, & econuerſò, quod tamen ſubintelligi oportet, ut conuertibiliter ſe conſequantur ens & uerum.

¶In reſponſione ad tertium dubium occurrit, quoniam reſponſio hæc, repugnare uidetur ſupra & alibi, dictis San. Th. Dictum eſt enim in 1. arti. q̃ uerum eſt in quod tendit intellectus, ſicut bonum eſt, in quod tendit appetitus. Et alibi dicitur, q̃ uerum eſt obiectum intellectus. Modo autem dicitur, quod ueri ratio aſſequitur apprehenſionem entis obiectum enim intellectus nō ſequitur, ſed præuenit potius intellectionem. Videtur etiam contra ueritatem, quoniam non ideò ens eſt uerum, quia apprehēditur, ſed econuerſò. quia eſt uerum, ideò apprehenditur, ſiuè actu, ſiuè potentia.

¶Ad hoc dicitur, quòd uerum dupliciter ſumitur, ut patet ex dictis. ſ. pro ueritate rei, & propriè, & quòd propriè eſt terminus intrinſecus intellectionis, & obiectum intrinſecum eius, immo propria intelligentia perfectio obiectiua. Et ſic uerum non conſequitur, nec præcedit intellectionē, ſed ſimul eſt perficiens ipſam. Et de hoc non loquitur præſens litera, ſed litera articuli primi, quæ infert, uerum eſſe in intellectu. Verū autem rei, eſt poſterius quidem ente, prius autem cognitione & eſt obiectum intellectus nō formale (quoniā illud eſt ens) ſed eſt conditio propria obiecti formalis. Ens enim licèt ſecundùm omnes conditiones, & modos & rationes terminet intellectum, dum omnia intelligūtur actu, uel potentia, certam tamen exigit conditionem generalem, qua exercet hoc, quod eſt perficere intellectum obiectiuè, & hanc addit uerum ſupra ens. Non.n. quomodolibet perficit intellectū, ſicut nec quomodolibet perficit appetitum, nec quomodolibet agit. Vndè inter uerum, & bonum quamuis conueniant in hoc, quòd utrumque eſt obiectum, & terminans, &c. hoc intereſt, quòd bonum, obiectum formale uoluntatis, uerum autē conditionem obiecti formalis ſignificare uidetur. Et propterea omnis appetitio eſt appetitio boni formaliter, omnis autem intellectio non eſt intellectio ueri formaliter ut in littera dicitur, ſed rei ueræ. ita quòd ly rei, notat rem intellectam, & ly ueræ conditionem qua res intelligitur. propter qđ rationes Scoti in prima diſtinctio. tertia quæſtione quarta, uel quinta quibus impugnat uerum eſſe proprium obiectum intellectus, non oportet ſoluere, quoniam de obiecto formali loquuntur, quod in hac litera docetur non eſſe. Ad oppoſita igitur dicendum eſt, quod dicta San. Thom. nec inter ſe, nec ueritati aduerſantur, quoniam non intendit hoc litera, quod ratio ueri conſequatur apprehenſionem de ueritate rei loquendo, ſed q̃ ratio ueri [illegible] apprehenſioni, hoc enim intendit per ly aſſequatur. aſſequi enim propriè loquendo, non eſt ſequi, ſed potius pertingere. Manifeſtè enim litera oſtendit, quòd nihil aliud intendit, niſi quòd uerum eſt quando ens intelligitur, & tamen uerum non intelligitur, ut etiam exemplum de intelligibilitate oſtendit. Conſtat enim prius obiectum eſſe intelligibile, quàm apprehendatur. Nec propterea ponimus uerum in re, abſque ordine ad intellectum, ſed ponimus primò ens, deinde ens ut perfectiuum intellectus, & tertiò intelligibile, quoniam intelligibile eſt, quia uerum eſt, & non econtra. In hoc autem quod eſt eſſe perfectiuum intellectus, manifeſtè patet ordo ad intellectum.

Ar. 1. huius quæſt. Reſpōſio ſecunda.

D. 346.

Universidad de Deusto Biblioteca

SVPER QV. XVI. ART. IIII.

Porrecta per totū.

IN titulo ly ſecundū rationē, proprie cadit ſupra ly bonum & uerum, & nō ſupra ly prius, quamuis in idem redeat utterque ſenſus, ſi accipiatur prioritas rationis ſecundum ſe, vt ex reſponſione ad primum ſumi poteſt nō quò ad nos. ſit ergo ſenſus: utrū ratio boni ſit prior ratione ueri.

Vide q.21, art.4.

*Tx.1.ph. tex.4. Et ex primo tex. primi lib. tom.2

¶In corpore duo. Primò excluditur tacita obiectio contra ipſā quæſtionem. Secūdò reſpondetur quæſito.

*Ar.2.huius quæſ.

¶Quò ad primum dicitur, quòd licet uerū que bonum conuertatur cum ente ſuppoſitaliter, diſtinguūtur tamen ratione. Dixit enim hoc, quoniam cum ordo ſupponat diſtinctionem, & quæſtio hæc eſt de ordine boni & ueri, oportet ipſorum diſtinctionē præhabere. Ex dictis autem hactenus habetur, quod idem ſunt bonum & uerum, & ens, & conſequenter inter ſe. Quomodo ergo nunc quæritur de ordine? Hæc enim obiectio per paucalia uerba in principio litteræ excluditur, quoniam in eis declaratur, quod idē ſunt in ſuppoſito non in ratione formali eorum, ſed in hac diſtinguuntur.

Lib.4. Et lib.cap.7. tom.5. *Lib.6.cō Iulianum c.7.10.7.

Concl. m

¶Quò ad ſecundum reſpondetur quæſito unica concluſione. Veri ratio abſolutè eſt prior ratione boni. Probatur dupliciter, primò. Verum ſequitur eſſe ſimpliciter, & immediatè, bonum autem cōſequitur eſſe ſecundum ꝙ eſt aliquo modo perfectum, id eſt, ſecundùm quòd habet aliquo modo rationem perfectionis. ergo uerum eſt propinquius enti, quàm bonum, ergo eſt prius. Antecedens pro ſecunda parte probatur, quia ens eſt ſic appetibile id eſt, ens non habet rationem appetibilis, niſi ut rationem perfectionis induit. Quod patet. Tum quia ens non ſecundùm

25
26

a
410

ARTICVLVS IIII.

Vtrum bonum ſecundùm rationem ſit prius quàm uerum.

AD QVARTVM ſic proceditur. Vr. ꝙ bonū, ſm rōnem ſit prius q̄ uerū. Qđ.n. eſt uniuerſalius, ſm rōnē^b prius eſt, ut patet ex 1.Phyſ.* ſed bonū eſt uniuerſalius q̄ uerū. Nā uerū eſt qđdā bonū.ſ.intellectus. ergo bonum prius eſt ſm rōnem quā uerum. G

¶2 Pręt. Bonū eſt in rebus, verū āt in compoſitione, & diuiſione intellectus, ut dictum* eſt. Sed ea q̄ ſunt in re, ſunt^b priora his, quę ſunt in intellectu. Ergo prius eſt ſm rationem bonum q̄ uerum.

¶3 Præt. Veritas eſt qđā ſpēs virtutis, ut patet in 4. Eth.† Sed uirt^s cōtinet̃ ſub bono. Eſt.n. bona qualitas mētis, ut dicit Aug.* Ergo bonū eſt prius, ^h quam uerū.

SED CONTRA. qđ eſt in pluribus eſt prius ſm rōnē. Sed uerū eſt in quibuſdam in quibus non eſt bonum. ſ. in Mathe. Ergo uerum eſt prius quam bonum. H

RESPON. dicēdū, ꝙ licēt bonū & uerū ſuppoſito cōuertant̃ cū ente, tñ rōne differūt. Et^m ſm hoc uerū abſolutè loquēdo pri^s eſt q̄ bonū:^a qđ ex duobus apparet. Primò qdē ex hoc, ꝙ uerū ꝑpinquius ſe hēt ad ens, qđ eſt prius, q̄ bonū. Nā uerū reſpicit ipſum eſſe ſimpliciter & immediate, rō aūt boni cōſequit̃ eſſe, ſm ꝙ eſt aliquo mō ꝑfectū ſic.n. appetibile eſt^c. Sedō apparet ex hoc, ꝙ cognitio naturaliter pcedit appetitū. Vñ, cū uerū reſpiciat cognitionē, bonū aūt appetitū, prius erit uerum q̄ bonum ſecundùm rationem. I

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ uolūtas & intellectus mutuò ſe includunt.* nā intellectus intelligit uoluntatem, & uoluntas uult intellectū intelligere. Sic ergo inter illa, quæ ordinant̃ ad obiectū uolūtatis, cōtinentur ēt ea q̄ ſunt intellectus, & ecōuerſò. Vñ in ordine appetibiliū bonū ſe hēt ut uniuerſale, & uerū ut particulare. in ordine autem intelligibilium eſt ecōuerſò. Ex hoc ergo, ꝙ verū eſt quoddam bonum, ſequitur ꝙ bonum ſit prius in ordine appetibiliū, non K

autem ꝙ ſit prius ſimpliciter.

AD II. Dicēdum, ꝙ ſm hoc eſt aliquid prius rōne, qđ prius cadit in intellectu.* Intellectus aūt ꝑ prius apprehēdit ipſū ens & ſecūdariò apprehēdit ſe itelligere ens, & tertiò apprehendit ſe appetere ens. Vñ primò eſt rō entis, ſecđò rō ueri, tertiò rō boni: licēt bonum ſit in rebus.

AD III. Dicēdū, ꝙ uirtus, q̄ dr̃ ueritas, nō eſt ueritas cōis, ſed quædā ueritas, ſm q̄ homo i dictis, & factis oſtēdit ſe ut eſt. Veritas aūt uitæ dr̃ particulariter, ſm ꝙ homo in uita ſua implet illud, ad qđ ordinat̃ ꝑ intellectū diuinū:* ſicut ēt dictū* eſt, ueritatē eſſe in cæteris reb^s. Veritas aūt iuſtitiæ eſt ſm ꝙ homo ſeruat id, qđ debet alteri ſm ordinē legum. Vñ ex his particularibus ueritatibus nō eſt ꝓcedēdum ad ueritatem communem.

ARTICVLVS V.

Vtrum Deus ſit ueritas.

AD QVINTVM ſic procedit. Vr ꝙ Deus non ſit ueritas. Veritas.n. conſiſtit ^h in compoſitione, & diuiſione intellectus,* ſed in Deo non eſt compoſitio, & diuiſio. Ergo nō ē ibi ueritas.

¶2 Pręt. Veritas ſm* Aug. in lib. de uera relig.^h eſt ſimilitudo principij Sed Dei non eſt ſimilitudo ad principium. Ergo in Deo nō eſt ueritas.

¶3 Præt. Quicquid dr̃ de Deo, dr̃ de eo ut de prima cauſa omniū. Sicut eſſe Dei eſt cauſa oīs eſſe: & bonitas eius eſt cauſa oīs boni. Si ergo in Deo ſit ueritas, ergo^h oē uerum erit ab ipſo. Sed aliquē peccare ē uerū. ergo hoc erit à Deo. Qđ patet eē falſum.

SED CONTRA eſt, qđ dr̃ Io.14. Ego ſum uia, ueritas & uita.

RESPON. Dicendum, ꝙ ſicut* dictum eſt, ueritas inuenitur in intellectu ſcđm ꝙ apprehendit rē ut eſt, & in re ſm quòd habet eſſe cōformabile itellectui. Hoc aūt maximè inuenit̃ in Deo. Nā eſſe ſuū, nō ſolùm eſt cōforme ſuo intellectui, ſed ēt eſt ipſum ſuū intelligere, & ſuū intelligere eſt menſura, & cā omnis alterius eē, & oīs alterius intellect^s, * & ipe eſt ſuū eē & intelligere

quæcunque conſiderationem mittatur boni ratio, ut patet in Mathema. Tū, quia omne appetens appetit perfectionem aliquam. Secunda quoque conſequentia probatur, quia ens conſtat eſſe prius bono, immò primum ſimpliciter. Secundò probatur concluſio. Verum reſpicit cognitionem, bonum autem appetitum: ergo verū eſt prius bono: probatur ſequela, quia cognitio naturaliter præcedit appetitionem.

26 Ordo intelligibilium

Veritas ſumitur pro iuſtitia.

SVPER QV. XVI. ART. V.

Art. 2. huius quæſt.

Ferr. 1. cont. c. 59. 60.

TItulus clarus. ¶In corpore una concluſio reſponſiua quæſito. In Deo non ſolum eſt ueritas, ſed ipſe eſt ueritas prima & ſumma. Concluſio hæc clauditur in ſequentes partes. Prima eſt, quòd in Deo eſt ueritas, ut in re, ſecunda, quòd in Deo eſt ueritas obiectiue, tertia, Deus eſt ueritas: quarta, quòd eſt prima & ſumma. Et quò ad omnes in litera probatur. Quò ad primam quidem. Eſſe Dei eſt non ſolum conforme ſuo intellectui, ſed etiam ipſum intelligere. ergo eſt maximè uerū ueritate rei. probatur ſequela, quia ueritas in re eſt ſecundū quòd habet eſſe conformabile intellectui. Quò ad ſecundam uerò, intelligere Dei eſt menſura omnis alterius eſſe, & intellectus, ergo cognoſcit uerū. probatur ſequela, quia ueritas in intellectu eſt ſecundùm quòd apprehendit rem ut eſt. Conſtat enim intellectionem menſurantem omne eſſe, oportere apprehendere res eſſe ut ſunt, & ſimiliter menſurantē omnem intellectum etiam componentem & diuidentem, oportere apprehendere quicquid à quocunque apprehenditur. Quò ad tertiam autē, Deus eſt ſuum eſſe & ſuū intelligere, ergo eſt ipſa ueritas, & patet ſequela. Ex eo autem quòd

Porrecta per totū.

[illegible]

53
55

quod eſt ſuum eſſe, ſequitur, ergo eſt ipſa veritas rei. Ex eo autē quod eſt ſuum intelligere, ſequitur, ergo eſt ipſa veritas in intellectu. Quò ad quartam autem particulam, probatio nō ſpecialiter aſſeritur, ſed ex inferius in præcedentibus habet. Ex eo namque quod ſuum eſſe & intelligere, habet rationem primæ menſuræ, & cauſæ omnis eſſe, & intellectus, manifeſte ſequitur, ꝙ q̄ illic eſt veritas, ſumma & prima eſt. A

Concl. m.

SVPER QVÆS. XVI. ARTIC. VI.

Art. 15. d. 19. q. 2. pri. 2. prin.

TItulus clarus. ¶In corpore vna concluſio reſponſiua quæſito. Veritas qua uera ſunt uera, quodammodò eſt vna, & quodammodo non. Probatur hæc concluſio, quò ad vtranque partē ſimul hoc modo. Veritas per prius eſt in intellectu, & poſterius in rebus in ordine ad intellectū diuinū. ergo veritas in intellectu exiſtens, ſecundùm propriam rationem multiplicatur & in diuerſis intellectibus creatis, & in vno & eodem ſecundùm diuerſa cognita: veritas autem, qua omnes res veræ dicuntur, eſt vna ac prima. Añs patet ex dictis. Conſequentia aūt quò ad vtramq; partis illationē probatur ex data inter vniuocum & analogum in hoc, quòd illud in

Vndè^m ſequitur, ꝙ non ſolùm in ipſo ſit veritas, ſed ꝙ ipſe ſit ipſa ſumma & prima ueritas.^a

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ licēt in intellectu diuino non ſit compoſitio & diuiſio, tamē ſecundùm ſuam ſimplicē intelligentia iudicat de oībus, & cognoſcit omnia complexa. Et ſic in intellectu eius eſt veritas. B

AD II. Dicendum, ꝙ verū intellectus nři eſt ſm ꝙ conformatur ſuo principio. ſ. rebus, à quibus cognitionē accipit. Veritas ēt rerum eſt, ſm ꝙ conformantur ſuo principio. ſ. intellectui diuino. ſed hoc, propriè loquendo, non poteſt dici in ueritate diuina, niſi fortè ſm ꝙ veritas appropriatur filio, qui hēt principium. Sed ſi de veritate eſſentialiter dicta loquamur, non poteſt intelligi, niſi reſoluatur affirmatiua in negatiuā, ſicut cū dicitur, Pater eſt à ſe, quia non eſt ab alio. Et ſimiliter dici pōt ſimilitudo principij ueritas diuina, inquantum eſſe ſuum nō eſt ſuo intellectui diſſimile. C

AD III. Dicendū, ꝙ nō ens, & priuationes, non habent ex

ſeipſis ueritatē, ſed ſolùm in apprehēſione intellectus. * Oīs autē apꝑhenſio intellectus à Deo eſt: vndè quicquid eſt veritatis in hoc, quod dico, iſtū fornicari eſt uerum, totum eſt à Deo. Sed ſi arguatur, ergo iſtū fornicari eſt à Deo, eſt fallacia accidētis.

ARTICVLVS VI.

Vtrum ſit una ſola ueritas, ſecundùm quam omnia ſunt uera.

AD SEXTVM ſic procedit. Vr ꝙ vna ſola ſit ueritas, ſm quam omnia ſunt uera: quia ſm * Auguſt. Nihil eſt maius mente humana, niſi Deus Sed ueritas eſt maior mente humana, alioquin mens iudicaret de veritate: nunc autem omnia iudicat ſecundū ueritatē, & non ſm ſeipſā. Ergo ſolus Deus eſt ^h veritas. ergo nō eſt alia ueritas q̄ Deus.

¶2 Pręt. Anſel. dicit in † lib. de veritate, ꝙ ſicut tempus ſe hēt ad temporalia, ita veritas ad res veras; ſed vnum eſt tempus omniū temporalium. ergo vna eſt ueritas, qua omnia ^h vera ſunt.

SED CONTRA eſt. ꝙ in Pſal. 11. dicitur. Diminutæ ſunt ueritates à filijs hominum.

ſterius dicitur de eis, quia quod per prius & poſterius dicitur, in uno tantùm formaliter inuenitur, ut litera ſonat.

¶Circa ſecundam quoque partem conſequentis dubium occurrit. Quia cum dicitur, omnia eſſe vera veritate diuina, loquendo de ueritate rei: aut intelligitur ſecūdùm denominationem extrinſecam, aut intrinſecam: non intrinſecam, vt patet, ergo extrinſecam. & ſi ſic, ergo res aut nō ſunt veræ formaliter, quòd eſt inconueniens, quia vnaquæque res habet in ſe propriam veritatem rei, qua dicitur vera, ut patet de ſenſu reſpectu proprij ſenſibilis, aut ſunt veræ vtroque modo, ſicut in q. de bono dictum eſt, quòd omnia ſunt bona bonitate diuina exemplariter, finaliter, & effectiuè, & tamen cum hoc ſunt bonitatibus proprijs formaliter bonæ, & ſi ſic, ergo non ſunt veræ ſola veritate diuina.

¶Ad primam dubitationem dicitur negādo diſiunctiuam illam, quoniam datur tertius modus exponendi literam. Ad cuius euidentiam ſcito, quòd in vniuoca prædicatione duo clauduntur, ſcilicet prædicari formaliter de vniuocatis, & prædicari de eis ſecundùm eandem omnino rationem formalem, ut patet in animali reſpectu bouis, & leonis. Multiplicatio autem eius ad multiplicationem ſubiectorum, non conuenit ei ex ſecundo, quoniam ipſi ſoli conueniret, quod conſtat eſſe falſum: ſed conuenit ei ex primo, in quo communicat cum aliquibus non uniuocis. Vndè cum in propoſito ſit ſermo de vniuoco, inquātum multiplicatur ad multiplicationem ſubiectorum, conſequens eſt quod propoſitio in cuius virtute tenet ſequela quò ad primam partem, non eſt iſta, Vniuocum multiplicatur ad multiplicationem uniuocatorum, ſed iſta communior, & clauſa in prædicta, Prædicatum formaliter multiplicatur ad multiplicationem ſubiectorum. Et tunc concedo, ꝙ ſubſumi intelligitur, quod veritas ſit formaliter prædicatum reſpectu intellectuum, & ſic infertur ergo veritas multiplicatur ad multiplicationem intellectuum, immò intellectorum, ſiuè in uno, ſiuè in diuerſis intellectibus. Meminit autem littera potius vniuoci, quàm prædicati formaliter, vt à notioribus traderetur diſciplina.

¶Ad ſecundā uerò dubitationem dicitur, ꝙ illa regula de analogo tradita in littera, non eſt uniuerſalis de omni analogiæ modo, immò propriè loquendo, ut patet primo Eth. nulli analogo conuenit, ſed conuenit nominibus ad vnum vel in vno, aut ab vno quæ nos abuſiuè vocamus analoga. Veritas aūt, ſi cōparetur ad res & intellectus, eſt nomen ab uno, quoniam in intellectu ſolo eſt veritas, à qua res dicuntur veræ. Si verò comparetur ad intellectus inter ſe, ſic eſt nomen analogum. Nam proportionaliter ſaluatur, formaliter tamen in quolibet intellectu cognoſcente verum. Eſſe ergo nomen aliquod ſecundum propriam rationem in uno tantùm, eſt conditio nominum quæ ſunt ad unum, aut ab uno &c. & non nominum proportionaliter dictorum. Veritas autem reſpectu intellectus diuini & aliorum, proportionale nomen eſt: & ideò non ſequitur ꝙ in ſolo Deo ſit. Iam enim dictū eſt in ſolutione primi dubij, ꝙ omni prædicato formaliter de pluribus, cōuenit plurificari ad plurificationē ſubiectorum, ſiuè illud ſit vniuocum, vt animal, ſiuè proportionale

153 b

Porrecta per totā.

104

12. q. 51. art. 1. Et 1. diſt. 19. q. 5. ar. 1. Et ver. q. 1. a. 4. & 8. Et pſalm. 11. co. 1.

*lib. 4. de tri. c. 8. Et li. 15. ca. 1. circa finē tom. 3.

† in dialo. de ueri. c. 14. circa finem.

quolibet vniuocato ſaluatur ſecundùm propriā rōnem: iſtud D autem in primo tantū ponit propriā rationē: in alijs aūt fundatum ordinē ad primum. Exempla habentur in littera. Quò ad id uerò, quod in ſecunda parte cōſequentis implicitè clauditur, ꝙ omnia reſpiciant veritatem intellectus diuini, probatur: quia ſi vnumquodq; aſſimilatur ſecundū ſuā entitatē. Et confirmat prima pars cōſequentis authoritate gloſæ, ut patet in littera.

¶Circa partē primā cōſequentis, dubiū occurrit. Aut illa pars. ſ. Veritas intellectus multiplicatur, non eſt in littera probata niſi authoritate gloſæ: aut ueritas inuenitur vniuocè in omnibus intellectibus, ſaltē creatis, vtrumq; aūt horū eſt inconueniens. ergo. Aſſumptū ꝓbatur. In littera, nulla probatio eſt niſi ex dicta inter vniuocū & analogum: & ex parte analogi (ut patet in littera) nō infertur multiplicatio, ſed ex parte vniuoci. ergo aut nō probatur, aut probatur ex conditione vniuoci, quod multiplicatur ad multiplicationē vniuocatorū, & ſic ſupponitur veritatem vniuocè inueniri in omnibus intellectibus creatis. Quòd E aūt utrumq; horum ſit inconueniens manifeſtatur. Et primū quidē, quia in littera poſt dictam inter uniuocū & analogū ac applicationē eius ad materiā, de qua eſt ſermo ſtatim cū nota illatiuis cōcludit, dicendo, Si ergo loquamur &c. Secūdum aūt, quia ueritas in intellectu nřo eſt cōpoſitio & diuiſio: in intellectu verò angelico & diuino eſt ſimplex intelligētia eminēter, ꝓhabēs quicquid & nřa ſimplex intelligentia, & compoſitio, & diuiſio hēt.

¶Circa eandem quoque partem dubium occurrit, quia videtur littera implicare. Quoniam ſi analogum in vno tantùm ſecundùm propriam rationem ſaluatur, & ex q.13. cōſtat omnia nomina communia Deo, & alijs eſſe analoga, & conſequenter ueritatem analogicè inueniri in intellectu diuino & alijs intellectibus, ſequitur ꝙ in nullis intellectibus non ſunt uniuer veritates, ſed omnes intellectus ſunt veri vna ſola veritate, ſcilicet intellectus diuini, & ecōuerſò, ſi ueritas multiplicatur ad multiplicationem intellectuum verorum. ergo nō per prius & po-

tionale.

"Reſpon. Dicẽdũ, ꝙ quodã- F modo vna eſt veritas, qua oĩa ſunt vera, & quodammõ non." Ad cuius euidentiã ſciendũ eſt, ꝙ qñ aliquid pdicaẽ uniuocè de multis, illud ĩ quolibet eorũ ſm propria rõnẽ inuenit̃, ſicut animal in qualibet ſpecie animalis. ſed qñ aliquid dr̃ analogicè de multis, illud inuenitur ſm [d] propriam rõnem in vno [d] eorũ tantùm, à quo alia denominantur. Sicut ſanũ dr̃ de animali, & vri- G na, & medicina, nõ ꝙ ſanitas ſit niſi in animali tñ, ſed à ſanitate animalis denominaẽ medicina ſana, inquantũ eſt illius ſanitatis effectiua, & vrina inquantũ eſt illius ſanitatis ſignificatiua. Et q̃uis ſanitas [d] non ſit in medicina, neq; in vrina, tñ in vtroq; eſt aliqd, per qđ hoc quidẽ facit, illud aũt ſignificat ſanitatẽ. "Dictũ eſt aũt, ꝙ ueritas p prius eſt in intellectu, & p poſterius H in rebus, ſm ꝙ ordinanẽ ad intellectũ diuinũ. Si ergo loquamur de ueritate, put exiſtit in intellectu ſm ppriã rõnẽ, ſic in multis intellectib[e] creatis ſunt multę veritates, ẽt in vno & eodem intellectu ſm plura cognita. Vñ dicit * gloſ. ſup illud Pſal. 11. Diminutæ ſunt veritates à fi. hom. &c. ꝙ ſicut ab vna facie hoĩs, reſultant plures ſimilitudines in ſpeculo, ſic ab vna veritate diui I na reſultant plures veritates. Si verò loquamur de ueritate ſm ꝙ eſt in rebus, ſic oẽs ſunt veræ vna prima veritate, cui vnumquodq; aſſimilaẽ ſm ſuã entitatẽ. Et ſic licèt plures ſint eſſentiæ, vel formæ rerũ, tñ una eſt veritas diuini intellectus, ſm q̃ omnes res denominantur uerę.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ aĩa nõ ſm quãcunq; veritatẽ iudicat de rebus oĩbus, ſed ſm ue- K ritatẽ [a] primã: [e] inquãtũ reſultat in ea ſicut in ſpeculo, ſm prima intelligibilia. Vñ ſeqẽ ꝙ veritas prima ſit maior aĩa. & tñ ẽt veritas creata, q̃ eſt ĩ intellectu nr̃o, eſt maior aĩa nõ ſimpl̃r, ſed ſm qd, inquãtũ eſt pfectio ei[e], ſicut ẽt ſciẽtia poſſet dici maior aĩa. Sed uerũ eſt, qđ nihil ſubſiſtens eſt maius mẽte rõnali, niſi De[e].

Ad II. Dicendũ, ꝙ dictũ Anſelmi ueritatẽ hẽt, ſm ꝙ res dicuntur veræ per comparationẽ ad intellectum diuinum.

ARTICVLVS VII.

Vtrum ueritas creata ſit æterna.

Ad ſeptimvm ſic pcedit. Vr̃, ꝙ veritas creata ſit ęterna. Dicit. n. Aug. in * lib. de lib. arbi. ꝙ nihil eſt magis æternũ q̃ [h] rõ circuli. & duo & tria eſſe qnq;. Sed horũ ueritas, ẽ ueritas creata. Ergo ueritas creata ẽ ęterna.

¶2 Præt. Oẽ [h] qđ eſt ſemp, eſt æternum, ſed vl̃ia ſunt ubiq; & ſemp. Ergo ſunt æterna. Ergo & verum qđ eſt maximè vl̃e.

¶3 Pręt. Id qđ eſt uerũ in pręſenti, [h] ſemper fuit verum eſſe futurũ. Sed ſicut ueritas ppoſitionis de pſenti ẽ ueritas creata, ita ueritas ppoſitionis de futuro. Ergo aliq̃ ueritas creata ẽ ęterna.

¶4 Præt. Omne qđ caret [h] principio & fine eſt æternũ, ſed veritas enuntiabiliũ caret [h] principio & fine. quia ſi veritas incepit cũ ante non eſſet, verũ erat veritatem non eſſe, & vtiq; aliqua ueritate uerũ erat, & ſic veritas erat antequã inciperet. Et ſimiliter ſi ponatur veritatẽ habere finẽ, ſequitur ꝙ ſit, poſtq̃ deſierit. uerũ enim erit ueritatẽ nõ eſſe. Ergo ueritas eſt ęterna.

Sed contra eſt, qđ ſol[9] De[9] eſt ęternus, ut ſupra habitũ eſt.*

Reſpon. Dicẽdum, ꝙ ueritas enũtiabiliũ nõ eſt aliud q̃ ueritas intellectus. Enũtiabile. n. eſt in intellectu; & eſt in voce. Secũdũ aũt ꝙ eſt in intellectu, hẽt p ſe ueritatẽ, ſed ſm ꝙ eſt in uoce, dr̃ uerũ enuntiabile, ſm ꝙ ſignificat aliquã ueritatẽ intellectus, non pp aliquã ueritatẽ in enuntiabili exiſtentẽ, ſicut in ſubiecto, ſicut urina dr̃ ſana non à ſanitate, q̃, in ipſa ſit, ſed à ſanitate animalis, quam ſignificat. Similiter etiã * ſupra dictum eſt, ꝙ res denominantur veræ à ueritate intellectus. Vndè ſi nullus intellect[9] eſſet ęternus, nulla ueritas eſſet æterna. Sed quia ſolus intellectus diuinus eſt æternus, [m] in ipſo ſolo ueritas æternitatem habet. [n] Nec pp hoc ſequiẽ ꝙ aliqd aliud ſit ęternum q̃ Deus, quia ueritas intellectus diuini eſt ipſe Deus, ut ſupra * oſtenſum eſt.

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ rõ circuli & duo & tria eſſe quinq;, habẽt æternitatẽ in mẽte diuina.

Ad II. Dicẽdũ, ꝙ aliqd eſſe ſemp & ubiq;, pt intelligi dupl̃r. Vno modo, quia hẽt in ſe undè ſe extẽdat ad oẽ tps & ad oẽm locũ, ſicut Deo cõpetit eſſe ubiq; & ſemp. Alio mõ, qa nõ hẽt in ſe quo determineẽ ad aliquẽ locũ uel tps, ſicut materia prima dr̃ eſſe una: nõ quia hẽt unã formã, ſicut hõ eſt

Concl. m. ſonalè, vt ens, & c. De huiuſmodi autẽ differentia nominũ plenè ſcriptum inuenies in tractatu de analogia nominum.

¶ Ad dubium autem contra ſecundã partem concluſionis, reſponſio ex littera habetur: vbi dicitur, ꝙ licèt plures ſint eſſentiæ, vel formæ rerũ, (D. 147. D. 118.) tamen vna eſt veritas & c. Hæc. n. verba poſt probatam cõcluſionẽ adiuncta ſunt ad declarandam differentiam inter bonitatem & ueritatem, quò ad hoc, quoniã res omnes dicuntur bonæ dupliciter, intrinſecè & extrinſecè, vt in q. 6. dictum eſt. Veræ autem dicunẽ (D. 1098.) extrinſeca tãtùm denominatione, ita quòd nulla eſt in rebus formaliter veritas, ſed imitatiuè, ſeù adimpletiuè reſpectu intel (Ar. 1. huius quæſ.) lectus diuini, & cauſaliter reſpectu noſtri intellectus ſpeculatiui. Si enim nullus eſſet intellectus, nulla res uera, nullus ſenſus uerus dici poſſet, niſi æquiuocè, ut in quæſtio. de ueri. q. 1. articul. 4. dicitur. Quemadmodum ſi non eſſet ſanitas animalis, nulla medicina, nullaque diæta ſana dici poſſet. (Eſt gl. Augu. in iſtũ Pſal. 11. to. 8.) Et omnium vna eſt ratio, quia ſcilicet in ratione veri in rebus, cadit veritas intellectus, & ſani in medicina & diæta, cadit ſanitas animalis, & ſic de alijs, ſublata enim diffinitione, non remanet idem nomen, niſi æquiuocè.

SVPER QVÆS. XVI. ART. VII.

Eſt 1. 5. d. 19. q. 3. pri. 2. princ.

Titulus clarus.

¶ Circa primum cõſequens. ſ. falſum ponit acceptionem inadæquatam rei, aduerte, ꝙ dupliciter põt intelligi. Vno modo, ꝙ falſum ſignificet formaliter acceptionem difformẽ, vt nigrum, colorem cõgregatiuũ. Alio modo, ꝙ ponat relationem difformitatis formaliter, & acceptionẽ fundamentaliter: ſicut diſſimile ſignificat relationẽ, & ponit qualitatẽ. Primo modo non põt intelligi: quia ſequeretur, ꝙ vnũ cõtrariorũ formaliter ſumptũ tranſiret in reliquũ: qđ non eſt intelligibile. nõ.n. ſic percipi, ꝙ albedo fiat nigredo: ſed q res, q̃ eſt alba mutetur in nigrũ. patet autẽ ſequela ex prædicamentis, vbi dr̃, ꝙ eadem numero oratio ſuſcipit verũ, & falſum. ſi.n. vnamet enũciatio eſt modo vera, & modo eſt falſa, & tàm uerũ, q̃ falſum formaliter ſignificat enuntiationẽ, oportet, ꝙ vnum contrariũ formaliter recipit alterũ. Vndẽ ex hoc ipſo, ꝙ vnamet numero oratio eſt modo vera, modo falſa: patet, ꝙ verũ, & falſum, aliquid in oratione ſignificant, & nõ ipſam enũtiationẽ. In cuius ſignũ, cum ſubſumendũ eſſet in lra: Quòd falſum ſignificat aliquod poſitiuum in certo ſubiecto, nihil aliud ſubiunctũ eſt, niſi ꝙ falſum ponit acceptionem inadæquatã, vt inadæquationẽ ſignificari in acceptione intelligẽtis. Eſt tñ circa hoc aduertendũ, ꝙ ſicut ſimile, & diſſimile cõtrariè opponuntur, & dupliciter contingit ea cõtrariari, ſ. ratione fundamẽti, ſicut cũ albũ ſimile alteri albo mutatur in nigrũ, qđ eſt diſſimile albo: & rõne termini, ſi. ſ. terminus mutaret ſe in nigrũ, ita verũ contrariè quidem opponitur falſo, & dupliciter põt cõtingere. Ex parte quidẽ termini, cum eadem oratio de vera fit falſa, pp mutationẽ rei ſignificatæ, vt patet in materia contingenti. Ex parte autem fundamenti, cum fundamenta ipſa ſunt cõtraria. fundamentum autem veritatis, & falſitatis, vt ex dictis patet, eſt enuntiatio, ſeu acceptio intellectus. Enuntiationum autẽ, vt in ſecundo perher. probatur, contrarietas inuenitur primò inter affirmatiuã, & negatiuam eiuſdem de eodem, &c. quarũ alteram oportet eſſe veram, & alteram falſam. igitur ſi de primo ad vltimũ, mutatur intellectus de vero in falſum ex parte fundamenti, dũ de enuntiatione vnius partis contradictionis tranſit in aliam. Quoniam autem mutatio ex parte termini in vero, & falſo, aut non eſt verè contrarietas, eo quòd ſine ſui mutatione de vno in aliud oratio tranſit: aut ſi pro vera cõtrarietate, qualiſcunq; relatiua eſſe poteſt, acceptatur, non habet contrarietatis rationẽ ex mutatione termini (quoniam mutatio termini contingit, & de contrario in contrarium, & de affirmatione in negationẽ, aut econuersò:) mutatio autem de vero in falſum ex parte fundamenti, habet rationem contrarietatis ex mutatione inter fundamenta, quia ſcilicet mutatio intellect⁹ de opinione affirmatiua in negatiuam, aut econuerſò, eſt verè inter contraria. & quòd plus eſt, ex contrarietate fundamentorum innaſcitur cõtrarietas veri, & falſi ſecundùm terminum (nã ideò hæc oratio, Sort. ſedet, eo ſurgente dicitur ſuſcipere aliud contrarium, ſcilicet falſum, quia eſt contraria illi, quæ eſt vera, ſcilicet Sortes nõ ſedet: niſi enim eſſet inter ipſas orationes contrarietas, mutatio de verò in falſum verę cõtrarietatis rationẽ non haberet) propterea in litera non fit mentio, niſi de contrarietate ex parte fundamenti innata. & meritò: quia relationis naturam ſecundùm fundamẽta naturam maximè videmus, eo quòd aut eſt idem enim eo, aut naturalis eius quaſi paſſio.

¶ In reſponſione ad ſecundum; videto, ꝙ largè vtitur cõtrarietatis vocabulo ibidẽ, prout.ſ. & priuatiua cõtinet oppoſitionẽ, vt patet de bono, & malo tranſcẽdentibus, [illegible] ſ. Sicut oĩs priuatio fundatur in ſubiecto: itaq; malũ &c. Fecit autẽ hoc auctor nõ incuria. ſed quia, quòad vim argumenti, idẽ eſt iudicium de contrarijs, & priuatiuè oppoſitis, inſinuare voluit, ꝙ reſponſio propria ẽcdẽt eſſe eadẽ, ſiuè contrariè, ſiuè priuatiuè opponantur. Et propterea contrarietatis nomen extendere docuit.

SVPER Q. XVIII. ARTIC. I.

Rangui. q. 18. a. artic. 1.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna concluſio reſponſiua quæſito. Illa propriè ſunt viuentia, quæ ſeipſa ſecundùm aliquam ſpeciem motus mouent. Hæc cõcluſio primò probatur, deinde explanatur. Probatio eſt. Differentia viuentium à nõ viuentibus, ex manifeſtè viuentibus ſumeñda eſt. ergo ex vita animalium. ergo ex eo in quo primò manifeſtatur vita, & in quo vltimò remanet. ergo ex mouere ſeipſum. ergo illa propriè ſunt viuentia, q ſeipſa ſecundùm ſpeciem aliquam motus mouent. Prima conſequẽtia probatur authoritate libri de uegetabilibus. tertia autem probatur, quia tandiù iudicatur animal viuere, quandiù ex eo motus apparet &c. Explanatur verò quò ad terminos, dicendo quòd ly motus communiter ſumitur, & ab oppoſito: quia quæ non ſe agunt nõ niſi ſimilitudinariè viuere dicuntur.

¶ In reſponſione ad ſecundum, Aduerte quòd non intendit littera limitare concluſionem iam probatam, quaſi addenda ſit, ſcilicet particula, ſcilicet in ſua naturali diſpoſitione, ſed intendit, quòd ex iſta differentia, ſcilicet quòd grauia & leuia non mouẽt ſe in ſua naturali diſpoſitione, vtentia aliis, habetur quòd illis non conuenit abſolutè mouere ſe, ſed viuentibus tantùm. propterea quia hinc manifeſtatur, quòd motus illorum per ſe ſpectat ad accedendum ad perfectionem naturalem, & conſequẽter ſpectat ad complementum generationis ipſorum. Et quia nihil generat ſe, ſed ab eo, à quo generatur completur ſuum generari, ideò motus grauium & leuiũ generanti attribuitur. In motu autem viuentium manifeſtè patet nihil horum inueniri. Et propterea ſola uiuentia ſeipſa mouent. Et hæc ſunt valdè notanda in materia de motu grauium & leuium, quoniam ſubtiliſſima & clariſſima ratio eorum motus hic habetur.

SVPER QV. E. XVIII. ARTIC. II.

Titulus clarus eſt. ¶ In corpore vna concluſio reſponſiua quæſito, vita propriè eſt eſſe ſubſtantiale, minus propriè verò eſt operatio. Hæc concluſio quo ad vtramque partem ſimul probatur ſic. Intellectus noſter accipit à ſenſu. ergo ex his, quæ apparent exterius de re cognoſcit eſſentiam. ergo plerumque ex proprietatibus exterioribus imponuntur nomina ad ſignificandas eſſentias rerũ. ergo huiuſmodi noĩa quandoq; accipiunt̃ pro-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

eſſentijs rerũ, ad quas ſignificandas pricipaliter ſunt impoſita: aliqñ aũt ſumunt pro ꝓprietatibus, à quibus imponunt. & hoc minus ꝓpriè. Sicut patet q̃ hoc nomẽ corpus impoſitũ eſt ad ſignificandũ quoddã genus ſubſtãtiarũ, ex eo q̃ in eis inueniuntur tres dimẽſiones. Et iõ aliqñ ponit hoc nomẽ corp⁹ ad ſignificãdas tres dimẽſiones, ſm q̃ corpus ponit ſpẽs quãtitatis. Sic ergo dicẽdũ eſt & de uita. nã vitæ nomẽ ſumit ex quodã exterius apparenti circa rẽ, quod eſt mouere ſeipſum, nõ tñ eſt impoſitũ hoc nomẽ ad hoc ſignificãdũ, ſed ad ſignificandã ſubſtãtiã, cui cõuenit ſm ſuã naturã mouere ſeipſam, uel agere ſe quocũq; mõ ad operationẽ. Et ſm hoc, uiuere nihil aliud eſt, q̃ eſſe i tali natura, & uita ſignificat hoc ipſum, ſed in abſtracto. ſicut hoc nomẽ curſus ſignificat ipſum currere in abſtracto. Vñ uiuũ nõ eſt ꝑdicatũ accidẽtale, ſed ſubſtantiale. Qñq; tñ vita ſumit minus propriè ꝓ operationibus uitæ, à qbus nomẽ vitæ aſſumit, ſicut dicit Philoſophus 9. Ethicorũ, q̃ uiuere principaliter ẽ ſentire, vel itelligere.

Ad primum ergo dicẽdũ, q̃ philoſoph⁹ ibi accipit uiuere ꝓ operatione uitæ. Vel dicẽdũ eſt melius, q̃ ſentire & intelligere & hmõi, qñq; ſumunt ꝓ qbuſdã operationibus, qñq; aũt pro ipſo eſſe ſic operãtiũ. Dr̃.n. nono Ethico. q̃ uiuere eſt ſentire vel intelligere, id eſt habere naturã ad ſentiendũ, uel intelligendũ. & hoc mõ diſtinguit Philoſophus uiuere p illa quatuor. Nã i iſtis inferiorib⁹ quatuor ſunt genera uiuẽtiũ. quorũ qdã hñt naturã ſolũ ad utẽdũ alimento, & ad cõſequentia, q̃ ſunt augmentũ & gñatio. qdã ulterius ad ſentiendũ, ut patet in aĩalib⁹ immobilibus, ſicut ſunt oſtrea. quædã verò cũ his ulterius ad mouẽdũ ſe ſm locũ, ſicut aĩalia perfecta vt quadrupedia, & uolatilia, & hmõi; quędã verò vlterius ad intelligendum, ſicut homines.

Ad II. dicendum, q̃ opera vitæ dicuntur, quorum principia ſunt in operãtibus: ut ſeipſos inducant in tales operationes. Cõtingit aũt aliquorũ operũ ineſſe hominibus nõ ſolũ principia naturalia (vt ſũt potẽtię naturales) ſed ẽt qdã ſuperaddita, ut ſunt habitus inclinãtes ad qdã operationũ gña, quaſi p modũ naturæ, & faciẽtes illas operationes eſſe delectabiles. Et ex hoc dr̃, quaſi p quãdã ſimilitudinẽ, q̃ illa operatio q̃ eſt homini delectabilis, & ad q̃ inclinat, & in qua cõuerſat, & ordinat uitã ſuã ad ipſam, dr̃ uita hoĩs. Vñ qdã dicunt agere vitã luxurioſam, quidã uitã honeſtã. & p hũc modũ uita contemplatiua ab actiua diſtinguit. & per hunc ẽt modum cognoſcere Deum dicitur uita æterna. Vndè patet ſolutio ad tertium. Vita ſumitur pro operatione talis

ARTICVLVS III.

Vtrum Deo conueniat uita.

AD TERTIVM ſic ꝓceditur. Vr̃ q̃ Deo non conueniat uita. Viuere.n. dicuntur aliqua ſecundum q̃ mouent ſeipſa, ut dictum eſt. Sed deo non competit moueri. Ergo neque uiuere. Porrecta per totũ. 111

¶ 2 Pręt. In oĩbus quæ uiuunt, eſt accipere aliqđ uiuẽdi principiũ. Vñ dr̃ in 2. de aĩa, q̃ aĩa, eſt uiuẽtis corporis cã & principiũ. Sed Deus nõ habet aliquod principium. Ergo ſibi non competit uiuere.

¶ 3 Præt. Principiũ uitæ in reb⁹ uiuẽtib⁹ q̃ apud nos ſũt, eſt aĩa uegetabilis, q̃ nõ ẽ niſi i reb⁹ corporalib⁹. Ergo reb⁹ incorporalib⁹ nõ cõpetit uiuere.

SED CONTRA eſt quod dicitur in Pſal. 83. Cor meum & caro mea exul. in Deum uiuum.

RESPON. Dicẽdum, quòd uita maximè propriè in Deo eſt.

Ad cuius euidẽtiã cõſiderãdũ eſt, q̃ cũ uiuere dicant aliqua ſm q̃ operant ex ſeipſis, & non quaſi ab alijs mota, quãtò pfectius cõpetit hoc alicui, tãtò pfectius in eo inuenit uita: in mouẽtibus autẽ & motis tria p ordinẽ inueniunt. Nam primò finis mouet agẽtẽ. agẽs uerò principale eſt qđ p ſuã formã agit. & hoc interdũ agit per aliqđ inſtrm, quod nõ agit ex uirtute ſuæ formę, ſed ex uirtute pricipalis agẽtis. Cui inſtro cõpetit ſola executio actionis: inueniunt igit qdã, q̃ mouẽt ſeipſa non habito reſpectu ad formã uel finẽ, quæ ineſt eis à natura, ſed ſolũ quãtũ ad executionẽ motus: ſed forma, p q̃ agunt, & finis pp quẽ agũt, determinant eis à natura. & hmõi ſunt platę, q̃ ſm formã inditã eis à natura, mouẽt ſeipſas ſm augmẽtũ & decrementũ. 111 Quædã uerò ulterius mouẽt ſeipſa, nõ ſolũ habito reſpectu ad executionẽ motus, ſed ẽt q̃tũ ad formã, q̃ eſt principiũ motus, q̃ p ſe acquirũt. & hmõi ſunt aĩalia, quorũ motus principiũ eſt forma nõ à natura indita, ſed p ſenſum accepta. Vñ quãtò pfectiorẽ ſenſum hñt, tãtò perfectius mouent ſeipſa. nã ea, q̃ non hñt niſi ſenſum tactus, mouent ſolũ in fra ſeipſa motu dilatationis & conſtrictionis, ut oſtrea parũ excedẽtia motũ platæ. 585 389 Quæ verò hñt virtutẽ ſenſitiuã pfectã, nõ ſolũ ad cognoſcẽdũ cõiuncta & tãgentia, ſed ẽt ad cognoſcendũ diſtãtia, mouẽt ſeipſa in remotum motu ꝓceſſiuo. Sed q̃uis hmõi animalia, formã quæ eſt principium motus per ſenſum accipiant, non tñ per ſeipſa præſtituũt ſibi finẽ ſuæ operationis, vel ſui motus: ſed eſt eis inditus à natura, cuius inſtinctu ad aliqd agendũ mouent per formã ſenſu apprehẽſam. Vñ ſupra talia aĩalia ſunt illa, quæ mouent ſeipſa, ẽt habito reſpectu ad finẽ, quẽ ſibi pſtituunt. Quod qdẽ nõ fit niſi per rõnem & intellectũ, cui⁹ eſt cognoſcere proportionẽ finis, & eius quod eſt ad finẽ, & vnũ ordinare in alterũ. Vñ pfectior modus uiuendi eſt eorũ quę habẽt intellectũ: hæc.n. perfectius mouẽt ſeipſa. Et huius eſt ſignũ, q̃ in uno & eodẽ hoĩe uirtus intellectiua mouet potentias ſenſitiuas, & potentię ſenſitiuę per ſuũ imperium mouent organa, quæ exequunt motũ. Sicut ẽt in artibus uidemus, q̃ ars, ad quã pertinet uſus nauis, ſ. ars gubernatoria, præcipit ei quæ inducit formam nauis: & hæc præcipit illi, quæ habet executionem tãtùm in diſponendo materiam. Sed quãuis intellectus noſter ad aliqua ſe agat, tamẽ aliqua ſunt ei præſtituta à natura, ſicut ſunt prima principia, circa quæ non põt aliter ſe habere: & ultimus finis, quẽ nõ põt non velle. Vñ licẽt quãtum ad aliquid moueat ſe, tñ oportet q̃ quantũ ad aliqua, ab alio moueat. Illud igitur cuius ſua natura eſt ipſum eius intelligere, & cui id, qđ naturaliter hẽt, nõ determinat ab alio, hoc eſt qđ obtinet ſummũ gradũ uitæ. tale aũt eſt Deus: vndè in Deo maximè eſt uita. Vndè Philoſophus in 12. met. oſtẽſo q̃ Deus ſit intelligẽs, concludit q̃ hẽat uitã pfectiſſimam & ſempiternã: q̃a intellect⁹ eius eſt perfectiſſimus, & ſemp in actu.

AD I. ergo dicẽdum, q̃ ſicut dr̃ in 9. metap. duplex eſt actio. Vna q̃ trãſit in exteriorẽ materiã, ut calefacere, & ſecare. Alia q̃ manet in agẽte, ut intelligere, ſentire, & uelle: quarũ hæc eſt drĩa. Quia prima actio nõ eſt pfectio agẽtis, qđ mouet, ſed ipſius moti: ſcđa aũt actio eſt pfectio agẽtis. Vñ q̃a motus ẽ act⁹ mobilis, ſecũda actio inquãtum eſt actus operãtis dr̃ motus eius ex hac ſimilitudine, q̃ ſicut motus eſt actus mobilis, ita hmõi actio eſt actus agentis, licẽt motus ſit actus imperfecti, ſ. exiſtentis in potẽtia: hmõi aũt actio eſt actus perfecti, id eſt exiſtentis in actu, ut dr̃ in 3 de aĩa. Hoc igitur mõ, quo itelligere eſt motus, id quod ſe intelligit, dr̃ ſe mouere. Et p hũc modũ ẽt Plato poſuit, q̃ Deus mouet ſeipſum, non eo mõ quo mot⁹ eſt act⁹ impfecti.

AD II. Dicedũ, q̃ ſicut De⁹ eſt ipſum ſuũ eſſe & ſuũ intelligere, ita & ſuũ uiuere. Et pp hoc ſic uiuit, q̃ non habet uiuendi principium.

AD III. dicẽdum, q̃ uita in iſtis inferioribus recipit in natura corruptibili, q̃ indiget & gñatione ad cõſeruationẽ ſpeciei, & alimẽto ad cõſeruationẽ idiuidui. Et pp hoc in iſtis inferioribus nõ iuenit uita ſine aĩa vegetabili. Sed hoc non habet locũ in rebus incorruptibilibus.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum omnia ſint uita in Deo.

AD IIII. ſic ꝓcedit. Vr̃ q̃ nõ oĩa ſint uita in Deo. Dr̃.n. Act. 17. In ipſo uiuimus, moue-

priè pro ipſis eſſentijs. & minus propriè pro proprietatibus, à quibus imponuntur. ergo vitæ nomen ſumitur propriè pro ſubſtantia cuius naturæ conuenit mouere ſe, & minus propriè pro operatione vitali. ergo uiuere propriè nihil aliud eſt, quàm eſſe in tali natura. ergo uita ſignificat hoc ipſum. ergo viuum non eſt prædicatum accidentale, ſed ſubſtantiale. ergo de primo ad vltimum, uita propriè eſt eſſe ſubſtantiale, minus propriè eſt operatio. Prima conſequentia ſecundum duo clauſa in conſequente, ſcilicet exteriora & quidditas, ex duobus in antecedente clauſis, ſcilicet intellectu & ſenſu, probatur. Primũ eſt, quia intellectus eſt cognoſcitiuus quidditatis rei. Secundum verò eſt, quia accidentia exteriora ſunt propria ſenſus. Secunda conſequentia probatur, quia ſicut cognoſcimus, ſic nominamus. Tertia declaratur in hoc nomine corpus, reſpectu ſubſtantiæ & quantitatis. Quarta probatur, quia vitæ nomen ſumitur ex exterius apparente, ſcilicet mouere ſe. &c. Quinta per ſe nota relinquitur. Sexta probatur, quia uita non differt à uiuere niſi penes modum ſignificandi, ſcilicet in abſtracto, & declaratur exemplo curſus. Septima eſt per ſe nota. Et cõfirmatur nihilominus ſecunda pars concluſionis authoritate 9. Ethicorum.

b 275 concl. m — Li. 9. Ethi. c. 9. to. 5. — Secunda reſpõſio. — Li. 9. Ethi. c. 9. to. 5.

SVPER Q. XVIII. ART. III.

Ferr. 1. cont. c. 97. 98. 99.

IN titulo, cõueniat, intelligi formaliter, nã virtualiter deo vita pfectionem conuenire in q. 4. probatum eſt.

¶ In corpore vna concluſio reſponſiua quæſito. Vita maximè propriè in Deo eſt. vbi antequã probet, nota q̃ author aliud quærit, & aliud reſpõdet. Quæritis enim ſimplicem quæſtionem an eſt de vita Dei. Reſpondet autem de eminentiſſimo modo uiuendi. fecit autem hoc, quia Deum uiuere, ex ſupradictis ſatis conſtabat, cum declaratum ſit ipſum eſſe intellectualis naturæ. Sed quomodo uiuat, ex propriis oſtendendum erat. probatur ergo ſic. Viuere dicunt aliqua inquantum operantur ex ſeipſis, non quaſi ab alijs mota. ergo quantò perfectius hoc conuenit alicui, tantò perfectius in eo inuenitur uita. ergo mouẽtia ſe quò ad finẽ, formã, & executionem, perfectius uiuunt, quàm mouẽtia ſe quò ad formã & executionẽ tantum: & hæc, quàm mouẽtia ſe tantùm quò ad executionem. ergo illud, cuius natura eſt ipſum eſſe & intelligere, & id quod naturaliter habet non determinatur ſibi ab alio, obtinet ſummũ vitæ gradum. ergo in Deo maximè eſt vita.

412 — a 500

¶ Ad euidentiam ſecundæ cõſequentiæ, quæ comparatio intelligi non põt, niſi gradus comparatorũ oſtẽdantur, littera graduat mouentia ſe, & ex ipſa graduatione neceſſitatem conſequentiæ oſtẽdit. Duo ergo facit. primò oſtendit ea, ex quib⁹ graduantur uiuẽtia: ſecundò, tres gradus viuentium ordinat. Tria autem ſunt ex quibus mouentia ſe graduantur, ſcilicet, finis, forma, & executio. Et propterea aliqua mouẽt ſe ad executionem tantùm: aliqua ad executionẽ & formam, & hæc perfectius mouẽt ſe: aliqua ad executionem, & formam, & finem, & hæc perfectiſſimè. In primo ordine ſunt plantæ, ut patet ex motu augmenti. In ſecundo ſunt animalia, vt patet ex eo, quod principium motus eorum nõ eſt forma à natura indita, ſed per ſenſum accepta: & ratione latitudinis in ipſis animalibus inuenta, ſcilicet quod quantò perfectius ſentiunt, tantò perfectius mouent ſeipſa, quod manifeſtatur in differenti motione animaliũ perfectorum & imperfectorum. In tertio ſunt intellectum habentia, quod probatur: quia ſolius rõnis ac intellectus eſt cognoſcere proportionem finis, & eius quod eſt ad finem, unumquodque in alterum ordinare. ergo & præſtituere ſibi finem. & declaratur ſigno eminentia huius uitæ, ex eo q̃ in uno & eodem hoĩe pars intellectiua mouet potentias ſenſitiuas, & per illas corporalia organa. Confirmatur que exemplo in artificialibus. Pro tertia autem cõſequentia, ponit littera in ſupremo uiuẽdi gradu latitudinem, & hic ſummũ in eo declarat. Mouentiũ ergo ſe ad executionem, formam, & finẽ, alia mouent ſe quò ad quædã, quædam verò ab alio ſortiũtur. Alia mouent ſe quò ad oĩa, ita q̃ nihil ab alio habent: in primo ordine ſunt intellectus creati, in ſecũdo verò Deus ipſe. Et primum probatur in intellectu noſtro. Quò ad intellectum quidem, quia præſtituta ſunt ei prima principia: quò ad uoluntatem verò, quia præſtitutus eſt ei ultimus finis, quem non põt non uelle. Cætera ſunt nota. & confirmantur proceſſus ex proceſſu Ariſt. 12. Metaphyſi. Li. 9. metaph. tex. 16. tom. 3.

124 407 — concl. m — Li. 12. metaph. tex. 51. to. 3.

¶ Circa ſecundum uiuẽdi gradum dubiũ occurrit, quomodo uerum ſit, q̃ animalia per ſeipſa acquirunt formam, qua ſe mouent. Senſus.n. ut in ſecũdo de Anima dr̃, eſt potentia paſſiua à ſenſibili, & ſentire in pati cõſiſtit. ergo aĩalia ad habendam formam ſenſibilem purè paſſiuè concurrũt, non ergo acquirunt eam per ſeipſa. 425 276 285

¶ Ad hoc breuiter, verũ (quia nõ eſt hic locus proprius huius materiæ) dr̃, q̃ licẽt ad habendã formam ſenſibilem in genere entiũ, ſeu medio mõ inter potẽtiã & actũ, ſenſus exterior concurrat purè paſſiuè, ad habendã tñ eã in genere cognoſcibiliũ ſeu in actu ſimpliciter, ſeu puro, ſenſus ẽt exterior cõcurrit, non ſolũ paſſiuè, ſed ẽt actiuè. Erũ eſt, q̃ anima vt in 2. de aĩa dr̃, eſt cauſa effectiua illius alterationis, in qua conſiſtit ſentire, ſeu (& in idem redit) illius alterationis, q̃ eſt ſentire. Cõſtat aũt q̃ ſentire, nõ eſt pati à ſenſibili quõ ẽt diaphanum uideret, ſed eſt pati uitaliter à ſenſibili, hoc aũt eſt ſenſum eſſe actu ipſũ ſenſibile ut ſic, vt ex dictis in q. 14. Igitur animal habet formã ſenſibilẽ & ab alio, & facit eã in ſe. Et propterea optimè in littera dr̃, q̃ mouet ſe quò ad formam, & acquirit eã per ſeipſum &c. Et hæc bene nota, ut ſcias diuerſa & Ariſtotelis, & Sancti Thomæ dicta ſanè intelligere. Porrecta per totũ. 114 4. cõtra c. 13. fin. Et veri. q. 4. art. 8.

SVPER QVÆST. XVIII. ARTIC. IIII.

Ferr. 4. cont. c. 13.

TItulus clarus.

¶ In corpore una concluſio reſponſiua quæſito affirmatiuẽ. Omnia in Deo ſunt uita diuina, probatur. In Deo idem eſt intellectus, intellectum, & intelligere. ergo quicquid eſt in Deo vt intellectum, eſt Dei vita. ergo omnia in Deo ſunt vita diuina. Prima conſequentia probatur, quia viuere Dei, eſt eius intelligere. ſecunda verò, quia omnia quæ facta ſunt, in ipſo ſunt ut intellecta.

¶ Aduerte

¶ Aduertendum. Primò, quia perfectæ vitæ rô non saluatur nisi in talibus, quæ quandoque mouent seipsis. ... In responsione ad quartum, patet, hæc propositio hic posita: Quicquid est in Deo ut intellectum, est vita eius, ... intelligenda est de intellecto per se, ad excludendum mala quæ sunt intellecta per aliud, s. per bona.

¶ In responsione ad tertium, ... [illegible]

¶ In responsione ad quartum, recolito, quod in articulo secundo dictum est, quod uiuere propriè significat ipsum esse uiuentis ... [illegible]

murat & sumus: sed non omnia in Deo sunt motus. ergo non omnia in ipso sunt vita.

¶ 2 Præt. Oia sunt in Deo sicut in primo exẽplari. Sed exẽplata dñt[h] cõformari exẽplari. Cũ igitur nõ oia uiuãt in seipsis, vr̃ q̃ non omnia in Deo sint uita.

¶ 3 Pręt. Sicut Aug. dicit in li. de vera* reli. Substãtia uiuẽs est melior qualibet substãtia nõ uiuente. Si igit̃ ea q̃ i seipsis nõ uiuũt, in Deo sunt uita, vr̃ q̃ uerius[k] sint res in Deo quam in seipsis. Quod tñ vr̃ esse falsum, cũ in seipsis sint in actu, in Deo uerò in potentia.

¶ 4 Pręt. Sicut sciunt̃ à Deo bona, & ea q̃ fiunt ſm aliqd̃ tp̃s: ita mala, & ea q̃ Deus põt facere, sed nũq̃ fiũt. Si ergo oia sunt vita in Deo, in q̃tũ sunt * scita ab ipso, vr̃ q̃ ẽt mala, q̃ nunq̃ fiunt, sunt uita in Deo, inquantũ sunt scita ab eo. Qd̃ vr̃ inconueniẽs. H

Sed contra est, quod dicit̃ Ioã. 1. Quod factum est, in ipso uita erat: sed oia præter Deũ facta sũt. ergo oia i Deo sunt uita.

Respon. Dicendum, q̃ sicut dictũ est,* uiuere Dei est eius intelligere, in Deo aũt est idẽ intellectus, & quod intelligit, & ipsum intelligere eius.[c] Vñ quicqd̃ est in Deo ut intellectũ, est ipsũ uiuere, uel uita eius, vñ cũ omnia quæ facta sunt à Deo, sint in ipso ut intellecta, sequitur q̃[m] oia in ipso sunt ipsa uita diuina.* I

Ad primum ergo dicendũ, q̃ creaturæ i Deo esse dicunt̃ dupliciter. Vno mõ, inq̃tũ cõtinẽtur & cõseruant̃ uirtute diuina: sicut dicimus ea esse in nobis, quę sunt in nr̃a ptãte. Et sic creaturę dicunt̃ esse in Deo, ẽt, put sunt in proprijs naturis. Et hoc mõ intelligendũ est verbũ Apostoli dicẽtis: In ipso uiuim*, mouemur, & sumus, qa ẽt nr̃um uiuere, & nr̃um esse, & nr̃um moueri, causat̃ Deo. Alio modo dicunt̃ res esse in Deo sicut in cognoscẽte. Et sic sunt in Deo p̃ p̃prias rõnes, quæ nõ sunt aliud in Deo ab essentia diuina. Vndè res, prout sic in Deo sunt, sunt essentia diuina. Et quia essentia diuina est uita, non autem motus, indè est q̃ res hoc mõ loquendi in Deo non sunt motus, sed uita. K

Ad ii. dicendũ, q̃ exemplata oportet cõformari exẽplari secundũ rõnẽ formæ, nõ aũt ſm modũ essendi. Nã alterius modi esse hẽt forma qñq; in exẽplari, & in exẽplato. Sicut forma domus in mẽte artificis hẽt esse immateriale & intelligibile, in domo aũt, q̃ est extra aĩam, hẽt esse materiale & sensibile. Vñ & rõnes rerũ, q̃ in seipsis nõ uiuut, in mẽte diuina sunt uita, qa in mente diuina habent esse diuinũ.

Ad iii. dicendum, q̃ si de rõne rerũ naturaliũ nõ esset materia, sed tm̃ forma, oibus modis veriori mõ essent res naturales in mẽte diuina p̃ suas ideas, q̃ in seipsis. Propter qd̃ & Plato posuit, q̃ hõ separatus erat verus hõ: hõ aũt materialis est hõ p̃ participationem. Sed qa de rõne rerũ naturalium est materia[c], dicẽdũ q̃ res naturales uerius esse hñt simpliciter im mẽte diuina, quã in seipsis. qa in mẽte diuina hñt esse increatũ, in seipsis aũt esse creatũ. Sed esse hoc, utpotè hõ uel equus, uerius habẽt in propria natura quã in mente diuina, quia ad ueritatẽ hominis ptinet esse materiale, quod nõ hñt in mẽte diuina. Sicut dom* nobilius esse hẽt in mẽte artificis, quã in materia: sed tñ uerius dr̃ domus, quæ est in materia, quam quæ est in mente: qa hęc est domus in actu, illa autem domus in potentia.

Ad iiii. dicẽdũ, q̃ licet mala sint in Dei scia, inquatũ sub Dei scia cõprehẽdunt̃, nõ tñ sunt in Deo sicut creata à Deo, uel cõseruata ab ipso, neq; sicut hñtia rõnẽ in Deo. Cognoscunt̃. n. à Deo[d] p̃ rõnes bonorũ: vñ non põt dici, q̃ mala sint uita in Deo. Ea vero, q̃ ſm nullũ tp̃s sunt, possunt dici esse vita in Deo, secũdũ q̃ uiuere noiat intelligere tm̃, inquantum intelligiuntur à Deo*, non autem secũdũm q̃ uiuere importat principium operationis.

QVAESTIO XIX.

De uoluntate Dei, in duodecim articulos diuisa.

Post considerationem eorum, quę ad diuinam scientiam pertinent, considerandum est de his, quæ pertinẽt ad uoluntatem diuinam, ut sit prima cõsideratio de ipsa Dei uoluntate. Secunda de his, quæ ad uoluntatem absolutè pertinent. Tertia de his, quæ ad intellectum in ordine ad uoluntatem pertinent.

Circa ipsam autem uoluntatem quæruntur duodecim.

¶ Primò, Vtrum in Deo sit uoluntas.
¶ Secundò, Vtrum Deus velit alia à se.
¶ Tertiò, Vtrũ q̃cq̃d Deus uult, ex necessitate uelit.
¶ Quartò, Vtrum uoluntas Dei sit causa rerum.
¶ Quintò, Vtrum uoluntatis diuinæ sit assignare aliquam causam.
¶ Sextò, Vtrum uoluntas diuina semper impleat̃.
¶ Septimò, Vtrum uoluntas Dei sit mutabilis.
¶ Octauò, Vtrum uoluntas Dei necessitatẽ rebus uolitis imponat.

¶ Nonò,

SVPER QVÆSTIO XIX. ARTIC. I.

In titulo, uoluntas sumit̃ dupliciter. Primò pro actu uolẽdi. Secũdò p̃ principio seu potẽtia elicitiua actus uolẽdi. ... [illegible]

A tali processu nihil habetur, nisi q̃ in natura intellectuali est appetitus formæ intelligibilis, vel etiam rei apprehensæ ... quia illud appetere spectat ad uoluntatẽ, præsupponit uoluntatem ... [illegible]

¶ Nonò, Vtrum in Deo sit uolũtas malorum.
¶ Decimò, Vtrum Deus habeat liberum arbitrium.
¶ Vndecimò, Vtrũ sit distinguẽda in Deo uoluntas signi.
¶ Duodecimò, Vtrũ conuenienter circa diuinã uoluntatem ponantur quinque signa.

Articulus I.

Vtrum in Deo sit uoluntas.

Ad primum sic proceditur. Vr̃ q̃ i Deo nõ sit uolũtas. Obiectum. n. uoluntatis est[h] finis & bonũ. sed Dei non est assignare aliquem finem. Ergo uoluntas non est in Deo.

¶ 2 Præt. Volũtas est appetit* q̃dam.[h] appetitus aũt, cum sit rei non habitæ, imperfectionẽ designat, quæ Deo non competit. Ergo uoluntas non est in Deo.

¶ 3 Præt. Scd̃m Philosophum in 3. de aĩa[l], [h] uoluntas est mouẽs motũ. Sed Deus est primum mouens ĩmobile, ut probat̃. 8. Phy.* Ergo in Deo nõ est uoluntas.

Sed contra est, quod dicit Apostolus Roma. 12. Vt probetis quæ sit uoluntas Dei.

Resp. Dicendũ, in Deo uolũtatẽ esse, sicut & in eo est intellectus. Voluntas. n. intellectũ cõsequit̃. Sicut. n. res naturalis hẽt esse in actu p̃ suã formã, ita intellectus intelligens actu p̃ suã formã intelligibilem. Quęlibet aũt res ad suã formã naturalem hãc hẽt habitudinem, ut qñ nõ hẽt ipsam, tẽdat in ea & qñ hẽt ipsam, q̃escat in ea. & idẽ est de qualibet p̃fectione naturali qd̃ est bonũ naturæ. Et hæc habitudo ad bonũ i reb* carentibus cognitione, uocat̃ appetitus naturalis[c]. Vñ & natura itellectualis ad bonũ apprehẽsum p̃ formã intelligibilẽ similẽ habitudinẽ hẽt, ut. s. cũ hẽt ipsum quiescat i illo; cũ uerò non hẽt, q̃rat ipsũ. & utrunq; ptinet ad uoluntatẽ. Vñ in quolibet hñte intellectũ ẽ uolũtas, sicut i quolibet hñte sensum est appetit* aĩalis. Et sic[m] oportet in Deo eẽ uolũtatẽ,[n] cũ sit i Deo itel'lis. Et sicut suũ itelligere est suũ esse*, ita suũ uelle.

Ad primum ergo dicendũ, q̃ licet nihil aliud à Deo sit finis Dei, tñ ipsemet est finis respectu oium, q̃ ab eo fiunt, & hoc p̃ sua essentia, cũ p̃ suã essentiã sit bonus, ut supra oñsum est*. Finis. n. habet rationem boni.

Ad ii. dicẽdũ, q̃ uolũtas i nobis ptinet ad appetitiuã partẽ. Quæ licẽt ab appetendo nominet̃, non tñ hunc solũ habet actum ut appetat, quæ nõ hẽt,

Et propterea valdè notanda sunt quæ sequuntur, vtpotè aditum arcanum indicatura.

¶ Quod ad secundũ proceditur sic: Intellectus intelligẽs est actu p̃ suam formam intelligibilem, sicut res naturalis est p̃ suam formam: ergo natura intellectualis bonũ apprehensum per formam intelligibilem, cum nõ hẽt, quærit: cum habet, quiescit in illo. ergo in quolibet habẽte intellectũ est volũtas. ergo in Deo est voluntas. ... [illegible] ... Tertia aũt consequentia probatur, quia in Deo est intellectus.

¶ Circa primã consequentiam dubium est, quia expressè declinat proportionalis similitudo à forma intelligibili ad bonũ apprehensum p̃ illam. ... [illegible]

¶ Circa secundam quoque consequentiam, dubium est. Quia ex ...

... tet, quod modo intẽdimus. s. q̃ quicquid appetitur nõ quatenus apprehẽsum, naturali appetitu appetitur. Quicquid autem appet̃, q̃a apprehẽsum, aut appetitu sensitiuo, aut intellectiuo appetit. ... [illegible] ... Habetur aũt ex hac veritate manifestẽ, q̃ appetere actu elicito sequitur apprehensionẽ, sicut appetere naturaliter, sequitur naturam aliquam etiam imperfectissimam, puta materiam primam. ... [illegible]

ſed ẽt ut amet quod hẽt, & delectetur in illo. & quantũ ad hoc uoluntas in Deo ponitur. q̃ ſemper hẽt bonũ quod eſt ei obiectum, cum ſit indifferens ab eo ſm eſſentiam, ut dictum eſt.

AD III. Dicendũ, ꝙ uolũtas cuius obiectũ principale eſt bonum, qđ eſt extra uoluntatem, oportet ꝙ ſit mota ab aliquo. Sed obiectũ diuinæ uolũtatis ẽ bonitas ſua, q̃ eſt eius eſſentia. Vñ cum uoluntas Dei ſit eius eſſentia, non mouet ab alio à ſe, ſed à ſe tm̃ eo modo loquendi, quo intelligere & uelle dr̃ motus. Et ſm hoc Plato dixit, ꝙ primũ mouens mouet ſeipſum.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus uelit alia à ſe.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr̃ ꝙ Deus nõ uelit alia à ſe. Velle.n. diuinum eſt eius eſſe: ſed Deus non eſt aliud à ſe. ergo non uult aliud à ſe.

¶2 Præt. Volitũ mouet uolentẽ, ſicut appetibile appetitũ, ut dr̃ in 3. de anima. Si igit̃ Deus uelit aliquid aliud à ſe, mouebitur eius uolũtas ab aliquo alio, quod eſt impoſſibile.

¶3 Prẹt. Cuicunq; uoluntati ſufficit aliqđ uolitũ, nihil q̃rit ex illud: ſed Deo ſufficit ſua bonitas, & uolũtas ei ex ea ſatiat̃. ergo De nõ uult aliqđ aliud à ſe.

¶4 Præt. Actus uolũtatis multiplicat̃ ſm uolita. Si igit̃ Deus uelit ſe & alia à ſe, ſequit̃, ꝙ actus uoluntatis eius ſit multiplex, & per conſequens eius eſſe, qđ eſt eius uelle. Hoc autem eſt impoſſibile. non ergo vult alia à ſe.

SED CONTRA eſt, quod Apoſtolus dicit. 1. Theſ. 4. Hẹc eſt uoluntas Dei, ſanctificatio ueſtra.

RESP. Dicendũ, ꝙ Deus nõ ſolũ ſe vult, ſed ẽt alia à ſe, qđ apparet à ſimili prius introducto. Res.n. naturalis nõ ſolũ habet naturalẽ inclinationẽ reſpectu ꝓprij boni, ut acquirat ipſũ cũ non hẽt, uel ut quieſcat in illo cũ hẽt, ſed ẽt ut ꝓpriũ bonũ in alia diffundat ſm ꝙ poſſe eſt. Vñ uidemus, ꝙ oẽ agẽs inquantũ eſt actu & ꝑfectum facit ſibi ſile. Vñ & hoc ꝑtinet ad rõnem uoluntatis, ut bonũ qđ quis hẽt alijs cõicet ſm ꝙ poſſibile eſt. Et hoc ꝑcipuẽ pertinet ad uolũtatẽ diuinã, à qua per quandam ſiſitudinẽ deriuat̃ oĩs perfectio. Vñ ſi res naturales inquantum ꝑfectæ ſunt, ſuum bonum alijs cõicant, multò magis pertinet ad uoluntatẽ diuinã, ut bonum ſuũ alijs per ſiſitudinẽ cõicet, ſm ꝙ poſſibile eſt. Sic igit̃ uult & ſe eſſe, & alia. Sed ſe ut finẽ, alia uerò ut ad finem, inquantũ condecet diuinam bonitatem, etiam alia ipſam participare.

Porrecta per totũ. 116 1.d.45.arti.2. Et 1. contra. c. 74. 75. & 84. & veri. q. 23. ar. 4.

*lib.3.de anima. text. 54. tom.2.

SVPER QVÆST. XIX. ARTIC. II.

Ferr. 1. cont. c. 74. 75. Scot. 1. 5. d. 45. q. 1. Riccar. 1. 5. d. 45. q. 4. Duran. 1. 5. d. 45. q. 1. Aegi. 1. 5. d. 45. q. 2. pri. prin. Capr. 1. d. 45. q. 1. a. 2. con. 1. Bannes. a. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licèt diuinum uelle ſit eius eſſe ſecundùm rem, tñ differt ratione ſecundùm diuerſum modum intelligendi & ſignificandi, ut ex ſuperiorib. patet. In hoc enim quod dico, Deum eſſe, non importatur habitudo ad aliquid, ſicut in hoc quod dico; Deum uelle. Et ideò licèt non ſit aliquid aliud à ſe, uult tamen aliquid aliud à ſe.

AD II. Dicendum, ꝙ in his, quæ uolumus propter finẽ, tota ratio mouendi eſt finis: & hoc eſt qđ mouet uoluntatem. Et hoc maximè apparet in his, quæ uolumus tantùm propter finem. Qui.n. uult ſumere potionem amarã, nihil in ea uult, niſi ſanitatem: & hoc ſolùm eſt quod mouet eis uoluntatem. Secus autem eſt in eo, qui ſumit potionem dulcem, quam non ſolum propter ſanitatem, ſed ẽt propter ſe aliquis uelle põt. Vndè cum Deus alia a ſe nõ uelit, niſi propter finẽ, qui eſt ſua bonitas, ut dictum eſt: non ſequitur, ꝙ aliquid aliud moueat uoluntatẽ eius, niſi bonitas ſua. Et ſic ſicut alia a ſe intelligit intelligendo eſſentiã ſuã, ita alia a ſe uult, uolendo bonitatẽ ſuã.

AD III. Dicendum, ꝙ ex hoc ꝙ uoluntati diuinæ ſufficit ſua bonitas, non ſequitur quòd nihil aliud uelit, ſed quòd nihil aliud uult, niſi ratione ſuę bonitatis. Sicut ẽt intellectus diuinus, licèt ſit ꝑfectus ex hoc ipſo, ꝙ eſſentiã diuinam cognoſcit, tñ in ea cognoſcit alia.

AD IIII. Dicẽdum, ꝙ ſicut intelligere diuinũ eſt unũ, q̃a multa nõ uidet niſi in uno, ita uelle diuinum eſt unum, & ſimplex: q̃a multa nõ uult, niſi per unũ, quod eſt bonitas ſua.

ARTICVLVS III.

Vtrum quicquid Deus vult, ex neceſſitate velit.

AD TERTIVM ſic procedit̃. Videtur ꝙ quicquid Deus uult, ex neceſſitate uelit. Omne enim æternum eſt neceſſariũ: ſed quicquid Deus uult, ab ęterno uult; aliàs uolũtas eius eſſet mutabilis. ergo quicquid uult, ex neceſſitate uult.

¶2 Prẹterea Deus uult alia à ſe, inquantum uult bonitatẽ ſuã: ſed Deus bonitatẽ ſuam ex neceſſitate uult. ergo alia à ſe ex neceſſitate uult.

¶3 Præt. Quicquid eſt Deo naturale, eſt neceſſariũ, quia De eſt ꝑ ſe neceſſe eſſe, & principium oĩs neceſſitatis, ut ſupra oſtẽſum. eſt: ſed naturale eſt ei uelle q̃cquid uult, q̃a in Deo nihil põt eſſe ꝑter naturã, ut dr̃ in 5. Met. ergo quicq̃d uult, ex neceſſitate uult.

¶4 Prẹt. Nõ neceſſe eſſe, & poſſibile nõ eſſe, æquipollent. Si igitur nõ neceſſe eſt, Deũ uelle aliquid eorum, quæ uult,

Quæſt.13. art.4.

Art.præced.

Porrecta per totũ. 117 1.d.45.q. 2. q totĩ. & diſ. 47. ar.1. Et 1. cõt. c. 80. 81. 82. 83. & 89. & Et lib.2.c.25 & 27. & Et li.3.c.97. Et veri.q. 23. art.4. Et pot.q. 3.art.15.

SVPER QVÆST. XIX. ARTIC. III.

oporteat eſſentiam diuinam eſſe perfectiſſimè volitam à Deo: F ſequif, ergo neceſſariò alia ſunt volita à Deo: cuius oppoſitum hic & ibi determinatur: nec poteſt dici ad hoc, quod præſens litera non dicit, quòd ex volitione aliorum nil perfectionis diuinæ bonitati accreſcit, ſed ex ipſis alijs volitis nil perfectionis ei accreſcit, hoc enim poterit eſt. Tum quia ſic proceſſus literę de volitione inquirens aliorum nullus eſſe. Tũ quia obiectio militat contra ipſam volitionem: etiam ſi nunquam eſſe hęc littera. Nec poteſt rurſus dici quòd diuinam bonitatem perfectè amari non pendet ex volitione aliorum, ſed potius econuerſo, ſ. q volitio aliorum pendet ex hoc quòd diuina bonitas eſt perfectè volita. Quoniam licet hoc ſit verum, vt ibidem dicitur non euaditur tamen à difficultate obiecta: ſtante enim hoc adhuc ſequitur alia neceſſariò eſſe volita à Deo: Quoniam diuina bonitas neceſſariò eſt ab eo non ſolùm volita: ſed perfectè volita: hoc autem neceſſario cõcomitatur aliorũ volitio, vt dictum eſt. ergo.

2. Phyſic. tex. 48.

¶ Ad hoc eſt dicẽdum, quòd modus, quo res eſt volita, eſt duplex: quidam intenſiuus, quidam extenſiuus, et q inter hos tantum differt, quòd primus graduat perfectionẽ amoris, ſecundus autem non, ſed extendit ipſum. Et ſi quandoque inueniatur ſcriptum, quòd ſecundus pertinet ad perfectionem, intelligendum eſt de perfectione ex tẽſiua, & non ſimpliciter. Vũ dẽ in propoſito, diuina bonitas neceſſariò eſt perfectiſſimè volita à Deo, perfectione intenſiua: quia eſt infinitè amata: ſicut eſt infinitè amabilis: ſed non neceſſariò eſt pfectè volita perfectione extenſiua, ſed liberè. Amari autem ſic, ſ. ſecundum condecentiam ad extra, ſeu vt diffundatur, participetur, & multipliciter ſecundum ſuam ſimilitudinem, non ad perfectionem intenſiuã, ſed extenſiuam pertinet: & conſequenter non cum neceſſariò, ſed cum liberè conuenientibus Deo computandum eſt. Quia igitur diuina bonitas liberè eſt ſic perfectè vo-

a 122 407

416

Concl. m

55 113

poſſibile eſt etiam eum non uelle illud, & poſſibile eſt eũ velle illud qđ nõ vult. Ergo uoluntas diuina eſt cõtingẽs ad vtrũlibet. Et ſic imperfecta: qa oẽ cõtingẽs eſt imperfectũ & mutabile.

¶ 5 Pręte. Ab eo, [h] quod eſt ad vtrũlibet, nõ ſequiť aliqua actio niſi ab aliquo alio inclinetur ad vnum, vt dicit Cõmen. in 2. Phyſic. * Si ergo uolũtas Dei in aliq bus ſe habet ad vtrumlibet, ſequtur, q ab aliquo alio determinetur ad effectum: & ſic habet aliquam cauſam priorem.

¶ 6 Pręt. Quicqd Deus ſcit, ex neceſſitate ſcit. ſed ſicut ſcientia diuina eſt eius eſſentia, [h] ita uoluntas diuina. Ergo quicquid Deus uult, ex neceſſitate uult.

H

Sed contra eſt, quod dicit Apoſt. Epheſ. 1. Qui operať oia ſm cõſiliũ volũtatis ſuæ. Quod aũt operamur ex cõſilio volũtatis, nõ ex neceſſitate volumus. non ergo quicquid Deus vult, ex neceſſitate uult.

Respon. Dicẽdũ, q neceſſarium dr̃ aliquid dupliciter. ſ. abſolutè, & ex ſuppoſitione. * Neceſſariũ abſolutè iudicať aliqd ex habitudine terminorũ, vt pote qa pdicatũ eſt in diffinitione ſubiecti, ſicut neceſſariũ eſt hominem eſſe aĩal, vel qa ſubiectũ eſt de rõne pdicati, ſicut hoc eſt neceſſariũ, numerũ eſſe parem uel imparẽ. ſic aũt nõ eſt neceſſarium Sor. ſedere. Vñ nõ eſt neceſſarium abſolutè, ſed põt dici neceſſarium ex ſuppoſitione. Suppoſito. n. q ſedeat, neceſſe eſt eum ſedere dum ſedet. *

I

Circa diuina igiť uolita hoc cõſiderãdũ eſt, q aliqd Deũ uelle eſt neceſſariũ abſolutè, nõ tñ hoc eſt verũ de oĩb. q̃ uult. Volũtas. n. diuina neceſſariã habitudinẽ hẽt ad bonitatẽ ſuã, q̃ eſt ꝓpriũ eius obiectũ. Vñ [m] bonitatẽ ſuam eſſe, Deus ex neceſſitate uult, [n] ſicut & uolũtas nr̃a ex neceſſitate uult beatitudinẽ. * Sicut & q̃libet alia potẽtia neceſſariã habitudinẽ hẽt ad ꝓpriũ & principale obiectũ, ut uiſus

K

lità à Deo, ideò liberè alia vult, & nõ conuerſo. Et ideò propriè loquendo, nec ex alijs nec ex aliorum volitione, aliquid perfectionis etiam extenſiuè, diuinæ bonitati accreſcit ſed econuerſo ex perfecta extenſiuè volitione ſuæ bonitatis, Deus eſſe & alias perfectiones vult alijs.

ad colorẽ, qa de ſui rõne eſt, vt in illud tẽdat. Alia aũt à ſe De[us] vult, inq̃tũ ordinanť ad ſuã bonitatẽ, ut in finẽ. Ea aũt, q̃ ſunt ad finẽ, nõ ex neceſſitate uolumus uolẽtes finẽ, niſi ſint talia, ſine qb[us] finis eſſe nõ põt. [c] ſicut volumus cibũ, uolẽtes cõſeruationẽ uitę; & nauẽ, uolẽtes trãſfretare. Nõ ſic aũt ex neceſſit. te volumus ea, ſine qbus finis eſſe põt, ſicut equũ ad ambulãdũ: qa ſine hoc poſſumus ire: & eadẽ rõ eſt in alijs. Vñ, cũ bonitas Dei ſit pfecta, & eſſe poſſit ſine alijs, cũ nihil ei pfectionis ex alijs accreſcat, [d] ſequiť, q alia à ſe eũ uelle, nõ ſit neceſſarium abſolutè, & tñ neceſſarium eſt ex [d] ſuppoſitione [e]. Suppoſito .n. q velit, nõ põt nõ uelle: quia nõ põt uoluntas eius mutari.

G

Ad primum ergo dicẽdũ, q ex hoc quòd Deus uult ab æterno quicquid uult, nõ ſequitur quòd neceſſe eſt eum illud velle, niſi ex ſuppoſitione.

Ad II. Dicẽdũ, q licet De[us] ex neceſſitate uelit bonitatem ſuã, non tñ ex neceſſitate uult ea, q̃ uult, pp bonitatẽ ſuã: qa bonitas eius põt eſſe ſine alijs.

Ad III. Dicẽdũ, q nõ eſt naturale Deo uelle aliqd aliorũ, q̃ nõ ex neceſſitate uult: neq̃ tñ innaturale, aut cõtra naturam, ſed eſt uoluntarium.

Ad IIII. Dicẽdũ, q aliqñ aliqua cã neceſſaria hẽt nõ neceſſariã habitudinẽ ad aliquem effectũ: qđ eſt pp defectũ effectus, & nõ pp defectũ cãæ. Sicut virt[us] Solis hẽt ñ neceſſariã habitudinẽ ad aliqd eorũ, q̃ cõtingẽter hic eueniũt, nõ pp defectũ uirtutis ſolaris, ſed pp defectũ effectus nõ neceſſario ex cã ꝓueniẽtis. Et ſimiliter, q De[us], nõ ex neceſſitate uelit aliqd eorũ q̃ vult, nõ accidit ex defectu voluntatis diuinæ, ſed ex defectu, q cõpetit uolito ſm ſuã rõnẽ: quia. ſ. eſt tale, ut ſine eo eſſe poſſit perfecta bonitas Dei. Qui quidẽ defectus conſequitur omne bonum creatum.

Ad v. ergo dicẽdũ, q cauſa, quæ eſt ex ſe contingens, oportet & determineť ab aliquo exteriori

¶ In reſponſione ad quintum & quartũ, nota diligẽtiſſimè doctrinam in primo cõtra Gent. c. 83. de contingentia ad vtrumlibet dupliciter inuentia, ſcilicet quandoque ex parte cauſæ, & quandoque ex parte ſui, ad quod dicitur. Et plenè intelliges ea, quæ hic dicuntur breuiſſimè. Ex his autem, quæ hic dicuntur & ibi explanantur, habes quàm rudis & nouus ſermo ſit Scoti in 1. diſtinct. 39. voluntatem diuinam primã cauſam cõtingentem appellandi. Fas quippe non eſt in diuina voluntate contingentiam dicere: ſed vt in litera dicitur, eſt in ſe neceſſaria non neceſſariam habens habitudinem ad ſecunda volita, ſi neceſſarium aut contingens ei tribuendum eſt. Magis proprio enim vocabulo liberam illam dicere debemus, vt alibi S. T. docet quoniam libertas media eſt inter neceſſitatem & contingentiam. Illa enim impoſſibilitatem aliter ſe habendi, hæc poſſibilitatem aliter ſe habendi ſucceſſiuè, id eſt, mutabilitatem ponit: libertas autem abſque mutabilitate aliter ſe haberi poſſe ſignificat.

¶ In reſponſione ad ſextũ aduerte, quòd illa propoſitio: Quæcunque Deus ſcit, de neceſſitate ſcit, ſi intelligatur de ſcientia ſimplicis intelligentiæ, quæ ſcilicet naturaliter præcedit actũ voluntatis, veriſſima eſt: nec eſt in ea dubium. Et ſic videtur intendere litera, quæ de ſcientia aliorum vt diſtinguitur contra voluntatem eorũ tractat in hoc argumẽto. de his. n. verũ eſt, q habent eſſe in Deo ex neceſſitate. Si quis

408

Concl. ſ

D. 450

quis aũt dictũ hoc accipit de ſcitis à Deo oĩbus qualitercunque A animaduertat, q cõplexiones contingentes, puta me nunc ſcribere, nõ ſunt veræ neceſſariò, ſed liberè: & conſequenter, liberè in Deo hñt eſſe, & non ex neceſſitate. Ac per hoc pdicta diſtĩo in his non hẽt locum. Eſt tamẽ quidam neceſſitatis modus etiam in horum ſcientia apud Deum, qui nõ eſt in eorũ volitione: qũ oẽ ſcibile, q̃ primũ eſt ſcibile, oportet ſcitũ eſſe à Deo: non aũt oẽ volibile, q̃ primũ eſt volibile, oportet eſſe à Deo volitũ, vt patet. Et rõ diuerſitatis eſt: quia oẽ verũ oportet eſſe in Deo, & conſequẽter cognitum: qa cognitum ſecundum q in cognoſcente eſt, cognoſcitur: oẽ autẽ bonũ non oportet eſſe, aut fore in ſeipſo, & conſequenter non oportet eſſe volitũ à Deo. Ex hoc aũt patet dña ſupradicta inter diuerſa ſcita à Deo: quia illa, q̃ ex ſe ſunt ſcibilia, abſoluta neceſſitate cognoſcuntũ à Deo. Illa verò q̃ fortiũtur veritatẽ, & conſequenter ſcibilitatẽ ex volũtate diuina, ſuppoſita eorum veritate neceſſariò ſciunť: nihil aũt aliud à Deo, q̃cunq, ſupponatur bonum, neceſſario eſt ab eo volitum, ut patet. Vñ de ſcibilibus, & amabilibus, formaliter loquendo, pñt uerba hæc uniuerſaliter intelligi, ut. ſ. omne ſcibile ſit neceſſario ſcitũ à Deo: nõ aũt oẽ amabile eſt neceſſario volitum: quia oẽ ſcibile hẽt neceſſario eſſe in Deo, q̃uis quorundam ſcibiliũ ſcibilitas nõ ſit neceſſaria. Non autẽ oẽ amabile hẽt eſſe, aut fore neceſſariò. Et bene notato, ſaneq; intellecto verba hæc in redditione cãæ præfatæ, q̃n non intendit, neceſſitatem ſimpliciter ab vniuerſo excludere, quam in ſecundo contra Gen. c. 30. probat, ſed neceſſitatem eſſendi: qũ nullam rem eſſe eſt ſimpliciter neceſſariũ, niſi Deum. Et hoc inſinuant illa verba. Ita quòd ſint per ſeipſa neceſſaria, & ſimpliciter intendit, quòd neceſſe eſt omnia, vel omnia ſcibilia, habere eſſe in Deo.

120 6

Porrecta per totũ. 114 1. diſt. 45. ar. 3. Et 3. cont. cap. 97. & lib. 4. c. 10. pſ ci. & po. q. 3. art. 15. Et pſ. 5 ce co. 2. Et in. 5. l. 3. * Ca. 4. cir ca prin.

ad effectũ. Sed volũtas diuina, q̃ ex ſe neceſſitatẽ hẽt, determinat ſeipſã ad volitũ, ad qđ hẽt habitudinem non neceſſariam.

Ad VI. dicẽdũ, q ſicut diuinũ ẽe, i ſe ẽ neceſſariũ: ita, & diuinũ velle, & diuinũ ſcire. Sed diuinũ ſciř hẽt neceſſariã habitudinẽ ad ſcita, nõ aũt diuinũ uelle ad uolita, qđ ideò ẽ qa ſcientia hr̃ de reb. ſm q ſunt in ſciente: uoluntas aũt cõparatur ad res ſm q ſunt in ſeipſis. [c] Quia igiť oia alia hñt neceſſariũ eſſe ſm q ſunt in Deo, nõ aũt ſm q ſunt i ſeipſis, hñt neceſſitatẽ abſolutã, ita q ſint p ſeipſa neceſſaria: pp hoc De[us] q̃cunq; ſcit, ex neceſſitate ſcit: nõ aũt quæcunq; vult ex neceſſitate vult.

B

C

Articvlvs IIII.

Vtrum voluntas Dei ſit cauſa rerum.

Ad qvartvm ſic ꝓcediť. Vr̃ q Dei non ſit cã rerũ. Dicit. n. Dion. cap. 4. de di. no. * Sicut noſter Sol nõ ratiocinãs aut præeligens, ſed per ipſum eſſe illuminat omnia participare lumen ipſius ualentia: ita & bonum diuinũ per ipſam eſſentiam omnib. exiſtentib. immittit bonitatis diuinę radios: ſed oẽ qđ agit, p uolũtatẽ agit, ut ratiocinãs, & [h] pęligens ergo Deus nõ agit p uolũtatẽ: ergo uolũtas Dei non eſt cã rerum.

¶ Præt. Id, qđ eſt per eſſentiam, ẽ primũ i quolibet ordine, ſicut in ordine ignitorũ eſt primũ, q ẽ ignis p eſſentiã: ſed De[us] ẽ primũ agẽs. ergo ẽ agẽs p eſſẽtiã ſuã, q̃ eſt [h] natura eius. Agit igiť p naturã, & nõ p uolũtatẽ. Volũtas igiť diuina nõ eſt cã rerũ.

¶ 3 Præt. Quicquid eſt cã alicuius [h] per hoc qđ eſt tale, in cã per naturã, & non per uolũtatẽ. * Ignis. n. cã eſt calefactiõis, quia eſt calidus: ſed artifex eſt cã domus, quia vult eam facere. Sed Aug. dicit in j. de doctr. Chriſt. * q quia Deus bonus eſt, ſumus. Ergo Deus per ſuã naturam eſt cauſa rerum, & non per uoluntatem.

¶ 4 Præt. Vnius rei una eſt cauſa ſed rerum creatarum eſt cã ſcientia Dei, ut ſupra dictum eſt. * Ergo uoluntas Dei non debet poni cauſa rerum.

Sed contra eſt, qđ dr̃ Sap. ij. Quomodo poſſet aliquid permanere, niſi tu uoluiſſes?

Respon. Dicendum, q [m] neceſſe eſt dicere uolũtatẽ Dei eſſe cãm rerum, & Deum agere per uoluntatẽ, nõ per neceſſitatẽ naturæ, * ut qdã exiſtimauerunt. * Qđ quidẽ apparere põt tripliciter. Primò quidem ex ipſo ordine cãrum agentiũ. Cùm. n. propter finem agat intellectus, & natura, ut probať in 2. Phyſico. * Neceſſe eſt ut agẽti per naturã prædeterminetur finis, & media neceſſaria ad finẽ, ab aliquo ſuperiori intellectu. *

D

A agentia naturalia. 2. Phyſic. tex. 49. & 9. Metaph. tex. 3. & 10. diſtinguunť contra agẽtia à propoſito. Et ſic agere naturaliter, eſt agere non quia agens vult hoc, dato etiã q uelit illud: ſed eſt agens, quia eſt tale, ut patet in gñatione hoĩs: quia. n. Sortes velit gñare, non tñ generat, quia vult, ſed quia eſt talis diſpõnis naturalis, &c. Secundò ſumi pñ, ut idem ſonat q agere non liberè, eo modo quo dicim[us] q nõ liberè, ſed neceſſitate nñl Deus vult ſe, & nos uolumus bonum. Et quãuis utrũque de Deo exiſtimatum ſit, & q agat non quia vult, q̃uis volẽs, ſed quia eſt talis naturę, vt ſecundo contra Gent. c. 23. dr̃. Et q agat, quia intelligit, & vult, naturali tñ neceſſitate, tale intelligere, & velle hñs, ut ibidẽ in c. 26. & 27. tangitur. In pñti tñ lra primo modo ſumiť agere p neceſſitatẽ naturæ, ita q intentio præſens eſt oſtendere, q Deus agit, quia vult, & non q̃ talis eſt. Ex cõiunctione aũt concluſionis præcedentis articuli cum hac, ſufficienter hr̃ ſolutio ſecundæ q̃õnis: quia ſiquit, quia vult, ut hic oſtenditur, & ſe uñ vult naturaliter, &c. libere, ut oſtẽſum ẽ, ergo agit alia, quia illa vult, liberè.

¶ Quoad ſecundũ, probatur tripliciter intenta cõcluſio. Primò ex ordine agentium, ſic: Tam natura q̃ intellectus agit pp finem. ergo agenti per naturã prædeterminatur finis, & medium ab aliquo intellectu. ergo agens per intellectum eſt prius agẽte per naturã. ergo Deus eſt agens per intellectũ, & uoluntatem. Antecedens probatur ex. 2. Phyſic. Prima conſequentia manifeſtatur exemplo ſagittæ: ſecunda relinquitur per ſe nota: tertia uerò probatur, quia Deus eſt primum agens. Nec te moueat, q ſecunda conſequentia ſic leuiter tacta eſt: quia cõmunis animi cõceptio eſt, q agere propter finem, exigit finem cognoſci, uel ab ipſo tendente in finem, vel aliquo dirigente, vt in ſaggitta contingit. Et quia conſtat naturam, ut ſic, non cognoſcere, ideò liquet, quod oportet à cognoſcente dirigi. Inter agere quoque per intellectum, & per uoluntatem, nulla differentia eſt in propoſito: quoniam nec intellectus agit abſque uoluntate, quæ eſt appetitus intellectiuus: nec uoluntas abſque intellectu, quia bonum intellectum mouet eam. Et ideò nullum uitium cõmittitur ex uno in aliud declinando.

E

¶ Secundò probatur ex ratione naturalis agentis, ſic. Agens per naturam, agit quia eſt tale, ergo operatur uno modo. ergo unum effectum. ergo habet eſſe determinatum. ergo Deus non poteſt agere per naturam. ergo determinati effectus ab infinita illius bonitate procedunt ſecundùm determinationem intellectus, & uolũtatis. Antecedens probatur ab effectu: quia quãdiu eſt tale, non facit niſi tale. Prima conſequẽtia eſt ſecũda, & tertia relinquuntur nota. & prima quidem eſt ſecũda procedit à priori tertia, pp quam antecedens cum priorib. eſt inductum, à poſteriori infert prius, ut patet. quarta uerò primo probatur: quia

125

Li. 1. d do. Chri. cap. 32. co. 5.

Q. 14. ar. 8.

Concl. m

87 118

2. Phy. te. 49. to. 2. 6 15

SVPER QV. XIX. ART: IIII.

Ferr. 2. cont. cap. 97. *Cap. 1. d. 42. q. 1. con. 2.*
Bannes art. 4. *Alb. mag. 1. diſt. 45. art. 4. & 8.*

Titulus clarus.

¶ in corpore duo. Primò, proponit concluſionem; ſecundò probat concluſionem tripliciter.

¶ Quoad primum ita dicit. Primò, concluſionem reſponſiuã quæſito affirmatiuè, ſcilicet, Voluntas Dei eſt cauſa rerum. Secundo quid hoc importat, ſcilicet, Deum agere per uoluntatem, & non per naturæ neceſſitatem. Tertiò, quòd quidam exiſtimauerunt Deum agere per naturæ neceſſitatem.

¶ Vbi aduerte, q agere per neceſſitatem naturæ dupliciter põt intelligi. Primò vt idem ſonat, q agere naturaliter eo mõ, quo

Universidad de Deusto Biblioteca

Titulus, vt iam patet ex dictis, quę rit, verum iuſtitia ſit formaliter in Deo. ¶ In corpore duo facit. ¶ Primò enim diſtinguit iuſtitiam ĩ duas ſpecies, ſcilicet commutatiuam, & diſtributiuam. ¶ Secundò, reſpondet quæſito duabus concluſionibus, iuxta numerum ſpecierum iuſtitiæ. ¶ Prima concluſio eſt negatiua, In deo nõ eſt iuſtitia commutatiua. probatur authoritate Apoſtoli, Quis prior &c. ¶ Secunda eſt affirmatiua, In deo eſt iuſtitia diſtributiua. & probatur. Iuſtitia diſtributiua eſt, ſecundum quam datur vnicuique ſecũdum ſuam dignitatem. ergo ordo vniuerſi demonſtrat Dei iuſtitiam. igitur in eo eſt iuſtitia. Conſequentia probatur ex proportionali, quia ſicut ordo familiæ cõgruus oſtendit iuſtitiam in gubernante, ita ordo vniuerſi, &c. & confirmatur authoritate Dionyſij. ¶ Circa primã cõcluſionem dubium eſt, Tum quoniam falſum videtur, in Deo non eſſe iuſtitiã commutatiuam, quoniã forma diuini iudicij ſit ſecundùm iuſtitiã commutatiuam, dum recompẽſat, & præmia meritis, & ſupplicia peccatis ut expreſſè author dicit in ſecunda ſecundę. quæſt. 61. articu. 4. ad primũ. Tum quoniam probatio non videt̃ ſufficiens: quoniam ad iuſtitiam cõmutatiuã ſpectat non ſolum retributio, ſed ẽt ipſa prior datio. Non ſolum enim emptio, ſed et venditio iuſtitia cõmutatiua regulatur. Et propterea ex negatione ſecundi actus in Deo, non uidetur ſufficienter illata negatio talis iuſtitiæ, quoniam ſaluatur etiam in primo actu. Ad hæc retrogrado ordine reſpondetur, quòd neuter actus commutatiuæ iuſtitiæ locum habet in Deo: quia ſicut non poteſt dare pro accep tis, ita nec poteſt dare pro accipiẽdis, nihil enim ſibi ex creaturis accreſcere poteſt. Excluditur quoq; ex hoc, quod nemo poteſt pri⁹ aliquid dare Deo, vt ter que act⁹ ab ipſo, quã ſi nemo poteſt prius dare, conſequens eſt quòd nemo poſſit æquiualens reddere, & conſequenter quòd Deus non poſſit pro æquiualente accipiendo dare, & ſic commutatiua iuſtitia, quæ æqualitatem inter datum, & acceptum facit, locũ in eo habere non poteſt. Ad primam verò dicitur, quòd inde non poteſt haberi, niſi quòd quidam modus commutatiuæ iuſtitiæ in diuina diſtributione ſeruatur, dum pro demeritis ſupplicia, & pro meritis præmia diſpenſat. hic autem intenditur, quòd in Deo non eſt ipſa iuſtitia commutatiua. ¶ In reſponſione ad tertium, aduerte doctrinam traditam in ſecundo cõtra Gent. in c. 28. & 29. & melius hæc intelliges uidens quòd hoc potius eſt iuſtum condecentiæ in ordine ad Deum, quàm ſimpliciter iuſtum.

Hom. 34. in euang. aliquantulum à prin.

Porrecta per totũ. 111 4. diſt. 46. q. 1. a. 1. q. 1. & 1. cõ. ſta. c. 93.

Huius li. titulus ẽ. An nẽ qd̃ eſt, bonũ ſit circa ſi nẽ illius.

Li. 5. Ethi. cap. 4. Concl. 1a

Concl. 2 Cap. 8. nõ procul à fine, & c. 9. à medio.

Q. 20. 11. & q. 20. a. 1.

Li. 3. Ethi. cap. 10.

nes & ſũptus, vt iuſtitia[a] & liberalitas & magnificẽtia,[a] quæ ẽt nõ ſunt ĩ parte ſenſitiua: ſed in volũtate. Vñ nil ꝓhibet hõi virtutes ĩ Deo ponere: nõ tñ circa actiones ciuiles: ſed circa actio. Deo cõuenictes. Ridiculũ eſt.n. ſm̃ virtutes politicas, Deũ laudare, vt dicit Philo. in 10. Ethic.

Ad II. dicẽdũ, ꝙ cũ bonũ intellectũ ſit obiectum uolũtatis, impoſſibile ẽ Deũ velle niſi qđ rõ ſuę ſapiẽtię hẽt. Quę quidẽ G eſt ſicut lex iuſtitiæ, ſm̃ q̃ eius volũtas recta & iuſta eſt. Vñ qđ ſm̃ ſuã uoluntatẽ facit, iuſtè facit, ſicut & nos quod ſm̃ legẽ facimus, iuſtè facimus. Sed nos q̃dem ſecundũ legẽ alicuius ſuperioris, Deus aũt ſibijpſi eſt lex.

Ad III. dicendũ, ꝙ vnicuiq; debet, quod ſuũ eſt. Dr̃ aũt eſſe ſuũ alicuius, qđ ad ipsũ ordinatur. Sicut ſeru[9] ẽ dñi, & nõ ecõ uerſo. Nã liberũ ẽ, qđ ſui cã eſt. H In nõie ergo debiti, importat̃ quidã ordo exigẽtię, vł neceſſitatis alicuius ad qđ ordinat̃. eſt aũt duplex ordo cõſiderandus in reb[9]. Vnus, quo aliqd creatũ ordnat̃ ad aliud creatum. Sicut partes ordinant̃ ad totũ, & accidentia ad ſubſtãtias, & unaquęque res ad ſuũ finẽ. Alius ordo quo oĩa creata ordinant̃ ĩ Deũ. Sic igit̃ & debitũ attẽdi põt dupliciter ĩ opatione diuina. Aut I ſm̃ ꝙ aliqd debet̃ Deo. aut ſm̃ ꝙ aliquid debetur rei creatę. & vtroq; mõ Deus debitũ reddit. Debitũ.n. eſt à Deo, ut ĩpleatur in rebus id, qđ eius ſapientia & volũtas hẽt, & quod ſuã bonitatẽ manifeſtat. & ſm̃ hoc iuſtitia Dei reſpicit decentiã ipſius, ſm̃ q̃ reddit ſibi quod ſibi debetur. Debitũ ẽt ẽ alicui rei creatæ, ꝙ habeat id, quod ad ipsã ordinatur.[e] Sicut hoĩ ꝙ hẽat manus, & K ꝙ ei alia aĩalia ſeruiãt. Et ſic etiã Deus operat̃ iuſtitiã, qñ dat unicuiq; quod ei debet̃ ſm̃ rõnem ſuæ naturæ & conditionis. Sed hoc debitũ dependet ex primo: quiã hoc vnicuiq; debet̃, quod eſt ordinatũ ad ipſum, ſm̃ ordinem diuinæ ſapientiæ. Et licèt Deus hoc mõ debitũ alicui det, non tñ ipſe eſt debitor, quia ipſe ad alia non ordinatur, ſed potius alia in ipſum. Et ideò iuſti-

F tia qſique dr̃ in Deo condecentia[d] ſuæ bonitatis: quandoq; verò retributio ꝓ meritis. Et utrũque modũ tãgit Anſel. dicẽs: cũ punis malos, iuſtum eſt, quia illorum meritis conuenit. Cum verò parcis malis iuſtũ eſt. quia bonitati tuæ condecens eſt.

Ad III. dicendũ, ꝙ licèt iuſtitia reſpicit actũ, nõ tñ ꝑ hoc excluditur qn̄ ſit eſſentia Dei: qa ẽt id, qđ ẽ de eſſẽtia rei, põt G eẽ principiũ actionis. Sed bonũ nõ ſꝑ reſpicit actũ, qa aliqd dr̃ eſſe bonũ nõ ſolũ ſm̃ quod agit ſed ẽt ſm̃ ꝙ in ſua eſſentia perfectum eſt. Et propter hoc ibidem dicitur, quòd bonum comparatur ad iuſtum, ſicut generale ad ſpeciale.

natur, quoad ly miſeria, vt ſcilicet ſonet defectum quem cũque, & probatur quoad ſecundã partem ſic. Defectus nõ tollitur niſi per alicuius bonitatis perfectionem. ergo hoc maximè ꝑtinet ad Deum, quia ipſe eſt prima bonitatis origo. Conſequẽtia aũt probatur: quia affectus miſericordis eſt triſtitia, effectus verò ẽ depulſio alienæ miſeriæ. Clarificatio autem cõſiſtit 1.891.

Porrecta

Articvlvs II.

Vtrum iuſtitia Dei ſit veritas.

Ad secundum ſic proceditur. Videtur, ꝙ iuſtitia Dei nõ ſit veritas.[b] Iuſtitia.n. eſt in uolũtate. Eſt.n. rectitudo uolũtatis, ut dicit Anſel.[*] veritas aũt ẽ intellectu ſm̃ Philoſo. in 6. metaph. † & in 6. Eth. Ergo iuſtitia nõ ꝑtinet ad ueritatẽ. ¶ 2. Pręt.[b] Veritas ſm̃ Phil. ĩ 4. Eth.[*] ẽ qđã alia uirt[9] à iuſtitia. Nõ ergo veritas ꝑtinet ad rõnẽ iuſtitię.

Sed contra eſt, qđ ĩ Pſal. 84. dr̃, mĩa & veritas obuiauerũt ſibi. Et põit ibi ueritas ꝓ iuſtitia.

Respon. dicendũ, ꝙ ueritas cõſiſtit in adæquatione itellectus, & rei, ſicut ſupra dictũ ẽ.[*] Intellectus aũt, q̃ eſt cã rei, cõparat̃ ad ipsã ſicut regula & mẽſura. Ecõuerſò aũt ẽ de intellectu q̃ accipit ſciẽtiã à rebus.[*] Qñ igit̃ res ſũt mẽſura & regula intellectus, ueritas cõſiſtit ĩ hoc ꝙ itellectus adęquatur rei, ut ĩ nobis accidit. Ex eo.n. ꝙ res eſt uł nõ eſt, opinio noſtra & oratio uera uel falſa eſt. Sed qñ intellectus eſt regula, uel menſura rerum, ueritas cõſiſtit ĩ hoc, ꝙ res adæquant̃ intellectui. Sicut dr̃ artifex facere verum opus, qñ cõcordat arti. Sicut aũt ſe hñt artificiata ad artẽ, ita ſe hñt opera iuſta ad legẽ, cui concordãt.[m] Iuſtitia igit̃ Dei, quæ conſtituit ordinẽ in rebus conformẽ rationi ſapiẽtiæ ſuæ, q̃ eſt lex eius,[c] cõuenientẽr ueritas noĩatur.[n] Et ſic ẽt dr̃ in nobis ueritas iuſtitiæ.

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ iuſtitia quantũ ad legẽ regulatẽ eſt in ratione, uel intellectu. Sed quantum ad imperium, quo opera regulantur ſecundum legem, eſt in uoluntate.

Ad II. dicendũ, ꝙ ueritas illa, de qua loquit̃ Philoſophus ibi, eſt quædam uirtus, per quam aliquis demonſtrat ſe talem in dictis, uel factis, qualis eſt[*]. Et ſic conſiſtit in conformitate ſigni ad ſignificatũ, nõ aũt in conformitate effectus ad cauſam & regulã, ſicut de ueritate iuſtitiæ dictũ eſt[*].

133 4.di.46 ... c 57 Concl. m b 11 e 104 In corp. 21.

Articvlvs III.

Vtrum miſericordia competat Deo.

Ad tertivm ſic procedit. Videtur, ꝙ miſericordia Deo nõ competat.[b] Miſericordia.n. eſt ſpe-

Porrecta 133 2.2.q.30.

D.814. D.833.

SVPER Q. XXI. Art. II.

Titulus ex dictis eſt clarus.

¶ In corpore vna cõcluſio reſpõſiua quæ ſtio affirmatiuè. Iuſtitia Dei conueniẽter veritas nominatur. Probatur. Veritas intellectus regulantis, & menſurantis, cõſiſtit in adæquatione rerum ad intellectum: iuſtitia autẽ conſiſtit in cõformitate operum ad legem, cui cõcordat, ergo iuſtitia dei cõuenienter veritas nominatur. Antecedens pro prima parte ꝓbatur ex conuenientia, & differẽtia veritatis in itellectu accipiente à rebus, & cauſante res. Conuenientia quidẽ, quia veritas conſiſtit ſemper in adæquatione intellectus, & rei. Differentia autem, qa in intellectu cauſato, eſt adæquatio intellectus ad rerum cauſante autem, eſt adæquatio rerũ ad intellectum: pro ſecũda verò parte: qa ſicut ſe habent artificiata ad artẽ, ita ſe hñt opera iuſta ad legem, cõſequentia autẽ probatur, quoniam iuſtitia Dei facit ordinem in reb[9] conformẽ ſapientię ſuæ: quæ eſt omnium lex. Et confirmatur tota manifeſtatio ex eo, quod etiam in nobis ſic inuenitur veritas iuſtitiæ.

Lib. 10. Eth. cap. 8.

D.1065.

SVPER Q. XXI. Artic. III.

Ferr. 1. con. c. 28.

Titulus iam patet ex vſu.

¶ In corpore duo facit: primò reſpõdet quæſito. Secũdò clarificat reſponſionẽ. Concluſio reſponſiua eſt, miſericordia eſt maximè in Deo, non ſecundũm paſſionis affectũ, ſed ſecundũm effectum. Probatur: triſtari de miſeria aliena non cõuenit Deo: ſed repellere eã, hoc maximẽ ei cõuenit. ergo miſericordia non quantum ad affectũ ſed quantum ad effectũ maximè Deo cõuenit. Antecedens expla-

179 c 134

eſt ſpecies triſtitiæ, ut dicit Dama.[*] Sed triſtitia nõ eſt in Deo. Ergo nec miſericordia.

¶ 2. Præt. Miſericordia ẽ[b] relaxatio iuſtitiæ: ſed De[9] non põt ꝓtermittere, id qđ ad iuſtitiam ſuã ꝑtinet. Dr̃.n. 2. ad Tim. 2. Si non credimus, ille fidelis ꝑmanet, ipſum negare non põt. negaret aũt ſeipſum, ut dicit gl. † ibidẽ, ſi dicta ſua negaret. ergo miſericordia Deo non cõpetit.

Sed contra eſt, quod B dicitur in Pſal. 110. Miſerator, & miſericors dominus.

Resp. dicẽdũ, ꝙ[m] miſericordia eſt Deo maximè attribuenda, tñ ſm̃ effectum non ſecundũm paſſionis effectum.[*] ad cuius euidentiam conſiderãdum eſt, ꝙ miſericors dr̃ aliq̃s quaſi hñs miſerũ cor: quia. ſ. afficitur ex miſeria alterius per triſtitiã, ac ſi eſſet eius propria miſeria. Et ex hoc ſequitur ꝙ operetur C ad depellendam miſeriam alterius, ſicut miſeriam propriã, & hic ẽ miſericordiæ effectus. Triſtari ergo de miſeria alteri[9] nõ cõpetit Deo: ſed repellere miſeriã alterius, hoc maximè ei cõpetit, ut per miſeriã quęcunq; defectũ intelligamus. Defectus aũt nõ tollunt̃, niſi per alicuius bonitatis perfectionem. Prima aũt origo bonitatis Deus ẽ, vt ſupra oſtẽſum eſt.[*] Sed cõſiderandũ ẽ ꝙ elargiri ꝑfectiones D reb. ꝑtinet qdem, & ad bonitatẽ diuinã, & ad iuſtitiã, & ad liberalitatẽ, & miſericordiã: tñ ſm̃ aliam, & aliam rõnem. Cõmunicatio.n. perfectionũ abſolutẽ cõſiderata ꝑtinet ad bonitatẽ, ut ſupra oſtenſũ eſt.[*] Sed in q̃tũ perfectiones reb. à Deo dantur ſm̃ earum proportionẽ pertinet ad iuſtitiam, ut dictũ ẽ ſupra † Inquantum verò nõ attribuit reb. perfectiones ꝓꝑ vtilitatẽ ſuã, ſed ſolũm ꝓꝑ ſuã bonitatẽ,[*] ꝑtinet ad liberalitatẽ. Inquantũ uerò ꝑfectiones datæ reb. à Deo oẽm defectũ expellũt, ꝑtinet ad miſericordiã.

Ad primvm igit̃ dicendũ, ꝙ obiectio illa ꝓcedit de miſericordia q̃tũ ad paſſionis affectũ.

Ad II. dicendũ, ꝙ Deus miſericorditer agit, non quidẽ cõtra iuſtitiam ſuam faciẽdo: ſed A aliquid ſupra iuſtitiam operando, ſicut ſi alicui, cui debentur centum denarij, aliquis ducentos det de ſuo tamen non contra iuſtitiam facit: ſed liberaliter uel miſericorditer operat̃. & ſimiliter ſi aliquis offenſam in ſe commiſſam remittat. Qui .n. aliquid remittit, quodammodo donat illud. vndè apoſtolus remiſſionem donationẽ vocat Ephe. 5. Donate inuicẽ ſicut & Chriſtus vobis donauit. Ex quõ patet, ꝙ miſericordia nõ tollit iuſtitiã: ſed ẽ qđa iuſtitiæ plenitudo. Vñ dr̃ Iacobi 2. ꝙ miſericordia ſuperexaltat iudicium.

Articvlvs IIII.

Vtrum in omnib. operibus Dei ſit miſericordia & iuſtitia.

Ad qvartvm ſic procedit̃. C Vr̃, ꝙ non in oĩb. Dei operib. ſit miſericordia, & iuſtitia. Quædam. n. opere Dei[h] attribuuntur miſericordiæ, vt iuſtificatio impij quædam verò iuſtitiæ, ut damnatio impiorum. Vndè dicitur Iac. 2. Iudiciũ ſine miſericordia fiet ei, qui non fecerit miſericordiam. non ergo in omni opere Dei apparet miſericordia, & iuſtitia.

¶ 2. Præt. Apoſtolus ad Ro. 15. D conuerſionẽ Iudęorũ attribuit iuſtitiæ,[h] & veritati, conuerſionem aũt gẽtium[h] miſericordiæ, ergo nõ in quolibet opere Dei eſt iuſtitia & miſericordia.

¶ 3. Pręt. Multi iuſti in hoc mũdo affliguntur. hoc autem eſt iniuſtum.[h] Non ergo in omni opere Dei eſt iuſtitia, & miſericordia.

¶ 4. Præt. Iuſtitiæ eſt reddere debitum, miſericordiæ autem ſubleuare miſeriam. & ſic tam iuſtitia, quàm miſericordia[h] aliquid ꝓſupponit in ſuo opere. Sed creatio nihil præſupponit.[*] ergo in crea- E tione neque miſericordia eſt, neque iuſtitia. 218

Sed contra eſt quod dicitur in Pſal. 24. Omnes viæ domini miſericordia & veritas.

Resp. dicẽdũ, ꝙ[m] neceſſe eſt ꝙ ĩ quolibet opere Dei miſericordia & veritas inueniant̃,[*] ſi tñ miſericordia pro remotione cuiuſcunq; defectus accipiat̃, q̃uis nõ oĩs defectus ꝓpriè poſſit dici miſeria, ſed ſolũm defectus rõnalis naturæ quam cõtingit eſſe fęlicẽ. nã miſeria fęlicitati opponit̃. Huius aũt neceſſitatis rõ ẽ qa cũ debitũ, qđ ex diuina iuſtitia reddit̃, ſit vel debitũ Deo, uel debitũ alicui creaturæ, neutrũ põt ĩ aliquo opere Dei ꝓtermitti. Non.n. poteſt facere aliqd Deus, quod non Concl. m

in differenti habitudine diffuſæ à Deo perfectionis ad eius bonitatem, iuſtitiã, liberalitatem, & miſericordiam, & ſatis clarè eſt in litera.

ar. 2. 1. & 4. diſ. 46. q. 1. ar. 1. q. 1. & 2. con. c. 93. & Pſal. 24. * Li. 2. or th. fid. c. 14.

SVPER QV. XXI. ART. IIII.

Ferr. 2. cont. c. 28.

† Glo. interlineatis ibi.

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore vnica eſt cõcluſio reſſiua q̃ſtio affirmatiuè, ſcilicet. In quolibet opere Dei miſericordiam, & iuſtitiam oportet inueniri.

Concl. m

¶ Circa quã tria facit. Primò miſericordiæ no ẽ extẽdit, extendẽdo nomen miſeriæ ad omnem defectum: & rationem extenſionis aſſignat: quia cũ miſeria opponatur fęlicitati, in ſola rationali creatura, quę fœlicitatis eſt capax, miſeria propriè inueniri poteſt. ¶ Secundò probat cõcluſionem quoad iuſtitiam ſic: Debitum ex diuina iuſtitia cõtingit dupliciter, ſcilicet Deo vel creaturæ, & neutrũ poteſt in aliquo opere Dei prætermitti. ergo in oĩ opere Dei oportet eſſe iuſtitiam. Antecedens quoad primam partem habetur ex dictis in 1. art. ad tertium, quoad ſecũdam verò manifeſtatur, quia non poteſt facere Deus aliquid, quod non congruat ſapientiæ, & bonitati ipſius, & ſimiliter quicquid in reb. creatis facit convenienti ordine, & proportione diſponit.

c 117

q. 4. ar. 4. Diuis ſecundum quatuor de largiri perfectiones. q. 1. art. 1. & 4. † Art. 1. huius q.

¶ Aduerte hic, ꝙ illa propoſitio in litera poſita, neutrum poteſt in aliquo opere Dei prætermitti, nõ eſt intenta ab authore prout ſonat, quoniam in opere creationis ꝓpriè nulla poteſt inueniri ratio debiti reſpectu alicuius creaturæ: ſed ſolũm reſpectu ſapientiæ, & voluntatis diuinæ, ut in re põſitione ad quartum hic habes: ſed eſt interpretanda quoad opera prouidentiæ, & gubernationis, ad qđ inſinuandum cum illa manifeſtatur in litera, notanter dr̃,

c 118

qcquid in reb. creatis facit Deus, quaſi diceret, quod quicquid facit, facit creatione ſuppoſita.

¶ Probatur deinde concluſio quoad miſericordiam ſic. Opus diuinæ iuſtitiæ ſemper præſupponit opus miſericordiæ, & in eo fundatur. ergo in quolibet opere Dei apparet miſericordia, quantum ad primam eius radicẽ. Antecedens probat̃, quia reducitur debitum in aliquid ex ſola diuina bonitate collatum, quod probatur: quia aliter ꝓcederetur in infinitum, & declaratur exemplariter.

¶ Tertiò, quia ex hac probatione uidebatur ꝙ miſericordia concurreret ad opera Dei quaſi remota cauſa: ideò declarat, quod concurrit eminentius quàm iuſtitia, & hoc dupliciter. ¶ Primò, quia cauſa primaria vehementius influit quàm ſecunda, & ſic vis miſericordiæ, & ſaluatur, & vehementius operatur in omnib. conſequentibus. ¶ Secundò ab effectu: qa debita alicui creaturæ largius De[9] diſpenſat, quàm proportio rei exigat, & hoc abundantia bonitatis ſuæ. Patet autem ſic eſſe, quia minus eo quod de facto diuina bonitas confert, ad conſeruandum iuſtitiæ ordinẽ ſufficeret.

Porrecta per totũ.

134 4. diſt. 46. q. 1. art. 1. q. 2. Et 2. con. c. 28. & ver. q. 28. art. 1. ad 8. & po. q. 5. art. 4. ad 6. Et ꝑs. 24. & ad Ro. 15

SVPER QV. XXII. ART I.

c 131

Perr. 1. cont. c. 9. 94
Cap. 1. d. 4. q. 1. a. 2. conc. 1.
Bannes, ead. loco.

Titulus clar⁹ eſt. ¶In corpore vnica eſt concluſio reſponſiua quæſito affirmatiuè neceſſe eſt eſſe prouidentiã in Deo. Et probatur: oẽ bonum qd eſt in reb. eſt creatũ à Deo. ergo bonũ ordinis rerũ in finẽ, & præcipuè vltimũ eſt creatum à Deo. ergo rõ ordinis rerũ in finẽ in mẽte diuina præexiſtit. ergo in eo eſt prouidentia. Antecedens patet. prima verò conſequentia probatur: quia in rebus creatis non ſolùm inuenitur bonitas ſecundùm ſubſtantias rerum: ſed ſecundùm ordinem earũ in finem, & præcipuè vltimum. Secunda autẽ probatur: quia Deus eſt cauſa rerũ per intellectum. Tertia autem probatur, ex ipſa diffinitione prouidentiæ: quia ſ. licet eſt ratio ordinis rerum in finem, & declarantur ſingulæ particulæ. Primò quòd ſit rõ: quia eſt principalis pars prudentiæ. Secundò quòd ſit ordinis in finem, quia propriũ prudentiæ eſt ordinare in finem. Tertiò quòd ſit rerum ex diuiſione prudẽtiam monaſticã, & œconomicã vel politicã quoniã illa eſt ratio ordinis propriorum actuum ad finẽ vitæ ſuæ, iſta verò eſt ratio ordinis ſubiectorum ſibi in finem eorum, ut patet Matth. 24. Ex hac enim diſtinctione ſequitur, quòd prouidentia diuina non eſt pars prudentiæ monaſticæ: quoniã iſta impoſſibilis eſt Deo quia nihil habet ordinabile in finẽ: ſed eſt pars prudentiæ quaſi politicæ: imò monarchicæ, & conſequenter oportet quòd ſit ordinans res ipſi ſubiectas in ſuos fines. Et confirmatur hæc definitio authoritate Boe. &c. & ex differentia inter prouidentiam, & diſpo-

a 119 131

ſit cõueniẽs ſapiẽtiæ, & bonitati ipſius, ſm quẽ modũ dixim⁹* aliqd ẽe debitũ Deo. Siſr ẽt qcqd in reb. creatis facit ſm cõuenientẽ ordinẽ, & proportionẽ facit, ĩ quo cõſiſtit rõ iuſtitiæ. Et ſic oportet ĩ oĩ opere Dei ẽe iuſtitiã. Op⁹ aũt diuinæ iuſtitię ſẽper pſupponit opus miſericordiæ, & ĩ eo fundaſ. Creaturę n. nõ debeſ aliqd niſi pp aliqd in eo pexiſtens, uel pconſideratũ. Et rurſus ſi illud creaturę debeſ, G hoc erit pp aliqd prius. Et cum nõ ſit pcedere ĩ infinitũ, oportet deuenire ad aliqd, qđ ex ſola bonitate diuinæ uolũtatis depẽdeat, q̃ ẽ ultim⁹ finis. Vtpote ſi dicam⁹ ꝙ hr̃e manus, debitũ eſt hoĩ pp aĩam rationalem,* animam uerò rationalem habere ad hoc ꝙ ſit homo, hoĩem uerò ẽe pp diuinã bonitatẽ. Et ſic ĩ quolibet opere Dei apparet miſericordia, q̃tũ ad primã H radicẽ eius. Cuius virtus ſaluaſ in oĩb. cõſequentib. & ẽt uehemẽti⁹ in eis operaſ, ſicut cã primaria uehemẽtius influit, q̃ cã ſecũda. Et pp hoc ẽt ea, q̃ alicui creaturæ dentur, De⁹ ex abundãtia ſuæ bonitatis largi⁹ diſpẽſat, q̃ exigat proportio rei. Minus n. eſt qđ ſufficeret ad cõſeruandũ ordinẽ iuſtitiæ, q̃ quod diuina bonitas cõfert, q̃ omnẽ pportionẽ creaturæ excedit.

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ I qđã opera attribuunſ iuſtitię, & qđã miſericordię: qa in quibuſdã miſericordia. Et tñ ĩ dãnatiõe repborũ apparet miſericordia: nõ qdẽ totaliter relaxãs: ſed aliqualiter alleuiãs, dũ punit citra cõdignũ. Et in iuſtificationẽ impij apparet iuſtitia dũ culpas relaxat pp dilecti onẽ, quã tñ ipſe miſericorditer ĩfundit. Sicut đ Magdalena legiſ Lu. 7. c. Dimiſſa ſunt ei peccata K multa, qm̃ dilexit multum.

Ad ii. dicẽdũ, ꝙ iuſtitia, & miſericordia Dei apparet ĩ conuerſione Iudæorũ, & gentium. Sed aliqua rõ iuſtitiæ apparet in cõuerſione Iudęorũ, q̃ non apparet in cõuerſione gentiũ, ſicut quòd ſaluati ſunt propter promiſſiones patribus factas.

Ad iii. dicendũ, ꝙ in hoc ẽt ꝙ iuſti puniuntur in hoc mũ F do, apparet iuſtitia, & miſericordia, inquantum per hmõi afflictiones aliqua leuia in eis purgantur, & ab effectu terrenorum in Deum magis eriguntur ſm illud Greg. Mala, quæ in hoc mundo nos præmunt, ad Deum nos ire compellunt.

Ad iiii. Dicendũ ꝙ licẽ creationi non præſupponatur aliqd in rerũ natura, præſupponitur tñ aliquid in Dei cognitione. Et ſecundùm hoc ẽt ſaluaſ ibi rõ iuſtitiæ inquantum res ĩ eſſe producitur, ſecundùm ꝙ conuenit diuinæ ſapientiæ, & bonitati. Et ſaluaſ quodammodo rõ miſericordiæ, inquantũ res de non eſſe in eſſe mutatur.

QVAESTIO XXII.

De Prouidentia Dei, in quatuor articulos diuiſa.

Conſideratis aũt his, q̃ ad uolũtatem abſolute pertinent, procedendum eſt ad ea, q̃ reſpiciunt ſimul intellectum & uolũtatem. Hmõi aũt eſt prouidentia quidem reſpectu oĩum, prædeſtinatio uero, & reprobatio, & q̃ ad hæc conſequunſ, reſpectu hoĩum ſpãliter in ordine ad æterna ſalutẽ. Nã & poſt morales uirtutes in ſciẽtia morali cõſideraſ de prudẽtia, ad quã prouidentia pertinere vr̃.

Circa prouidentiam aũt Dei quæruntur quatuor.

¶Primò, vtrum Deo conueniat prouidentia.

¶Secundò, Vtrum oĩa diuinæ prouidentiæ ſubſint.

¶Tertiò, Vtrum diuina prouidẽtia immediatẽ ſit de omnib.

¶Quartò, Vtrum prouidentia diuina imponat neceſſitatem rebus prouiſis.

ſit onem.
¶Circa diffinitionẽ prouidẽtiæ dubium difficile occurrit, antiquum dicitur ordinis rerum in finem, intelligatur, & ipſe ordo in finem, & peruentio ad finem: an ordo tantum. Eſt autem ratio dubitãdi: quia expreſsè in quæſtionibus de veritate q. 6. art. 1. dicitur, ꝙ prouidentia diuina eſt ratio ordinis in finem, & non euentus idest conſecutionis ipſius finis, in ſequẽtibus autem pluries habetur oppoſitum, & in ſequenti artic. in reſponſione ad primum, & in artic. 4. apertiſſimè. & art. 6. ſequentis quæſtionis, ita ut non ſit locus infitiationi. Ad hoc breuiter iudicio meo dicendum eſt, quod author mutauit ſententiam in melius, & id de mente ſua tenendum eſt, quod hinc, & ex textu contra gent. capitulo [illegible] tur, ſcilicet [illegible] prouidẽtia eſt ratio ordinis in finẽ quoad vtrumque, ſcilicet ordinationis & conſecutionis. Et hoc rationabili⁹ eſt: quoniam prouidentia ad voluntatem Dei conſequentem ſpectat, & ad omnia quomodolibet entia ut in ſequentibus patebit, ſe extendit ut cauſa per ſe: cum his enim non ſtat prouidentiam ordinem tantum reſpicere ſic enim multa præter ipſam euenirent, ſicut de facto præter rerum ordinem eueniunt, ſed non præter ordinem, & euentum,

Habetur ad ſenſũ l. 26. moral. c. 9.

Articvlvs I.

Vtrum prouidentia Deo conueniat.

Ad primvm ſic proceditũ. Vr̃ ꝙ prouidẽtia Deo nõ cõueniat. Prouidẽtia n. ſm Tulliũ * ẽ pars prudẽtiæ prudẽtia aũt (cũ ſit h bñ cõſiliatiua ſm Philoſophũ in 6. Ethic. †) Deo cõpetere nõ põt, qui nullum dubium hẽt unde eum conſiliari oporteat. Ergo h prouidentia Deo non competit.

¶2 Præt. Quicquid eſt in Deo, eſt æternum. Sedh prouidentia non eſt aliquid æternum, eſt n. circa

Porrecta per totũ. 131 1. contra gen. cap. 74. & ver. q. 5. ar. 1. Li. 2. de inuent. fo. 4. ante fi. nẽ libri. † Ca. 5. & 9. tom. 5.

SVPER Q. XXII. ART. II.

Ferr. 3. conſt. c. 164. 94
ca. 1 d. 38. q. 1. cõ. 4.
Bannes ead. lo.
Petr. de Palu. 1. ſ. d. 39. q. 1.

Titulus nulla eget expoſitione. Qui n. dicit omnia, nihil excludit.

¶In corpore duo facit. Primò refert tres opiniones circa quæſitũ, prima eſt Democriti & Epicuri, dicẽdũ nihil eẽ ſubiectũ diuinæ pũdẽtiæ. Secũda ẽ Auerrois ĩ 12. metaph. cõmen. 52. & 54. dicẽtis, res incorruptibiles ſolas ſubſi diuinæ puidẽtiæ. Tertia eſt Rabbi Moyſi dicẽtis, nõ ſolũ ĩcorruptibilia, ſed ẽt ſingularia humanę tñ ſpeciei eſſe, diuinæ ſubiecta puidentiæ. Rationes aũt eæ quibus amanãrunt opiniones, ĩ litera arguẽdo adducuntur. Secũdo reſpõdet quæſito ſecundũ veritatẽ unica concluſione, q̃ duplicter probat.

Eſt ergo concluſio reſponſiua, Omnia diuinæ puidentiæ ſubiacent, non tantũ in vniuerſali, ſed etiam in ſingulari. & probatur primo ſic. Omne agens agit propter finem: ergo omnia ſubiecta cauſalitati primi agentis, ſunt etiã ſubiecta ordinationi eiuſdem in finem. ergo omnia quæ habẽt quocunque mõ eſſe ſunt ordinata à Deo in finem. ergo omnia, inquantum hñt quomodo libet eſſe, in tantum diuinæ ſubijciuntur prouidentiæ. Prima conſequẽtia manifeſtatur ab oppoſito: quia ſcilicet propterea in operibus alicuius agẽtis aliquid ſtecuenit nõ ſubditum illius ordini, quoniam effectus ille non ſubijcitur cauſalitati illius cauſæ: ſed ex aliqua alia cauſa præter intentionem ipſius prouenit. Secunda verò cõſequentia probatur ex eo, quòd cauſalitas Dei extendit ſe vſque ad omnia etiã indiuidualia &c. Et confirmatur eius conſequens, authoritate Apoſtoli. Tertia autem conſequentia probatur ex ipſa diffinitione prouiden-tiæ: quia ſ. eſt ratio ordinis rerum in finem.

Concl. m

q. 6. art. 4.

quæſt. præced. art. 4.

2. d. 39. q. 2. arti. 1. & 3. cõtr. ca. 77. q. 19. art. 4.

Prouidentiæ ppria diffinitio

Li. 6. Eth. c. 12. circa medium tom. 5.

Li. 4. de cõſol. proſ. 6 paulo a principio

Li. 6. Ethi. c. 9. & 10. ſimul. tom. 5.

exiſtẽtia, q̃ nõ ſunt æterna ſm F Dã. ergo puidẽtia nõ ẽ ĩ Deo.

¶3. Præt. Nullũ compoſitũ ẽ in Deo: ſed puidẽtia vr̃ eſſe aliqd cõpoſitum, quia includit in ſe voluntatem & intellectum. ergo prouidẽtia non eſt in Deo.

Sed contra Eſt, quod dicitur Sap. 14. Tu autem pater gubernas omnia prouidentia.

Respon. Dicendũ, ꝙm neceſſe eſt ponere prouidentiam in Deo.ⁿ Omne n. bonũ quod ẽ in G rebus, à Deo creatũ eſt, vt ſup. oſtenſum eſt*. In rebus aũt ĩuenit bonũ nõ ſolũ quãtũ ad ſubſtantiã rerũ, ſed ẽt quãtũ ad ordinẽ earũ in finẽ, & pcipuẽ in finem ultimũ, q eſt bonitas diuina, vt ſup. habitũ eſt*. Hoc igiſ bonũ ordinis in reb. creatis exiſtẽs, à Deo creatũ ẽ. Cũ aũt De⁹ ſit cã rerũ p ſuũ ĩtellectũ, & ſic cuiuslibet ſui effectus, oportet rõnẽ in ipſo prȩexiſtere, vt ex H ſuperiorib. patet:* neceſſe ẽ ꝙ rõ ordinis rerũ in finẽ, in mẽte diuina præexiſtat. Rõ aũt ordinãdorũ in finẽ ppriẽ puidẽtia eſt. Eſt n. pricipalis pars prudẽtiæ, ad q̃ aliæ duæ partes ordinanſ, ſ. memoria præteritorũ, & ĩtelligẽtia præſentiũ, put ex prȩteritis memoratis, & prȩſẽtib. ĩtellectis, coniectamur đ futuris puidẽdis. Prudẽtiæ aũt pprĩũ ẽ, ſm Philoſ. in 6. Ethi.* or- I dinare alia ĩ finẽ, ſiuẽ reſpactu ſuijpſi*, ſicut dr̃ hõ prudens, q bene ordinat actus ſuos ad finẽ vitæ ſuæ: ſiuẽ reſpectu aliorũ ſibi ſubiectorũ in familia, vł ciuitate, vł regno, ſm quẽ modũ dr̃ Matt. 24. Fidelis ſeru⁹ & prudẽs quẽ cõſtituit dñs ſup familiam ſuã: ſm quem modũ, prudẽtia, vł puidẽtia Deo cõuenire põt. Nã in ipſo Deo nihil ẽ in finẽ ordinabile, cũ ipſe ſit finis ulti- K m⁹. Ipſa igiſ rõ ordinis rerũ in finẽ, puidẽtia in Deo noiatur. Vñ Boet. 4. de cõſol* dicit, ꝙ puidentia eſt ipſa diuina rõ in ſũmo oĩum principe cõſtituta, q̃ cũcta diſponit. Diſpoſitio aũt põt dici tã rõ ordinis rerũ ĩ finẽ quã rõ ordinis partium in toto.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ ſm Philoſ. in ſexto Ethic. † Prudentia ppriẽ eſt prȩceptiua eorum, de quib. eubulia rectẽ cõſiliaſ: & ſyneſis rectẽ iudicat. Vñ licẽt cõſiliari non cõpetat Deo ſm ꝙ cõſiliũ eſt ĩquiſitio de rebus dubijs, tñ præcipere de ordinãdis ĩ finẽ, quorũ rectã rõnẽ hẽt, cõpetit Deo: ſm illud Pſal. Præceptũ poſuit, & nõ prȩteribit. Et ſm hoc cõpetit Deo rõ prudentiæ, & puidentiæ. Quãuis ẽt dici poſſit, ꝙ ipſa rõ rerũ agendarũ cõſiliũ in Deo dr̃, nõ pp inqſitionẽ, ſed pp certitudinẽ cognitionis, ad quã cõſiliãtes inqrendo pueniunt. Vñ dr̃ Epheſ. 1. Qui operaſ oĩa ſecũdum cõſiliũ uoluntatis ſuę.

Ad ii. dicendũ, ꝙ ad curã duo pertinent, * ſ. rõ ordinis, q̃ dr̃ prouidentia: & diſpoſitio, & executio ordinis, q̃ dr̃ gubernatio, quorum primũ eſt ȩternũ, ſecundum temporale.

Ad iii. dicendũ, ꝙ prouidentia d eſt ĩ intellectu, ſed præſupponit uoluntate finis. Nullus n. prȩcipit de agendis pp finem, niſi uelit finem. Vndẽ præſupponit, & prudentia uirtutes morales, per quas appetitus ſe hẽt ad bonũ, ut dr̃ 16. Ethi.* Et tñ ſi puidẽtia ex æquali reſpiceret uolũtatẽ, & intellectũ diuinũ, hoc ẽet abſq; detrimẽto diuinæ ſimplicitatis, cum uolũtas, & intellectus in Deo ſint idem, ut ſupra dictum eſt.

Articvlvs II.

Vtrum omnia ſint ſubiecta diuinæ prouidentiæ.

Ad secvndvm ſic procedit. Vr̃ ꝙ nõ oĩa ſint ſubiecta diuinæ puidẽtiæ. Nullũ n. puiſum h ẽ fortuitũ. Si ergo oĩa ſũt puiſa à Deo, nihil erit fortuitũ: & ſic perit caſus, & fortuna. qđ eſt contra coẽm opinionem.

¶2 Præt. Oĩs ſapiẽs h prouiſor excludit defectũ, & malũ, quãtũ põt, ab his quorũ curã gerit. Videmus autem multa mala in rebus eſſe. Aut igitur Deus non poteſt ea impedire, & ſic non eſt omnipotens: aut non de omnibus curam habet.

¶3 Præt. Quæ ex neceſſitate eueniũt, h prouidẽtiã, ſeu prudentiã nõ requirunt. Vndẽ ſm Philoſophum in ſexto Ethic.*

finitione prouidentiæ: quia ſ. eſt ratio ordinis rerum in finem.

¶Circa hanc rationẽ nota tria. Primũ eſt, ꝙ prima conſequẽtia propterea probatur à poſteriori, qm̃ per ſe ex ui antecedẽtis tenet. Cum enim dico, Omne agens agit propter finem, cauſalitatem agentis ſignifico, ĩ hoc quod dico, agit: ordinationem verò effectus in finem ſignificat. ly, propter finem. Cauſalitatis ergo amplior non eſt ordinatione: niſi agat non propter finem. Et propterea optimè ſequitur, & ſine alio medio, quòd ſi actio eſt propter finem, tantum ſe extendit ordinatio in finem, quantum cauſalitas: quia ly propter, adæquat ly agit. Secundum eſt, quòd cauſalitatis nomen in litera poſitum, quo ad præſens negotium, ponderandum eſt, & ſatis propriẽ accipiendum: quoniã non ſumitur pro quocunque modo aliquid facere, ſed pro facere aliquid ſic, quòd per ipſam actionem ſuam faciat id, quod effectus dicitur per ſeipſum: ita quòd illud verẽ illam conditionẽ, quæ facta eſt ab illa cauſalitate habeat: in cui⁹ ſignum in litera, effectus per accidens alicuius cauſæ, dicitur eſſe per cauſalitatem alterius cauſæ, & non illius cauſæ, cuius dicitur effectus per accidens. ſic autem intellecta cauſalitas nihil aliud eſt quàm cauſalitas per ſe. Nec tamẽ oportuit in litera exprimi ly per ſe: quoniam in ſermonibus ſcientificis omnia ĩterpretãda ſunt per ſe.

¶Tertium eſt, quòd cum dicitur hic, ꝙ cauſalitas Dei extendit ſe vſque ad omnia &c. intelligendũ eſt prout dictũ & expoſitum fuit in quæſtione octaua, ſcilicet per eſſentiam, & potentiam: aliter proceſſus iſte nihil valeret, vt facilẽ patere poteſt conſideranti.

2. Phiſic.

a 117 105

D. 1077.

*li. 6. Eth. c. 12. ſ. medio 10. 5.

† q. 19. ar. 1. & 5.

Porrecta. 136 Infra qu. 103. ar 5. & 1. d. 39. q. 2. & ar. 2. & 3. contra. ca. 164 94. & 111. & ver. q. 5 ar. 2. & 4. & op. 3. c. 124. 132. & 135. & opuſ. 15. c. 13. 14. & 15.

Ex ca. 5. 9. 10. & 11. tom. 5.

Universidad de Deusto Biblioteca

prudentia eſt recta ratio cõtingentium de quib. eſt conſilium: & electio. Cum igitur multa in rebus ex neceſſitate eueniat, nõ omnia prouidentiæ ſubduntur. ¶ 4. Præt. Quicunq; dimittiť ſibi, nõ ſubeſt ꝓuidẽtiæ alicuius gubernantis: ſed hoïes ſibijpſis dimittũtur à Deo, ſm illud Eccleſ. 15. Deus ab initio cõſtituit hoiem, & reliquit eũ ĩ manu cõſilij ſui. & ſpecialiter mali, ſm illud, Dimiſit illos ſecundùm deſideria cordis eorũ. Non igitur oïa diuinæ prouidẽtiæ ſubſunt. ¶ 5. Præt. Apoſto. 1. Cor. 9. dicit ꝙ nõ eſt Deo cura de bobus. & eadẽ rõne de alijs creaturis irrationalib. Non igitur omnia ſubſunt diuinæ prouidentiæ.

SED CONTRA. Eſt quod dr̃ Sapien. 8. de diuina ſapiẽtia, ꝙ attingit à fine vſq; ad finem fortiter & diſpo. omnia ſuau.

RESPON. Dicendũ, ꝙ quidã totaliter ꝓuidentiã negauerũt, ſicut Democ. & Epicurei, ponẽtes mundũ factũ eſſe caſu. Quidã verò poſuerũt incorruptibilia tm̃ ꝓuidẽtiæ ſubiacere, corruptibilia verò nõ ſm indiuidua, ſed ſm ſpecies: ſic. n. incorruptibilia ſunt. ex quorum pſona dr̃ Iob 22. c. Nubes latibulũ ei⁹, & circa cardines cęli perãbulat, neq; nr̃a cõſiderat. A corruptibiliũ aũt gñalitate excepit Rabbi Moyſes hoïes pp ſplendorẽ intellectus, quo participant. In alijs aũt indiuiduis corruptibilibus aliorũ opinionẽ ẽ ſecutus. ſed neceſſe eſt dicere, oïa diuinæ ꝓuidẽtiæ ſubiacere, non in vniuerſali tm̃, ſed ẽt in ſingulari. Qđ ſic patet. Cum. n. omne agens agat pp finẽ, tm̃ ſe extẽdit ordinatio effectuũ in finem, quãtũ ſe extẽdit cauſalitas primi agẽtis. Ex hoc. n. cõtingit in opib. alicuius agẽtis aliquid ꝓuenirẽ nõ ad finẽ ordinatũ, qa effectus ille conſequiť ex aliqua alia cã pter intẽtionem agẽtis. Cauſalitas aũt Dei, qui ẽ primũ agens, ſe extẽdit vſq; ad oïa entia nõ ſolũ quãtũ ad principia ſpẽi, ſed ẽt quãtũ ad indiuidualia principia, nõ ſolũ icorruptibiliũ, ſed ẽt corruptibilium. Vñ neceſſe ẽ, oïa quæ hñt quocũq; mõ eẽ, ordinata eẽ à Deo ĩ finẽ ſm illud Apoſtoli ad Rom. 13. Quę à Deo ſũt, ordinata ſunt. Cũ ergo nihil aliud ſit Dei ꝓuidẽtia q̃ rõ ordinis rerũ ĩ finẽ, vt dictũ eſt, neceſſe ẽ oïa inq̃tum participãt eẽ, intãtũ ſubdi diuinæ ꝓuidẽtiæ. Similiter ẽt ſupra oſtenſũ eſt, ꝙ Deus oïa cognoſcit, & vniuerſalia & particularia. Et cũ cognitio eius cõparet ad res ſicut cognitio artis ad artificiata (vt ſup. dict. ẽ) neceſſe ẽ ꝙ oïa ſupponanť ſuo ordini, ſicut oïa artif. ſubdũ. ordi. artis.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ ꝙ aliter ẽ de cã vniuerſali. & de cã particulari. Ordinẽ. n. cauſæ particularis aliqd põt exire, nõ aũt ordinẽ cãæ vniuerſalis. Nõ. n. ſubduciť aliqd ab ordine cãę particularis, niſi p aliq̃ aliã cauſam particularẽ impedientẽ. ſicut lignũ impediť à cõbuſtione p actionẽ aq. Vñ, cũ oẽs cauſæ particulares cõcludanť ſub vniuerſali cã, impoſſibile ẽ aliquẽ effectũ ordinẽ cãæ vniuerſalis effugere. In quãtũ igiť aliqs effectus ordinẽ alicuius cãæ particularis effugit, dr̃ eſſe caſualis, vel fortuitũ reſpectu cãę particularis: ſed reſpectu cãę vniuerſalis à cui⁹ ordine ſubtrahi nõ põt, dr̃ eſſe ꝓuiſũ. ſicut & cõuerſus duorũ ſeruorũ, licèt ſit caſualis inq̃tũ ad eos, ẽ tñ ꝓuiſ⁹ à dño, qui eos ſcienter ſic ad vnũ locũ mittit, vt vnus de alio neſciat.

AD II. dicendũ, ꝙ aliter de eo ẽ, q hẽt curã alicui⁹ particularis, & đ ꝓuiſore vniuerſali: qa ꝓuiſor particularis excludit defectũ ab eo, qđ ei⁹ curę ſubdiť, q̃tũ põt: ſed ꝓuiſor vniuerſalis pmittit aliquẽ defectũ ĩ aliquo particulari accidere, ne ĩpediať bonũ totius. Vñ corruptiones, & defectus in reb. nãlib. dñr eſſe cõtra naturã particularẽ, ſed tñ ſũt de intẽtione naturæ vniuerſalis, inq̃tũ đfectus vnius cedit ĩ bonũ alterius, vel ẽt totius vniuerſi. nã corruptio vnius, ẽ gñatio alterius, p q̃ ſpecies cõſeruať. Cũ igiť Deus ſit vniuerſalis ꝓuiſor totius entis, ad ipſius ꝓuidentiã ptinet, vt pmittat quoſdã defectus eẽ in aliqb. particularib. rebus, ne impediať bonũ vniuerſi pfectũ. Si enim oïa mala impedirentur, multa

¶ Secunda ratio ad concluſionem eſt: Deus omnia cognoſcit, etiam in particulari, vt artifex eorum: ergo neceſſe eſt ꝙ omnia ſupponantur ſuo ordini. & probatur ſequela: quia oïa artificiata, ſubdũtur ordini artis.

¶ Aduerte hic, quod non eſt intentio literæ ponere identitatem artis, & prouidẽtiæ: quoniam earum differentia eſt manifeſta, qđ ars reſpicit ipſam ſubſtantiam artificiatorum: prouidentia autẽ ordinem in finẽ, ſed intendit proportionaliter ſe habere artem, & prouidentiam, & propterea, &c. In cuius ſignũ, litera in probatione conſequentiæ vtitur ly ſicut, quod eſt nota non identitatis, ſed ſimilitudinis proculdubio proportionalis hic.

¶ In reſponſione ad primum, aduerte, ꝙ tã fortuitum quàm caſualem, relatiuum eſt: & propterea (251) non oportet, id quod in ſe, & ſimpliciter eſt fortuitũ, eſſe fortuitum reſpectu omnis agentis. Hæc eſt enim differentia inter abſoluta, & reſpectiua, quòd quando eſt aliquid in ſe ſimpliciter tale ſecũdum aliquod prędicatũ abſolutũ, non deſinit eſſe aut dicit tale ex cõparatione ad quodcunque: quãdo verò aliquid eſt tale in ſe & (Conc'. m) ſimpliciter ſecũdum aliquod prædicatum reſpectiuum: non ſolùm non habet tale prædicatum in ordine ad quodcunque, ſed ad correlatiuum tantum, verum etiã oppoſitum prædicatũ reſpectiuum, in ordine tamen ad aliud correlatiuum, ſortiri põt, vt patet de albo, quod cum abſolutè ſit alteri albo ſimile, ad nigrũ tñ comparatum, eſt diſſimile. Sic igitur quia res dicuntur fortuitæ vel caſuales in ordine ad (90) naturam, & intentio (287) nẽ creatã, nõ incõuenit, (235) ꝙ in ordine ad diuinã intẽtionẽ nõ fortuitæ, ſed p ſe intẽtæ ſint & dicantur, ita tñ, ꝙ ſecũdũ ſe ſũ pæ ſimpliciter cauſales, ſeu fortuitæ, & ſint & dicantur ea ratione, quia vnaquæque res eſt, & iudicatur ſecũdũ proprias & ꝓximas cauſas. Et per hoc patet nõ contradicere doctrinam hanc de prouidentia diuina doctrinæ traditæ in philoſophia naturali, & 6. Metaph. quoniam vtrobique res examinatæ ſudi. atque ſunt ſecundùm quòd pendẽt ex proximis vel ſaltẽ particularibus cauſis, quales ſunt omnes cauſæ creatæ: quarum nec intẽtionibus nec cauſalitatibus ſubeſt modus, quo effectus cauſat, ſcilicet neceſſario, vel contingẽter. hoc enim propriũ eſt primæ cauſæ, quæ reſpicit ens in eo qđ ens.

Art. præcedenti. 88 85 D. 472. D. 237. Q. 14. art. 6. & 11.

¶ In rñſione ad ſecũdum, dubium occurrit, quo pacto mala culpæ ſint permiſſa à Deo propter perfectionem uniuerſi. Tũ quia ſi Deus cooperatus fuiſſet cum gratia ſua, tam angelis, quàm hominibus qui lapſi ſunt, ad perpetuam in bono perſeuerantiam, vt poſſibile fuit, vniuerſum multò melius eſſet, eo quòd nihil ab ordine reſpiciente diuinã volũtatem ſecũdum ſe, qui eſt ſupremus ordo in vniuerſo, defeciſſet, quoniã in tali defectu malũ culpæ conſiſtit, vt ſupra dictũ fuit. Tum quia virtutes, quæ ex malo culpæ occaſionantur, vt patientia martyrum, & pœnitentia &c. non deeſſent vniuerſo: quoniã inuenirẽtur ſecundũ præparationẽ animi. Ad hoc dicitur, quòd integritas vniuerſi maius bonũ eſt quàm quodcunq; particulare bonum creatum, vt patet Gen. primo: ad integritatem autem vniuerſi integritas, virtutes, & ſi quæ ſunt alia ex malo occaſionaliter prouenientia, nõ ſolũ in ſtatu imperfecto, ſed in ſtatu perfecto, in quo ſtatu autem perfectum virtutum ſtatum cõſiſtere in actu ſecundo, & non in habitu, vt patet 1. Ethi. & 12. Metaph. de

150 251 123

bona deeſsẽt vniuerſo. Nõ. n. eẽt uita leonis, ſi nõ ẽet occiſio aïaliũ: nec ẽet patiẽtia martyrũ, ſi ñ eſſet pſecutio tyrãnorũ. Vñ dicit Aug. ĩ Enchi. Deus omnipotens nullo mõ ſineret malũ aliqđ eſſe in operib. ſuis, niſi vſqueadeò eſſet omnipotẽs, & bonus, ut bñfaceret ẽt đ malo. Ex duab. aũt rõnib. quas nũc ſoluimus, vñr moti fuiſſe, qui diuinæ ꝓuidẽtiæ ſubtraxerunt corruptibilia, in quib. inueniuntur caſualia, & mala.

AD III. dicẽdũ, ꝙ homo nõ eſt inſtitutor naturæ: ſed vtiť ĩ operib. artis, & virtutis ad ſuum vſũ reb. naturalib. Vndè ꝓuidentia humana non ſe extẽdit ad neceſſaria, q̃ ex natura proueniũt, ad q̃ tñ ſe extẽdit ꝓuidẽtia Dei, q eſt author naturæ. Et ex hac rõne vñr moti fuiſſe, qui curſum rerum naturaliũ ſubtraxerunt diuinæ ꝓuidentiæ, attribuentes ipſũ neceſſitati materiæ, ut Democritus, & alij naturales antiqui.

AD IIII. dicẽdũ, ꝙ in hoc qđ dr̃, Deũ hoïem ſibi reliquiſſe, nõ excludiť homo à diuina ꝓuidentia: ſed oſtẽditur, ꝙ nõ pfigitur ei uirtus operatiua determinata ad vnum, ſicut reb. naturalib. q̃ agũtur tm̃, quaſi ab altero directę in finẽ, nõ aũt ſeipſa agunt, quaſi ſe dirigentia in finẽ, ut creaturæ rationales per liberũ arbitriũ, quo cõſilianť, & eligũt: vñ ſignãter dicit. In manu cõſilij ſui. Sed qa ipſe actus liberi arbitrij reducitur in Deũ, ſicut in cãm, neceſſe eſt, ut ea, q̃ ex libero arbitrio fiũt diuinæ ꝓuidẽtiæ ſubdãtur. Prouidentia. n. hoïs cõtinetur ſub prouidẽtia Dei, ſicut cã particularis ſub cã vniuerſali. Hoïum aũt iuſtorũ quodã excellentiori modo Deus hẽt ꝓuidẽtiam, q̃ impiorũ, in quantũ nõ permittit cõtra eos euenire aliquid, qđ finaliter ĩpediat ſalutẽ eorũ. Nã diligentibus Deum oïa cooperantur in bonũ, ut dr̃ Ro. 8. Sed ex hoc ipſo, ꝙ nõ retrahit à malo culpæ, dr̃ eos dimittere: nõ tñ ita, ꝙ totaliter ab eius ꝓuidẽtia excludanť alioqn in nihilũ deciderẽt, niſi p eius ꝓuidẽtiã cõſeruarenť. Et ex hac rõne vr̃ motus fuiſſe Tullius, qui res humanas, de quibus cõſiliamur, diuinæ prouidentiæ ſubtraxit.

AD V. dicẽdum, ꝙ quia creatura rõnalis hẽt per liberũ arbitriũ dñiũ ſui actus (vt dictũ ẽ) ſpãli quodã mõ ſubdiť diuinæ ꝓuidentiæ, ut. ſ. ei imputeť aliqd ad culpã, uel ad meritũ, & reddať ei aliqd ut pœna, uel pmiũ. Et q̃tũ ad hoc, curã Dei Apoſtol⁹ à bobus remouet, nõ tñ ita ꝙ ĩdiuidua irrõnaliũ creaturarum ad Dei ꝓuidẽtiã nõ ptineãt, vt Rabbi Moy. exiſtimauit.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus immediatè omnibus prouideat.

AD TERTIVM ſic ꝓcediť. Vr̃ ꝙ Deus nõ immediatè oïb. ꝓuideat. Quicquid. n. eſt dignitatis, Deo ẽ attribuẽdũ: ſed ad dignitatẽ alicui⁹ regis ptinet, ꝙ hẽat miniſtros, quib. mediãtib. ſubditis ꝓuideat. Ergo multò magis Deus nõ immediatè oïb. prouidet. ¶ 2 Præt. Ad ꝓuidentiã pertinet res ĩ finẽ ordinare. Finis aũt cuiuslibet rei ẽ eius pfectio, & bonũ. Ad quãlibet aũt cãm ptinet effectum ſuũ pducere ad bonum. Quęlibet igitur cã agens, eſt cã effectus prouidentiæ. Si igitur Deus oïb. immediatè ꝓuidet, ſubtrahuntur oẽs cauſæ ſecũdę. ¶ 3 Præt. Aug. dicit in Ench. ꝙ melius ẽ q̃dã neſcire, q̃ ſcire, vt vilia. Et idẽ dicit Phil. in 12. met. ſed oẽ qđ ẽ meli⁹, Deo ẽ attribuẽdũ. Ergo De⁹ non hẽt ĩmediatè ꝓuidentiã quorundã viliũ, & malorum.

SED CONTRA eſt, qđ dr̃ Iob. 34. Quem cõſtituit alium ſuper terrã? aut quem poſuit ſuper orbem, quem fabricatus eſt? Super quo dicit Grego. Mundum per ſeipſum regit, quem per ſeipſum condidit.

RESP. dicẽdum, ꝙ ad ꝓuidentiã duo pertinenť, ſ. ratio ordinis rerum prouiſarum in finem, & executio huius ordinis, q̃ gubernatio dicitur. Quãtum igiť ad primum horũ, Deus ĩmediatè oïb. prouidet, qui in ſuo intellectu hẽt rõnem oïum ẽt minimorum, & quaſcunque cãs ali-

deeſſent ergo multę perfectiones vniuerſo, puta iuſtitia puniẽdua, patiẽtia martyrum, & ſimilia, imò quod maximè ponderãdum eſt, deeſſet vniuerſo hoſtia illa diuini ſuppoſiti, quã ĩ cruce obtulit, quod adeò bonum fuit, & eſt, vt excedat in bonitate omne malum culpę, non ſolùm hominum, ſed dæmonum. Vndè & ipſe ordo in diuinam bonitatẽ ſecundùm ſe, quãuis ex malo culpæ ſit læſus, tantum tamen boni ad eundem ordinem ſpectãtis ex malo culpæ Deus effecit, & feliciter actum cum vniuerſo dicere poſſimus, cũ Deus mala culpæ permiſit, iuxta illud Gregorij. O felix culpa, &c. Subeſt etiã naturalis ratio, cur malum culpæ pmiſſum fuerit, Eſt ſuauis rerũ diſpoſitio. Potẽtia namq; peccadi ab vniuerſo ſubtrahi non potuit ſine illius maxima iactura ſ amiſſione omnium creaturarũ intellectualium, vt alibi patet. Actus aũt pactis ab hmõi potentia pgreſſum, quẽ ꝓhiberi, non permittere ꝓtuiſſet, ſuauis tñ diſpoſitio liberi arbitrij creati hoc non exigit, ſed magis, ut ſua vi ſeipſũ agat. Et q̃ ad ꝓuidẽtiã diuinã ſpectat diſponere oïa ſuauiter, ſapiẽtiſſimè elegit Deus permiſſionẽ malorum culpę. Nec fallaris, cũ legis ĩ ſta, mala eẽ de ĩtẽtiõe nãę vniuerſalis ac pinde mala culpę eẽ de ĩtẽtione primi, et vniuerſaliſſimi agẽtis. Hæc. n. nõ ita ſũt ĩtelligẽda, ut ipſa mala ſint volita, ſeu ĩtẽta ſiuè p ſe, ſiuè p accidẽs: qm̃ hoc eſſe ĩpoſſibile đ malo culpæ ſupra manifeſtatũ ẽ: ſed qđ ipſa mala, nõ ſũt nolita, ſeu excluſa p intẽtionẽ, ſeu volitionẽ cãæ primæ, & qđ permiſſio malorũ culpæ eſt intẽta pp integritatem ac pfectionẽ vniuerſi. & ſcdm pmiſſionẽ hãc tenet ſimilitudo proportionalis inter ĩtẽtionẽ nãę vniuerſalis reſpectu malorũ naturaliũ, & ĩntẽtionẽ Dei glorioſiſſ. reſpectu malorũ culpę

Enchi. ca. 11. ad principiũ tomo. 3.

113

SVPER QV. XXII. ART. III.

Ferr. 2. cont. c. 69. 70. Egi. 1. 5. d. 19. q. 3. 2. princ.

IN titulo, ly immediatè, ſignat negationẽ medij ꝓuiſoris ad ꝓuidẽtiæ diuinæ cõplemẽtũ, & ſenſus ẽ, Vtrũ ad actũ ꝓuidẽdi oïb. qui Deo cõuenit, requiratur, aut ẽt cõcurrat aliqs medi⁹ ꝓuiſor, ut ſic. (Q. 1. ar. 10 d 120)

¶ In corpore tria facit. Primò diſtinguit actus prouidentiæ ĩ duo. ſ. ĩ ordinare, & executionem ſtatus ordinis. & primum propriè dr̃ prouidere, ſecundus uerò gubernare. Secundò rñdet q̃ſito duab. cõcluſionib. iuxta hos duos actus. Prima ẽ, Deus immediatè ꝓuidet oïbus quoad rõnem ordinis. Secunda verò eſt, Deus p aliqua media ꝓuidet quantum ad executionẽ. Probať prima, Deus hẽt in intellectu ſuo rõnẽ oïum ẽt minimorũ: & dedit cauſis, quas effectib. pfecit, virtutem ad illos effectus producẽdos. ergo ĩ ſua rõne phabet ordinem illorũ effectuum in finem. ergo Deus per ſeipſum prouidet oïbus quoad rationem ordinis. Secunda verò probatur: quia Deus gubernat inferiora p ſuperiora. & excluditur ſtatim tacita obiectio contra eam, dum dr̃, ꝙ gubernare per media conuenit Deo, non pp defectum virtutis, &c. ut patet in litera.

b 104 154 o Porrecta per totũ. 137 Infra q. 113. ar. 6. & 1. cõ. c. 76. 77. 81. & 94. & opu. 3. c. 154. & opu. 15. c. 14.

Ca. 17. tomo. 3.

Li. 12. metaphi. tex. 51. 10. 3.

¶ Attende nouitie, quòd inter prouidere, & gubernare hoc intereſt, ꝙ prouidere ẽ operatio immanens, gubernare uerò tranſiens. Et propterea prouidere non per ſeipſum, ponit imperfectionẽ in ipſo prouidente, qm̃ importat ipſum nõ ſtatuere in mẽte ſua totum omnium ordinem in omnem finem, ſed partem tantum: gubernare uerò per media nõ ponit imperfectionem in gubernante, niſi

Li. 14. Moraliũ, ca. 26. ante medium.

Concl. m h 235 105

Universidad de Deusto Biblioteca

ex eius defectu ꝓcedat, ſed ponit actionē eius trāſeuntē mul F aliud eſt, A, contingēter euenire: & aliud eſt, A, neceſſario euenire, & aliud eſt, A, infallibiliter, ſeu ineuitabiliter euenire. ſā primū.n. q̃ ſcdm importat ordinē effectus ad cām in actu poſitam. Illud quidem: qd ſua cā hēt potentiā ad vtrumlibet: hoc verò, qd ſua non pōt deficere ab ipſius cauſalitate. ſed tertiū cōuerſt
tis quaſi inſtrumentis expleri, quod inconuenire deo patet. ¶ Tertiò excludit ex dictis opinio Plat. ſatis clarè, de qua tū ſi diffuſè videre cupis quō ipugnet, lege tertiū cōtra Gen. c. 76. ibi.n. aduertes ēt, ꝙ non eſt intētionis pſentis, excludere medios ꝓuiſores, vt exe cutores diuini ordinis pertingentis vſq; ad minima (hoc.n. eſſet ēt tollere prudē tiā humanā) ſed excludere medios ꝓuiſores vt ꝓuiſores tñ, .i. ita ꝓuiſores, ꝙ nō executores pſati ordinis: ſed alterius, in diuino actu altet nō cōprehēſi. Et ſi vis ꝓſpicere concluſiones plenꝰ hic poſitas, lege tertiū cōtra Ge. c. 94. ubi nūc facta diſtinctio cū eiſdē cōcluſionib. diffuſiꝰ ponit, & manifeſtat in principio ſolutionis.

Conel. p.

Lib. 8. de prouidentia, c. 5.

SVPER QV. XXII. ART. IIII.

Eçi. 1. ſ. d. 39. q. 2. prin.
Cap. 1. d. 4. q. 1. a. 3. cō. 2. d. 4. q. 1. a. 3. cō. 6.
Bannes, eod. loco.

Titulus ex dictis in qōne. 19. ar. 3. clarus eſt. Eſt.n. qō vtrū ex poſitione diuinæ ꝓuidētię inō declarato, ſequatq; oīa prouiſa ſunt neceſſaria. ¶ In corpore duo facit. Primò ꝓponit cōcluſionē rñſiuā, annexa recitatione oppoſitæ opinionis. Secundò ꝓbat cōcluſionē ipsā. Cōcluſio eſt, Diuina ꝓuidētia imponit neceſſitatē qbuſdā, & nō oib. probat ſic. Ad ꝓuidentiā diuinā ptinet ordinare res in finē, ergo ad ꝑfectionē vniuerſi. ergo oēs gradus entiū ꝓducere. ergo qbuſdā effectib. pparare cauſas neceſſarias, & qbuſdā contingētes. nō igr ad eā ſpectat oib. neceſſitatē imponere. Prima cōſequētia ꝓbatur, qa pfectio vniuerſi ē principale bonū exiſtēs in ipſo: bonitas.n. diuina eſt lōge maius bonū, ſed ſeparatū ab vniuerſo, & finis eius ſeparatus, ut patet. 12. Metaph. Secunda aūt ꝓ

Lib. 9. de Ciui. Dei. ca. 1. & 2. tom. 5. Et li. 8. c. 14.

Q. 19. art. 5. & 8.
D. 919.

quib. effectib. ꝑfecit, dedit eis virtutem ad illos effectus producendos. Vndè oportet ꝙ ordinem illorum effectuum in ſua rōne præhabuerit.

ᵖ Quantū aūt ad ſm ſunt aliqua media diuinæ prouidentię, ᵠ qa inferiora gubernat ꝑ ſuperiora, non pp defectū ſuæ uirtutis, ſed pp abūdatiā ſuæ bonitatis, ut dignitatē cāſalitatis ēt creaturis cōicet. Et ſm hoc excluditur opinio Pla. quam * narrat Greg. Nyſſenus, triplicē prouidētiam ponentis. Quarum prima eſt ſummi Dei, q primò, & principaliter ꝓuidet reb. ſpiritualib. & cōſequēter toti mūdo q̄tum ad gña, ſpēs, & cauſas H uniuerſales. Secunda uerò ꝓuidētia eſt, qua ꝓuidet ſingularib. gñabiliū, & corruptibiliū. Et hāc attribuit dijs, q circūeunt cęlos, i. ſubſtantijs ſeparatis, q̄ mouent corpora cæleſtia circulariter. Tertia uerò ꝓuidētia eſt rerū humanarū, quā attribuebat dæmonib. quos Plat. ponebant medios inter nos, & Deos, ut narrat Auguſt. 9.* de Ciui. Dei.

Ad primvm ergo dicēdū, ꝙ hře miniſtros executores ſuæ ꝓuidentiæ pertinet ad dignitatem regis. Sed ꝙ nō habeat rōnem eorum, q̄ ꝑ eos agēda ſunt, eſt ex defectu ipſius. Omnis.n. ſcientia operatiua tantò perfectior eſt, quātò magis particularia conſiderat, in quibus eſt actus.

Ad ii. Dicēdū, ꝙ ꝑ hoc ꝙ Deus hēt immediatè prouidentiam de rebus oibus non K excluduntur cauſæ ſecundæ, q̄ ſunt executrices huiꝰ ordinis, ut ex ſupradictis patet.*

Ad iii. dicēdū, ꝙ nobis melius eſt non ᵈ cognoſcere, mala, & uilia, inq̄tum ꝑ ea impedimur à cōſideratione aliquorū meliorū, q nō poſſumꝰ ſimul multa intelligere; & inquantū cogitatio malorum peruertit interdū uoluntatē in malum. Sed hoc nō hēt locum in Deo, qui ſimul oīa G uno intuitu uidet, & cuiꝰ uolūtas ad malum flecti non poteſt.

Articvlvs IIII.

Vtrum prouidentia rebus prouiſis neceſſitatem imponat.

Ad qvartvm ſic proceditur. Vr, ꝙ diuina prouidentia neceſſitatem rebus prouiſis imponat. Omnis enim effectus qui habet aliquam cauſam per ſe, quæ iam eſt, uel fuit, ad quam de neceſſitate ſequitur, ʰ prouenit ex neceſſitate, ut Philoſophus probat in ſexto * Metaphyſ. Sed prouidentia Dei, cum ſit æterna pręexiſtit, & ad eā ſequitur effectus de neceſſitate: non.n. poteſt diuina prouidētia fruſtrari. Ergo prouidentia diuina neceſſitatem rebus prouiſis imponit.

¶ 2 Pręt. Vnuſquiſq; prouiſor ſtabilit opus ſuum quantum ʰ pōt, I ne deficiat: ʰ ſed Deus eſt ſummè potens. Ergo neceſſitatis firmitatem rebus a ſe prouiſis tribuit.

¶ 3 Præt. Boe. dicit † 4. de con. ꝙ fatum ab immobilibus prouidētiæ ꝓficiſcens exordijs, actus fortunasq; hominum ʰ indiſſolubili cauſarum connexione aſtringit. Vr ergo quòd prouidentia neceſſitatem rebus prouiſis imponat.

Sed contra eſt, quòd dicit Dion. 4. cap. de diui. no. quòd corrumpere naturam nō eſt diuinæ prouidētiæ: hoc autē habet quarundam rerum natura quòd ſint contingentia. Non igitur diuina prouidentia neceſſitatem rebus imponit contingentiā excludēs.

¶ 2 Præt. Pluralitas proprietatũ abſolutarũ, nõ facit diſtinctionẽ pſonarũ, neq; in Deo neq; ĩ nobis,[h] multò igit min⁹ pluralitas relationũ. Sed in Deo nõ eſt alia pluralitas niſi relationũ, vt ſupra dictum eſt*. Ergo nõ põt dici, ꝙ ĩ Deo ſint pulres pſonę.

¶ 3 Præt. Boe.† dicit de Deo loquẽs, ꝙ hoc verè vnũ ẽ in quo nullus eſt[h] numerus: ſed pluralitas importat numerũ. Ergo nõ ſunt plures perſonæ in diuinis.

¶ 4 Præt. Vbicũq; eſt numerus, ibi eſt totũ & pars. Si igitur in Deo ſit numerus pſonarũ, erit ĩ Deo ponere totũ & partẽ. Qđ ſimplicitati diuinæ repugnat*.

Sed contra eſt, quod dicit Athanaſius†, Alia eſt pſona patris, alia filij, alia ſpiritusſancti. Ergo pater & filius & ſpiritusſanctus, ſunt plures perſonæ.

Reſpon. dicendum, ꝙ [m] plures eſſe pſonas in diuinis, [n] ſequitur ex pręmiſſis. oſtenſum eſt.n. ſupra*, ꝙ hoc nomẽ pſona, ſignificat in diuinis relationem, vt rẽ ſubſiſtentẽ in natura diuina. Supra autẽ habitum eſt†, ꝙ ſunt plures relationes reales in diuinis. Vndè ſequit ꝙ ſint plures res ſubſiſtentes in diuina natura. Et hoc eſt eſſe plures perſonas in diuinis,

Ad primum ergo dicendum, ꝙ [d] ſubſtantia non ponitur in diffinitione perſonæ ſecundum ꝙ ſignificat eſſentiam: ſed ſecũdum ꝙ ſignificat ſuppoſitum. Quod patet ex hoc ꝙ additur indiuidua. Ad ſignificandum autem ſubſtantiam ſic dictam, habent Græci nomen hypoſtaſis. Vndè ſicut nos dicimus tres perſonas, ita ipſi dicunt tres hypoſtaſes. Nos autem non conſueuimus dicere tres ſubſtantias, ne intelligerentur tres eſſentiæ, propter nominis æquiuocationem.

Ad II[m] dicendum, quòd proprietates abſolutæ in diuinis (vt bonitas, & ſapientia) non opponuntur adinuicem, undè neque realiter diſtinguuntur. Quàmuis ergo eis conueniat ſubſiſtere, non tamen ſunt plures res ſubſiſtentes, quod eſt eſſe plures perſonas: proprietates autem abſolutæ in rebus creatis non ſubſiſtunt, licet realiter abinuicem diſtinguantur, ut albedo & dulce-

cõmodationem, tertiò, ꝙ cũ accõmodationis nõ eſt vſus, ut prima dicebat opinio, ſed ipſa uera & ꝓpria ſignificatio nominis, & ſic patet ſolutio nodi ꝓpoſiti in principio corporis: nã pſonę nomẽ rõne rei ſignificatæ plurificat realiter in diuinis: ratione verò modi ſignificandi non dicitur ad aliquid. Q.27. art. 3.

SVPER QV. XXX. ART. I.

Ferr. 4. con. c. 25. Egi. 1. 5. d. 2. q. 1. 2. prin. Cap. 1. d. 2. q. 3.

Titulus manifeſtè quærit de reali pluralitate.

¶ In corpore vnica ẽ cõcluſio reſpõſiua q̃ſito affirmatiuè. In diuinis ſunt plures pſonæ, & probatur ſic ... In diuinis ſunt plures relationes reales ergo ſunt plures res ſubſiſtẽtes ĩ diuina natura. ergo plures pſonæ, & tenet ſequela, quia pſona diuina ſignificat relationẽ ut rẽ ſubſiſtẽtẽ. ¶ In reſpõſione ad ſecũdũ, ubi ex eo ꝙ nõ opponunt in diuinis ſapiẽtia & bonitas, infert ꝙ nõ diſtinguitur realiter, nõ oportet aliud huius cõſequẽtiæ fundamentũ iacere, quã ꝙ ſola oppoſitio relatiua res diuinas diſtinguit. Nõ.n. abſolutẽ intulit ex negatione oppoſitionis, negationẽ diſtinctionis: ſed explicitẽ oppoſitiuly in diuinis. Et propterea hoc ſufficit ad propoſitum.

Universidad de Deusto Biblioteca

do. Sed ꝓprietates relatiuæ in Deo & ſubſiſtunt, & realiter abinuicē diſtinguunt vt ſupra dictum eſt.* Vnde pluralitas taliū proprietatum, ſufficit ad pluralitatem perſonarum in diuinis.

AD III.m Dicēdū, ꝙ à Deo ꝓpter ſummā vnitatē & ſimplicitatē excluditur omnis pluralitas abſolutè dictorū, non autē pluralitas relationū, q̄ relationes ꝓdicant de aliquo vt ad alterū.c Et ſic, cōpoſitionem in ipſo de quo dicunt nō importat, vt Boe.* in eodem libro docet.

AD IIII.m Dicēdū, ꝙ numerus eſt duplex. ſ. numerus ſimplex vel abſolutus, vt duo, & tria, & quatuor. Et eſt numer⁹, q eſt ī rebus numeratis, vt duo hoīes & duo eq. Si igit̄ ī diuinis accipiat̄ numer⁹ abſolutè, ſiuè abſtractè, nihil ꝓhibet ī eo eſſe totū &d partē, & ſic nō ē niſi in acceptione ītellect⁹ noſtri. non n. numer⁹ abſolut⁹ à reb⁹ numeratis eſt, niſi in intellectu. Si aūt accipiamus numerū ꝓut eſt in rebus numeratis, ſic ī rebus qdē creatis, vnū eſt pars duorū, & duo triū, vt vnus homo duorū, & duo triū. & ſic non eſt in Deo, q̄a tātus eſt pater, quanta tota trinitas, vt infra patebit.†

ARTICVLVS II.

Vtrum in Deo ſint plures perſonæ quàm tres.

AD SECVNDVM ſic ꝓcedit. Vr̄, ꝙ ī Deo ſunt plures pſonæ q̄ tres. Pluralitas. n. pſonarū ī diuinis ē ſm pluralitatē h ꝓprietatū relatiuarū, vt dictū ē.* Sed quatuor sūt relationes ī diuinis (vt ſupra dictum eſt) ſcilicet paternitas, filiatio, communis ſpiratio, & proceſſio. Ergo quatuor pſonæ ſunt in diuinis.

¶2 Præt. Nō plus h differt natura à volūtate ī Deo, q̄ natura ab intellectu: ſed ī diuinis ē alia pſona, q̄ ꝓcedit p modū volūtatis, ut amor, & alia, q̄ ꝓcedit p modū naturæ, ut filius. Ergo eſt ēt alia, q̄ ꝓcedit p modū ītellect⁹, ut uerbū, & alia, q̄ ꝓcedit p modū nat̄, ut fili⁹. Et ſic iterū ſeqt̄ ꝙ nō ſūt tātū tres pſonę ī diuinis.

¶3 Præt. In reb⁹ creatis qd h excellēti⁹ ē, plures hēt operationes intrinſecas: ſicut hō ſupra alia aīalia hēt ītelligere & uelle: ſed Deus ī infinitū excedit omnē creaturā. Ergo non ſolū eſt ibi pſona ꝓcedens p modū uoluntatis & p modū intellectus, ſed infinitis alijs modis, Ergo ſunt infinitæ pſonæ in diuinis.

¶4 Præt. Ex infinita bonitate patris ē, ꝙ īfinitè ſeipsū cōmunicet ꝓducēdo pſonā diuinā: ſed ēt ī ſpirituſancto ē īfinita h bonitas. Ergo ſpirituſſanctus producit diuinam perſonam, & illa aliam, & ſic in infinitum.

¶5 Præt. Omne qd̄ continetur ſub d̄terminato h numero, ē mēſuratū. numerus. n. mēſura q̄dā eſt. Sed pſonæ diuinæ ſunt immēſæ, ut patet p Athanaſ.* Immēſus pater, immēſus filius, immēſus ſpirituſſanctus. Nō ergo ſub numero ternario cōtinent̄.

SED CONTRA eſt, qd̄ dr̄. 1. Io. ultimo, Tres ſunt q teſtimoniū dāt in cęlo, pater, uerbū, & ſpirituſſanct⁹. Quærētibus aūt q̄d tres, reſpondet, Tres pſonę. ut Aug. dicit.* de tri. 7. Sunt igitur tres perſonæ tātum in diuinis.

RESPON. Dicēdū ꝙ ſm pmiſſa i m neceſſe ē ponere tātū tres pſonas ī diuinis.* Oſtēſum* ē. n. ꝙ plures pſonę sūt plures relatiōes ſubſiſtētes abinuicē realiter diſtinctę. Realis aūt diſtictio īter relationes diuinas, nō ē niſi ī rōne oppoſitionis relatiuę. Ergo oportet duas relationes oppoſitas ad duas pſonas ptinere. Si q̄ aūt relationes oppoſitę nō ſunt, ad eadē pſonā neceſſe eſt eas ptinere. Paternitas ergo & filiatio (cū ſint oppoſitę relationes) ad duas pſonas ex neceſſitate ptinēt. Paternitas igit̄ ſubſiſtēs ē pſona patris, & filiatio ſubſiſtēs eſt pſona filij. Aliæ autē duæ relationes ad neutrā harū oppoſitionē hēnt: ſed ſibijnuicē opponunt̄. impoſſibile eſt igit̄ ꝙ ambæ uni pſonæ cōueniant. Oportet ergo ꝙ uel una earū cōueniat utriq; dictarum pſonarū: aut ꝙ una uni, & alia alij. non aūt poteſt eſſe, ꝙ proceſſio conueniat patri, & filio, uel alteri eorū, q̄a ſic ſequeret̄, ꝙ proceſſio intellectus, quæ eſt generatio in diuinis, ſm quā accipitur paternitas & filiatio, ꝓdiret ex proceſſione amoris ſm quā accipit̄ ſpiratio & ꝓceſſio, ſi pſona generās & genita, ꝓcederēt à ſpirāte. Quod

SVPER QV. XXX. ART. II.

Fer. 4. cōtr. c. 11. 13. 25. Ego. 1. 5. d. 10. q. 2. 2. prin.

Q. 28. art. 4.

IN titulo aduerte, ꝙ intētio literæ ē nō ſolum diſcutere, an ſint plures pſonæ q̄ tres: ſed ēt an ſint pauciores, puta duæ tātum. Et hoc patet, tū ex ꝓpoſitione q̄ſitorū in principio hui⁹ q̄ſtionis (dicit. n. litera ibi, ꝙ ſecūdo q̄rendū eſt quot ſunt) tū ex cōcluſione reſpōſiua ī corpore articuli ꝓpoſita & illata, eſt. n. vna excluſiua. ſ. Perſonæ diuinę ſunt tātū tres: ad cuius veritatem patet oportere verificari, quòd nec ſunt plures nec pauciores.

a 165 c 166 a Loco citato.

¶ In corpore vnica cōcluſione excluſiua reſpōdet q̄ſito. Neceſſe eſt ponere perſonas in diuinis tres tātū. Et ꝓbatur ſimul quoad vtrāq; exponentē ſic. Plures pſonæ diuinæ ſunt plures relationes ſubſiſtētes, abinuicē realiter diſtinctę ſola oppoſitione relatiua: ergo oēs relationes oppoſitę ad diſtinctas pſonas, nō oppoſitæ ad eādē ꝑtinēt. ergo paternitas & filiatio ad duas ſpectāt pſonas. ſicq; paternitas eſt pſona patris, & filiatio eſt pſona filij, Tūc vltra. ergo aliæ duæ relationes. ſ. ſpiratio & ꝓceſſio, neutri pmiſſarū, ſed ſibijnuicē oppoſitæ, ad vnā pſonam nō ſpectant: ambæ ergo vel vna earum cōuenit vtriq; dictarū perſonarū vel vna vni, & alia alij: ſed proceſſio nō pōt cōuenire vtriq;, quia proceſſio intellectus prodiret ex ꝓceſſione amoris. ergo ſpiratio conuenit vtrique, vtpote nulli earū oppoſita. ergo ꝓceſſio cōuenit alij pſonæ. ergo ſunt tantū tres pſonę. ſ. pr̄ & fili⁹ & ſpūſſanct⁹.

D. 974.

Porrecta: q. totum. Queſt. 42 ar. 1. & 4. 174 Infra q. 41. art. 1. & q. 41. ar. 6. & 1. di. 10. ar. 5. & 4. cō. c. 12. uel. 13. & ca. 25. uel 26 & pot. q. 9. ar. 9. & opuſ. 2. c. 56. & 60. Art. præc.

¶ Circa hunc proceſſum dubium occurrit nō paruū, de modo procedendi: diminutus enim manifeſtè videtur & truncus. Tū quia proponit diſiunctiuā. ſ. ꝙ ſpiratio & proceſſio ſic ſe habent, ꝙ vel una earū cōuenit patri & filio, uel una patri & alia filio, & tū nō diſcutit ſecūdā partē diſiunctiuæ; cuius diſcuſſione pēdet, an perſonæ ſint pauciores q̄ tres. Tū quia ꝓponit eā negatiuā habentē duas partes. ſ. ꝓceſſio nō conuenit patri & filio vel alteri eorum. Et tamen non probat eam niſi quoad primam partem, ut manifeſtè conuincit tatio literæ & ſubiūcta uerba teſtāt̄. ſ. ſi perſona generans & genita procederēt à ſpirante.

In ſſim ſymbolo fidei.

¶ Circa eundē quoq; proceſſum dubium eſt: quoniam implicare vr̄ contradictoria. Ex una enim parte dr̄ ꝙ ſola relatiua oppoſitio diſtinguit realiter in diuinis, & ꝙ relationes ſecūdæ cōbinationis. ſ. ſpiratio & proceſſio, non opponuntur relationibus primę. ſ. paternitati & filiationi, & ex alia parte ꝓbatur realis diſtinctio proceſſionis à paternitate & filiatione. Ex his. n. arguo ſic. Ex primo dicto, ſola oppoſitio relatiua diſtinguit realiter: ſed ꝓceſſio non opponit̄ relatiuè paternitati, aut filiationi, ex ſecūdo dicto. ergo nō diſtinguitur realiter. Et ecōuerſo ꝓceſſio diſtinguit̄ realiter à paternitate & filiatione. ergo opponitur illi relatiuè: uel. ergo nō ſola oppoſitio relatiua diſtinguit realiter ī diuinis, oīa sūt cōtra literam. ergo.

Ca. 4. & ſequentibus tom. 1. Conc. in Art. præc. & 21. 4. q. 15. Art. præc.

¶ Ad primā dubitationem dicendū eſt, ꝙ decuit oīa mēbra diſcutiēda ꝓponere explicitè, ne aliquod eorū uideretur obliuioni traditū, & ut oſtēderet ex concluſione ꝓceſſus propoſita oīa īplicitè fuiſſe diſcuſſa. Modus autē, quo abſq; defectu oīa diſcuſſa, intelligunt̄ in hac breui litera, eſt hic, illatō ita cōmuni, ꝙ altera earum. ſ. ſpirationis & proceſſionis

eſt cōtra pmiſſa.* Relinquit̄ ergo, ꝙ ſpiratio cōueniat, & pſonæ patris, & pſonæ filij, vtpote nullā hēns oppoſitionē relatiuā, nec ad paternitatē, nec ad filiationē. Et p cōſequēs oportet, ꝙ cōueniat ꝓceſſio alteri pſonæ, q̄ dr̄ pſona ſpiritus ſcti, q p modū amoris procedit, vt ſupra habitū ē.* Relinquit̄ ergo tm̄ tres pſonas ēe ī diuinis. ſ. patrē, & filium, & ſpiritum ſanctum.c

AD 1m ergo dicēdū ꝙ licēt ſint quatuor relatiōes ī diuinis: tn̄ vna earū. ſ. ſpiratio, nō ſeparat̄ à pſona patris & filij: ſed cōuenit utriq;. Et ſic licēt ſit relatio, nō tn̄ dr̄ ꝓprietas. (q̄a non cōuenit uni tm̄ pſonæ) neq; relatio pſonalis. i. cōſtituēs pſonā. Sed hę tres relationes, paternitas, filiatio, & ꝓceſſio, dr̄ ꝓprietates pſonales, quaſi pſonas cōſtituētes. n. ī pr̄nitas ē pſona pr̄is, filiatio pſona filij, ꝓceſſio pſona ſpirit⁹ ſcti ꝓcedētis.

AD 2m dicēdū, ꝙ id qd̄ ꝓcedit p modū intellect⁹, ut uerbū procedit ſm rōnē ſſītudinis, ſicut ēt id qd̄ procedit p modū nāæ: Et iō ſ. dictū ē, † ꝙ proceſſio uerbi diuini, ē ipſa gn̄atio p modū naturæ. Amor aūt in q̄tū hmōi, nō procedit, ut ſſītudo illi⁹ à quo procedit: licet ī diuinis amor ſit coeſſētialis ī q̄tū eſt diuinus. Et iō proceſsio amoris, nō dr̄ gn̄atio ī diuinis.e

AD 3m dicēdū, ꝙ homo (cū ſit pfectior alijs aīalib.) hēt plures operationes intrinſecas, q̄ alia aīalia, q̄a eius pfectio ē p modū cōpoſitionis. Vn̄ in angelis, qui ſunt pfectiores, & ſimpliciores, ſunt pauciores operationes intrinſecæ q̄ in hoīe, q̄a ī eis nō eſt imaginari, ſentire, & hmōi: ſed in Deo ſm rem nō ē niſi vna operatio, q̄ ē ſua eſſentia. Sed q̄uo ſunt duæ proceſsiones ſupra oſtenſum eſt.*

AD 4m dicēdū, ꝙ rō illa procederet, ſi ſpirit⁹ ſanctus hēret aliā numero bonitatē à bonitate patris, oporteret. n. ꝙ ſicut pr̄ p ſuā bonitatē producit perſonā diuinā, ita & ſpirit⁹ ſanct⁹. Sed una & eadē bonitas, patris ē, & ſpiritus ſcti.f Neq; ēt ē diſtinctio, niſi p relationes pſonarū.* vn̄ bonitas cōuenit ſpiritui ſctō, quaſi habita ab alio patri aūt ſicut à quo cōicatur alteri. Oppoſitio aūt relationis nō pmittit, ut cū relatione ſpiritus ſcti, ſit relatio principij reſpectu diuinæ perſonæ, quia ipſe procedit ab alijs perſonis, quæ in diuinis eſſe poſſunt.

AD 5m dicēdū, ꝙ numer⁹ determinat⁹ (ſi accipiat̄ numer⁹ ſimplex q ē tm̄ ī acceptione ītellectus) p vnū mēſurat̄. Si uerò accipiat̄ numer⁹ rerū in diuinis pſonis, ſic nō cōpetit ibi rō menſurati, q̄a eadē eſt magnitudo triū pſonarū, ut infra patebit.* Idē aūt nō menſurat̄ per idem.

ARTICVLVS III.

Vtrum termini numerales ponant aliquid in diuinis.

AD TERTIVM ſic procedit̄. vr̄ ꝙ termini numerals ponāt aliqd ī diuinis. Vnitas. n. diuina ē ei⁹ h eſſētia: ſed oīs numer⁹ ē unitas repetita. ergo oīs termin⁹ numeralis ī diuinis ſignificat eſſētiā. ergo ponit aliqd ī Deo.

¶2 Præt. Quicqd dr̄ de Deo & creaturis eminentius conuenit Deo q̄ creaturis. Sed termini h numerales ī creaturis aliqd ponunt. Ergo multò magis ī Deo.

¶3 Præt. Si termini numerales nō ponūt aliqd ī diuinis: ſed inducunt̄ ad remouendū tm̄, ut p pluralitatē remoueat̄ unitas, & p unitatē pluralitas, h ſeqnt̄ ꝙ ſit circulatio in rōne, confundens intellectū, & nihil certificans, qd̄ ē incōueniens. Relinquitur ergo, ꝙ termini numerales aliquid ponunt in diuinis.

SED CONTRA ē, qd̄ Hilar. dicit ī. 4. de Trin.* Suſtulit ſingularitatis ac ſolitudinis ītelligētiā profeſsio cōſortij, qd̄ ē profeſſio pluralitatis. Et Ambr. dicit ī li. de fi. † Cū unū Deū dicimus, unitas pluralitatē excludit deorū, nō q̄titatē in Deo ponim⁹. Ex quib. vr̄, ꝙ hmōi noīa ſunt inducta in diuinis ad remouendū, non ad ponendum aliquid.

RESP. Dicendū, ꝙ Magiſter in ſententijs ponit, ꝙ termini numerales nō ponūt aliquid in diuinis, ſed remouent tantum. Alij uerò dicunt contrarium.

Ad euidētia igit̄ hui⁹ cōſidera

Q. 27. ar. 3. & 4.

ꝓceſſionis ineſt vtrique. ſ. patri, & filio, aut una uni & altera alteri, & ſubiūcto in ſpāli, ꝙ proceſſio nec vtriq; nec alteri ineſt, īcepit ꝓſequi primā partē tam primę q̄ ſecundæ ꝓpoſitionis: an. ſ. vna vtriq;. ſ. patri, & filio in ſit, & hoc examinando inchoauit à proceſſione, intuliq; partē negatiuā. ſ. ꝙ ipſa nō cōuenit vtriq;. Et eadē uia gradiendo cōſequēter reliquam. ſ. ſpirationē, concluſit cōuenire vtriq;. Et ſic abſoluto pri⁹ membro, prius propoſito ut rectus ordo poſcebat, reliqua membra ꝓpoſita nō fuit opus amplius diſcutere, q̄m ex affirmatione primi, & ꝓmiſſis huius ꝓceſſus, manifeſtè inueniunt̄ excluſa, dictū eſt. n. ꝙ ſpiratio, & proceſſio ad eandē non pōt pertinere perſonā, & nūc illatū eſt, ꝙ ſpiratio cōuenit patri, & filio. ergo manifeſtè ſequitur, ꝙ proceſſio nec vtriq; nec alteri conuenit, & ꝙ non pōteſſe ꝙ vna vni, & altera alteri conueniat, quæ propoſita fuerant. Nec obſtat ꝓceſſui huic ſic expoſito, ꝙ oī nota illatiōnis lr̄a inferat dicens: Relinquit̄ ergo, ꝙ ſpiratio, illatio. n. illa non reſpicit oīa antedicta ſed cōcluſiones hic præmiſſas: & uim dualitatis relationū. ſ. proceſſionis, & ſpirationis, & intendebat, ꝙ quia ſi non obuiat oppoſitio, altera harum identificatur utriq; ſcilicet patri, & filio, & proceſſio non poteſt identificari vtrique, relinquitur ꝙ ſpiratio identificetur utrique, utpote nullam habens ad utrūque oppoſitionem, ſic enim infert litera, & non abſolutè ſine additione præfati medij, ut patet intuenti.

Loco nūc citato. 219 — 183 — Q. 27. art. 3. — e 163 — 178 — Q. 27. ar. 1. & 4.

¶ Ad ſecundam uerò dubitationē, breuiter dicitur, quòd cum oppoſitio relatiua diſtinguens diuina ſit ſecundū ordinem originis, dupliciter poſſunt dici aliqua ibidem relatiuè oppoſita. ſ. ratione relationis, vel rōne originis, oppoſita rōne relationis ſunt tm̄ correlatiua, ut pater & filius adinuicē, & ſpirans, & ꝓcedēs ad inuicē. rōne autē originis oppoſita ſūt quęcunq; ſic ſe hēnt qd̄ vnū oportet eſſe ab alio, & nō ecōtra. Dico ergo primo, ꝙ ſecūda combinatio non opponit̄ primæ ratione relationis, & hoc intendit lr̄a dicens, neutram harū, oppoſitionē hēt ad aliquam illarū. Secūdò, ꝙ proceſſio opponitur vtriq;, rōne originis, quia origo amoris eſt ab intellectu, & nō econtra. Et hoc intendebat lr̄a excludens proceſſionem à patre, & filio, eſt. n. oppoſitio hic, oppoſitio relatiua originis, ſpiratio autē neq; rōne relationis, nec rōne ordinis originis, aliquā hēt ad paternitatē, & filiationē oppoſitionem, & propterea meritò coincidit cū vtraq;. Et ſi diuerſis rōnib. interpretando oppoſitionē relatiuā, nulla eſt implicatio in hoc proceſſu, ut patet ex dictis, & efficaciter probatum eſt perſonas diuinas eſſe tres tantum.

L. reſpon. 161 130 d — Q. 41. art. 1. & 2. — Porrecta per totū. — 175 1. diſt. 24. q. 1. art. 1. & pot. q. 9. ar. 7. & quol. 10. q. 1. art. 1.

¶ In reſponſione ad ſcdm aduerte, ſi vis cōplete videre quare proceſſio intellectus, & naturæ coincidit, nō aūt uoluntatis, tres d̄ras poſitas in q̄ōnibus de potētia, q. 10. art. 2. ad 11.

SVPER Q. XXX. ART. III.

S. Bona. 1. 5. d. 24. q. 1. a. 1.
Alenſ. 1. p. ſum. q. 45. mem. 1.
Scot. 1. 5. d. 24. q. 1.
Riccar. 1. 5. d. 23. q. 1.
Duran. 1. 5. d. 24. q. 1.
Mairo. 1. 5. d. 24. & 25.
Egi. l. 5. d. 24. q. 2. pri. prin.
Cap. 1. d. 24. q. 1. con. 1. con. 1.
Alb. mag. 1. d. 2. art. 19.
Pet. de Pal. 1. 5. d. 24. q. 1. & 2.

Lib. 4. de Trin. ante medium. — Amb. li. 1 de fide. c. 2. ante diſt. 10.

IN titulo termini numerales ſunt, vnus, duo, tres, &c. ponere aliquid, ē ſignificare aliqd poſitiuū, ita ꝙ ſenſus eſt

P 4 cuius

Universidad de Deusto Biblioteca

nũ dicimus ꝙ pater & filius ſunt duo, an ly duo pdicet aliquid poſitiuè, ut ſapiẽs, aut pater, an ſolã negationẽ, ut ly icorpore᷑. ¶In corpore quatuor facit. Primò refert duas extremas opiniones alterã magiſtri in 24. diſt. 1. tenentis ſolã negationẽ his terminis ſignificari, alterã oppoſitã. Secundo ponit quandã diſtinctionẽ de pluralitate pro fundamento tã ueritatis inueniendæ, q̃ erroris uitandi. Tertio prætexitatarum opinionũ radices oſtẽdit. Quarto reſpondet determinando.

250 D. 1679.

dũ eſt, ꝙ oĩs pluralitas cõſequit aliq̃ diuiſionẽ, ẽ aũt duplex diuiſio. Vna materialis, q̃ fit ſm diuiſionẽ cõtinui, & hãc cõſequit numerus q̃ ẽ ſpẽs q̃titatis. Vñ talis numerus nõ ẽ niſi i reb. materialib. habẽtib. q̃titatẽ. Alia ẽ diuiſio formalis q̃ fit p oppoſitas uel diuerſas formas. Et hãc diuiſionẽ ſequit multitudo q̃ nõ ẽ in aliquo gñe, ſed eſt de trãſcẽdentib. ſm qđ ens diuidit p unũ & multa. Et talẽ multitudinẽ ſolã cõtingit eſſe i reb. inmaterialib. Quidã igit nõ cõſiderãtes niſi multitudinẽ ſolã, q̃ ẽ ſpẽs q̃titatis diſcretæ (quia videbãt ꝙ q̃titas diſcreta nõ hẽt locũ in diuinis) poſuerũt, ꝙ termini numerales nõ ponunt aliquid in Deo, ſed remouẽt tñ. Alij uerò eãdẽ multitudinẽ cõſiderãtes dixerũt, ꝙ ſicut ſcientia ponit in Deo ſm rõnẽ propria ſciẽtiæ, nõ aũt ſm rõnem ſui gñis (qa in Deo ẽ qualitas) ita numerus in Deo ponit ſm propriã rõnẽ numeri, non aũt ſm rõnẽ ſui gñis, qđ eſt q̃titas. Nos aũt dicimus, ꝙ termini numerales, ſm ꝙ ueniũt in pdicationẽ diuinã, nõ ſumunt à numero, q̃ eſt ſpẽs q̃titatis, qa ſic de Deo nõ dicerent niſi metaphoricè, ſicut & aliæ pprietates corporaliũ, ſicut latitudo, lõgitudo, & ſimilia. Sed ſumunt à multitudine, ſm ꝙ ẽ trãſcendens. Multitudo aũt ſic accepta hoc mõ ſe hẽt ad multa de q̃b. pdicat, ſicut vnũ qđ conuertit cũ ente ad ens. Hmõi aũt vnũ (ſicut ſupra dictũ ẽ * cũ de Dei vnitate ageret) nõ addit aliq̃d ſupra ens niſi negationẽ diuiſionis tñ. Vnũ. n. ſigñat ens indiuiſũ. Et iõ de quocunq; dicat unũ, ſignificat illa res indiuiſa, ſicut unũ dictũ de hoĩe ſigñat ñaturã, uel ſubſtantiã hoĩs non diuiſã. Et eadẽ rõne cũ dñr res multæ, multitudo ſic accepta ſignificat res illas cũ in diuiſiõe circa vnãquanq; earũ. Numerus aũt q̃ ẽ ſpẽs q̃titatis, ponit qđdam accidẽs additũ ſupra ens, & ſiliter unũ qđ eſt principiũ numeri. Termini ergo numerales ſignificãt in diuinis illa de quib. dñr, & ſup hoc nihil addunt niſi negationẽ, ut dictũ eſt, & q̃tũ ad hoc, ueritatẽ dixit Magiſter i ſentẽtijs. Vt cũ dicimus, eſſentia ẽ vna, vnũ ſignificat eſſentiã idiuiſã. cũ dicimus, pſona ẽ una, ſigñat perſonã indiuiſã. cũ dicimus, pſonæ ſunt plures, ſignificant illæ perſonę & indiuiſio circa unamquanq; earum, quia de ratione multitudinis eſt, ꝙ ex unitatib. conſtet.

Ad primvm ergo dicendũ ꝙ unum cum ſit de tranſcendentib. eſt cõius q̃ ſubſtantia, & q̃ relatio, & ſimiliter multitudo. Vndè poteſt ſtare in diuinis, & pro ſubſtãtia, & pro relatione ſm ꝙ competit his quibus adiungitur. Et tamen per huiuſmodi nomina ſupra eſſentiam uel relationem, additur ex eorũ ſigñatiõne propria, negatio q̃dam diuiſionis, ut dictũ eſt.

Ad 2m dicendũ, quòd multitudo, q̃ ponit aliquid in rebus creatis, eſt ſpecies quantitatis, quæ non trãſmittitur in diuinã prædicationẽ, ſed tantùm multitudo trãſcendens, q̃ non addit ſupra ea de quib. dr, niſi in diuiſionem circa ſingula. Et talis multitudo dicitur de Deo.

Ad 3m dicendũ, ꝙ unũ non ẽ remotiuũ multitudinis: ſed diuiſionis, q̃ eſt prior ſm rationẽ quã unum uel multitudo. Multitudo aũt non remouet unitatem: ſed remouet diuiſionẽ circa vnũqđq; eorũ, ex q̃b. cõſtat multitudo. Et hęc ſupra expoſita ſũt, cũ đ diuina unitate ageret. Sciẽdũ tñ ẽ ꝙ authoritates

¶Quoad ſecundum, quia primum patet diſtinctio eſt iſta. Pluralitas eſt duplex ſcilicet materialis & tranſcendẽs. Et probatur ſic. Diuiſio eſt duplex. ſ. cõtinui, & oppoſitarum uel diuiſarũ formarũ, ergo & pluralitas quã diuiſionẽ ſequit. Et manifeſtãtur mẽbra diſtinctionis ex duab. alijs dñis præter prædictam radicalem, quia. ſ. materialis eſt ſpecies quãtitatis, tranſcendens autem, in nullo eſt genere. Et rurſus, illa non eſt niſi in quantis, iſta eſt in ſeparatis à materia.

¶Quoad tertiũ utraque opinio ſolã materialem multitudinem q̃ numerus uocatur, inſpexit: ſed alio calle inceſſit, dũ imperfectionem altera, altera uerò ultimam dñam, quaſi abſque imperfectione conſiderauit. Et ſic illa ad remouẽdum iſta ad ponẽdum terminos numerales aſſũptos dixit.

70

¶Quoad quartũ, cõcluſio reſp. quęſito eſt. Termini numerales in diuinis ſignificant illa de quib. dñr ſolã negationẽ addẽdo. Et probatur ac declaratur. probat quidem ſic. Termini numerales i diuinis nõ ſumuntur à numero qui eſt ſpecies quantitatis, ſed à multitudine tranſcendente, ergo ſignificant illa de quibus dicuntur ſola negatione addita. Antecedẽs quoad partem negatiuam, quæ directè eſt contra radicem vtriuſq; opinionis præmiſſæ probatur, quia aliter

Q. 11. ar. 3.

ſequeretur, ꝙ non dicerentur de Deo niſi metaphoricè, & probatur ſequela, quia proprietates corporales nõ niſi metaphoricè de Deo dicuntur, ut patet de latitudine, & longitudine, &c. Quoad partem uerò affirmatiuã, licèt explicitè non probetur, ſequitur tamen ex differentia inter utrãque multitudinem, & præcipuè ex illa, quæ ſtenet ex parte ſubiecti, cõſtat enim di-

nina eſſe de ordine immaterialium. Conſequẽtia uerò probatur ex dña inter utranque multitudinem ac utriuſq; principium unitatem, quoad ſigñandum aliquid poſitiuum uel negatiuum ſic. Vnum tranſcendenter ſignificat rem, quæ una dicitur, addita tantum negatione diuiſionis, ergo multa trãſcendenter ſignificat res quæ plures dñr addita tãtum negatione diuiſionis circa vnãquanq; : multitudo. n. ex unitatib. cõſtat. vnum uerò quod eſt principium numeri, & ipſe numerus, certum accidens poſitiuumque ſignificat, alioquin quantitatis ſpecies non eſſet &c. ergo ſi termini numerales in diuinis ſumpti ſunt à multitudine trãſcendenti ſignificant res illas, quib. adduntur ſola negatione addita, qđ erat probãdũ, manifeſtat aũt applicãdo ad eſſentiã, & perſonas, ut clarè patet in litera.

Concl. 12 13

¶Circa pdicta aduerte primò, ꝙ ex litera habes, ꝙ opinio authoris differt quoad radicẽ ab utraq; opinione pmiſſa. Quoad cõcluſionẽ uerò ſimpliciter differt à ſecũda. quam tñ abſque rõne aliqua approbare uidetur Scotus in quolibet. q. 14. circa principium artic. 1. dum trini nomen de Deo dictum à ſpecie quantitatis diſcretæ abſtrahit. A prima uerò differt ſecundũ aliquid, quia. ſ. non purè negatiuè ſignificare dicit, quamuis etiam negationẽ importare concedat cũ ipſo magiſtro.

In corp. ar. & ibi citat

¶Aduerte ſecundo, quòd ſunt hic multę propoſitiones diſputabiles, ſcilicet, quòd numerus eſt una certa ſpecies quantitatis & quòd non inueniatur niſi in reb. quantitatis. Et ꝙ unum principium numeri eſt aliquod accidens poſitiuum materiale. Sed quia præſentis negotij nõ ſunt, erit ſi tempus dabitur de his quæſtio ſpecialis.

¶Aduerte tertio, ꝙ cũ in litera dr ꝙ multitudo nihil addit ſupra ea, niſi i diuiſionẽ circa unãquanq; dupliciter intelligi po

Q. 11. ar. 1.

teſt. Primo, quòd ly. Nihil ſupponat pro poſitiuo, præciſa enim diſcuſſio ad hoc fit, ut ſciatur an poſitiuum aliquid addat, aut ſolam negationem non curando, utrũ unam uel plures, certum eſt enim multitudinem includere plures negationes. ſ. eam quam claudit unitas, quæ eſt indiuiſio in ſe, & eam quã addit multitudo, quæ eſt diſtinctio unius unitatis ab alia.

Secundo,

in oppoſitum inductæ, non pbant ſufficiẽter propoſitũ. licèt. n. pluralitate excludatur ſolitudo, & vnitate deorum pluralitas, non tamen ſequitur ꝙ his noĩbus hoc ſolum ſignificetur. Albedine. n. excluditur nigredo non tñ nomine albedinis ſignificatur ſola nigredinis excluſio.

Articvlvs IIII.

Vtrum hoc nomen perſona poſſit eſſe commune tribus perſonis.

Ad qvartvm ſic proceditur. Vr, ꝙ hoc nomẽ pſona, nõ poſſit eſſe cõe trib. pſonis. nihil. n. eſt cõe trib. pſonis niſi eſſentia. Sed hoc nomẽ perſona, nõ ſignificat eſſentiã in recto. Ergo non eſt commune tribus.

¶2 Præt. Cõe opponitur incõicabili. Sed de rõne perſonæ eſt, ꝙ ſit incommunicabilis, vt patet ex diffinitione Ricar. de ſancto Vict. ſ. poſita*. Ergo hoc nomen perſona non eſt cõe trib.

¶3 Præt. Si eſt cõe trib*, aut iſta communitas attenditur ſm rẽ, aut ſm rõnem. Sed non ſm rẽ, quia ſic tres pſonæ eſſent vna pſona. Nec iterũ ſm rõnem tñ quia ſic perſona eſſet vle. In diuinis aũt non eſt vle, nec etiã particulare, neque genus, neq; ſpecies, ut ſupra oſtenſum eſt.* Non ergo hoc nomen perſona eſt commune tribus.

Sed contra eſt, quod dicit Aug. 7. de Trin. ꝙ cum quæreretur quid tres, reſponſũ eſt, tres perſonę, quia commune eſt eis id quod eſt perſona.

Respon. Dicendum, ꝙ ipſe modus loquendi oſtendit hoc nomen perſona, tribus eſſe cõe cũ dicimus tres perſonas: ſicut cũ dicimus tres hoĩes, oñdim* hoĩem eſſe commune trib. Manifeſtũ eſt aũt, ꝙ non eſt cõitas rei, ſicut una eſſentia communis eſt tribus, quia ſic ſequeret vnã eſſe perſonã triũ, ſicut eſſentia eſt vna. Qualis aũt ſit cõitas, inueſtigantes diuerſimodè locuti ſunt. Quidam. n. dixerũt ꝙ eſt cõitas negationis pp hoc ꝙ i diffinitione pſonę ponitur incõicabile. Quidã aũt dixerũt ꝙ eſt cõitas intentionis, eo qđ in diffinitione perſonę ponit indiuiduũ, ſicut ſi dicat, ꝙ eẽ ſpeciem eſt cõe equo & boui, & vtrũq; horũ excludit per hoc, ꝙ hoc nomẽ perſonæ, non eſt nomẽ negationis, neq; intẽtionis ſed eſt nomẽ rei. Et ideò dicendum eſt. ꝙ ẽt in rebus humanis hoc nomẽ pſona eſt cõe cõitate rõnis, non ſicut genus uł ſpecies: ſed ſicut indiuiduũ vagum. Nomina. n. generum uel ſpecierum, ut homo, vel animal. ſunt impoſita ad ſignificandum ipſas naturas cões, non autem intentiones naturarum cõium, q̃ ſignificantur his nominibus genus vel ſpecies. Sed indiuiduũ vagum (ut aliquis homo) ſignificat naturam cõem cum determinato modo eſſendi, qui competit ſingularibus, vt. ſ. ſit per ſe ſubſiſtẽs diſtinctũ ab alijs. Sed in noĩe ſingularis deſignati, ſignificat determinatũ diſtiguẽs. Sicut in noĩe Sor. hęc caro, & hoc os. Hoc tñ intereſt, ꝙ aliq̃s hõ ſigñat naturã, vel indiuiduũ ex parte naturæ cũ modo exiſtẽdi q̃ competit ſingularibus. Hoc aũt nomen perſona, non eſt impoſitũ ad ſigñandũ indiuiduum ex parte naturæ: ſed ad ſignificandum rẽ ſubſiſtẽtẽ in tali natura. Hoc autẽ eſt cõe ſm rationem omnibus perſonis diuinis, ut unaquæque earũ ſubſiſtat in natura diuina diſtincta ab alijs. Et ſic, hoc nomen perſona, ſm rationem eſt commune tribus perſonis diuinis.

Ad primvm ergo dicendũ, quòd ratio illa procedit de cõmunitate rei.

Ad 2m. dicennum, quòd licèt perſona ſit incommunicabilis, tamen ipſe modus exiſtendi incommunicabiliter, poteſt eſſe pluribus communis.

Ad 3m. dicendum, ꝙ licèt ſit cõitas rationis & non rei, tñ non ſequitur ꝙ in diuinis ſit vle uel particulare, uel genus vel ſpecies: tũm quia neque in rebus humanis communitas perſonę eſt communitas generis uel ſpeciei: tũm quia perſonę diuinę habent vnum eſſe: genus autem & ſpecies & quodlibet vniuerſale prædicatur de pluribus, ſecundũ eſſe differentibus.

Secundo, ꝙ ponderet ly res illas in numero plurali, ſignificat. n. in actu exercito diuiſionem vnius ab alia & ſic ſupra res diuiſas multitudo nõ addit niſi negationẽ diuiſionis circa vnãquãque, & hoc modo ly nihil, ſtatim ponitiuo q̃ pro negatiuo.

SVPER Q. XXX. ART. IIII.

Ego 1. ſ. d. 25. q. 1. prima. Cap. 1. d. 25. d. 23. q. 1. con. 2. & d. 23. q. 1. con. 4. Pet. de Pal. 1. ſ. d. 2. q. 2.

Poteſtã ſu tot. 176

1. d. 25. ar. 1. & pũ. 0. 8. ar. 3. ad 11. & q. 9. ar. 4. ad 4.

172

Titulus clarus eſt. ¶In corpore tria facit. Primò oñdit qđ clarum & quid ambiguũ hic ſit. Secũdo refert aliorũ opiniones circa illud ambiguũ. Tertiò tãdem q̃ſito determinãdo. Quoad primũ, tria dicit. Primo de cõitate huius nominis, ꝙ eſt manifeſta, & pbat ex ipſo mõ loquẽdi, dicimus enĩ tres pſonas. Secũdo, de mõ cõitatis, ꝙ eſt & manifeſtus negatiuè, quoad modũ illũ quo eſſentia diuina eſt cõis, quia nõ eſt una perſona cõis tribus pſonis. Tertio de mõ cõitatis, ꝙ reſtat ambiguus, quo. ſ. pſona ſit cõis tribus.

Q. 29. art. ad 4. arg.

¶Quoad ſcdm duas referunt opiniones. Altera ꝙ eſt cõitas negationis. Altera, ꝙ eſt cõitas intentionis, illa ſuper diffinitione Ricardi, iſta ſup diffinitione Boetij fundata eſt utraq; tñ reprehendit ex pdeterminatis in pcedenti q̃ſtione, de ſignatione pſonæ quod. ſ. eſt nomen ſignificans indiuiſis, relationem per modum hypoſtaſis, & i cõi ſubam primã rõnalis naturæ, ac p hoc nec intentionis nec negationis eſt nomen. Et cũ cõitas attẽdatur penes ſignificatum, ſequitur, quod nõ ſit cõitas intẽtionis aut negatiõis ſed rei ſignificatæ.

Q. 5. ar. 3.

Li. 7. de tri. ar c. 4. & ſe quent. & li. 5. c. 9. in ſi. 10. 5.

¶Quoad tertiũ, cõcluſio reſponſiua q̃ſito ẽ. Nomẽ pſonæ eſt cõe tribus pſonis diuinis ſcdm rõnem, non ſicut genus, vel ſpecies ſed ſicut indiuiduũ vagũ. Hæc concluſio primò declaratur, ſecundò probatur. Declaratur quidem ex dña inter ſignificationes nominum generici, ſeu ſpecifici indiuidui vagi & ſingularis, & rurſus ex dña diuerſorũ nominum indiuidui vagi quia. ſ. hõ ſeu aĩal, ſignificat ipſam naturam, aliquis homo, ſeu perſona humana ſignificat naturam cũ determinato modo eſſendi. Sortes uerò ſignificat hoc ſubſiſtens in natura. Sed & aliquis homo, & perſona non eodem modo idem ſignificant, quoniam perſona ex parte modi. ſ. ſubſiſtentiæ. Aliquis uerò homo ex parte naturæ particularizationis adiuncto modo ſignificat. Probatur autem ſic. Eſſe ſubſiſtẽs diſtinctum ab alijs, cõe eſt tribus perſonis diuinis. ergo pſonæ nomen eſt eis ſic commune. etſi antecedenti adiungas, ꝙ ipſum non ſe habet ad perſonas diuinas vt ſpecies, aut genus: ſed vt indiuiduum vagum, inferetur tota concluſio vt propoſita eſt.

170

D. 718.

¶Circa pdicta aduerte, ꝙ cum in diuinis dicimus, Pater eſt Deus & rurſus, Pater eſt perſona diuina, licèt prædicatum ſecũda reſpectu prædicati primæ dicat modum illius, ac propterea dicatur commune, vt indiuiduũ vagum, reſpectu tamen ſubiecti eſt prædicatum eſſentiale. Tùm ex ratione communi quia modus ſubſiſtẽdi eſſentialis, eſt ex ſingularibus ſubſtantiæ. Tum ex ratione ſpeciali, quia perſona diuina relationẽ ſignificat, quam conſtat eſſentialiter prædicari de paternitate vel filiatione. Et eſſet ſimile de colore reſpectu albedinis & nigredinis, ſi albedo & nigredo conſtituerent ſingulare ſubſtantiæ. Vnde patet, ꝙ Scotus de ſignificatione & communitate perſonæ in ſupradictis tractans locis, & ponens communitatẽ negationis, aut poſitiui p modũ proprij, & à præſenti deuiauit doctrina, & nihil probauit oppoſitum.

e 16 89

1 223

SVPER

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVPER Q. XXXI. ART. I.

Egi. 1.ſ. d. 24. q. 2. 2. princip.
Alb. Mag. 1. d. ſ. 21. artic. 1.

IN titulo, trinitas ſcdm propriam ſignificationem vocabuli ſumitur.
¶ In corpore unica ē cõcluſio affirmatiuē rñdens, Trinitatis nomine in diuinis ē vtē dū. Et probat ſic. In diuinis ponit̄ pluralitas perſonarū: ergo ponēda eſt ēt trinitas earūdē. pbat̄ cõſequētia, qa q̄ ſignificat pluralitas indeterminatē, ſignificat trinitas determinatē, ĩportat.n. determinatū numerū. ſ. trinariū. Et ꝓcedit hęc ſ ſuppoſita veritate fidei. ſ. q̄ i diuinis ſīt vere tres perſonæ.

QVAESTIO XXXI.

De his quæ ad unitatem uel pluralitatem pertinent in diuinis, in quatuor articulos diuiſa.

POST hæc cõſiderandū eſt de his, quæ ad vnitatē vel pluralitatē pertinēt in diuinis.

ET circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, De ipſo nomine trinitatis. G

¶ Secūdò, Vtrum poſſit dici, filius eſt alius à patre.

¶ Tertiò, Vtrum dictio excluſiua, quæ vr̄ alietatem excludere, poſſit adiungi nomini eſſentiali in diuinis.

¶ Quartò, Vtrum poſſit adiungi termino perſonali.

ARTICVLVS I.

Vtrum ſit trinitas in diuinis.

porrecta per totū. 177
1. diſ. 24. q. 2. art. 2. & 2. d. 1. q. 1. artic. 5. cor. & op. 3. c. 30. 50. 51. & 52.

AD PRIMVM ſic procedit̄. Vr̄, ꝙ nõ ſit trinitas in diuinis. Oē.n. nomē in diuinis vel ſignificat ſubſtantiā[b] vel relationē. Sed hoc nomē trinitas, ñ ſignificat ſubſtātiā. ꝑdicaret̄.n. de ſingulis ꝑſonis: neq; ſigñat relationē, qa non dr̄ ſm nomē ad aliq̄. Ergo nomine trinitatis non eſt vtēdum in diuinis.

¶ 2 Prǣt. Hoc nomen trinitas, vr̄ eſſe nomen [b]collectiuū, cū ſignificet multitudinē. Tale aūt nomen nõ cõuenit in diuinis, cū vnitas ĩportata ꝑ nomē collectiuū, ſit minima vnitas. In diuinis autem eſt maxima unitas. Ergo hoc nomen trinitas, non cõuenit in diuinis. I

¶ 3 Prǣ. [h]Oē trinū ē triplex: ſꝫ i Deo ñ ē triplicitas cū triplicitas ſit ſpēs ĩęqualitatis. Ergo nec trinitas

¶ 4 Prǣ. Quicqd eſt in Deo, eſt in unitate eſſentiæ diuinæ, qa De⁹ eſt ſua eſſentia ſ. Si igit̄ trinitas eſt i Deo, [h]erit in unitate eſſentiæ diuinę. & ſic in Deo erūt tres eſſentiales unitates, quod eſt hæreticū.

¶ 5 Præt. In oĩbus quæ dicunt̄ de Deo, concretū ꝑdicatur de abſtracto. Deitas.n. eſt Deus, & paternitas eſt pater. Sed trinitas non põt dici trina, qa ſic eſſent nouē res in diuinis, quod eſt erroneū. Ergo nomine trinitatis noñ eſt utendum in diuinis. K

SED CONTRA eſt, ꝙ Athanaſius* dicit, ꝙ Vnitas in trinitate, & trinitas ĩ unitate venerāda ſit.

In ſuo ſymbolo fidei.

RESPON. Dđm, ꝙ nomen trinitatis ĩ diuinis, ſignificat determinatū numerū ꝑſonarū.[m] Sicut igit̄ ponit̄ ꝑl̄alitas ꝑſonarū ĩ diuinis, ita vtēdū ē noĩe trinitatis.[n] quia hoc idē, qđ ſigñat pluralitas indeterminatē, ſigñat hoc nomē trinitas determinatē. concluſ. m

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ hoc nomē trinitas, ſm etymologiam vocabuli, vr̄ ſignificare vna eſſentia triū ꝑſonarū, ſm ꝙ dr̄ trinitas quaſi triū vnitas. Sed ſm ꝓprietatē uocabuli ſigñat magis nu- F merū ꝑſonarū unius eſſentiæ, & ꝓp hoc nõ poſſumus dicere, ꝙ pr̄ ſit trinitas, quia nõ eſt tres perſonæ. Nõ aūt ſignificat ipſas relationes ꝑſonarū, ſed magis numerū perſonarū adinuicē relatarū, & indē eſt, ꝙ ſecundūm nomen, ad aliud non refert.

AD II. dđm, ꝙ nomē [d]collectiuū duo ĩportat. ſ. ꝑl̄alitatē ſuppoſitorū, & unitatē q̄dā. ſ. ordinis alicui⁹. Popul⁹.n. eſt multitudo hoĩum ſub aliquo ordine cõprehēſorū. Quātū ergo ad pͥmū, hoc nomē trinitas, cõuenit cū noĩb. collectiuis, ſed q̄tum ad ſm differt, quia in diuina trinitate, non ſolū eſt vnitas ordinis, ſed cum hoc, eſt ēt vnitas eſſentiæ. D. 158.

AD 3[m] dicendū, ꝙ trinitas abſolutè dr̄. Significat.n. numerū ternariū perſonarū. Sed triplicitas ſignificat proportionē inæqualitatis. eſt.n. ſpēs proportionis inæqualis, ſicut patet per Boe.* i arithmetica. Et iõ nõ eſt in Deo triplicitas: ſed trinitas. Lib. 1. c. 24.

AD 4[m] dđm, ꝙ in trinitate diuina intelligit̄ & numer⁹, & ꝑſonæ numeratę. Cū ergo dicim⁹ trinitatē in unitate, nõ ponim⁹ numerū in vnitate eſſentiæ, quaſi ſit ter una, ſed ꝑſonas numeratas ponim⁹ ĩ vnitate naturæ, ſicut ſuppoſita alicui⁹ naturæ dicunt̄ eē in natura illa. E cõuerſò aūt dicim⁹ unitatē in trinitate, ſicut natura dr̄ eē ĩ ſuis ſuppoſitis

H AD 5[m] dđm, ꝙ cū dicim⁹, trinitas ē trina rõne numeri ĩportati, ſigñat̄ multiplicatio eiuſdē numeri in ſeipſū, cū hoc qđ dico trinū, importet diſtinctionē in ſuppoſitis illius, de quo dr̄. Et iõ ñ p̄t dici, ꝙ trinitas ſit trina, qa ſequeret̄ ſi trinitas eēt trina, ꝙ tria eſſent ſuppoſita trinitatis, ſicut cū dr̄, De⁹ eſt trin⁹, ſequit̄, ꝙ ſunt tria ſuppoſita deitatis.

ARTICVLVS II.

Vtrum filius ſit alius à patre.

SVPER Q. XXXI. ART. II.

Alb. Mag. 1. d. q. ar. 4. Pet. de Palu. 1. ſ. d. 9. q. 1.

porrecta per totū. 178
1. d. 1. ar. 1. & d. 24. q. 1. ar. 1.

IN titulo hoc & ſequentibus huius q̄ſtionis, q̄ſtio eſt de his terminis ſcdm ꝓprias ſuas ſignificationes, ita ꝙ veras & ſanas reddant ꝓpoſitiones, puta: filius eſt alius à patre &c.
¶ In corpore quatuor facit. Primò õndit modū ſeruādū ĩ ſermone de trinitate. ſ. cautē & modeſtē, & declarat hoc dupliciter. Priõ ſ. cõi. authoritatibus Hieronimi & Auguſtini. Scđo in ſpeciali, ꝓp extremos errores Arrij & Sabellij. Scđo dicit quatuor cauēda noĩa ꝓp Ariū. ſ. diuerſitatis, diuiſionis, diſparitatis, & alieni. Tertiò quatuor ſimiliter cauēda ꝓp Sabellium. ſ. ſingularis, vnici, cõfuſi & ſolitarij. Q. iõ reſpõdet q̄ſito affirmatiuē. ſ. filius eſt alius à Patre, ꝓbatq; hoc ſic

*Lib. 7. de trin. c. 9.

Lib. 1. de fi. de ad ſtia nd. ca. 2. ante medi. to. 4.

*Hilar. 4. de trin. non longe a fine lib.

Deſide ad Petrū. ca. 1. poſt initium. tom. 3.

AD SECVNDVM ſic procedit̄. Vr̄, ꝙ fili⁹ nõ ſit ali⁹ à patre. Ali⁹.n. ē relatiuū[h] diuerſitatis ſubſtātiæ. ſ. Si igit̄ fili⁹ ē ali⁹ à patre, vr̄ ꝙ ſit à patre diuerſ⁹. Qđ eſt cõtra Aug. 7. de tri. *vbi dicit, ꝙ cū dicim⁹ tres ꝑſonas, ñ diuerſitatē ĩtelligere uolumus.

¶ 2 Prǣ. Quicūq; ſūt [h] alij abinuicē, aliquo mõ abinuicē differūt. ſi igit̄ filius eſt alius à patre, ſequitur ꝙ ſit differēs à patre. Quod eſt contra Ambr. in 1. de Fide.† vbi ait, Pater & filius deitate vnum ſunt. nec eſt ibi ſubſtantię differētia, neq; ulla diuerſitas.

¶ 3 Prǣt. [h] Alienū ab alio dr̄. Sed pater nõ eſt alienus à filio. dicit .n. Hilar. in 7. de trin.* ꝙ in diuinis ꝑſonis nihil eſt diuerſum, nihil alienū, nihil ſeparabile. Ergo filius non eſt alius à patre.

¶ 4 Prǣ. [h] Ali⁹ & aliud idē ſigñat, ſed ſola gñis cõſignatione differūt. Si ergo fili⁹ ē ali⁹ à patre, vr̄ ſeq; ꝙ filius ſit aliđ à patre.

SED CONTRA eſt ꝙ Aug.† di-

... maſculinē ... importat ... diſtinctionē ſuppoſiti. ergo. pbat̄ cõſequētia, qa filius eſt aliud ſuppoſitū diuinæ naturæ, q̄ pater ex æqualitate, qa. ſ. eſt alia ꝑſona & alia hypoſtaſis. Q. iõ dicit diſtinctio locū habet in diuinis, ut diſtinctio ſuppoſiti in corpore articuli, ꝓbat̄ ex natura oppoſitionis relatiuæ.

*Citatur. & eſt in magiſt. di. 2. in ſin. *Lib. 1. de tri. c. 3. in prin. t. 3.

cit ĩ li. de fide ad Petrū. Vna eſt A .n. eſſentia patris & filij & ſpiritusſancti, in qua nõ eſt aliud pr̄, aliud fili⁹, aliud ſpūs ſanctus, q̄uis ꝑſonaliter ſit alius pater, alius filius, alius ſpiritus ſanctus.

RESP. Dđm, ꝙ qa ex verbis inordinatē ꝓlatis incurrit̄ hæreſis (vt Hier. dici*) õ cū de trinitate loqmur, cū cautela & modeſtia eſt agēdū, qa ut Aug. dicit in 1. de trin:† Nec periculoſi⁹ alicubi errat̄, nec laborioſi⁹ aliquid q̄rit̄, nec fructuoſi⁹ aliqd ĩuenit̄. Oportet aūt in his q̄ de trinitate loquimur, duos errores oppoſitos cauere tēperatē inter utrūq; procedētes. ſ. errorē Arrij, qui poſuit cum trinitate perſonarū trinitatē ſubſtantiarum, & errorem Sabellij, qui poſuit cū unitate eſſentiæ unitatem perſonæ. 169

D. 702. ſeptimū vitanda.

Ad euitādū igit̄ errorē Arrij (vitare debem⁹ in diuinis, nomē diuerſitatis[d] & dr̄ię, ne tollat̄ unitas eſſentię, Poſſum⁹ aūt uti noĩe diſtinctionis ꝓp oppoſitionem relatiuā. Vñ ſicubi in aliqua ſcriptura authētica, diuerſitas uel dr̄ia ꝑſonarū inuenit̄, ſumit̄ diuerſitas, uel dr̄ia ꝓ diſtinctione. Ne aūt tollat̄ ſimplicitas diuinæ eſſentiæ, vitādū eſt nomen ſeparationis & diuiſionis q̄ eſt totius in partes. ne aūt tollat̄ æqualitas, vitādū eſt nomē diſparitatis. ne uerò tollat̄ ſimilitudo, uitādū eſt nomē alieni & diſcrepātis. Dicit.n. Amb. in li. de Fide* ꝙ in patre & filio nõ eſt diſcrepā: ſed una diuinitas. Et ſm Hila. (vt dictū eſt†) in diuinis nihil eſt ſeparabile. C

Amb. lib. 1. de fide ca. 2. ante medium tom. 4.

†Loco citato in ar. gu. 3. quatuor vitanda. ſ. ſingularis, vnici, cõfuſi & ſolitarij.

Ad uitādū verò errorē Sabellij uitare debem⁹ ſingularitatē, ne tollat̄ cõicabilitas eſſentiæ diuinæ. Vñ Hil. dicit. 7. de trin. Patrē & filiū ſingularē Deū ꝑdicare, ſacrilegū ē. Debem⁹ ēt uitare nomē unici, ne tollat̄ numer⁹ ꝑſonarū. vñ Hil.† in eo. lib. dicit, ꝙ à Deo excludit̄ ſingularitas, atq; unici intelligētia: dicim⁹ tñ unicū filiū, qa nõ ſunt plures filij ĩ diuinis. Neq; tñ dicim⁹ unicū Deū, qa pl̄rib. deitas eſt cõis. Vitam⁹ ēt nomē cõfuſi, ne tollat̄ ordo naturæ à ꝑſonis. vñ Amb. dicit 1. de Fide* Neq; cõfuſū eſt, ꝙ unū eſt, neq; multiplex eſſe p̄t ꝙ ĩdifferēs eſt. Vitādū eſt ēt nomē ſolitarij ne tollat̄ cõſortiū triū ꝑſonarū. Dicit.n. Hil. in 4. de trin.† Nobis neq; ſolitari⁹, neq; diuerſus De⁹ eſt cõfitēdus: hoc autē nomē alius, maſculinē ſumptū, nõ importat niſi diſtinctionē ſuppoſiti, vñ[m] cõuenienter dicere poſſum⁹, ꝙ fili⁹ eſt ali⁹ à patre, [n]qa. ſ. eſt aliud ſuppoſitū diuinę naturę, ſicut ē alia ꝑſona & alia hypoſtaſis D

*Tom. an te citato. tom. 4.

†L. 4. nõ multum ĩ nte medium.

Concl. m

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ alius, qa eſt ſicut qđdā articulare nomē tenet ſe ex parte ſuppoſiti vñ ad eius rõnē ſufficit diſtinctiõ ſubſtantiæ, q̄ eſt hypoſtaſis uel ꝑſona. Sed diuerſitas requirit diſtinctionē ſubſtantię, quæ eſt eſſentia. Et ideò non poſſum⁹ dicere, ꝙ filius ſit diuerſus à patre, licēt ſit ali⁹. E

D. 334.

AD 2[m] dđm, ꝙ dr̄ia importat diſtinctionē formæ. Eſt aūt tm̄ vna forma in diuinis, vt patet ꝑ id qđ dr̄ Philip. 2. Qui cū in forma Dei eſſet. Et iõ nomē differētis nõ ꝓpriè cõpetit in diuinis, ut patet ꝑ authoritatē inductā.* Vtit̄ tñ Dama.† noĩe dr̄iæ in diuinis perſonis, ſm quod proprietas relatiua ſignificatur per modum formæ. Vndè dicit ꝙ non differunt abinuicem hypoſtaſes ſm ſubſtantiam, ſed ſecundum determinatas proprietates. Sed differentia ſumitur pro diſtinctione, ut dictum eſt †.

In 1. arg. †Dam. li.

3 orthod. fide ca. 6. & 7.
In co. ar.

AD 3[m] dicendum, ꝙ alienū eſt qđ eſt extraneū & diſſimile. Sed hoc nõ importat̄ cū dr̄ alius. & ideò dicimus filiū aliū à parte, licēt nõ dicimus alienū.

Ad 4[m] dđm, ꝙ neutrū gen⁹, eſt ĩforme, maſculinū aūt eſt formatū, & diſtinctū & ſiſr[d] fœminum. Et ideò cõuenicter ꝑ neutrū genus ſignificat̄ eſſētia cõis, ꝑ maſculinū aūt & fœmininum, aliquid[d] ſuppoſitū determinatū in cõi natura. Vñ ēt in rebus humanis, ſi q̄rat̄. Quis eſt iſte, rñdet̄, Sor. quod nomē eſt ſuppoſiti. Si aūt q̄rat̄ qđ eſt iſte, rñdet̄, aĩal rõnale & mortale.[e] Et iõ quia in diuinis diſtinctio eſt ſm perſonas, non aūt ſm eſſentiam, dicimus ꝙ pater eſt alius à filio: ſed non aliud. & econuerſo dicimus, ꝙ ſunt unum: ſed non unus. D. 598. D. 848. 17

ARTICVLVS III.

Vtrum dictio excluſiua Solus, ſit addenda termino eſſentiali in diuinis.

SVPER Q. XXXI. ART. III.

Pet. de Palu. 1. d. 21. q. 1.

Porrecta per totū. 179
1. diſ. 21. q. 1. art. 1.

TItulus intelligētibus terminos ſatis clarus eſt.
¶ In corpore tria dicunt̄. Primò diſtiguitur ꝙ ly ſolus, põt accipi dupliciter. ſ. vt dictio categorematica, & ſyncategorematica, & ſatis clarē explanāt mēbra in litera. Deinde ponitur una cõcluſio reſpõſiua q̄ſito negatiuē. ſ. ſolus categorematicē nõ põt addi termino eſſentiali in diuinis, ꝓbat̄, qa ſequeretur. ſ. eū eē ſolitariū. Deinde ponit̄ altera cõcluſio affirmatiuē ſolus ſyncategorematicē, põt addi termino eſſentiali in diuinis, & ꝓbat, qa põt ſunt excludi cætera à cõſortio prædicati, vt patet dicēdo, Sol⁹ Deus eſt æternus.

El. 1. c. 3. a medio illius to. 1.

Lib. 6. de trin. c. 9. in princ. tom. 3.

AD TERTIVM ſic ꝓcedit̄. Vr̄, ꝙ dictio excluſiua, ſol⁹, nõ ſit acdēda termino eſſentiali in diuinis, qa ſm Philoſ. in elenc.* Solus ē q̄ cū alio nõ ē: ſed De⁹ ē cū angelis & ſctis aĩab. Ergo nõ poſſumus dicere Deū ſolū.

¶ 2 Prǣ. Quicqd adiūgit̄ termino eſſentiali in diuinis, [h]põt ꝑdicari de qualibet ꝑſona ꝑ ſe & de oĩb. ſimul. qa n. cõuenienter dr̄ ſapiēs De⁹ poſſumus dicere, pr̄ ē ſapiēs De⁹: & trinitas ē ſapiēs De⁹: ſed Aug. in 6. de trin.† dicit. Cõſiderāda eſt illa ſnīa, qua dr̄ nõ eſſe patrē verū Deū ſolū. ergo non poteſt dici ſolus Deus.

¶ 3 Præ. Si hæc dictio ſol⁹, adiungit̄ termino eſſentiali, aut hoc erit reſpectu ꝑdicati ꝑſonalis. aut reſpectu ꝑdicati eſſentialis: qa hæc ē falſa: ſolus De⁹ eſt pr̄, cū ēt hõ ſit pr̄. Neq; ēt reſpectu ꝑdicati eſſentialis, qa ſi hæc eēt vera, ſol⁹ De⁹ creat, vr̄ ſeq; ꝙ hæc eēt uera, ſolus pr̄ creat: qa qcqd dr̄ de Deo, põt dici d̄ patre. Hęc aūt ē falſa, qa ēt filius eſt creator. Nõ ergo hæc dictio Solus, põt ĩdiuinis adiūgi termino eſſentiali.

SED CONTRA eſt, quod dicitur. 1. ad Tim, primo, Regi ſec. immortali, inuiſibili, ſoli Deo.

RESP. Dđm, ꝙ hæc dictio, ſol⁹, põt accipi ut categorematica, vel ſyncategorematica. Dr̄ aūt dictio categorematica, q̄ abſolutē ponit rē ſignificatā circa aliqđ ſuppoſitū, ut albus circa hoĩem, cū dr̄ hõ alb⁹.[m] Si ergo accipiat̄ hæc dictio ſol⁹, nullo mõ põt adiūgi alicui termino in diuinis, qa ꝑ- Concl. m

neret ſolitudinē circa terminū cui adiūgeret, & ſic ſeqret Deū eē ſolitariū. Qđ eſt cōtra p̄dicta. * Dictio verò ſyncategorematica dr̄, q̄ iportat ordinē p̄dicati ad ſubiectū, ſicut hæc dictio oīs, vel null⁹. Et ſiſiter hæc dictio ſol⁹, qa excludit oē aliđ ſuppoſitū à cōſortio p̄dicati, Sicut cū dr̄, ſol⁹ Sortes ſcribit, nō dat intelligi q̄ Sor. ſit ſolitarius: ſed q̄ nullus ſit ei conſors in ſcribēdo, q̄uis cū eo multis exiſtentib. Et ʰ per hunc modū, nihil prohibet, hāc dictionē ſolus, adiungere alicui eſſentiali termino in diuinis, ᵖ inquantum excluduntur oīa alia à Deo à cōſortio prædicati. Vt ſi dicamus ſolus Deus eſt æternus, quia nihil præter Deum eſt ęternum. G

Art. præt. — 202 clu. p

AD PRIMVM ergo dđm, q̄ licèt angeli & aīę ſanctæ ſemp ſint cū Deo, tū ſi nō eēt p̄litas pſonarū i diuinis, ſequeret, q̄ De⁹ eſſet ſol⁹ vel ſolitari⁹. Nō .n. tollit ſolitudo p aſſociationē alicui⁹, q̄ eſt extraneę naturę. dr̄. n. aliqs ſolus eſſe in horto, q̄uis ſint ibi multæ plantæ & aīalia. Et ſiſiter diceret Deus eſſe ſol⁹ vel ſolitari⁹, angelis, & hoīb⁹ cū eo exiſtētib⁹, ſi non eſſent in diuinis perſonæ plures. Cōſociatio igit angelorū & aīarū, nō excludit ſolitudinē abſolutā à diuinis, multomin⁹ ſolitudinē reſpectiuā & per cōparationē ad aliquod prædicatum.

AD 2ᵐ. dđm, q̄ hæc dictio ſol⁹, ꝓpriè loquēdo H nō ponit ex parte p̄dicati ᵈ qđ ſumit formaliter. reſpicit. n. ſuppoſitū, inquātū excludit aliud ſuppoſitū ab eo cui adiungit. Sed hoc aduerbiū, tm̄, cū ſit excluſiuū, pōt poni ex parte ſubiecti & ex parte p̄dicati. Poſſumus. n. dicere, tm̄ Sortes currit. i. null⁹ alius. Et Sortes currit tm̄. i. nihil aliud facit. Vñ nō ꝓpriè dici pōt, pater eſt ſolus Deus, vel ᵈ trinitas ē ſolus Deus, niſi fortè ex parte p̄dicati intelligatur aliqua implicatio, vt dicat, trinitas eſt Deus, qui eſt ſolus Deus. Et ſm̄ hoc ēt poſſet eſſe vera iſtā, Pr̄ ē De⁹ q eſt ſol⁹ De⁹, ſi relatiuū referret p̄dicatū, & nō ſuppoſitū. Aug. aūt dicit patrē nō eē ſolūdeū, I ſed trinitatē eſſe ſolū Deū, loqtur expoſitiuè, ac ſi diceret, cū dr̄, regi ſeculorū inuiſibili, ſoli Deo, nō eſt exponēdū de pſona patris: ſed de ſola trinitate

D. 1052 — D. 1132

AD 3ᵐ. dđm, q̄ vtroq; mō pōt hæc dictio ſol⁹, adiungi termino eſſentiali. hæc. n. ꝓpoſitio: ſolus Deus eſt pr̄, eſt duplex, qa ly pr̄ pōt p̄dicare pſonā patris *. Et ſic eſt vera. Non. n. hō eſt illa pſona, vel pōt p̄dicare relationē * tm̄. Et ſic eſt falſa. Quia relatio p̄nitatis ēt in alijs inuenit, licèt eō uniuocè. Siſiter hæc eſt vera: ſol⁹ Deus creat. nec tū ſeqtur. ergo ſol⁹ pr̄. qa, ut ſophiſtæ dicūt, dictio excluſiua imobilitat terminū cui adiūgit, ut ñ poſſit fieri ſub eo deſcēſ⁹ ꝓ aliquo ſuppoſitorū. Nō. n. ſeqt ſolus hō eſt aīal rōnale mortale. ergo ſol⁹ Sortes. K

a 186 — 187

porrecta per totū. 180

SVPER Q. XXXI. ART. IIII.

Fer. 4. con. c. 25. Alb. Mag. 1. d. 21. artic. 5.

1. di. 21. c. 1. ar. 2. & 4. con. c. 25. & por. c. 10. ar. 4. ad 12.

Titul⁹ limitat⁹ ē; nō eſt. n. q̄tuntū poſſit addi dictio excluſiua termino pſonali, puta patri ab o-

ARTICVLVS IIII.

Vtrum dictio excluſiua poſſit adiungi termino perſonali.

AD QVARTVM ſic procedit. Vr̄, q̄ dictio excluſiua poſſit adiungi termino perſonali, ēt ſi prædicatū ſit cōe. Dicit. n. Dñs ad patrem loquens, Io. 17. F Vt cognoſcant te ʰ ſolū Deū verū. Ergo ſolus pr̄ eſt Deus ver⁹.

¶ 2 Prę t. Matt. 2. dr̄, ʰ Nemo nouit filiū niſi pater. Quod idē ſignificat ac ſi diceret, ſol⁹ pater nouit filiū. Sed noſſe filium eſt cōe. Ergo idem quod prius.

¶ 3 Prę t. Dictio excluſiua nō excludit illud ʰ qđ eſt de intellectu termini cui adiūgit. Vñ nō excludit partē neq; vl̄e. Nō. n. ſequit, ſol⁹ Sortes eſt albus. ergo G manus eius nō eſt alba. vel, ergo hō nō eſt alb⁹: Sed vna pſona eſt i itellectu alteri⁹, ſicut pater in itellectu filij & ecōuerſo. Nō ergo ꝑ hoc q̄ dr̄, ſol⁹ pr̄ eſt De⁹, excludit fili⁹ uel ſpūſſctūs. Et ſic vr̄ hæc locutio eſſe vera.

¶ 4 Prę t. Ab eccleſia cātat, Tu ſolus altiſſimus Ieſu Chriſte.

SED CONTRA. hæc locutio, ſolus pater eſt De⁹, hēt duas expoſitiuas. ſ. pr̄ eſt Deus, & null⁹ alius à patre eſt Deus: ſed hæc ſcđa eſt falſa, qa fili⁹ alius eſt à patre, q ē De⁹. ergo hęc ē falſa ſol⁹ pr̄ eſt De⁹, & ſic de ſimilib.

RESPON. Dđm, q̄ cū dicim⁹, ſolus pr̄ eſt Deus, hæc propoſitio pōt hr̄e multiplicē intellectū: Si. n. ſolus ponat ſolitudinē circa patrem, ſic eſt falſa ſm̄ q̄ ſumit categorematicè. Scđm verò q̄ ſumit ſyncategorematicè ſic iterū pōt intelligi multipliciter, I qa ſi excludat à forma ſubiecti, ſic ē vera, vt ſit ſens⁹, ſolus pr̄ eſt De⁹. i. ille cū quo null⁹ ali⁹ eſt pr̄ eſt De⁹. Et hoc mō exponit Au. in 6. de trin. * cū dicit. Solū patrē dicimus, nō qa ſeparat à filio, vel ſpū ſcto: ſed hoc dicētes ſignificam⁹, q̄ illi ſimul cū eo nō ſūt pater. Sed hic ſēſus non hr̄ ex cōſueto mō loquēdi, niſi itellecta alia implicatione vt ſi dicat: ille qui ſolus dr̄ pr̄, eſt deus. Scđm verò ꝓprium ſenſum excludit à cōſortio p̄dicati. Et ſic, hæc ꝓpoſitio eſt falſa, ſi excludit aliū, maſculine. Eſt aūt K vera, ſi excludit aliud neutraliter tm̄. qa filius eſt alius à patre, nō tū aliud. ſiſiter & ſpi. ſan. Sed quia hæc dictio, ſolus, reſpicit ꝓpriè ſubiectū (vt dictū eſt †) magis ſe hēt ad excludēdū aliū q̄ aliud. Vndè non ᵐ eſt extendenda talis locutio: ſed piè exponēda, ſicubi inueniatur in authentica ſcriptura. *

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ cum dicimus te ſolum Deum verum, non intelligitur de perſona patris: ſed de ſola trinitate, ut Augu. * exponit. Vel ſi intelligatur de perſona patris, non excludūtur aliæ perſonæ propter eſſentiæ unitatē, prout ly ſolus, excludit tantum aliud, ut dictum eſt. †

Et ſimiliter dđm eſt ad 2ᵐ. Cū. n. aliquid eſſentiale

Intē, ſed reſpectu p̄dicati cōis, puta uiuere intelligere, eſſe &c. ¶ In corpore reſpōdet q̄ſito quatuor concluſionib⁹ & corellarios poſuit aūt eas tali arte. Accipit primo unā ꝓpoſitionē, in qua dictio excluſiua addit termino pſonali reſpectu p̄dicati cōis, vt in ipſa clarè cæteræ inſpiciant. ſ. ſolus pater eſt Deus. Deinde diſtinguit quatuor ſēſus eiuſdē, diſtinguēdo ly ſol⁹ multipliciter & iuxta ſingulos ſēſus poſuit ſingulas concluſiones. Diſtinctio eſt ly ſolus dupliciter categorematicè, & ſic ē falſa, qa ponit patrē ſolitariū ſyncategorematice, & tūc, dupliciter: vel à forma ſubiecti, & ſic vera & impropria, vera quidem authoritate Aug. im ꝓpria aūt qa nō niſi cū implicito ſubintellecto, vel à cōſortio p̄dicati. Et hoc dupliciter. ſ. vel maſculine, & ſic falſa & ꝓpria, vel neutraliter & ſic vera & impropria, & ꝓbatur ambæ, quo ad ꝓpriè & impriè, quia ſolus proprie reſpicit ſubiectū magisq; excludit aliū q̄ aliud. Quoad veritatē verò & falſitatē, qa filius & ſimiliter eſt alius à patre & nō aliud: creatum. n. oportet eſſe qđ ē aliud Corollariū aūt eſt, q̄ hmōi ꝓpoſitiones impriæ nō ſunt extendendæ, ſed piè exponendæ.

Li. 6. de trinit. ca. 7 in fine. 9.

Art. præce. concluſ.

Li. 6. de trini. ca. 9.

In cor. ar.

tiale dr̄ de patre, non excludit filius, vel ſpi. ſan. ꝓp A eſſentię unitatē. Tū ſciēdū eſt, q̄ in authoritate p̄dicta hæc dictio, nemo, nō idē eſt qđ null⁹ hō, qđ vr̄ ſignificare vocabulū. Non. n. poſſet excipi perſona patris: ſed ſumitur ſm̄ vſum loquendi diſtributiuè, pro quacunque rationali natura.

AD TERTIVM dđm, q̄ dictio ᵈ excluſiua nō excludit illa q̄ ſunt de intellectu termini cui adiungit, ſi nō differūt ſm̄ ſuppoſitū, vt pars vl̄e. Sed filius differt ſuppoſito à patre. & ideò non eſt ſimilis rō.

AD QVARTVM dicendum, q̄ non dicimus abſolutè, q̄ ſolus filius ſit altiſſimus, ſed q̄ ſolus ſit altiſſimus cum ſpiritu ſancto, in gloria Dei patris. B

D. 182.

QVAESTIO XXXII.

De diuinarum perſonarum cognitione, in quatuor articulos diuiſa.

CONSEQVENTER inquirendum eſt de cognitione diuinarum perſonarum. ET circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum per rationem naturalem poſſint cognoſci diuinæ perſonę.

¶ Secundò, Vtrum ſint aliquæ notiones diuinis perſonis attribuendæ. C

¶ Tertiò, De numero notionum.

¶ Quartò, Vtrum liceat diuerſimodè circa notiones opinari.

SVPER Q. XXXII. ARTIC. I.

Fer. 1. cont. c. 14. Eg. 1. 5. d. 3. q. 4. 1. princ. Bannes q. 32. a. 1.

Titul⁹ ſatis patet ¶ In corpore tria facit. Primo reſpondet q̄ſito vnica concluſione negatiua. ſ. im poſſibile eſt per rōnē naturalē ad cognitionē trinitatis diuinarum perſonarum puenire. Et ꝓbatur. Hō p rōnē naturalē cognoſcit Deū tm̄ ex creaturis, ergo cognoſcit ipſum ſcdm id tm̄, qđ ē principiū entiū. ergo ſcdm id tm̄ qđ ptinet ad vnitatē eſſentiæ. ergo nō cognoſcit ea q̄ ptinēt ad diſtinctionē pſonarū. Prima cōſequētia ꝓbat qa creaturæ ducūt in Dei cognitionē, ſicut effectus in cām. Scda verò, quia virtus creatiua cōis eſt toti trinitati, & oīa ſunt manifeſta. Scdō declarat, q̄ afferre rōnes naturales ad trinitatē perſonarū nocet dupliciter. Primò rōne dignitatis fidei. Scdo vtilitatis ſidium

porrecta per totū. 181

1. d. 3. q. 1. ar. 7. cot. & 1. di. 3. q. 1. art. 4. & li. 1. cōtra c. 14. Et ve. ſit. q. 10. artic. 13. & Ep. 1. q. 1. ar. 1. cot. & Boet. tri. q. 1. ar. 1. Et Ro. 1. l. 6. fina. Li. 1. de cę lo tex. 2. † Li. 7 cōfeſ. c. 9. partum à prin. c. 3.

ARTICVLVS I.

Vtrum trinitas diuinarum perſonarum poſſit per naturalem rationem cognoſci.

AD PRIMVM ſic ꝓcedit. Vr̄, q̄ trinitas diuinarū perſonarū poſſit p naturalē rōnē cognoſci, D Philoſophi. n. nō deuenerunt in Dei cognitionē niſi p rōnē naturalē. Inueniunt aūt à Philoſophis multa dicta đ trinitate pſonarū, Dicit. n. Ariſt. * in 1. de cę. & mūd. Per hunc numerū. ſ. ternariū, adhibuim⁹ noſ ipſos magnificare Deū vnū, eminētē ꝓprietatib. eorū q̄ ſūt creata. Au. ēt dicit. 7. cōfeſ. † Ibi legi. ſ. in libris Platonicorū, nō qdē his verbis: ſed hoc idē oīno E multis, & multiplicib. ſuaderi rōnib. q̄ i pricipio erat verbū, & verbū erat apud Deū, & De⁹ erat uerbū, & hmōi q̄ ibi ſequūtur. In qb. uerbis diſtictio diuinarū pſonarū tradit. Dr̄ ēt in gl. Ro. 1. & Exo. 7. q̄ magi Pharaonis defecerūt in tertio ſigno. i. i notitia tertię pſonę. ſ. ſp. ſan. & ſic ad minus duas cognouerūt. Trimegiſt⁹ ēt dixit. * Monas genuit monadem, & in ſe ſuū reflexit ardorē. Per quod vr̄ gn̄atio filij, & ſpūs ſcti ꝓceſſio intimari. Cognitio ergo diuinarū ʰ perſonarum, poteſt per rationem naturalem haberi.

¶ 2 Prę t. Ric. de ſan. Vict. dicit in li. de Tri. * Credo ſine dubio, q̄ ad quācūq; explanationē veritatis, nō mō ꝓbabilia, imò ēt ʰ neceſſaria argumēta nō deſint. Vñ ēt ad ꝓbādū trinitatē pſonarū, aliq induxerūt rōnē ex infinitate bonitatis diuinę, q̄ ſeipsā infinitè cōicat in ꝓceſſione diuinarū pſonarū. Quidā verò p hoc, q̄ nulli⁹ boni ſine cōſortio pōt eſſe iucūda poſſeſſio. Au. * verò ꝓcedit ad manifeſtādū trinitatē pſonarū, ex ꝓceſſione verbi & amoris i mēte nr̄a. Quā viā ſ. ſecuti ſum⁹. † ergo p rōnē nālē pōt cognoſci trinitas pſonarum.

¶ 3 Prę t. ʰ Superfluv vr̄ hoi tradere, qđ humana rōne cognoſci nō pōt. Sed nō eſt dđm, q̄ traditio diuina de cognitione trinitatis ſit ſuperflua. Ergo trinitas perſonarū rōne humana cognoſci poteſt.

SED CONTRA eſt qđ Hila. dicit in li. 1. de Tri. Nō putet hō, ſua intelligētia, gn̄ationis ſacrm̄ poſſe cōſeq. Amb. † ēt dicit. Impoſſe ē, gn̄ationis ſcire ſecretū. Mēs deficit, uox ſilet. Sed p originē gn̄ationis & ꝓceſſionis, diſtinguitur trinitas in perſonis diuinis, ut ex ſupra dictis patet. * Cū ergo illud hō non poſſit ſcire & intelligentia cōſequi, ad quod ratio neceſſaria haberi non poteſt, ſequitur, q̄ trinitas pſonarū per rōnem cognoſci non poſſit.

RESP. Dđm, q̄ ᵐ ipoſſe eſt p rōnē nālē ad cognitionē trinitatis diuinarū pſonarū puenire. ⁿ Oſtēſū eſt. n. ſ. * q̄ hō p rōnē nālē in cognitionē Dei puenire nō pōt, niſi ex creaturis. Creaturę aūt ducūt in Dei cognitionē ſicut effect⁹ in cām. Hoc igit ſolū rōne naturali de Deo cognoſci pōt, qđ cōpetere ei neceſſe ē, ſm̄ q̄ ē oīum entiū pricipiū. & hoc fundamēto vſi ſum⁹ ſ. † in cōſideratiōe Dei. Virtus aūt curatiua Dei, ē cōis toti trinitati. vñ ptinet ad vnitatē eſſentię, nō ad diſtinctionē pſonarū. Per rōnē igit naturalem cognoſci pñt de Deo ea, q̄ ptinēt ad unitatē eſſentię, nō aūt ea q̄ ptinēt ad diſtictionē pſonarū. Qui aūt ꝓbare nitit trinitatē pſonarū naturali rōe, fidei dupl̄r derogat. Primò quidē, q̄tū ad dignitatē ipſi⁹ fidei, q̄ eſt ut ſit de reb. inuiſibilib⁹, q̄ rōnē humanā excedūt: vñ Apoſt. dicit ad Heb. 11. q̄ fides eſt de non apparētib⁹. & Apo. dicit. 1. Cor. 2. c. Sapiētiā loqmur inter pfectos. ſapiētiā uerò nō hui⁹ ſeculi: neq; principū huius ſeculi: ſed loqmur Dei ſapiētiā in myſterio, q̄ abſcōdita eſt. Scdō, q̄tū ad utilitatē trahēdi alios ad fidē. Cū .n. aliquis ad probādā fidē inducit rōnes, q̄ nō ſunt cogentes, cedit in irriſionē infideliū. Credūt. n. q̄ hmōi rōnib. innitamur, & ꝓp eas credamus. Quę igitur fidei ſunt, non ſunt tentanda probare niſi p authoritates, his qui authoritates ſuſcipiūt. Apud alios verò, ſufficit defendere non eſſe impoſſibile quod prędicat fides. Vndè Diony. * dicit. 2. cap. de di. no. Si aliquis eſt, q totaliter eloquijs reſiſtit, lōge erit à nr̄a philoſophia. Si aūt ad ueritatē eloqo rū. ſ. ſacrorū reſpicit, hoc & nos canone vtimur.

AD

q̄ clarè hātur in litera. Tertiò, infert q̄ ea q̄ ſunt fidei, tractāda ſunt tā cū fidelibus q̄ cū infidelib⁹ adiūcta authoritate Dioniſij, q̄ ex ſupradictis in q̄ſtione prima, clara ſunt.

In li. q̄ dr̄ Pimāder. Dialog. 4.

Lib. 1. trini. c. 4. circa pri.

Li. 10. de tri. c. 11. & 12. & lib. 9. c. 4. & ſequentib. com. 3. † Q. 27. articu. 1. & 3.

Pa. 5. a prīcipio lib. † Amb. l. 1. de fide ad Gratianum. c. 5. ante mediū. 10. 2. Q. 30. articul. 2. Concl. m

Q. 12. articul. 4. & 12.

Ca. 2. nō multū remote à princi.

Universidad de Deusto Biblioteca

SVPER Q. XXXII. ARTIC. II.

Cap. 1. d. 19. q. 1. con. 1. Bannes eodem loco. Alb. Mag. 1. diſt. 33. artic. 1.

IN titulo aduerte duo, quõ quæſtio eſt de q̃õne an eſt, an .ſ. ſint notiones in diuinis. Primò quid nominis ipſius notiõis. Notio namque in cõmuni, notificationẽ ſeu manifeſtationẽ importat propriè ſo quendo paſſiuè ſeu formaliter, ſicut lectio & auditio, & ſimilia. Ad diuina autem applicata ſumit̃ ꝓ ꝓprietatẽ vni⁹ vel duarũ perſonarũ. Et vĩ ꝙ B. Aug. primo introduxerit in hanc materiã notionis vocabulũ: dd. 5. de trin. ait, ꝙ alia eſt notio qua intelligit̃ ingenitus, & alia qua genitor. Scdõ ad ꝑfectionẽ doctrinæ ſcito, ꝙ notio ut ſumit̃ a theologis, in lr̃a ſequentis articuli diffinit̃ ſic. Notio eſt ꝓpria rõ cognoſcẽdi diuinã pſonã. Vbi nota, ꝙ ly rõ cognoſcẽdi, inſinuat, ꝙ ſit formale pricipiũ cognoſcẽdi, & ex hoc ſequit̃ ſtrictè loquẽdo, ꝙ ſignificet in abſtracto: ſicut .n. formale principiũ eſſendi oportet eſſe formam, ita formale principiũ cognoſcẽdi ut ſic, oportet concipi ac ſignificari vt formã. hoc aũt eſt vt quo aliquid eſt, hoc aũt importat abſtractũ. Et ꝓpterea in p̃nti artic. diſputatio cũ Præpoſitino circa abſtractũ & cõcretũ uerſat̃ nõ .n. eſt hic quæſtio de reb⁹ abſolutè: ſed vt ſignificatis ac nominũ cõcentib⁹ p noĩa, ly verò ꝓpria, inſinuat ꝙ ſignat aliquid ſpãle, alit̃ non eſſet ꝓpria cognoſcẽdi rõ, & ꝓp hoc (vt dicet̃) eſt ſe ab alio nõ eſt notio. Ly verò diuinã pſonã, inſinuat tria. Primo, ꝙ ſignat aliquid ꝑtinẽs ad originẽ, quia ordine originis diſtinguunt̃ diuinæ pſonæ. Scdõ, ꝙ id ꝑtineat ad dignitatẽ nõ eſſentialẽ ſed pſonalẽ quia pſona, dignitatis nomẽ eſt. Tertio, ꝙ ſi unius in ꝙ vnd. i. ꝙ ſi ſigni

109

*Li. 1. nõ multum procul a medio illius.

† Origenes Io. 1. ſuper illud. Et De⁹ erat verbũ. Et idẽ refert Hiero. in epi. ad Pammachiũ & Oceanũ, quæ incipit Schedulæ quas. t. 1.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ ꝙ philoſophi nõ cognouerũt myſteriũ trinitatis diuinarũ pſonarũ, ꝑ ꝓpria, q̃ ſũt p̃rnitas, filiatio, & ꝓceſſio, ſẽm illud Apoſt. 1. ad Cor. 2. Loqmur Dei ſapiẽtiã, q̃ nemo principũ hui⁹ ſeculi cognouit. i. philoſophorũ, ſẽm gl. Cognouerũt tñ q̃dã eſſentialia attributa, q̃ appropriant̃ pſonis, ſicut potẽtia patri, ſapiẽtia filio, bonitas ſpũiſc̃tõ, vt j. patebit. *Qd̃ ergo Ariſt. dicit ꝑ hũc G numerũ adhibuimus noſipſos, &c. nõ eſt ſic intelligẽdũ, ꝙ ipſe poneret ternariũ numerũ in diuinis. Sed vult dicere, ꝙ antiq vtebant̃ ternario numero in ſacrificijs & orationib⁹, ꝓp q̃dã ternarij numeri pfectionẽ. In libro ẽt Platonicorũ inuenit̃, In principio erat verbũ, nõ ſẽm ꝙ verbũ ſigñat pſonã genitã ĩ diuinis: ſed ſẽm ꝙ ꝑ verbũ intelligit̃ rõ idealis, ꝑ q̃ Deus oĩa con H didit, q̃ filio appropriat̃. Et licèt appropriata trib. pſonis cognoſcerẽt: dicunt̃ tñ in tertio ſigno defeciſſe. i. in cognitione tertiæ pſonæ, q̃ aã bonitate, q̃ ſpũi ſancto appropriat̃, deuiauerũt, dũ cognoſcẽtes Deũ, nõ ſicut Deũ glorificauerũt, vt dr̃ Rom. 1. vel qa ponebãt Platonici unũ primũ ens, ꝙ ẽt dicebãt eſſe patrẽ toti⁹ vniuerſitatis rerum, cõſequenter ponebãt aliã ſubſtãtiã I ſub eo, q̃ vocabãt mẽtẽ, uel p̃rnũ intellectũ. In qua erat rõnes oĩum rerũ, ſicut Macrobi⁹ *recitat ſuꝑ ſõniũ Scipionis. Nõ aũt ponebãt aliq̃ ſubſtãtiã tertiã ſeparatã, q̃ uideret̃ ſpiritui ſc̃tõ rñdere. Sic aũt nos nõ ponim⁹ patrẽ & filiũ ſẽm ſubſtãtiã differẽtes: ſed fuit error Origenis & Arrij † ſequẽtiũ Platonicos. Qd̃ verò Trimegiſtus dixit, monas monadẽ genuit, & in ſe ſuũ re- K flexit ardorẽ, nõ eſt referẽdũ ad gñationẽ filij vel ꝓceſſionẽ ſp. ſanct. ſed ad ꝓductionẽ mundi. Nã vnus Deus produxit vnum mũdum ꝓp ſuipſius amorem.

AD 2^m. dicẽdũ, ꝙ ad aliq̃ rem dupl̃r inducit rõ. Vno mõ ad ꝓbandũ ſufficiẽter aliq̃ radicẽ ſicut in ſcia naturali inducit̃ rõ ſufficiẽs ad ꝓbãdũ, ꝙ mot⁹ cæli ſemp ſit uniformis uelocitatis. Aliõ mõ inducit̃ rõ, nõ q̃ ſufficiẽter ꝓbet radicẽ: ſed q̃ radici iã poſitæ oñdat cõgruere cõſeqntes effect⁹. Sicut ĩ aſtrologia ponit̃ rõ ecẽtricorũ & epicyclorũ ex hoc, ꝙ hac põne facta, p̃nt ſaluari apparẽtia ſenſibilia circa mot⁹ cœleſtes, nõ tñ rõ hæc eſt ſufficiẽter ꝓbãs, qa ẽt fortè alia põne facta ſaluari poſſent. Primò ergo mõ, põt induci rõad ꝓbãdũ Deũ eẽ vnũ, & ſi'a. Sed ſcd̃o mõ, ſe hẽt rõ q̃ inducit̃ ad manifeſtationẽ trinitatis, qa .ſ. trinitate poſita cõgruũt huius rõnes nõ tñ ita, ꝙ ꝑ has rõnes ſufficiẽter ꝓbet̃ trinitas pſonarũ. Et hoc patet ꝑ ſingla. bõitas .n. iſinita Dei manifeſtat̃ ẽt ĩ ꝓductiõe creaturæ, qa iſinitæ uirtutis ẽ ex nihilo ꝓducere. *Nõ .n. oportet ſi iſinita bonitate ſe cõicat, ꝙ aliqd iſinitũ à Deo ꝓcedat: ſed ſẽm modũ ſuũ recipiat diuinã bõitatẽ. Sĩter ẽt ꝙ dr̃ ꝙ ſine coſortio ñ p̃t eẽ iucũda poſſeſſio alicui⁹ boni, locũ hẽt qñ ĩ una pſona nõ inenit̃ pfecta bonitas. Vñ, idiget ad plenã iucũditatis bonitatẽ, bono alicui⁹ alteri⁹ cõſociati ſibi. Sĩtudo aũt intellect⁹ nr̃i nõ ſufficiẽter ꝓbat aliqd de Deo, ꝓp hoc, ꝙ intellect⁹ nõ vniuocè inuenit̃ in Deo & in nobis. Et indè eſt, ꝙ Aug. † ſuper Io. dicit, ꝙ ꝑ fidẽ venitur ad cognitionẽ, & nõ ecõuerſo.

AD 3^m. dicẽdũ, ꝙ cognitio diuinarũ pſonarũ fuit neceſſaria nobis dupl̃r. Vno mõ, ad rectè ſentiẽdũ de creatiõe rerũ. Per hoc .n. ꝙ dicim⁹ Deũ oĩa feciſſe verbo ſuo excludit̃ error ponẽtiũ Deũ ꝓduxiſſe res ex neceſſitate naẽ. Per hoc aũt, ꝙ ponim⁹ ĩ eo ꝓceſſionẽ amoris, oñdit̃, ꝙ De⁹ nõ ꝓp aliq̃ idigẽtiã creaturas ꝓduxit, neq; ꝓp aliq̃ aliã cãm extrinſecã: ſed ꝓp amorẽ ſuæ bõitatis. Vñ & Moyſes, poſtq̃ dixerat. In pricipio creauit De⁹ cœlũ & terrã, ſubdit, Dixit Deus. Fiat lux, ad manifeſtationẽ diuini verbi. Et poſtea dixit: Vidit Deus lucẽ, ꝙ eſſet bona, ad oñdendum probationem diuini amoris. Et ſimiliter in alijs operibus. Alio mõ & principalius ad rectè ſentiẽdũ de ſalute generis humani, q̃ perficit̃ per filiũ incarnatũ, & per donũ ſpũs ſc̃ti.

ficet aliqd cõueniẽs plurib. (vt de ſpiratiõe patet) eñunciat illis inq̃tum vnũ. Et ſic patet ſolus. *In corpore duo pricipaliter facit. Primò, ponit opinionẽ. Præpoſitini. Scdõ, cõfutãdo illã, rñdet q̃ſito. ¶ Quoad primũ, tria. Præpoſitin⁹ dicit .ſ. opinionẽ, q. ſ. nõ ſũt ponẽdæ ꝓprietates ĩ abſtracto, ſeu notiones in diuinis. Et rãdicẽ opinionũ .ſ. ꝓp ſimplicitatẽ pſonarũ diuinarũ. Et expoſitionẽ ſacrorum eloquiorũ quo ad hoc .ſ. ꝙ abſtractũ exponẽdũ eſt per cõcretum. ¶ Quoad ſcd̃m, duo ex oppoſito ſũt. Primo, deſtruit̃ radix opinionis p̃dictæ. Secũdo, ꝓbat̃ oppoſita opinio. Primũ ſic ſit ſcd̃m ꝙ intelligim⁹, ſic noĩamus. ergo nominam⁹ diuina mõ nõ ſuo: ſed ſenſibiliũ. ergo noĩam⁹ ea, rõne ſimplicitatis noĩbus abſtractis, rõne verò ſubſiſtẽtiæ, noĩb⁹ cõcretis. ergo nõ p̃iudicat diuinæ ſimplicitati vti in diuinis abſtractis & cõcretis. Prima cõſequẽtia ꝓbatur: quia intellectus nr̃ nõ pungit ad cognoſcẽdũ Deũ ſcd̃m ꝙ in ſe eſt: ſed cognoſcit eũ more ſenſibiliũ. Scda verò ꝓbat̃, quia in ſenſibilib. abſtracti nomẽ ex ſimplicitate, concreti verò ex cõplemẽto ſtãdi, ſumptum eſt: rẽ quã per ſe patent. ¶ Cõtra hãc rõnẽ Aureo. apud Capreolũ. 1. 26. di. primi, arguit, uolens ꝓbare, ꝙ notio in diuinis diſtinguit̃ ab eo cui⁹ eſt notio, puta paternitas à patre, non ſolum ex mõ intelligendi ex ſenſibilib. orta, ut dicitur: ſed ẽt ex parte rei. Et arguit ſic. Vbicunq; abſtractũ differt à concreto, ſolo modo

Tract. 29. in Io. circa medium.

242 335

Poſtremã per totã. 188

Inf. q. 4. ar. 1. cor. & 1. d. 26. q. 1. art. 1. & di. 33. ar. 2. cor.

ARTICVLVS II.

Vtrum ſint ponendæ notiones in diuinis.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ non ſint ponendæ notiones in diuinis. Dicit

modo ſignificãdi, quicquid reale dicitur de vno, dr̃ de reliquo. Vt patet de deitate & Deo: ſed paternitas & pater non ſic ſe habent: q̃a paternitas ſe tota diſtinguit̃ a filio, nõ aũt pater. ergo. ¶ Ad hoc breuiter dr̃, ꝙ diſtinctionẽ inter abſtractũ & cõcretũ in diuinis ex diuina re oriri, põt dupliciter intelligi. Vno modo, ꝙ in Deo eſt aliquid, vndè verificat̃ abſtractum & cõcretũ. & hoc procul dubio eſt verũ, quoniã ſimplicitate abſtractum ſubſiſtentia cõcretum fundat. Alio modo ꝙ in diuinis ſit aliqua diſtinctio, ex qua oritur diſtinctio inter abſtractum & concretum. & hoc eſt chimericum. Vndè ad rationem in oppoſitum neganda eſt maior, cuiuſue propoſitio falſa eſt, quoniã generare prædicatur de Deo, non autẽ de deitate. Ad ueritatem namq; locutionum ex igitur, quòd abſtractum connotat rei ſignificatæ ꝑ ſubiectum ſub illo modo, quo ſignificatur, vt patet extra de trinitate & fide catholica.

¶ Secũdò, proponit oppoſitam opinionẽ & eſt cõcluſio reſpõſiua quæſito affirmatiuè, oportet in diuinis ſignificari in abſtracto & concreto non ſolum nomina eſſentialia, ſed etiam perſonalia .ſ. paternitatem & patrẽ &c. Et probatur concluſio duabus rõnibus, quarũ prima extendit ſe ad eſſentialia & perſonalia. Secũda autem ad perſonalia tantum. Eſt ergo prima talis, ut hæreticorũ inſtantiæ habeamus propria reſponſiua, & formatur ſic ratio. A confitentibus patrem & filium & ſpi. ſan. eſſe vnum Deum & tres perſonas, oportet rñderi interrogationibus, quo ſunt vnus Deus, & quo, vel quibus ſunt tres perſonæ ergo oportet dicere quòd deitate ſunt vnum, proprietatibus autem .ſ. paternitate, filiatione &c. ſũt plures, ſic enim & non aliter tribus interrogatiuis .ſ. quid, quis, & quo, reddimus tria propria reſponſiua.

¶ Cõtra hanc rõnem Greg. de Arimino. in 26. diſt. primi. inſtat, intendẽs eã ſoluere, dicens, quòd ꝓp hæreticorũ inſtantiã non oportet proprietates has diſtinguere. Quia Aug. docuit rñdere in ſermone de fide & ſymbolo. Credimus trinitatẽ pſonis diſtinctã ſubſtantia vnitam. Et Hier. in expoſitione fidei cath. ſubſtãtia vnũ ſunt: ſed pſonis ac nominibus diſtinguunt̃. ergo abſq; ꝓprietatibus habemus reſpõſiuũ, quo ſunt vnũ, & quo plures. ¶ Ad hoc tripliciter dicit̃. Primò quòd Gregorius malè innuiſſe vt hanc literæ huius rationem, tractatui de rebus abſolutè, quæ videtur ipſe ibidẽ intendere vt enim patet ex titulo totius quæſtionis, hic tractat̃ de cognitione diuinarũ perſonarũ, & non de eſſe earundẽ. Secundo, dicitur ꝙ malè ponderauit verba literæ dicentis, ꝙ oportet habere rñſiuũ ad interrogatiuũ quo, nõ reſpectu huius termini qui eſt trinitas: ſed reſpectu ẽt huius termini perſona, qd̃ conſtat ex neutra illarũ authoritatũ haberi. Tertio, ꝙ litera iuxta morem ſuum loquit̃ formaliter, & conſiſtit uis eius in hoc, ꝙ interrogatiuo quo, oportet reddi rñſiuũ quod ex proprio mõ ſignificandi ſignificat. vt quo, alioquin nõ quieſcit inſtantia quærentium. Conſtat aũt ꝙ pſona non ſignificat vt quo, cum ſit concretum nomẽ. Oportet igitur habeamus proprium rñſiuum quo, non reſpectu huius, aut illius termini: ſed ſimpliciter reſpectu concretorũ diuinorũ proprietates in abſtracto admittere in diuinis, & hoc directè intendit litera.

Cap. 1. parum a pri.

171 191

Lib. 1. Orthod. fid. c. 5. circa princ.

Q. 3. ar. 3. ad 1. præcipue. & q. 13. ar. 1.

enim Dion. 1. ca. de diui. no. *ꝙ nõ eſt audendũ dicere aliqd de Deo, præter ea quæ nobis ex ſacris eloq̃js ſunt expreſſa. Sed de notionibus nulla ſit mẽtio ĩ eloq̃js ſacræ ſcripturæ. Ergo ñ ſũt ponẽdæ notiões in diuinis.

¶ 2 Præ. Quicqd ponit̃ ĩ diuinis, aut ꝑtinet ad unitatẽ eſſẽtiæ, B aut ad trinitatẽ pſonarũ. Sed notiones nõ pertinẽt ad unitatem eſſẽtiæ, nec ad trinitatẽ pſonarũ. q̃ notionib⁹ .n. neq; p̃dicant̃ ea q̃ ſũt eſſẽtiæ. nõ .n. dicim⁹ ꝙ paternitas ſit ſapiẽs uel creet neq; ẽt ea q̃ ſũt pſonæ. nõ .n. dicim⁹ ꝙ paternitas gñret, & filiatio generetur. Ergo non ſunt ponendæ notiones in diuinis.

¶ 3 Præt. In ſimplicibus nõ ſunt ponẽda aliqua abſtracta, q̃ ſint C pricipia cognoſcẽdi q̃a cognoſcunt̃ ſeipſis: ſed diuinæ pſonæ ſũt ſimpliciſſimæ. Ergo nõ ſunt ponẽdæ ĩ diuinis pſoĩs notiões.

SED CONTRA ẽ qd̃ dicit Ioã. *Damaſ. dr̃iã hypoſtaſeõ, i. pſonarũ ĩ trib⁹ ꝓprietatib⁹ idẽ ẽ paternali & filiali & ꝓceſſioali, re D cognoſcim⁹. Sũt ergo ponẽdæ ꝓprietates & notiões ĩ diuinis.

RESP. Dicẽdũ ꝙ Prepoſitin⁹ attẽdẽs ſimplicitatẽ pſonarũ, dixit: nõ eẽ ponẽdas ꝓprietates & notiões ĩ diuinis. Et ſicubi inueniant̃, exponit abſtractũ pro cõcreto. Sicut .n. cõſueuim⁹ dicere, rogo benignitatẽ tuã. i. te benignũ: ita cũ dr̃ ĩ diuinis p̃rnitas, itelligit̃ De⁹ p̃r. Sed ſicut oñſũ ẽ ſ * diuinæ ſiplicitati nõ p̃iudicat, ꝙ ĩ diuinis vtamur nominibus cõcretis & abſtractis. Quia ſẽm ꝙ itelligim⁹, ſic nominamus. Intellect⁹ aũt noſter nõ põt ꝑtigere ad ipſã ſimplicitatẽ diuinã ſẽm ꝙ ĩ ſe ẽ cõſideranda: & ideò ſẽm modũ ſuũ diuina apprehẽdit & noĩat. i. ſẽm ꝙ inuenit̃ ĩ rebus ſẽſibilib⁹, à q̃bus cognitionẽ accipit. In q̃bus ad ſignificãdum ſimplices formas noĩbus abſtractis vtimur, ad ſignificãdũ vero res ſubſiſtentes, vtimur noĩbus cõcretis. Vñ & diuina, ſicut ſupra dictũ eſt † rõne ſimplicitatis ꝑ noĩa abſtracta ſignificam⁹, rõne verò ſubſiſtẽtiæ & cõplemẽti, ꝑ noĩa cõcreta. Oportet aũt nõ ſolũ noĩa eſſẽtialia ĩ abſtracto & ĩ cõcreto ſigñare (ut cũ dicim⁹ deitatẽ & Deũ, vel ſapiẽtiã & ſapiẽtẽ) ſed ẽt pſonalia, vt dicam⁹ p̃rnitatẽ & patrẽ. Ad qd̃ duo præcipuè nos cogũt. Primo q̃dẽ hæreticorũ iſtãtia. Cũ .n. cõfiteamur patrẽ & filiũ & ſpi. ſac̃t. eẽ vnũ Deũ & tres pſonas q̃rẽtib⁹ quo ſũt vn⁹ De⁹, & quo ſũt tres, ſicut rñdet̃ ꝙ ſũt eſſẽtia uel deitate vnũ ita oportuit eẽ aliqua noĩa abſtracta, q̃bus rñderi poſſit pſonas diſtigui. & hmõi ſunt ꝓprietates uel notiones in abſtracto ſignificãtes, ut paternitas & filiatio. Et ideò eſſẽtia ſignificat̃ in diuinis ut qd, pſona. uerò ut q̃s: ꝓprietas aũt vt quo. Scd̃ò, qa vna pſona inenit̃ in diuinis referri ad duas pſonas .ſ. pſona p̃ris ad pſonã filij & pſonã ſpi. ſan. Nõ aũt vna relatiõe, qa ſic ſequeret̃, ꝙ ẽt fili⁹ & ſpũs ſanctus, una & eadẽ relatione referrent̃ ad patrẽ. *Et ſic cũ ſola relatio ĩ diuinis multiplicet trinitatẽ, ſequeret̃, ꝙ filius & ſpũs ſãct⁹ nõ eſſẽt duæ pſonæ. Neq; tñ põt dici (vt Prepoſitin⁹ dicebat) ꝙ ſicut De⁹ vno mõ ſe hẽt ad creaturas, cũ tñ creaturæ diuerſimodè ſe hẽant ad ipſum ſic pater vna relatiõe refert̃ ad

Loci nũc proxime citatis

¶ Secunda uerò ratio primo ponitur, deinde a Præpoſitino ſoluitur. Tertio excluditur ſolutio dupliciter. eſt ergo ſecunda ratio perſona patris vna refertur ad duas perſonas .ſ. filij & ſpiritus ſancti, non vna relatione. ergo oportet in patre diſtinguere notiones. Antecedens quo ad ſecundam partem ꝓbatur, ducẽdo ad impoſſibile ſic. Si pater vna relatione reſpiceret filium & ſpi. ſan. filius & ſpi. ſanc. vna quoq; relatione reſpicerent patrẽ, & ſi ſic ergo filius & ſpiritus ſanctus non eſſent duæ perſonæ. Et probatur hæc vltima ſequela, qa ſola relatio multiplicat trinitatem. Prepoſitinus autem ſecunda partẽ antecedẽtis negans, cõſequẽtiam quoq; primã ducẽtẽ ad impoſſibile negabat, afferebatq; inſtantiam Ex eo ꝙ Deus vnica relatione ſe habet ad creaturas & tñ creaturæ pluribus relationibus referũtur ad ipſũ, ſic & ꝓportionaliter cẽſebat de filio & ſpũſc̃tõ ad patrẽ. ¶ Cõtra hanc aũt rñſionẽ dupliciter in litera argui. Primò ſic. rõ ſpecifica relatiui cõſiſtit in hoc, ꝙ eſt aliud ſe habere. ergo vni relationi ſecũdum ſpeciẽ, nõ poſſunt ex oppoſito correſpõdere duæ diuerſæ ſcd̃m ſpeciẽ. ergo relatiõibus filij & ſpi. ſan. nõ põt rñdere una relatio patris, quibus oĩbus relationib⁹ creaturarũ poſſit rñdere vna relatio ex parte Dei. Prima cõſequẽtia declarat̃ in patre & dño, reſpectu filij & ſerui. Scda aũt, qa relationes ſpi. ſan. & filij ſunt diuerſarũ rationũ, creaturarũ aũt ad Deũ vnius ſunt rationis. Secundò, peccat inſtantia, qa ſermo præſẽs eſt de relationibus realibus vtrinq;. Relatio aũt Dei ad creaturã non eſt realis. & propterea non oportet quod ſicut na-

Nullum

195

Nulli.n.inconueniens eſt multiplicare relationes rõnis in Deo.
¶Circa antecedens aſſumptum.ſ.Ratio ſpecifica relatiui conſiſtit in eſſe ad aliud : aduerte, ꝙ non intendit per hoc, ꝙ ratio ſpecifica relatiui ſumatur ex correlatiuo ad quod eſt,quem tamen ſenſum ſuperficies deductionis præfefert, quaſi arguere velit, ꝙ quia ſpecies relatiui ſumit ex termino,impoſſibile eſt relationi vnius ſpeciei correſpōdere terminos diuerſarū ſpecierū,hoc.n.eſt falſū qm apud ipſum ex eā ſeu fundamento conſurgit relationis ſpecies. Sed intēdit, ꝙ ſpecifica rō relatiui conſiſtit in eſſe ad aliud proportionale ſibi:quemadmodum enim relatiuum in cōi cōſiſtit in eſſe ad aliud in communi, ita relatiui ſpecies cōſiſtit in ordine ad aliud ſcd̄m ſpecie,ac per hoc unicum ſpeciei relatiuum conſiſtit in eſſe ad aliud vnicū ſpecie correlatiuum. Sic enim per ſe deſcendit ad aliqd proprijs differentijs in ſuas ſpecies.
¶Circa pdicta occurrit multiplex dubiū. Dubitatur enim primo de illa propoſitione. Pater refertur ad filium & ſpiritum ſanctum,nō vna,ſed duabus relationibus. Aut.n. eſt ſenſus, ꝙ ibi ſunt relationes duæ ſcd̄m rē, & hoc eſt falſiſſimū.qm ſpiratio & paternitas in patre ſunt vna res numero. Aut eſt ſenſus,ꝙ ſunt duæ ſecundum rationem. Et hoc, licet ſit verum,non eſt tñ ad propoſitum. Tum,quia de rebus in hac ratione eſt ſermo, q̄ ex natura relationum procedit. Tū quia ex præmiſſis prædictæ rationis manifeſtè ſequit̄,ſi eſt ualida,quod diuerſis ſpecie relationibus oportet diuerſas ſpecie relationes correſpondere. Conſtat autem,ꝙ ad diuerſitatem ſpecificam in rerum natura,non ſufficit diſtinctio rationis.
¶Dubium ſecundò eſt circa propoſitionem illam aſſumptā cōtra Prepoſitiuum.ſ.Vni relationi ſecundum ſpeciem,non poſſunt correſpondere duæ ſecundum ſpeciem. Manifeſtè enim tenemus oppoſitū, quoniam vni filiationi Sortis, reſpondent diuerſarum ſpecierum relationes.ſ.paternitas & maternitas parentum ipſius,vt in tertia parte q. 35.ar. 5. expreſſè habetur.
¶Ad primum dubium dicendum eſt,ꝙ hic ſunt duo.ſ.pluralitas relationis,& modus pluralitatis. De pluralitate quidem aſſerit litera partem affirmatiuam,volens ꝙ paternitas & ſpiratio ſunt duæ relationes reales,quæ diſtinguunt̄ differentijs relationis. De modo autem,quo ſunt duæ,ſuperius negata fuit diſtinctio realis,quia non opponuntur adinuicē relatiuè, & ſic non ſunt duæ realiter,quia non diſtinguuntur differentijs rei. Affirmare uerò quod ſunt duæ formaliter ſcd̄m rōnem tantū non quietat multorum intellectum, quia eſſe duo ſcd̄m rōnē nō eſt eſſe duo:ſed intelligi duo ſicut eſſe quantum ſcd̄m rōnē non eſt eſſe quantum,ſed intelligi quantum. Vnde,cum nulla ſit actualis diſtinctio præter realem aut rationis, reſtat ꝙ ſint duæ virtualiter.i.perinde ſe habēt ac ſi eſſet duæ,& hoc conſonat excellentiæ diuinæ rei,& eſt in rerum natura abſq; omni opere intellectus,ſufficitq; propoſito,reliquiſq; difficultatib⁹ ſoluendis:nam ſpecifica diuerſitas duarū relationū infert ſpecificam diuerſitatem relationum ſibi correſpondētiū formaliter,uel virtualiter,i.ꝙ illæ relationes correſpondentes habeāt ſpecificam diſtinctionem in rerū natura actualiter, vel pinde ſe habeant ac ſi haberent illā diſtinctionem actualiter. Et ſic, quoniā perſona patris hēt relationes duas, ſic qd vnaquæque vendicat ſibi propria,ac ſi eſſent ſeorſum actualiter duæ in re ideò oportet duas relationes in abſtracto æquum duas patris notiones ponere. Alioquin reſponderi nō,poſſet quærēti, quo pater,& quo ſpirator, cum conſtet patrem ad filiū, ſpiratorē verò ad ſpiritum ſanctū eſſe,verūtamen,propoſito ſufficere videt̄ affirmare, ꝙ diſtinguunt̄ formaliter quoniā tractatus iſte non eſt de rebus abſolutè,ſed ut intellectis & ſignificatis, vt patet ex litera.
¶Ad ſcd̄m verò dubium dr̄, ꝙ cum tradit propoſitionis S.T. ſit illa propoſitio Ariſt. 5.Meta.c. de ad aliquid.ſ. Nullū relatiuum dr̄ bis propter eandem rationem, quia ad aliquid hoc ipſum quod eſt ſui primo termini eſt, quem patet eſſe vnū iuxta ſimitationem illius fundamenti,limitanda ſunt conſequentia. Relatiuum igitur non dici bis, pōteſt dupliciter intelligi. Primo,nō dicitur bis.i. ad duo correlatiua ſolo numero diſtincta.& ſic credimus hoc eſſe falſum, quia Sortes albus eadem ſimilitudine ſimilis eſt omnibus albis. Secundò non dicitur bis.i.ad duo correlatiua diuerſarum rationum & ſic poteſt intelligi dupliciter.ſ.vel diuerſarum rationum partialiū. & ſic ēt nō eſt verū:ut ex illo articulo tertiæ partis patet.vel non partialium,& ſic eſt verum. Vndè notanter S. Tho. ibidem in vltimo argumento ex hoc eodem fundamento nō infert.ergo impoſſibile eſt unum relatiuum dici ad duo : ſed. ergo impoſſibile eſt, ꝙ vna relatio terminetur ad extrema oīno diuerſa,per ly omninò,non partialia inuuens. Voco autem relatiua partialia in propoſito,illa quorum fundamenta partialiter concurrunt ad vnum numero effectū,vt patet de patre & matre reſpectu filij,conſona autem veritati gloſa hæc oſtēditur ex eo,ꝙ propriè loquendo relatiuum non dicitur bis,quando plura ex eadem parte reſpicit, quaſi partes adæquati extremi: ſed quādo vnum ex una,& alterum ex altera parte reſpiceret, bis diceretur,vt ſpecies ad genus,& ad indiuiduum, & ſcientia diceretur ad ſcibile & ſcientem &c. S.Tho.ergo hic contra Prepoſitiuum intendit impoſſibile eſſe,ꝙ vna relatio ſcd̄m ſpēm habeat extrema diuerſarū rationū nō partialiū: proceſſio nanq; & filiatio nō hñt partialia fundamēta,ſed diuerſarū oīno rōnū ſcd̄m ſe pfectarū,qm filius pfectè terminat pceſſū itellect⁹:& ſimiliter ſpūſſctus pfect⁹ē termin⁹ pceſſiōis volūtatis.ſ tertia ſcpte extrema diuerſarū rōnū partialia reddidit filiationi vt pj.
¶In rñſione ad ſcd̄m dubiū occurrit, qd ſit ſignificari vt res,& qd ſignificari vt rō. Si.n. hoc idē eſt,ꝙ ſignificari in cōcreto q̄ abſtracto,litera contradicit ſibi,qa ſapiētia abſtractū nomē eſt & tñ de Deo dr̄,ꝙ diſponit oīa ſuauiter &c. Nō obſtāte ſibi tali mō ſignificādi. Si aūt intendit̄ diſtīa inter rē realē & rōnis,manifeſtē falſū,dr̄,qm paternitas rē realē ſignificat,ſicut & ſapiētia.
¶Ad hoc dr̄,ꝙ qa ly vt,aliquā cōditionē importat,& cōditio rei eſt exiſtere vel ſubſiſtere,nulla ſiquidē res ut res eſt, niſi ſit & ſimiliter nulla res vt res ſignificat̄,niſi vt ens,ſeu exiſtens ſignificet̄. Rō ſit,quia innoteſcendi gratia. 1.Topico. dicitur inuenta principiumq; notitiæ ſit actus & forma,ex nono Meta. cōditio rōnis eſt,ut ſit formaliter notificatiua.& proportionaliter ratio ſignificet̄ ut formale principiū ī cognoſcēdo, ſic enim modus ſignificandi correſpondet conditioni rōnis ut ratio eſt. Et qa hæc exercent abſtractum & concretum , ideò cōceditur ꝙ ſignificari

ad filiū & ad ſpi. ſan. cum tñ illi duo,duab.relationib⁹ referant̄ ad patrē. Quia cū rō ſpecifica relatiui cōſiſtat ī hoc,ꝙ ad aliđ ſe hēt:neceſſe ē dicere,ꝙ duę relationes ñ ſūt diuerſę ſm ſpēm ſi ex oppoſito vna relō eis corrñdeat. Oportet.n.aliā ſpēm relationis eē dñi & patris, ſm diuerſitatē filiationis & ſeruitutis Oēs aūt creaturæ ſub vna ſpē relōnis referunt̄ ad Deū, ut ſūt creaturę ipſi⁹. Fili⁹ aūt, & ſpūs ſctūs nō ſm relōnes uni⁹ rōnis referunt̄ ad patrē.vñ nō eſt ſīr. Et iterū ; in Deo nō reqrit̄ relō realis ad creaturā,vt ſ.dictū ē.* Relōnes aūt rōnis in Deo multiplicare nō ē incōueniēs. Sed in patre oportet eē relōnē realē, qua referē ad filiū & ſp.ſan. Vñ, ſm duas relōnes filij & ſpi.ſanc. qb.referunt̄ ad patrē,oportet ītelligi duas relōnes ī patre, qb. referat̄ ad filiū & ſp. ſan. Vñ,cū ñ ſit niſi vna pr̄is pſona, neceſſe fuit ſeorſum ſignāri relōnes in abſtracto, quæ dicuntur proprietates & notiones.

Ad 1^m. ergo dr̄m,ꝙ licē đ notionib. nō fiat mentio in ſacra ſcriptura, ſit tñ mētio de perſonis,in quibus intelligunt̄ notiones, ſicut abſtractū in cōcreto.

Ad 2^m. dr̄m,ꝙ notiones ſignāt̄ ī diuinis, ñ vt res: ſed ut rōnes q̄dā, qb. cognoſcunt̄ pſonę,licēt ipſę notiōes relōes realiter ſint ī Deo,ut ſ.dictū ē.* Et iō,ea q̄ hñt ordinē aliquē ad actū aliquē eſſētialē uł pſonalē,ñ pñt dici đ notionib.qa hoc repugnat mō ſignāndi ipſarū.* Vñ nō poſſum⁹ dicere, ꝙ pr̄nitas gñet, vł creet, ſicut ſapiētia vł itellect⁹. Eſſentialia verò, q̄ ñ hñt ordinē ad aliquē actū: ſꝫ remouēt cōdōnes creaturę à deo pñt p̄dicari de notionib. poſſum⁹.n.dicer̄,ꝙ pr̄nitas ē ęterna, vł imēſa uel quodcūq; hmōi. Et ſilr̄ pp idētitatē rei pñt ſubſtātiua pſonalia & eſſētialia p̄dicari đ notiōib. poſſum⁹.n.dicer̄ ꝙ pr̄nitas ē De⁹, & deitas ē pr̄.

Ad tertium dicendū, ꝙ licēt pſonę ſint ſimplices, tñ abſquè pręiudicio ſimplicitatis, pñt ꝓpriæ rationes perſonarū in abſtracto ſignificari,ut dictū eſt.*

gnificari vt res,coincidit cum cōcreto, & vt rō cum abſtracto. ¶Ad obiectionem in oppoſitum dr̄, ꝙ licēt pñb. abſtractis ex mō ſignificādi cōe ſit nō cōgruere operationib, inter abſtracta tñ eſt magna latitudo,ex parte ipſi⁹ rōnis formalis ſignificatæ. Quorūdā.n. rō formalis ſecundū ſe nullū hēt ordinē ad opus, vt patet in relationibus: quorūdā aūt ſecūdū ſe hēt ordinē ad op⁹ vt ſapiētia ad ordinādū, iuſtitia ad reddēre unicuiq; ſ⁹. &c. Illa abſtracta, q̄ ex rebus formaliter ſignificata opus reſpiciūt,cōgruā ꝓpoſitionē admittunt, ut in litera de ſapiētia & intellectu dr̄. Reliqua aūt ut pr̄nitas & relīq notiones, qa nec ex mō ſignificandi, nec ex ꝓpria rōne formali opis principia ſūt, cōgruā enunciationē hic nō pñt circa operationes, vt in litera dicitur. vñ, nulla eſt contradictio. verò filij,ex ly qui ab alio,hr̄ filiatio:ex ly vero, à quo alius,hr̄ eadē ſpiratio. Quo ad pſonam uerò ſpiritus ſancti , ex li q ab alio,hr̄ proceſſio ex ly uerò, à quo alius,nec poſitiuē,nec negatiuē aliqua ponit̄,pp rōnē ſubiunctā in rñſione ad quartum.
¶Quo ad ſecundū, determinatur & numerus ſimul cum ipſis rebus numeratis illorū quatuor, ſ. notionis, relationis, ꝓprietatis, & pſonalitatis, ut formaliter poſſit locutio interpretari: ne unū cōfuſè pro alio accipiat̄. Et litera ſatis clarè patent. Si qua uerò circa hæc ſunt dubia cū ſiſtentia,aut circa innaſcibilitatem, inferius proprijs locis patebunt.
¶Circa diſcuſſionem factam in litera poſt rñſiones ad argumēta, occurrit dubium motū à Scoto in 28. diſt.q.1.argum.3.& hic intactū. Quare.ſ. nō eſt ponenda ſexta notio,ſ. inſpirabilitas cōis patri & filio : ſicut.n.pater innoteſcit poſitiuē dupliciter & negatiuē negatione utriuſque originis, uel primæ earum : ita filius, cū ſibi conueniat negatio vnius earum, debet illa innoteſcere.
¶Ad hoc dubium nihil inuenio à S.T. dictū in ſpāli reſpectu pſonæ filij. Inferius nanque q. 33.ar.4. Et in 1. ſen.diſt. 28.q.1. ar.1.ſolutionem huius dubij dedit ſquā tum tangit perſonā pr̄is dicēs, ꝙ innaſcibilitas importat negationē utriuſq; originis. Ex hoc.n. manifeſtè patet, ꝙ in pr̄e nō eſt opus inſpirabilitate. Sed præſens dubiū eſt de perſona filij. Ea quoque, quę de ſufficiētia notionū 26.diſt.1.dicit,male poſſent ad hoc applicari. Tūm, quia ēt iſpirabilitas dicit aliquid ſpeciale, eſt.n. negatio in gñe &c. Tūm, quia etiam innaſcibilitas conceditur à S.Tho. notio,ut eſt negatio natiuitatis , ut patet infra. Scotus autem ubi ſupra, quaſi uellet introducere ſextam notionem , non audet tamen ſe contra tot tēſtem opponere doctorum,quinq; tantum notiones approbantium. Vnde,niſi (inquit) aſſignet aliqua ratio de hac,ſexta erit concedenda notio. Videtur autem mihi, ꝙ ſufficiēs habetur ratio,quare inſpirabilitas nō eſt ponēda inter notiones.

Articulus III.

Vtrum ſint quinque notiones.

Ad tertium ſic proceditur. Vr̄,ꝙ nō ſint quinq; notiones. Propriæ.n.notiones pſonarū,ſūt relationes q b. diſtinguūtur. Sed relationes ī diuinis nō ſūt niſi quatuor, ut ſupra dictū eſt.* Ergo & notionees ſunt tātum quatuor.

¶2 Præt. Propter hoc, ꝙ ī diuinis ē una eſſētia,dr̄ De⁹ un⁹: pp hoc aūt, ꝙ ſūt tres perſonæ, dr̄ Deus trinus. Si ergo in diuinis ſunt quinq; notiones , dicetur quinus. Quod eſt inconueniēs.

¶3 Præt. Si trib. pſonis exiſtētibus ī diuinis ſūt qnq; notiōes, oportet, ꝙ in aliqua pſonarū ſint aliq notiōes duæ, uel plēs, ſicut ī pſona pr̄is ponit̄ innaſcibilitas, & pr̄nitas, & cōis ſpiratio. Aut igit̄ iſtæ tres notiones differūt re,aut ñ, Si differūt re, ſeqt̄, ꝙ pſona pr̄is ſit cōpoſita ex plurib⁹ reb⁹. Si aūt differūt rōne tm̄, ſeqtur, ꝙ una earum poſſit đ alia p̄dicari,ut dicam⁹, ꝙ ſicut bonitas diuina eſt eius ſapientia pp indifferentiā rei: ita cōis ſpiratio ſit paternitas. Quod non conceditur. Igitur non ſunt quinq; notiones.

Sed contra. Vr̄, ꝙ ſint plures. Quia ſicut pr̄ à nullo eſt,& ſm hoc accipit̄ notio, q̄ dicitur innaſcibilitas: ita à ſpūſancto ñ eſt alia pſona. Et ſm hoc oportebit accipere ſex notiones.

¶5 Pręt. Sicut pr̄i & filio cōe ē ꝙ ab eis ꝓcedat ſpūſanct⁹: ita cōe eſt filio & ſpirituiſancto, ꝙ procedāt à patre. Ergo ſicut una notio ponitur cōis patri & filio : ita debet poni una notio cōis filio,& ſpirituiſancto.

Reſpon. Dicēdū,ꝙ notio dr̄ id,qđ eſt ꝓpria rō cognoſcendi diuinā pſonā. Diuinæ autem pſonæ multiplicātur ſm originē, Ad originem aūt pertinet à quo alius,& q ab alio: & ſcđm hos duos modos pōt innoteſcere perſona. Igitur pſona patris non pōt innoteſcere p hoc , ꝙ ſit ab alio,ſed p hoc, ꝙ à nullo eſt. Et ſic ex hac parte eius notio eſt innaſcibilitas. Sed ī quātū aliqs eſt ab eo,innoteſcit du pl̄r. Quia inquantū filius eſt ab eo, innoteſcit notione pr̄nitatis: inquātū aūt ſpūſſanctus eſt ab eo, innoteſcit notione cōis ſpirationis. Filius aūt pōt innoteſcere p hoc, ꝙ eſt ab alio naſcēdo , & ſic innoteſcit p filiationē. Et p hoc, ꝙ eſt alius ab eo,ſ.ſpirituſſanctus, & per hoc innoteſcit eodē mō ſicut,& pater,ſ.cōi ſpiratione. Spirituſſanctus aūt innoteſcere pōt per hoc, ꝙ eſt ab alio uel ab aliis, & ſic innoteſcit ꝓceſſione. Nō aūt per hoc, ꝙ alius ſit ab eo: qā nulla diuina pſona ꝓcedit ab eo. Sunt igitur quinq; notiones in diuinis,ſ. innaſcibilitas,paternitas,filiatio, cōis ſpiratio, & proceſſio. Harum aūt tm̄ quatuor ſūt relationes. Nā innaſcibilitas non eſt relatio niſi p reductionē, ut infra dicetur.* Quatuor aūt tm̄ proprietates ſunt. Nā cōis ſpiratio non eſt proprietas: qa cōuenit duabus perſonis. Tres aūt ſunt notiones perſonales.i. conſtituentes perſonas.ſ.paternitas, filiatio,& proceſſio. Nam cōis ſpiratio, & innaſcibilitas,dr̄r notiones perſonarū, non aūt pſonales , ut infra magis patebit.†

Ad primum ergo dr̄m,ꝙ p̄ter quatuor relationes oportet ponere aliā notionē, ut dcm̄ ē.*

Ad 2^m dicendū, ꝙ eſſentia ī diuinis ſignificat̄ ut res q̄dā, & ſilr̄ perſonæ ſignificant̄ ut res q̄dā , ſed notiones ſignificātur, ut rōnes notificantes pſonas. Et iō, licēt dicatur , Deus unus pp unitatem eſſentiæ, & trin⁹, propter trinitatem perſonarū: non tamen dicitur quinus ꝓpter quinque notiones.

Ad 3^m dr̄m,ꝙ cū ſola oppoſitio relatiua faciat pluralitatē realē, ī diuinis, plēs ꝓprietates

[illegible] & priuatio p habitũ, negatioq; per affirmationẽ naturaliter cognoſcat, & nõ econuerſo: conſequẽs eſt, negationes modorũ originis, inter notiones computari regulariter non debet, in cuius ſignũ pſona ſpũs ſancti vna tñ notionẽ habet, & tñ ſibi conuenit negatio natiuitatis filio cõuenientis. [illegible]

[illegible] Ad hoc dr, q obiectio pcedit ex malo intellectu literæ, [illegible] ex diminuta inſpectione eius. Nõ.n. dr in litera, q ſõ nõ pdicantur de inuicẽ, qa diſtinguunt rõne: ſed qa ſignificant vt diuerſæ rões pſonarũ, vt diuerſæ rões relatiuæ. Perſonæ.n. diuinæ relationes ſunt ſubſiſtẽtes, ut pdictũ eſt. [illegible]

vnius perſonę cum non opponantur adinuicem relatiue, nõ differunt realiter. Nec tñ de inuicem prędicantur: quia ſignificantur vt diuerſæ rationes perſonarum. Sicut etiam non dicimus, quòd attributum potẽtię ſit attributum ſciẽtię: licèt dicamus, quòd ſcientia ſit potentia.[e]

Ad 4m dicendum, q cũ perſona importet dignitatẽ, vt ſupra dictum eſt,* non poteſt accipi notio aliqua ſpiritus ſancti ex hoc, quòd nulla perſona eſt ab ipſo. Hoc enim nõ pertinet ad dignitatẽ ipſius, ſicut pertinet ad authoritatem patris, q ſit à nullo.

Ad 5m dicẽdum q filius[d] & ſpiritus ſanctus non conueniũt in uno ſpeciali modo exiſtendi à patre: ſicut pater & filius conueniunt in uno ſpeciali modo producendi ſpiritum ſanctum. Id autem quod eſt principium innoteſcẽdi, oportet eſſe aliqd ſpeciale, & ideò non eſt ſimile.

Articvlvs IIII.

Vtrum liceat contrariè opinari de notionibus.

Ad qvartvm ſic proceditur. Vr, q non liceat contrariè opinari de notionibus. Dicit.n. Aug. in 1. de Trin. q non erratur alicubi perículoſius, quàm in materia trinitatis, ad quã certũ eſt, notiones pertinere. Sed cõtrarię opiniones non pñt eſſe abſq;[h] errore. Ergo cõtrariè opinari circa notiões nõ licet.

¶ 2 Præt. Per notiones cognoſcunt pſonę, vt dictũ ẽ.* Sed circa pſonas nõ licet cõtrariè opinari.[h] Ergo nec circa notiones.

Sed contra. Articuli fidei nõ ſunt de notionibus, ergo circa notiones licet ſic, uel aliter opinari.

Respon. Dicendum, q ad fidẽ pertinet aliquid dupliciter. Vno modo directè, ſicut ea q nobis ſunt principaliter diuinitus tradita, ut Deũ eſſe trinũ & vnũ, filium Dei eſſe incarnatũ, & hmõi. Et circa hæc opinari falsũ, hoc ipſo inducit hæreſim: maximè ſi pertinacia adiungat. Indirectè verò ad fidẽ ptinent ea, ex qbus cõſequit aliqd contrariũ fidei. Sicut ſi qs diceret, Samuelem non fuiſſe filiũ Helcanæ. ex hoc enim ſequitur ſcripturam diuinam eſſe falſam.

Circa hmõi ergo, abſq; periculo hereſis, aliquis falſum põt opinari, anteq̃ cõſidere vel determinatũ ſit, q ex hoc ſeqtur aliqd cõtrariũ fidei, & maximè ſi non ptinaciter adhæreat. Sed poſtq̃ manifeſtũ eſt, & pcipuè ſi ſit p eccleſiã determinatũ, q ex hoc ſeqtur aliqd cõtrariũ fidei, in hoc errare, nõ eſſet abſq; hæreſi. Et ppter hoc, multa nũc reputant hæretica, q̃ pri⁹ nõ reputabant ppter hoc, q nũc eſt magis manifeſtũ qd ex eis ſequat. Sic igit dicẽdũ ẽ, q⁹ circa notiones aliq abſq; periculo hæreſis, cõtrariè ſunt opinati, nõ intendẽtes ſuſtinere aliqd contrariũ fidei. Sed ſi quis falſum opinaret circa notiones, cõſiderãs, q ex hoc ſequatur aliquid cõtrarium fidei, in hæreſim laberet.[n] Et p hoc patet reſpõſio ad obiectũ.

[illegible] ... Et intendit de diuerſitate in actu exercito, nõ ſub notionis uocabulo, ſed ſub relationis rõne. Funda tur. n. rñſio hæc ſup doctrina 14. Meta. c. de modo, q. ſub illo aliqua pprietas multiplicantur, cuius differẽtia diſtinguunt, ita q inſidit, q. qa pnitas & ſpirato ſubdiſtinctiũ differẽtiũ diuinæ relationis ſimul. [illegible] & duæ relationes reales diuinæ ſunt. Et qa hanc diſtinctionẽ importãt actu exercito, pñitas & ſpiratio, ex hoc q. ſignificant ut diuerſæ rões pſonarũ [illegible]

QVAESTIO XXXIII.

De perſona patris, in quatuor articulos diuiſa.

Consequenter[a] conſiderandum eſt de perſonis in ſpeciali. Et primò circa perſonam patris.

Circa quã quæruntur quatuor.

¶ Primò. Vtrũ patri competat eſſe principium.

¶ Secundò. Vtrũ perſona patris propriè ſignificetur hoc nomine, pater.

¶ Tertiò. Vtrũ p prius dicatur in diuinis pater, ſm q ſumitur perſonaliter, quàm ſecũdum quòd ſumitur eſſentialiter.

¶ Quartò. Vtrum ſit proprium patri, eſſe ingenitum.

Articvlvs primvs.

Vtrum competat patri eſſe principium.

Ad primvm ſic proceditur. Videtur, quod pater non poſſit dici principiũ filij, vel ſpiritusſancti. Principiũ.n. & cauſa idem[h] ſunt ſm Philoſophum.† Sed nõ dicimus patrem eſſe cauſam filij. Ergo non debet dici q ſit eius principium.

¶ 2 Præt. Principiũ dr reſpectu principiati.[h] Si igit pater ẽ principiũ filij, ſequit filiũ eſſe principiatũ: & p cõſequẽs eſſe creatum. Qđ videtur eſſe erroneũ.

¶ 3 Pręt. Nomẽ[h] principij à prioritate ſumit. Sed in diuinis non eſt prius & poſterius, vt Athanaſ.* dicit. Ergo in diuinis non debemus vti nomine principij.

Sed contra eſt quod dicit Aug. in 4. de Tri.† Pater eſt principium totius deitatis.

Respon. Dicẽdũ, q hoc nomẽ principiũ, nihil aliud ſignificat q̃ id, à quo aliqd pcedit. Oẽ enim à quo aliqd pcedit quocunq; modo, dicimus eſſe principium, & econuerſo. Cũ ergo pater ſit à quo pcedit alius ſequitur q⁹ pater eſt principiũ.

Ad primvm ergo dicendum, q Grȩci vtũtur in diuinis indifferẽter noĩe cauſę, ſicut & noĩe principij: Sed Latini doctores nõ vtũtur noĩe cauſæ, ſed ſolũ nomine principij. Cuius rõ eſt: qa[d] principiũ cõius ẽ q̃ cã: ſicut cã cõius q̃ elementũ. Primus.n. terminus, vel etiã prima pars rei dicitur principium, ſed non cauſa. Quanto autem aliquod nomen eſt communius, tanto conuenientius aſſumitur in diuinis, vt ſupra dictum eſt.* Quia nomina quanto magis ſpecialia ſunt, tantò magis determinant modum cõuenientem creaturæ. Vnde hoc nomẽ cauſa, videtur importare diuerſitatem ſubſtantiæ, & dependentiam alicuius ab altero, quam non importat nomẽ principij. In omnibus.n. cauſæ gñibus ſemper inuenitur diſtantia inter cãm, & id cuius eſt cã, ſm aliquam perfectionem, aut virtutem. Sed nomine principij vtimur ẽt in his, quæ nullam hmõi differentiã habẽt, ſed ſolum ſecundum quendam ordinem. Sicut cũ dicimus, punctum eſſe principiũ lineæ, uel ẽt cũ dicimus, frontem lineæ, eſſe principium lineæ.

Ad 2m dicendum, quòd apud Græcos inuenitur de filio uel ſpiritu ſancto dici, quòd principiẽtur. Sed hoc non eſt in uſu doctorum noſtrorum. Quia licèt attribuamus patri aliquid authoritatis ratione principij, nihil tamen ad ſubiectionem, uel minorationem quocunque modo pertinens, attribuimus filio uel ſpiritui ſancto, ut uitetur omnis erroris occaſio. Secundum quem modum, Hilar. dicit* 9. de Trinita. Donantis authoritate pater maior[d] eſt, ſed minor non eſt filius, cui unum eſſe donatur.[e]

Ad 3m dicẽdũ, q licèt hoc nomen principium, quantũ ad id a quo imponitur ad ſignificandum, videatur à prioritate ſumptum: non tñ ſignificat prioritatẽ, ſed originem. Non enim idẽ eſt quod

[illegible]

SVPER QVAEST. XXXII. ART. IIII.

S. Bo. 1. ſ. d. 21. q. 1. a. 1. — *Alenſ. 1. p. q. 1. Co. mem. 3. a. 1. & 2.*
Scot. 1. ſ. d. 21. q. 1. — *Ricar. 1. ſ. d. 21. q. 3.*
Duran. 1. ſ. d. 21. q. 1. — *Maior. 1. ſ. d. 21. q. 1.*

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore duo facit. Primò docet in communi, in quæ fidei materia liceat, uel non liceat contrariè opinari. Secundò reſpondet quæſito.

¶ Quo ad primũ duplex ponit genus ptinentiũ ad fidẽ, ſ. directè & indirectè. De primo pſe dicit, q opinari falſum, eſt hæreſis, & maximè adiũcta pertinacia. De ſecũdo verò dicit duo: primò, q aliquis cõſideret, ſeu determinatũ ſit, cõſeq; aliqd contrarium fidei, opinari falſum, nõ eſt hæreſis, maximè ſine ptinacia. Secundo, q error huiuſmodi poſt manifeſtationem, aut Eccleſiæ determinationem, eſt hæreſis. Et ex his deducunt corollariũ, q multa hodie reputantur hæretica, &c. [illegible]

SVPER Q. XXXIII. ART. I.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna concluſio. Pater ẽ principium. Probatur. Principiũ ẽ à quo aliqd procedit, & econuerſo. Pater ẽ à quo pcedit alius, ſ. filius, & ſpiritus ſanctus, ergo pater eſt principium. [illegible]

Universidad de Deusto Biblioteca

ſignificat nomẽ, & à quo nomẽ imponitur, vt ſupra dictũ eſt.*

ARTICVLVS II.

Vtrum hoc nomen pater, ſit nomen propriè diuinæ perſonæ.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ hoc nomẽ pater, non ſit propriè nomẽ diuinæ perſonæ. Hoc enim nomẽ pater, ſignificat[h] relationẽ. Perſona autem eſt ſubſtãtia indiuidua. Non ergo hoc nomen pater eſt propriè nomen ſignificatiuum perſonæ.

¶ 2 Præt. Generãs cõmunius eſt q̃ pater. Nam omnis pater eſt generãs, ſed nõ econuerſo. Sed nomen[h] communius magis propriè dicitur in diuinis, vt dictũ* eſt. Ergo magis proprium nomen eſt perſonæ diuinæ generans & genitor, quàm pater.

11 ¶ 3 Præt. Nihil[h] quod ſm metaphoram dr, poteſt eſſe nomen proprium alicuius. Sed uerbũ metaphoricè apud nos dicitur genitum vel proles. & per conſequens ille cuius eſt verbum, metaphoricè dicitur pater. Nõ ergo principium verbi in diuinis poteſt propriè dici pater.

¶ 4 Prçt. Omne quod dicitur in diuinis, ꝑ prius[h] dicitur de Deo q̃ de creaturis, ſed generatio ꝑ prius videtur dici de creaturis quàm de Deo. uerior enim ibi vr̃ eſſe generatio vbi aliquid ꝓcedit ab alio diſtinctum, nõ ſm relationem tantum, ſed etiam ſecundum eſſentiam. Ergo nomẽ patris quod à generatione ſumitur, non videtur eſſe proprium alicuius diuinę perſonę.

SED CONTRA eſt, quod dicitur in Pſal. Ipſe inuocabit me, pater meus es tu.

RESPON. Dicẽdũ, ꝙ nomen propriũ cuiuſlibet perſonæ ſignificat id, per qđ illa pſona diſtinguit ab omnibus alijs. Sicut enim de rõne hominis ẽ aĩa & corpus, ita de intellectu huius hominis eſt hæc aĩa & hoc corpus: vt dr̃ i* 7. meta. His aũt, hic hõ ab omnibus alijs diſtinguit. Id aũt per qđ diſtinguitur perſona patris ab omnibus alijs, ẽ paternitas. Vnde ꝓpriũ[m] nomẽ F pſonæ patris eſt hoc nomẽ pater*, qđ ſignificat paternitatẽ.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ apud nos, relatio nõ eſt ſubſiſtẽs pſona. Et ideò hoc nomẽ pater apud nos, nõ ſignificat ꝑſonã, ſed relationem perſonę,* non aũt eſt ita in diuinis: vt q̃dã falſo opinati ſunt. nã relatio quã ſignificat hoc nomen pater, ẽ ſubſiſtẽs pſona. Vñ ſupra dictũ* eſt, ꝙ hoc nomẽ perſona in diuinis ſignificat relationem vt ſubſiſtẽtẽ in diuina natura.

AD 2[m] dicendum, ꝙ ſm Philoſo. in* 2 de anima, Denominatio rei maximè debet fieri à ꝑfectione & fine. Generatio aũt ſignificat vt in fieri. ſed paternitas ſignificat complementum generationis: & ideò potius eſt nomen diuinæ perſonæ pater, quàm generans vel genitor.

¶ Circa autem proceſſus dubium eſt primò, q̄ cauſa ſecūda in litera non eſt cauſa. In litera .n. dicitur, quia cognoſcēdo & amando, creatura rōnalis attingit operatione ſua ad ipſum deum, ideo ſecundum iſtum modū Deus habitat in ea, ut in tēplo. Quod .n. hoc non ſit cauſa, manifeſtè probatur, quia cū poſita cauſa ponatur effectus, ſequeretur, quod in omi creatura rationali cognoſcente & amante Deum habitaret vt in templo ſuo: quod patet eſſe falſum in Catholicis Philoſophis &c.

¶ Dubiū eſt ſecundo, quia cõceſſo quòd aſſignata cauſa ſit vera, ambiguū tñ reſtat vnde ſequatur excluſiua. ſ. q̄ ſcdm ſolā gratiā ſit nouus modus. Quāuis .n. Deus vt cognitus & amatus nouo modo ſit per gratiam, non tñ per ſolam, quia per fidem & propheciam etiam eſt vt cognitus & amatus nouo modo vt pater in chriſtiano [illegible] mortali peccato, & multa opera bona amore Dei facientibus. Et quęcunq; fide [illegible] dato q̄ ſit verū q̄ per ſolā gratiā ſit nouus modus, vnde ē hoc probari in litera, & tñ cum nota illationis ſubditur. Sic igitur nullus alius effectus poteſt eſſe rō, q̄ diuina pſona exiſtat, niſi gratia gratū faciens. Nul'a enim alia cā huius illationis in litera apparet, niſi ſupradicta, quæ aut ſolam et pncipiū affirmatiuæ, aut nullā infert. Voluntarie [illegible] excluſiua illata ē [illegible]

na gr̄æ gratū faciētis mittatur.

¶ 3 Pręt. Aug. dicit. 4. de Trin. q̄ fili⁹ cū ex tpe mēte pcipit mitti. dr̄. Sed filius cognoſcit, nō ſolū p gr̄am gratū faciētē: ſed ēt p gr̄am gratis datā, ſicut per fidem & per ſciētiam. Non ergo perſona diuina mittitur ſm ſolam gratiam gratum faciētem.

¶ 4 Pręt. Raban. dicit, q̄ Spūſſā ctus dat⁹ eſt Apoſtolis ad operatiōnē miraculorū. Hoc aūt non eſt donū gr̄æ gratū faciētis: ſed gr̄æ gratis datæ. Ergo perſona diuina non ſolum datur ſecundum gr̄am gratum facientem.

Sed contra ē, q̄d Aug. dicit. 3. de Tri. q̄ Spūſſan. pcedit tēporaliter ad ſāctificādā creaturā. Miſſio āt ē tēporalis pceſſio. Cū igiť ſāctificatio creaturæ, non ſit niſi p gr̄am gratum facientem, ſequitur, q̄ miſſio diuinæ perſonæ non ſit niſi per gratiam gratum facientem.

Respon. Dd̄m, q̄ diuinæ pſonæ cõuenit mitti, ſecundum q̄ nouo mō exiſtit in aliquo: dari āt, ſm q̄ hr̄ ab aliquo. Neutrum āt horū eſt niſi ſm gr̄am gratū faciētē. Eſt .n. cõis mod⁹ quo de⁹ eſt i oībus rebus p eſſētiā, potētiā, & pſētiā, ſicut cā in effectibus participātibus bonitatē ipſius. Sup iſtū modū āt cõem, eſt vnus ſpecialis, q̄ cõuenit naturæ rōnali, in qua Deus dr̄ eſſe ſicut cognitū i cognoſcēte, & amatū i amāte. Et q̄a cognoſcēdo & amādo, creatura rōnalis ſua operatione attingit ad ipſum deū, ſm iſtum ſpālē modū Deus nō ſolū dr̄ eſſe i creatura rōnali: ſed ēt habitare in ea ſicut in tēplo ſuo. Sic igiť nullus ali⁹ effectus põt eſſe rō, q̄ diuina pſona ſit nouo mō in rōnali creatura, niſi gr̄a gratū faciēs. Vñ ſm ſolā gr̄am gratū facientē mittiť, & pcedit tpaliter pſona diuina. Siſr illud ſolū hr̄e dicimur, quo liberè poſſumus, vti vel frui. Hr̄e aūt ptātē fruendi diuina pſona, eſt ſolū ſm gr̄am gratū faciētē. Sd̄ tñ i ipſo dono gr̄æ gratū facientis, ſpūſſanct. hr̄, & inhabitat hoīem. Vñ ipſemet ſpūſſan. datur. & mittitur.

Ad primvm ergo dd̄m, q̄ p donū gr̄æ gratū faciētis pficiť creatura rōnalis, ad hoc, q̄ liberè nō ſolum ipſo dono creato vtatur: ſed vt ipſa diuina pſona fruatur. Et ideò miſſio inuiſibilis fit ſm donū gr̄æ gratū faciētis, & tñ ipſa pſona diuina dať.

Ad II. dd̄m, q̄ gr̄a gratū faciēs diſponit aīam ad habendā diuinā pſonā. & ſignať hoc cū dr̄, q̄ ſpūſſāct. dať ſm donū gr̄ę. Sed tñ ipſū donū gr̄æ eſt à ſpūſancto. Et hoc ſignificať, cū dr̄ q̄ charitas Dei diffundiť in cordibus noſtris per ſpiritūſanctū.

Ad III. dd̄m, q̄ licet p aliquos effect⁹ filius cognoſci poſſit à nobis, non tamen per aliquos effectus nos inhabitat, vel etiam habetur à nobis.

Ad IIII. dd̄m, q̄ operatio

*Li. 4. de trin. c. 20. in medio, tom. 3.

*Ex lib. 3. c. 4. circa finem eiuſ. tom. 3.

41

modus eſt, ſecundum quem nouus inquirēdus eſt modus exiſtendi Dei in creatura rationali.

¶ Ad ſcdū vero, & tertiū dubiū ſimul dicitur, q̄ litera poteſt dupliciter exponi. Primò, vt reddat cauſam quaſi proprij generis. Secundò, vt reddat cauſam quaſi propriæ formæ. Põt ſiquidē intelligi de amore & cognitione dei abſolutè: & poteſt intelligi de amore & cognitione dei in ſe, vt eſt ex charitate diligēdus. Si de amore Dei abſolutè intelligamus, tunc redditur rō proprij & p ſe generis illius noui modi, qui quæritur. Ex eo enim q̄ iſte modus quartus eſt ſpecialis creaturæ rationali: & ſcdm eū Deus ipſe attingitur operatione creaturæ, ſequitur quòd excellens ille modus quæſitus, intra latitudinē iſtius contineať, & hic ſenſus aperte prætenditur in litera. Et ſic patet, nihil obſtare obiectionē ſcdi dubij: q̄a ſtat, q̄ ſit vera cauſa aſſignans proprium genus, & tñ nō valet: ergo vbi eſt illa cauſa, ibi eſt illa ſpecies: ſed ergo ibi eſt illud genus: licet n. aīal ſit propriū leonis genus, inuenitur tñ extra leonē. Et q̄a oīs ſpēs cõſtituitur differentia per ſe ſui generis, & nō differētia per accidēs vt patet 7. Metaph. ideò ex hoc, q̄ quartus ille modus eſt propriū genus illius noui, oportet q̄ iſte nouus modus conſiſtat in dr̄ia Dei, vt amatū & cogniti. Et cum deus, vt amatus & cognitus, præter communem

[illegible] effectus poteſt eſſe rō, q̄ diuina pſona exiſtat, niſi gratia gratū faciēs. [illegible]

¶ Ad primū dubium dicitur quòd intendit non de diſparato modo, ſed de ſpecie noua quarti modi, & quod quartus modus ſit materialis, ad hoc in litera duplex tamen inſinuatur ſcdm duas differentias inter ipſum & alios poſitas. Prima eſt, q̄ iſte eſt ſpecialis. i. proprius rōnali creaturæ, reliqui verò cõmunes ſunt oībus. Sc̄da eſt, q̄ per iſtum Deus ipſe attingitur à creatura, per alios effectus eius tantū. Oportet .n. eam excellentē miſſionē, vtpote diuinæ perſonæ ad rōnalia, attendi ſcdm proprium & ſupremū rationalis creaturæ. Hoc autem conſtat non eſſe actū aliquem primū: qui eſt ſicut dormiens, nec quemlibet actū ſecundū, ſed eū quo cognoſcitur ac amať ipſe deus optimus: Vnde Deus vt p gratiæ habitū in aīa exiſtit, ignobiliori modo exiſtit, quam ipſe in eadem per gratiæ actus, ſ. cognitionem & amorem: quanto actus præſtat habitui & tangere ſecūdū ſe, pſtat tactui per aliud. Solus igitur quartus

Conclu. m

200

munē modū non ſit niſi vno mō, ſimpliciter oquēdo ſpchari tatē ſeu grām ſcdm eſſe tēplū ſuum cōſequens eſt, q ex illa eā hēatur ēt excluſiua, de qua eſt tertiū dubiū. Atſi dixeris, q ſi ſia ſi hr, q. Deus ſi eſt ſpiet cōem modū amat niſi ab his quos inhabitat &c. fateor. Sed memento q author hic ſupponit ꝓprietates grę & charitatis. Ex pprietatibus eū venit ad cōcluſionē. Ipſa quoq; exercitatio eccleſiaſtica nobis hoc inſinuat. Deū.n. à nullo amari (niſi coniūgi) concedimus, exiſtēti i peccato mortali, ſeu extra grām: quare hoc quaſi in promptu eſſet, ex practica ſub intellectū eſt. Si verò de amore Dei, quo ex charitate diligit, interpretemur, breuior eſt via. Ex eo nāq; q amādo & cognoſcēdo creatura rōnalis ad illā celſitudinē cōſcēdit, q Deū ipſū... attingit... [illegible] ...ſolū exiſtat, ſed inhabitet, vt in tēplo, quo actibus cognitionis & amoris colit: qui extra hāc celſitudinē ñ attingit ipſe ſcdm q in ſe eſt, ꝓut ex charitate diligit. Et qm hæc celſitudo, & hoc tēplū ſola grā ſit iō optime infert: ergo ſola grā gratū faciēs eſt iō, vt Deus nouo modo ſit in creatura rationali. Et ſic patet ſolutio vtriuſq; dubij.

¶Deīde ꝓbat litera aſſumptū, de hr pſonā diuinā ab aliquo hr ſolū, quo liberè q pōt vti, vel frui: ergo pſona diuina, ſola grā ht. ꝓbat ſequela: q p ſolā grā pōt q pſona diuina frui. Tertiū āt, ſcilicet q ipſa perſona diuina ſimul dat, & mittit probatur: quia ipſo gratię dono ſpirituſſanctus inhabitat creaturā.

tio miraculorū eſt manifeſtatiua grę gratū facientis, ſicut & donū ꝓphetię: & ꝗlibet grā gratis data. Vñ 1. Cor. 12. Grā gratis data noiat manifeſtatio ſpūs Sic igit Apſis dr dat⁹ ſpūſſa. ad operationē miraculorū: qa data ē eis grā gratū faciēs cum ſigno manifeſtāte. Si āūt daretur ſolū ſignū grę gratū faciētis ſine grā, nō diceret dari ſimpliciter ſpūſſan: niſi fortè cū aliqua determinatione, ſm quod dr, q alicui dat ſpiritus propheticus, vel miraculorū, inquātum à ſpiritu ſancto habet uirtutem prophetandi, uel miracula faciēdi.

SVPER Q. XLIII. ART. IIII.

Porrecta per totum.

229

1. diſt. 15. q. 2. arti. vnico.

S. Bona. 1. 5. d. 15. q. 3. & 4. art. 1.
Aleno. 1. p. ſu. quæ. 71. mem. 1.
Scot. 1. 5. d. 14. 15. 16.
Ricc. 1. 5. d. 15. q. 1. 2.
Duran. 1. 5. d. 16. q. 1.
Aegi. 1. 5. d. 15. q. 1. 2. prin.

Titulus clarus. ¶In corpe vna cōcluſio reſiua ꝗſito. Patri nō cōuenit mitti: ſed filio & ſpiritui ſācto. Probat. Miſſio importat ꝓceſſionē ab alio, & in diuinis ſcdm originē: ergo ñ patri, ſed filio & ſpūi ſācto cōuenit mitti. contraria ꝓbat: q pr nullo mō eſt ab alio, ſed fili⁹ & ſpūſſāct⁹.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum patri conueniat mitti.

AD QVARTVM ſic ꝓcedit. Vr, q patri ēt cōueniat mitti. Mitti.n. diuinā pſonā ē ipſā dari: ſed pr dat ſeipſum (cū hri nō poſſit niſi ſeipſo donante) ergo pōt dici, q pr mittat ſeipſum.

¶2 Præt. Perſona diuina mittit ſm inhabitationē grę. Sed p grām tota Trinitas inhabitat in nobis, ſm illud Ioan. 14. Ad eū veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Ergo ꝗlibet diuinarum perſonarum mittitur.

¶3 Præ. Quidq d cōuenit alicui pſonæ, cōuenit oibus, ꝓter notiones & pſonas. Sed miſſio nō ſignificat aliquā pſonā, neq; ēt

Q. 32. ar. 3. li. 2. de Trin. c. 5. paul. poſt princ.

notionē cū ſint tm quiq; notiones, vt ſupra dictū eſt.* ergo cuilibet perſonę diuinę conuenit mitti.

SED CONTRA eſt, quod Aug. dicit in 2. li. de Trini. q ſolus pater nunquam legitur miſſus.

RESP. Dīm, q miſſio i ſui rōne iportat ꝓceſſionē ab alio, & in diuinis ſm originē: vt dictū ē.* Vñ cū pr ñ ſit ab alio, nullo mō cōuenit ſibi mitti: ſed ſolū filio & ſpūiſa. qb. cōuenit eſſe ab alio.

Concluſio ꝓ Ar. 1. & 2. hui⁹ q.

AD 1. ergo dīm, q ſi dare iportet liberalē cōicationē alicui⁹, ſi pr dat ſeipſū iquātū ſe liberaliter cōicat creaturæ ad fruēdū. Si uero iportet authoritatē dātis reſpectu ei⁹ q dat, ſic nō cōuenit dari in diuinis, niſi pſonę ꝗ eſt ab alio, ſicut nec mitti.

AD II. dīm, q licèt effect⁹ grę, ſit ēt à pre, q inhabitat p grām, ſicut & fili⁹ & ſpūſſa. quia tñ nō eſt ab alio, nō dr mitti. Et hoc eſt qd dicit Au.* 4. de Tri. q pr cū in tpe à quoq cognoſcit, nō dr miſſus. Non.n. habet de quo ſit, aut ex quo procedat.

Lib. 4. de Trin. c. 20. poſt med. to. 3.

AD III. dīm, q miſſio inquātum importat proceſſionem à mittente, includit in ſui ſignificatione notionem, nō quidem in ſpāli: ſed in generali, prout eſſe ab alio eſt cōmune duabus notionibus.

a 123 13*

ARTICVLVS V.

Vtrū filio cōueniat inuiſibiliter mitti.

SVPER Q. XLIII. ART. V.

Porrecta per totū.

230

1. diſt. 15. q. 4. ar. 1. & 2. & 4. con. c. & 20. p. & c. 23.

Fere. 4. con c. 8.
S. Bona. 1. 5. d. 15. q. 3. 4. artic. 1.
Aleno. 1. p. ſu. quæ. 71. men. 1.
Scot. 1. 5. d. 14. 15. 16.
Ricca. 1. 5. d. 15. quæ. 1. 2.
Duran. 1. 5. d. 16. q. 1.
Aegid. 1. 5. d. 15. q. 4. 2. prin.

AD QVINTVM ſic ꝓcedit. Vr, q filio ñ cōueniat inuiſibiliter mitti. Miſſio.n. inuiſibilis diuinæ pſonæ attēdit, ſm dona grę: ſed oia dona grę ꝑtinēt ad ſpmſa. ſm illud 1. Cori. 12. Oia operat vnus atq; idē ſpūs. ergo inuiſibilr nō mittit niſi ſpūſan.

¶2 Præt. Miſſio diuinæ pſonæ fit ſm grām facientē. Sed dona, ꝗ ꝑtinēt ad pfectionē itellect⁹ ñ ſūt dona grę gratū faciētis: cū ſine charitate poſſit hri, ſm illd 1. ad Cori. 13. Si habuero ꝓphet. & no. myſt. o. & oēm ſciētiā, & ſi habuero oēm ſi. ita vt mō traſ. charitatē āt nō habeā, nihil ſum. Cū ergo fili⁹ ꝓcedat, vt verbū intellect⁹ vr, q nō conueniat ſibi inuiſibiliter mitti.

¶3 Præt. Miſſio diuinę pſonæ ē ꝗdā ꝓceſſio, vt dictū eſt*. Sed alia eſt ꝓceſſio, filij, alia ſpūſſācti. Ergo & alia miſſio, ſi vterq; mittit. Et ſic altera earū ſupflueret, cū vna ſit ſufficiens ad ſanctificandā creaturam.

Titulus ex præcedentibus patet. ¶In corpore vna cōcluſio. Tā filio ꝗ ſpūi ſancto cōuenit inuiſibiliter mitti. Probat. inuiſibiliter pſonā diuinā, ſignificat originē eius ab alia, & inhabitationē illius p grām. ſed vtriq; cōuenit vtriq; hom. ergo vtrique cōuenit mitti. Maior manifeſtatur ab oppoſito, & ex tota Trinitate, & ex patre, cui eis cōuenit alterū tñ, ſcilicet inhabitare p grām.

Ar. ꝓcd. & ar. 2. hui⁹ q.

SED CONTRA ē, qd Sap. 9. dr de diuina Sap. Mitte illā de cœlis ſctis tuis, & à ſede magnitudinis tuæ.

RESPON. Dīm, q p grām gratū faciētē, tota Trinitas inhabitat mētē, ſm illud Ioā. 14. Ad eū veniem⁹, & māſionē apud eū faciem⁹. Mitti āt pſonā diuinā ad aliquē p inuiſibilē grām, ſigñat nouū modū ihabitādi illi⁹ pſōę, & originē ei⁹ ab alia. Vñ cū tā filio ꝗ ſpūiſan. cōueniat, & ihabitare p grām, & ab alio eſſe, vtriq; cōuenit inuiſibiliter mitti. Patri āt licèt cōueniat inhabitare p grām, nō tamē ſibi cōuenit ab alio eſſe, & p cōſequēs nec mitti.

Concluſio. m

b 124

AD I. ergo dīm q licèt oia dona iquātū dona ſūt attribuāt ſpūſācto (qa hēt rōnē primi doni ſm qd eſt amor, vt s. dictū ē*) aliqua tñ dona ſm ꝓprias rōnes attribuunt p ꝗdā ap ꝓpriationē filio ſ. illa ꝗ ꝑtinēt ad itelēm. Et ſm illa dona attēdit miſſio filij. Vñ Aug.* dicit 4. de Tri. q tūc iuiſibilr fili⁹ cuiquam mittit, cū à quoquā cognoſcit atq; pcipit.

c 141

*Li. 4. de Trin. c. 20. circa med. to. 3.

AD II. dīm, q aia p grām cōformat Deo. Vñ ad hoc, q aliqua pſona diuina mittat ad aliquē p gratiā, oportet q fiat aſſimilatio illi⁹ ad diuinā pſonā ꝗ mittit p aliqd grę donū. Et qa ſpūſſan. ē amor, p donū charitatis aia ſpūiſancto aſſimilatur. Vñ ſm modū charitatis attēdit miſſio ſpirituſſan. Filius

Li. 9. de Trin. c. 10. circa fi. nē. to. 3.

autem eſt uerbū, nō qualecūq;, ſed ſpirās amorē. Vñ Aug. dicit i 9. li. de Tri. uerbo aūt, qd inſinuare itēdimus, cū amore notitia eſt. Nō igit ſm qualibet pfectionē, itellect⁹ mittit fili⁹: ſed ſm talē iſtitutionē, uel iſtructionē intelſs, qua ꝓrūpat i affectū amoris, ut dr Io. 6. Oīs q audiuit a pre, & didicit, venit ad me. Et in Pſal. In medi. mea exardeſcet ignis. Et iō ſignāter dicit Aug.* q filius mittit, cū à quoquā cognoſcit atq; percipit. Perceptio aūt experimētalē quādā notitiā ſignificat. Et hæc ꝓpriè dr ſapiētia quaſi ſapida ſciētia, ſm illud Eccl. 6. Sapiētia doctrinę ſecūdū nomē eius eſt.

*Loco citato in ſo lut. 1. arg.

AD III dicendū, q cū miſſio importet originē pſonę miſſæ, & inhabitationē per gratiā (ut ſupra dictū eſt*) ſi loquamur de miſſione quantū ad originē, ſic miſſio filij diſtinguitur a miſſione ſpūſſancti, ſicut & gñatio à ꝓceſſione. Si aūt quātū ad effectū gratię, ſic cōicāt duæ miſſiones i radice grę, ſed diſtinguunt in effectibus gratiæ: q ſunt illuminatio intelſs & inflāmatio affectus. Et ſic manifeſtū eſt, q vna nō pōt eſſe ſine alia, qa neutra eſt ſine grā gratū faciēte, nec una pſona ſepat ab alia.

*In corp. ar. & ar. 2. huius q.

SVPER Q. XLIII. ARTIC. VI.

Porrecta per totum.

231

1. diſt. 15. q. 5. ar. 1. & q. 1. 2. 3. & 4.

Titulus clarus eſt. ¶In corpore vna eſt cōcluſio implicite reſiua ꝗſito affirmatiuè. Miſſio inuiſibilis fit ad oēs participantes grām. Probatur. Miſſio importat inceptionem eſſendi, uel ſimpliciter, uel nouo mō. ergo i eo, ad quē fit miſſio inuiſibilis, oportet ponere grām & eius nouitatem, ergo miſſio inuiſibilis fit ad oēs in quibus ſunt hæc duo, ergo ad oēs participes grę. ¶Aduerte hic, q nomen grę nō eſt à gratia diſtincta, tanquā gratia poſſit eſſe nō noua, ſed ad oſtendendū q ſi fit inuiſibilis miſſio. Ad hoc.n. nō ſufficit ſola inhabitatio gratiæ, ut patet in his q ſunt in grā p illo tpe, quo eorū gratia nō augetur. Eſt ſiquidē ibi inhabitās grā, ſed qa deeſt innouatio aliqua, iō tūc eis non fit miſſio. Et ppea, pumo authorē ſubtiliter ſecuiſſe cōcluſionē ultimo illatā, quaſi ſtuluiſſet, q miſſio inuiſibilis fit ad oēs participes grę cū aliqua nouitatem ad excludēdū quoſdā pticipes, ſed quod diſtinctè ut dictū eſt, & diſtinctè patet. ſtatim ſolutionibus argumētorū, in quibus ea q dicūt de Sancto & Chriſto, ſuo proprio diſtinguenda ſunt.

*Lib. 4. de tri. c. 4. & li. 15. c. 27 Nos habitat. tom. 3.

ARTICVLVS VI.

Vtrū miſſio inuiſibilis fiat ad omnes, qui ſunt participes gratiæ.

AD SEXTVM ſic procedit. Videt, q miſſio inuiſibilis nō fiat ad oēs, qui ſunt participes grę. Patres.n. ueteris teſtamēti, grę participes fuerūt. Sed ad illos nō vr fuiſſe facta miſſio inuiſibilis. Dicitur.n. Io. 7. Nondum erat ſpiritus datus, qa nondū erat Ieſus glorificat⁹. Ergo miſſio inuiſibilis nō fit ad omnes, qui ſunt participes gratiæ.

¶2 Præt. Profect⁹ i uirtute ñ eſt niſi p grām. Sed miſſio inuiſibilis nō vr attēdi ſm ꝓfectū uirtutis: qa ꝓfect⁹ uirtutis vr eſſe cōtinuus, cū charitas ſp aut ꝓficiat, aut deficiat. Et ſic miſſio eſſet cōtinua. ergo miſſio inuiſibilis ñ fit ad oēs pticipes grę.

¶3 Præt. Chrs, & beati pleniſſimè habet grām. Sed ad eos nō vr fieri miſſio. qa miſſio fit ad aliqd diſtās. Chrs aūt ſm q homo, & oēs beati, pfectè ſūt uniti Deo. Nō ergo ad oēs participes grę, fit miſſio inuiſibilis.

¶4 Præt. Sacra nouæ legis con tinēt grām, nec tñ ad ea dr fieri miſſio inuiſibilis. Nō ergo ad oia ꝗ hñt grām, fit miſſio inuiſibilis.

SED CONTRA eſt, q ſm Augu.* miſſio inuiſibilis fit ad ſanctificandam creaturam. Omnis autem creatura habēs gratiam ſanctificatur. Ergo ad omnem creaturam huiuſmodi fit miſſio inuiſibilis.

RESPON. Dicendū, q (ſicut ſupra dictum eſt*) miſſio de ſui ratione importat, q ille qui mittitur uel incipiat eſſe ubi prius nō fuit (ſicut accidit in rebus creatis) uel incipiat eſſe ubi prius fuit, ſed quodam modo nouo, ſecundum quod miſſio attribuitur diuinis perſonis. Sic ergo in eo ad quē fit miſſio, oportet duo conſiderare, ſcilicet inhabitationem gratiæ & innouationem quandā per gratiam. Ad omnes ergo fit miſſio inuiſibilis, in quibus hæc duo inueniuntur.

a 226

D. 302.

Concl. m.

AD PRIMVM ergo dicendum, q miſſio inuiſibilis eſt facta ad patres uete. teſtamenti. Vnde dicit Aug.* 5. de Trin. quòd ſecundùm quòd filius mittitur inuiſibiliter, ſit in hominibus, aut cum hominibus. Hoc autem antea factum eſt in patribus, & prophetis. Cum ergo dicitur, Nondum erat datus ſpiritus, intelligimus de illa datione cū ſigno viſibili, quæ facta eſt in die Pentecoſtes.

*Lib. 4. de tri. ca. 20. parū ante me. to. 3.

AD II dicendum, q etiam ſecundùm profectū uirtutis, aut augmentum gratiæ fit miſſio inuiſibilis. Vnde Aug. dicit* 4. de Trin. q tunc cuiquā mittitur filius, cum à quoquam cognoſcitur, atq; percipitur, quantum cognoſci & percipi poteſt ꝓ captu, uel proficientis animæ in Deum, uel perfectę animæ rationalis in Deo. Sed tamen ſecundùm illud augmentum gratiæ præcipuè miſſio inuiſibilis attenditur, quando aliquis proficit in aliquem nouum actum uel nouum ſtatum gratiæ: ut puta, cum aliquis proficit in gratiam miraculorum, aut prophetię, uel in hoc, q ex feruore charitatis exponit ſe martyrio, aut abrenunciat his quæ poſſidet, aut quodcumque opus arduum aggreditur.

*Lib. 4. de tri. ca. 20. tom. 3.

AD III dicendū, q ad beatos eſt facta miſſio inuiſibilis in ipſo principio beatitudinis. Poſtmodum autem ad eos fit miſſio inuiſibilis: non ſecundum intenſionem gratiæ: ſed ſecundùm quòd aliqua myſteria eis reuelantur de nouo. Quod eſt uſque ad diem iudicij. Quod quidem augmentum attenditur ſecundùm extenſionem gratiæ ad plura ſe extendentis. Ad Chriſtum autem fuit facta inuiſibilis miſſio in principio ſuæ conceptionis: non autem poſtea, cū à principio ſuæ conceptionis fuerit plenus omni ſapientia & gratia.

a 232

AD IIII dicendū, q gratia eſt in ſacramentis nouæ legis inſtrumentaliter, ſicut forma artificiati eſt in inſtrumentis artis, ſecūdùm quendam diſcurſum ab agente in patiens. Miſſio autem non dicitur fieri niſi reſpectu termini. Vnde miſſio diuinæ perſonę non fit ad ſacramēta, ſed ad eos qui per ſacramenta gratiam ſuſcipiunt.

SVPER Q. XLIII. ARTIC. VII.

S. Bon. 1. 5. d. 15. q. 3. 4. artic. 1.
Alenſ. 1. par. ſu. q. 71. mem. 1.
Scot. 1. 5. d. 14. 15. 16.
Ricar. 1. 5. d. 15. q. 1. 2.
Duran. 1. 5. d. 16. q. 1.

ARTICVLVS VII.

Vtrum ſpiritui ſancto conueniat uiſibiliter mitti.

AD SEPTIMVM ſic procedit. Videtur, quòd ſpiritui ſancto non conueniat uiſibiliter mitti. Filius enim ſecūdùm qd

Titulus ex præcedentibus eſt not⁹, & à ſolo q̄ritur ſpūſancto: qm de filio conſtat, q miſſione uiſibili miſſus eſt, cum Verbum caro factū eſt. ¶In corpore duo facit. Primo, ſtudet quæſtio uniuerſalius ꝗ quæſitum

Porrecta per totum.

232

Locū ſupra, art. 6. inducta.

Universidad de Deusto Biblioteca

quæſitum fuerit, id eſt non ſolum de ſpirituſan. ſed filio. Secundò, ponit differentiam inter modum vtriuſq; miſſionis.

¶ Quo ad primũ concluſio eſt. Conueniens fuit filium & ſpiritũſanctũ viſibiliter mitti: ꝓbatur ſic. Modus cõnaturalis hominis eſt, ut per viſibilia ad inuiſibilia manu ducat. ergo inuiſibilia Dei oportuit homini per uiſibilia manifeſtari. ergo ſicut ſeipſum & æternas proceſſiones ꝑ viſibilia Deus hominib⁹ quodãmodo demonſtrauit: ita cõueniẽs fuit, vt inuiſibiles miſſiones pſonarũ ſecũdũ aliquas viſibiles creaturas manifeſtaret. hoc aũt eſt ipſas viſibiliter mitti. prima conſequẽtia ꝓbatur: quia Deus prouidet omnibus ſecundum vniuſcuiuſque modum; reliqua ſunt ſatis rationabilia.

¶ Quo ad ſecundum differẽtia eſt, quia filius eſt miſſus viſibiliter tanquam ſanctificationis actor, vt patet in proceſſu ſacræ ſcripturæ; Spiritus autem ſanctus tanquã ſanctificationis indiciũ, vt in baptiſmo Chriſti apparet. Ratio aũt huius differẽtiæ ſatis accõmoda reddit ex conditionibus notionalibus: q: ſcilicet, filius eſt principiũ ſpirituſſancti, ipſe aũt ſpirituſſan. eſt donũ, inquantũ ꝓcedit vt amor, vt ex ſupradictis patet.

*Lib. 3. de tri. c. 4. 5. & 9. to. 3.

viſibiliter miſſus[h] eſt in mũdo, F dicitur eſſe minor patre. Sed nũquã legitur ſpirituſſanctus minor patre. Ergo ſpirituiſancto non conuenit viſibiliter mitti.

¶ 2 Præt. Miſſio viſibilis attendit ſm aliquam creaturã viſibilem aſſumptam, ſicut miſſio filij ſm carnẽ. Sed ſpiritusſanctus non aſſumpſit aliquã creaturam uiſibilem. Vñ nõ põt dici ꝙ in aliquibus creaturis viſibilibus ſit alio mõ q̃ in alijs, niſi fortè ſi- G cut in[h] ſigno: ſicut eſt ẽt i ſacramentis & in oĩbus figuris legalibus. Non ergo ſpiritusſanctus viſibiliter mittit: vel oportet dicere, ꝙ ſm omnia huiuſmodi, eius miſſio viſibilis attenditur.

¶ 3 Præt. Quęlibet creatura viſibilis eſt effectus demõſtrãs totã[h] Trinitatẽ. Non ergo per illas creaturas viſibiles magis mittiẽ ſpiritusſanctus, q̃ alia perſona.

¶ 4 Præt. Filius viſibiliter ẽ miſ- H ſus ſm digniſſimã viſibiliũ creaturarũ, ſ. ſm naturã humanã. Si igiẽ ſpiritusſanctus viſibiliter[h] mittitur, debuit mitti ſecũdum aliquas creaturas rationales.

¶ 5 Præt. Quæ* viſibiliter fiũt diuinitus, diſpenſantur ꝑ miniſteriũ angelorũ, vt Aug. dicit* 3. de Trin. Si ergo aliquæ ſpecies viſibiles apparuerũt, hoc factũ fuit ꝑ angelos. Et ſic ipſi angeli mittunẽ, & nõ ſpiritus ſanctus. I

¶ 6 Præt. Si ſpiritusſanctus viſibiliter mittatur, hoc nõ eſt niſi ad[h] manifeſtandum inuiſibilem miſſionem, quia inuiſibilia per viſibilia manifeſtãtur. Ergo ad quem miſſio inuiſibilis facta non fuit, nec miſſio viſibilis fieri debuit: & ad omnes ad quos fit miſſio inuiſibilis, ſiuè in nouo, ſiuè in veteri teſtamẽto, miſſio uiſibilis fieri dẽt. Qđ patet eſſe falſum. Non ergo ſpiritusſanctus viſibiliter mittitur.

Sed contra eſt, quod dicitur Matth. 3. quòd ſpiritusſanctus deſcendit ſuper Dominum baptizatum in ſpecie columbæ. K

Respon. Dicendũ, ꝙ Deus prouidet omnibus ſm vniuſcuiuſq; modum. Eſt aũt modus connaturalis hominis, vt per viſibilia ad inuiſibilia manuducatur, (vt ex ſupradictis patet.*) Et ideò inuiſibilia Dei oportuit homini per viſibilia manifeſtari. Sicut igitur ſeipſum Deus & proceſſiones æternas perſonarum, per creaturas viſibiles, ſecundũ aliqua indicia hominibus quodammodo demonſtrauit: ita[m] conueniẽs fuit, vt ẽt inuiſibiles miſſiones diuinarũ pſonarum ſm aliquas viſibiles creaturas manifeſtarẽtur[n]. Aliter tñ filius & ſpirituſſanct[o]. Nã ſpirituiſancto inquãtũ ꝓcedit vt amor, competit eſſe ſanctificationis donum, filio autem inquantũ eſt ſpiritus ſancti principiũ, cõpetit eſſe ſanctificationis huius authorem. Et ideò filius viſibiliter miſſus ẽ tãquã ſanctificationis author, ſed ſpiritusſan. tanquam ſanctificationis indicium.

Q. 12. a. 12.

Conel. m.

Ad primum ergo dicẽdũ, ꝙ filius creaturã viſibilẽ in qua apparuit, in vnitatẽ pſonæ aſſumpſit: ſic, ut qđ de illa creatura dr̃, de filio Dei dici poſſit. Et ſic rõne naturæ aſſumptæ, filius dicitur minor patre. Sed ſpũſſanc. nõ aſſumpſit creaturã viſibilẽ, in qua apparuit in unitatẽ perſonæ, ut quod illi cõuenit, de illo prædiceẽ. Vnde non poteſt dici minor patre, propter uiſibilem creaturam.

Ad II dicendum, ꝙ miſſio uiſibilis ſpũſſancti, non attenditur ſm uiſionem imaginariam quæ eſt uiſio prophetica: quia, ut Auguſt. dicit* 2. de Trin. uiſio prophetica, non eſt exhibita corporeis oculis per formas corporeas, ſed in ſpiritu ꝑ ſpirituales corporũ imagines. Columbã uerò illã & ignẽ oculis uiderũt, quicunq; uiderũt. Neq; iterum ſic ſe habuit ſpirituſſanctus ad huiuſmodi ſpẽs, ſicut filius ad petrã: qa dicit, Petra erat Chriſtus. Illa. n. petra, iam erat in creatura, & per actionis modũ nuncupata eſt nomine Chriſti, quẽ ſignificabat. Sed illa columba & ignis, ad hæc tantum ſignificãda repente extiterunt. Sed uidenẽ eſſe ſimilia flammæ illi quæ in rubo apparuit Moyſi, & illi columbæ quam populus in eremo ſequebatur, & fulgoribus, ac tonitruis, quæ fiebant cum lex daretur in monte. Ad hoc. n. rerum illarum corporalis extitit ſpecies, ut aliquid ſignificaret, atq; prædiceret. Sic igitur apparet, ꝙ miſſio uiſibilis, neq; attenditur ſecundũ uiſiones propheticas, quę fuerũt imaginariæ & non corporales, neque ſecũdũ ſigna ſacramentalia ueteris & noui teſta. in qb. quædã res præexiſtentes aſſumuntur ad aliquid ſignificãdũ. Sed ſpirituſſanctus uiſibiliter dicitur eſſe miſſus, inquantum fuit monſtratus in quibuſdam creaturis, ſicut in ſignis ad hoc ſpecialiter factis.

*Lib. 2. de trin. c. 6. [illegible] to. 3.

Ad III dicẽdũ, ꝙ licẽt illas creaturas uiſibiles tota Trinitas opatã ſit, tñ factæ ſunt ad demõſtrãdũ ſpecialr̃ hanc uel illã perſonã. Sicut. n. diuerſis nominibus ſignificatur pr̃ & filius & ſpirituſſanctus, ita etiã diuerſis rebus ſignificari potuerunt: q̃uis inter eos nulla ſit ſeparatio, aut diuerſitas.

Ad IIII dicẽdũ, ꝙ perſonã filii declarari oportuit, ut ſanctificationis authorẽ (vt dictum eſt.*) Et ideò oportuit ꝙ miſſio uiſibilis filij fieret ſecũdũm naturam rationalẽ, cuius eſt agere, & cui poteſt competere ſanctificari. Indicium autem ſanctificationis eſſe potuit quæcunque alia creatura. Neque oportuit quòd creatura uiſibilis ad hoc formata eſſet aſſumpta à ſpirituſan. in unitatem perſonæ, cum non aſſumeretur ad aliquid agendum, ſed ad indicandum tantùm. Et propter hoc etiam, non oportuit ꝙ duraret, niſi quandiu peragerct officium ſuum.

In corp. art.

Ad V dicendũ, ꝙ illæ creaturæ uiſibiles formatæ ſunt miniſterio angelorũ: nõ tñ ad ſignificãdũ pſonã angeli, ſed ad ſignificãdã perſonã ſpiritus ſancti.

ſancti. Quia igiẽ ſpũſſanctus erat ĩ illis creaturis viſibilib⁹, ſicut ſignatũ in ſigno, ꝑꝑ hoc ſecũdũ eas ſpũſſanctus uiſibiliter mitti diciẽ, & non angelus. A

Ad VI dicendũ, ꝙ non eſt de neceſſitate inuiſibilis miſſionis, ut ſꝑ manifeſteẽ ꝑ aliqđ ſignũ uiſibile exterius, ſed ſicut dr̃ 1. Cor. 12. Manifeſtatio ſpũs daẽ alicui, ad utilitatẽ. ſ. Eccleſiæ. Quæ quidẽ utilitas eſt, ut ꝑ hmõi uiſibilia ſigna fides cõfirmetur & ꝓpageẽ. Quod qdẽ principalr̃ factũ eſt per Chriſtũ, & ꝑ Apoſtolos, ſecundũ illud Heb. 2. Cũ initiũ accepiſſet enarrari ꝑ dñm ab eis q audierũt in nos confirmata eſt. Et iõ, ſpecialr̃ debuit fieri miſſio uiſibilis ſpiri. ſanc. ad Chriſtũ, & ad Apoſtolos, & ad aliquos primitiuos Sanctos, in qb⁹ quodãmodo Eccleſia fundabaẽ: ita tñ ꝙ uiſibilis miſſio facta ad Chriſtũ, demonſtraret miſſionẽ inuiſibilẽ: non tunc, ſed in principio ſuæ conceptionis ad eũ factã.[c] Facta aũt eſt miſſio uiſibilis ad Chriſtũ, in baptiſmo qdẽ, ſub ſpecie colũbæ, quod eſt animal fęcundũ, ad oſtendendũ in Chriſto authoritatẽ donãdi gratiã ꝑ ſpũalẽ regñationẽ (vñ vox pr̃is intonuit, Hic eſt filius meus dilectus) ut ad ſimilitudinẽ unigeniti, alij regenerarenẽ. In transfiguratione uerò, ſub ſpecie nubis lucidæ, ad oſtendẽdã exuberantiã doctrinę. Vndè dictũ eſt. Ipſum audite. Ad Apoſtolos aũt, ſub ſpecie flat⁹, ad oſtẽdẽdã poteſtatẽ miniſterij ĩ diſpẽſatione Sacramẽtorũ. Vndè dictũ eſt eis: Quorũ remiſeritis peccata, remittunẽ eis. Sed ſub linguis igneis, ad oſtẽdẽdũ officiũ doctrinæ. Vnde dr̃, ꝙ cęperunt loqui varijs linguis. Ad patres aũt ueteris teſtamẽti, miſſio uiſibilis ſpũſſan. fieri non debuit, qa prius debuit perfici miſſio uiſibilis filij q̃ ſpirituſſan. cum ſpirituſſan. manifeſtet filiũ, ſicut filius patrẽ. Fuerũt autem factæ uiſibiles apparitiones diuinarũ pſonarum patribus ueteris teſtamenti. Quæ quidẽ miſſiones uiſibiles dici nõ poſſunt: qa non fuerũt factę (ſcđm Aug.*) ad deſignãdũ inhabitationẽ diuinę pſonę, ꝑ grãm, ſed ad aliqđ aliud manifeſtãdũ. B C D

431 e

*Lib. 2. de tri. ca. 17. [illegible]

Perrecta per totum.

SVPER Q. XLIII. ARTIC. VIII.

Aegid. d. 15. q. 3. a. 1. p. 1. Capr. diſt. 15. q. 1. a. 2. con 2. Bannes. q. 43. a. 8.

233 I. diſt. 15. q. 1. Expo. q. 10. ar. 4 ad quartum. *Lib. 4. de Tri. c. vlt. in ſi. to. 3.

Titulus clarus eſt. ¶ In corpore tria facit. Primò, refert duas opiniones: ſecũdò, ſaluat utraſq; tertiò, excludit obiectionẽ ibi, nõ aũt ꝑꝑ hoc homo: & qm oĩa ordinatẽ ſunt in litera ac clarè, nõ opus eſt mora. Ad euidẽtiã tñ huius qõnis, ſcito, ꝙ optima uia oĩs difficultates ſoluẽdi, ẽ dicere, ꝙ miſſio eſt nomẽ multiplex, habẽs multas intentiones, quẽadmodũ nomina tractata in 5. Metaph. & ꝙ intẽtiones eius ſunt hę q narrãtur in litera. ſ. proceſſio miſſi a mittente ſecundũ ſe, & ſecũdũ nouũ modũ eſſendi. Et rurſus, proceſſio miſſi ſecũdũ ſe ab aliquo, & ſecũdũ nouũ modũ eſſendi à mittente: & ſecũda intentio, reducitur ad primã, tanquã ad potiorẽ. Et ꝓptea in 1. artic. huius qõnis author dixit, ꝙ de rõne miſſionis eſt proceſſio miſſi à mittente: loquebaẽ. n. de prima ria intẽtione miſſionis, hic aũt non obliitus, diſtinguit, vt ſecũdam intentionem eiuſdẽ adijceret, præſertim ob reuerentiã Aug. Sanctorũ, & Magiſtri in 15. diſt. 1. vbi q. 2. arti. 1. diffuſè rationem ſecundę intẽtionis inuenies.

Articvlvs VIII.

Vtrũ aliqua perſona diuina mittatur, niſi ab ea, à qua procedit æternaliter.

Ad octavvm ſic procedit. Videtur, ꝙ nulla pſona diuina mittatur, niſi ab ea, à qua ꝓcedit æternaliter. Quia ſicut dicit Aug.* 4. de Tri. Pater à nullo[h] mittitur, qa à nullo eſt. Si ergo aliqua pſona diuina mittiẽ ab alia, oportet ꝙ ſit ab illa. E

¶ 2 Præt. Mittẽs hẽt authoritatẽ[h] reſpũ miſſi, ſed reſpũ diuinę pſonæ non põt haberi authoritas, niſi ſecũdũ originẽ. Ergo oportet ꝙ diuina pſona q̃ mittitur, ſit à perſona mittente.

¶ 3 Præt. Si pſona diuina poteſt mitti ab eo, à quo nõ eſt,[h] nihil prohibebit dicere ꝙ ſpiri. ſan. detur ab homine, q̃uis nõ ſit ab eo. Quod eſt contra Augu.* 3. de Tri. Ergo diuina perſona nõ mittitur, niſi ab ea, à qua eſt.

*Li. 15. de Tri. ca. 26 tom. 3.

Sed contra eſt, ꝙ filius mittiẽ a ſpũſancto ſecũdũ illud Iſa. 48. Nũc miſit me Dñs Deus, & ſpiritus eius: Filius aũt non eſt à ſpirituſancto. Ergo pſona diuina mittitur ab ea, à qua nõ eſt.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ circa hoc inueniunẽ aliq diuerſimodè locuti eſſe. Secundũ quoſdã. n. pſona diuina nõ mittitur niſi ab eo, à quo eſt æternalr̃. Et ſecũdũ hoc cũ dr̃, filius Dei miſſus à ſpiri. ſan. referendũ eſt hoc ad humanã naturã, ſecundũ quam miſſus eſt ad ꝑdicãdũ à ſpũſancto. Auguſt. aũt dicit* 2. de Trini. ꝙ filius mittitur & à ſe & à ſpirituſan. & ſpiritusſanctus ẽt mittitur & à ſe & à filio, ut ſic mitti in diuinis non conueniat cuilibet perſonæ, ſed ſolũ perſonæ ab alio exiſtenti: mittere aũt cõueniat cuilibet pſonæ. Vtrunq; aũt habet aliquo mõ ueritatẽ: qa cum dr̃ aliqua pſona mitti, deſignatur & ipſa perſona ab alio exiſtẽs, & effectus uiſibilis, aut inuiſibilis, ſecundũ quẽ miſſio diuinæ perſonæ attẽditur. Si[m] igiẽ mittẽs deſigneẽ ut principiũ pſonæ, q̃ mittiẽ, ſic nõ q̃libet pſona mittit, ſed ſolũ illa, cui conuenit eſſe principiũ illius pſonæ.[n] Et ſic filius mittiẽ tm̃ à patre,[d] ſpirituſſanctus aũt a patre & filio. Si[p] uero pſona mittẽs intelligaẽ eſſe principium effectus, ſecũdũ quẽ attendiẽ miſſio, ſic tota Trinitas mittit perſonã miſſam.[q] Non[d] aũt propter hoc, homo dat ſpiritumſanctũ, qa nec effectum gratię põt cauſare. Et per hoc patet ſolutio ad obiecta.

*Lib. 2. de tri. ca. 5. ꝑ totum tomo 3.

Conel. m.

D. 901. Conel. p. D. 430.

QVAESTIO XLIIII.

De proceſſione creaturarum à Deo, & de omnium entium prima cauſa in quatuor articulos diuiſa.

Post conſiderationem diuinarum perſonarum, conſiderandum reſtat de proceſſione creaturarum à Deo. Erit autem hæc conſideratio tripartita, ut primò conſideretur de productione creaturum. Secundò, de earum diſtinctione: Tertiò, de conſeruatione & gubernatione. Circa primum tria ſunt conſideranda. primò quidem, quæ ſit prima cauſa entium. Secundò, de modo procedendi creaturarum à prima cauſa. Tertiò, uerò de principio durationis rerum.

SVPER Q. XLIIII. ARTIC. I.

Ferr. 2. cont. c. 6. 15. Aegi. 2. 5. d. 2. q. 1. D. Bon. 1. 5. d. 1. p. 1. a. 2. Bannes. q. 44. a. 1.

IN tit. ly, oẽ ens nõ ſtat ꝑ oĩ re alia à deo, aliuqn ſupfluerct ſequens artic. ſed ſtat ꝑ oĩ re, q̃ ꝓpriè dr̃ ens, ut ſunt apud nos cõpoſita, & in ſuperiorib⁹, q̃ ſubſiſtũt ly creatũ non ꝓpriã ſumiẽ: qm in toto de curſu huius articuli, nulla ſit difficultas đ cauſalitatis modo ſignificato ꝑ creationem: ſed ſignificat ly creatũ in propoſito cauſatum effectiuè

hoc enim incidit dubitare. Vñ hic idem titulus in distinctione articulorũ huius q̃stionis ꝓponitur in litera primo sic: vtrũ Deus sit cã efficiens omniũ entium, vbi manifestè patet qđ dixímus: & hoc idẽ et oſtendit litera in concluſione reſponſiua. Vſus eſt autẽ author non caſu, ly cauſa efficiens, & ly creatũ, ſed ea rõne, vt oſtenderet, ꝙ gratia materiæ, hæc duo coincidunt: oẽ ens eſt creatum & omne ens eſt factum à Deo, &c.

¶ In corpore vnica ẽ concluſio reſponſiua queſito affirmatiuè. Neceſſe eſt oẽ quod quocunq; mõ eſt, à Deo eſſe, & pbatur ſic: oẽ inuentum in aliquo p participationẽ cauſatur ab eo, cui ineſt p eſſentiã. Sed eſſe inuenitur in omnibus alijs à Deo per participationẽ & in Deo p eſſentiã: ergo oĩa alia entia cauſata ſunt ab ipſo Deo. Maior manifeſtatur in ferro igniio & igne. Minor verò, quoad Deum, probatur ex q. 3. in qua pbatum eſt, ꝙ Deus eſt ipſum eſſe ſubſiſtẽs: quo ad alia verò à Deo ſic eſſe ſubſiſtent, non eſt niſi vnum: ergo oĩa alia à Deo non ſunt ſuũ eſſe: ergo participãt eſſe. Antecedẽs & pbatum eſt q. 7. art. 1. ad tertiũ, & clarius, art. 2. eiuſdem quæſtionis: & manifeſtatur exemplis: ſicut ſi albedo eſſet ſubſiſtẽs &c. & additur ratio, quia multiplicatio eſt ſecundum recipiẽtia. Et confirmatur tota ratio authoritatibus Platonis & Ariſt.

Porrecta per totum.

234 2. d. 1. q. 1. ar. 2. & 3. & diſ. 17. q. 1. art. 1. Et 2. cõt. c. 6. 15. & 16. Et op. 3. c. 68. & 69. & op. 15. c. 9.

¶ Circa hanc rõnem multa ſunt aduertẽda, & circa literã & circa ſẽ. Circa literã quidam aduerte primò, ꝙ cum in cõcluſione dĩ, Omne qđ quocunq; modo eſt, ſignificatur omnis modus ent' & conſim unius cuiuſcunq; generis: & non cõmuniũ, ſeu tranſcendens modusq; ens diſtinguitur p actũ & potentiam ꝙ ſenſus eſt. Oẽ quod eſt quid, quale, vel quantũ, &c. & non eſt ſenſus, omne quod eſt actu, vel potentia: dico autem hoc pp materiam primam, quæ ſequenti reſeruatur articulo: & pp ipſum actum eſſendi, de quo verificari non eſt ſuũ eſſe, quod vt ſic in minore ſubſumitur de omni alio à Deo. Aduerte ſecundò, ꝙ eodẽ repetat litera, ꝙ oĩa alia à Deo non ſunt ſuum eſſe, & participant eſſe. Quo ad ſẽ verò ſcito, ꝙ iſta ratio in terminis communibus communis eſt ſapientibus ferè omnibus: diſſenſio autem eſt in expoſitione terminorũ & probationibus. Ad euidentiam igitur maioris, ſcito ꝙ illa communis eſt Platonicis & peripateticis: ſi illud per eſſentiam inuenitur, & eſt propoſitio ſecundum ſe immediata: quo ad nos autem manifeſtaturq; quia imperfecta à perfectis, & per aliud à per ſe naturaliter deriuantur. Vocatur autem ter per eſſentiam, puta bonitas, ſi habet tres conditiones. Primò, ꝙ non eſt contracta quouis modo: quod dico propter animam intellectiuam & imaginarias poſitiones; ſi albedo vt quatuor ſeparentur & ſic conſiderantur abſq; etiam quantitate. Tertiò, ꝙ eſt in ſe ipſa naturaliter ſubſiſtẽs: qđ dico

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primò. Vtrum Deus ſit cauſa efficiens omnium entium.

¶ Secundò. Vtrũ materia prima ſit creata à Deo, vel ſit pricipiũ ex æquo coordinatũ ei.

¶ Tertio. Vtrum Deus ſit cauſa exemplaris rerum, uel ſint alia exẽplaria præter ipſum.

¶ Quartò. Vtrum ipſe ſit cauſa finalis rerum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum ſit neceſſarium, omnes ens eſſe creatum a Deo.

AD PRIMVM ſic ꝓcedit. Vĩ, ꝙ nõ ſit neceſſariũ oẽ ens eſſe creatũ à Deo. Nihil n. ꝓhibet inueniri rẽ ſine eo qđ non eſt de rõne rei: ſicut hominẽ ſine albedine. Sed habitudo cauſati ad cam non vĩ eſſe de rõne [h]entiũ, qa ſine hac poſſunt aliqua entia itelligi. ergo ſine hac poſſunt eſſe. Ergo nihil ꝓhibet eẽ aliqua entia ñ creata à Deo. ¶ 2 Præt. Ad hoc aliquid indiget cã efficiente vt [h] ſit. Ergo quod nõ põt nõ eſſe, nõ indiget cauſa efficiente. Sed nullũ neceſſarium poteſt non eſſe: quia qđ neceſſe eſt eſſe, non poteſt non eſſe. Cum igitur multa ſint neceſſaria in rebus, videtur quòd non omnia entia ſint a Deo.

¶ 3 Præt. Quorũcũq; eſt [h] aliqua ca, in his põt fieri demõſtratio p cãm illã. Sed in mathematicis ñ ſit demõſtratio p cãm agẽtẽ, vt p Philoſophũ patet in * 3. Metaph. Non igitur omnia entia ſunt à Deo, ſicut à cauſa agẽte.

SED CONTRA eſt, ꝙ dr Romanorum 11. cap. ſic. Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia.

RESPON. Dicendũ, ꝙ [m] neceſſe eſt dicere, oẽ qđ quocunq; mõ eſt, à Deo eſſe. * Si enim aliquid inuenitur in aliquo p participationẽ, neceſſe eſt ꝙ cauſetur in ipſo ab eo cui eſſentialiter conuenit: ſicut ferrũ ſit ignitũ ab igne. Oſtẽſum eſt aũt ſupra, * cũ de diuina ſimplicitate ageretur, ꝙ Deus eſt ipſum eſſe p ſe ſubſiſtẽs. Et iterũ oſtẽſum * eſt, ꝙ eſſe ſubſiſtens, non poteſt eſſe niſi vnum, ſicut ſi albedo eſſet ſubſiſtens, non poſſet eſſe niſi vna, cum albedines multiplicentur ſm recipientia. Relinquit ergo, ꝙ omnia alia à Deo non ſint ſuum eſſe, ſed participant eſſe. Neceſſe eſt igitur, ꝙ omnia quæ diuerſificantur ſm diuerſam participationem eſſendi, vt ſint perfectius, vel min' pfectẽ, cauſari ab uno primo ente, qđ pfectiſſimẽ ẽ *. Vnde & Plato dixit, ꝙ neceſſe eſt ante omnẽ multitudinẽ ponere vnitatẽ. Et Ariſto. dicit in ſecundo * Metaphyſicorũ, ꝙ id qđ eſt maximè ens & maximè

ꝓpter modũ ſignificãdi nominis abſtractiui: res. n. albedinis nomine ſignificata, non eſt albedo p eſſentiam, niſi ſecundũ modũ ſignificandi. Res autẽ per participationẽ, cõſtituitur ex contractione latitudinis alicuius rõnis formalis, quouis modo contingat ſiue ſubiectiuè, ſiue gradualiter, ſiue quouis alio modo.

¶ Circa minorem notandum, ꝙ omnes concedunt ſolũ Deum eſſe ens p eſſentiã: diuerſimodè tñ exponunt. Scotus. n. in 1. d. 2. q. 3. ad tertium principale: & diſtinctione 8. ad ſecundũ iuxta primã quæſtionem exponit. Non Deum dici ens p eſſentiam, ſed eſſe eius eſt perfectiſſimũ, & infinitum, & ideò participatio ei non competit, quia eſſe eius non eſt pars, min' recipit, ſed infinitum: & ideò reducit ad infinitum, vt imperfectum ad perfectum. A ſancto Thoma autem, Auicen. Boet. Alpharabio & Algazele exponitur: quia eſſe eſt ipſa quidditas Dei: in creaturis verò, eſſe eſt actualitas quidditatis contracta p illam, & propterea illa, ea ſubſiſtentia participat eſſe: & ita, & ſic qđ eſt per eſſentiam.

¶ Circa probationem vtriuſq; partis minoris, aduertẽdum, ꝙ ſubſiſtere ſolũ, nõ facit rem ſubſiſtentẽ eſſe talem p eſſentiam, vt patet de ſubſtantijs ſeparatis: etiam compoſitis materialibus: ſed ſubſiſtere actiue receptibile ſecundũ ſuum ordinem, coſtituit tantum per eſſentiam, & nepartio ſubſiſtẽtiæ e ſtitutiue eiuſdem per participationẽ de quibus eſt ſermo ſecundũ ordinem eſt

ceptibile in alio, & ſimiliter, ſapientia, bonitas &c. & apud Platonem quidditates ſenſibiles receptibiles erãt in materia. Ideo quodcunq; horum ſi ſubſiſtat, eſt tale per eſſentiam: & ſi non ſubſiſtat, per participationem. Et propterea in litera datur exemplum de albedine quam conſtat eſſe formam receptibilem in alio. Et quoniam naturaliter ſubſiſtere includit eẽ receptibilitatem, & ſubſiſtentia ad recipi declinatur, propterea in litera a ſubſiſtentia ad recipi declinatur, in alio, dum dicitur, quod albedo non multiplicatur niſi ſecundum recipientia. Reſtant tamen hic duo dubia. Alterum ſuperius prætactum, & infra diſcutiendum, ſcilicet an multiplicatio indiuiduorum eiuſdem rationis, ſit ſolum penes recipientia. Alterum: an verum ſit quod omnia alia à Deo non ſunt ſuum eſſe, quod in commentarijs de Ente & eſſentia c. 5. requirendum quoque multa pertinentia ad vnitatem primi & hic pertractantes.

¶ Circa vim huius rõnis aduerte duo. Primò, ꝙ licèt non cõcludat ex participatione niſi ergo omne ens eſt à Deo, omittendo ꝙ effectiuè, ꝙ cõſtanti ſit relictũ eſt, ꝙ effectiuè: quia cum naturale ſit vnicuique agere ſibi ſimile, & impoſſibile ſit aliquid aliud perfectius ſuam ſimilitudinem efficere quàm id, quod eſt tale per eſſentiam: conſequens eſt neceſſario, quod ipſum ſit primum

* Li. 3. Met. tex. 3.

Canon. 16.

* Q. 11. ar. 3. & 4.

* Li. 2. Met. tex. 4. & 3.

primũ faciens talia p participationem: niſi fortè inueniret aliquid eminẽtius præhabẽs illud: qđ in propoſito non hẽt locũ, cum nihil poſſit ẽe cogitari eminentius ipſo eſſe p eſſentiã. Secundò, ꝙ author tractãs de creatione hic, ſubtiliſſima arte vſus eſt proceſſit nãq; ex verè proprijs. Creare enim, eſt nihil aliud ſi ꝗuam facere ꝙ res ſint, & nõ includat q ſint tales vel tales, idẽ eſt q̃rere creatorem entium omniũ, & cauſam effectiuã omnium, inquantũ entia, vt et inferius clarius patebit. Nõ põt autẽ magis ppria cã entiũ inquãtũ entia ſunt, aſſignari, q̃ eſſe per eſſentiã, vt ſic, ſicut & omnis ꝑ ſe cauſam inquantũ viuentia, vita p eſſentiam: & veritatẽ inquantũ vera, veritas p eſſentiã iuxta authoritatem ſecũdi Met. & propoſitionẽ 18. lib. de cauſis, ſubintellecta proprietate cauſæ effectiuæ: quæ eſt facere ſibi ſimile.

¶ In reſponſione ad primũ eſſet dubium: an ſaltem creationis paſſiuæ diſtinguatur realiter à re creata: ſed de hoc erit ſermo. ar. 3. quæſt. 45.

¶ In reſponſione ad ſecundum aduerte, quod reſponſio formalis conſiſtit in negatione illius maioris, quod non poteſt non eſſe, non indiget cauſa efficiente ad eſſe, ſed non indiget cauſa dante ſibi ꝙ ſit: & ratio aſſignatur in litera: quia eſt fallacia conſequentis, à pluri b' cauſis veritatis &c. Indigere enim cauſa efficiente, contingit ex duobus: vel ex eo ꝙ poteſt eſſe & nõ eſſe, vel ex eo quod nõ eſſet, ſi cauſa inquantum cauſa non eſſet, id eſt ſi ab alio non haberet illud eſſe, hunc enim ſenſum cauſæ nomen inſinuat. Et hãc interpretationem diligenter notato: p eam enim ſoluitur dubitatio minus penetrantium hanc literam, & inſtantium, ꝙ non valet: hoc non eſſet, ſi illud nõ eſſet: ergo illud eſt cauſa huius, vt patet in correlatiuis: & etiam ſi homine & riſibili homo enim nõ eſſet, ſi riſibile non eſſet, & tamen riſibile non eſt cauſa hominis. Ceſſant enim hæc omnia, ſi perſpectum fuerit, litera de cauſa inquantum cauſa, & non de re, quæ eſt cauſa, abſolutè loquitur. Valet enim. A nõ eſſe, ſi cauſa illius non eſſet: i. ſi non cauſaretur ergo A eget, & ſi illud autẽ interpretabantur de re, quæ eſt cauſa materialiter.

¶ Circa eãdẽ rñſionẽ diligenter aduerte, ꝙ author explicitè cõcedit plura entia neceſſaria: quod & probabat in 2. contra Gent. c. 30. Et ſcito, ꝙ ſecundò rẽ nulla forte eſt diſſenſio Scoti ab authore: in vocabulis: qm̃ Scotus & alij ſequaces eius, nõ eſſe neceſſarij ſimpliciter intelligunt id, qđ nulla potentia põt non eſſe, & ſic ſolum Deum dicunt neceſſariũ ſimpliciter. S. Tho. aũt peripateticus ſermonibus ſ. Meta. neceſſariũ ſimpliciter vocat id, qđ nõ põt nõ eſſe p potentiam in ſe. Et propterea, cõcedit & pbat multa entia neceſſaria ſimpliciter. Et vera: quia iudiciũ de rebus dẽt dari & dici, ſecundum ꝑpria ipſarum rerũ, & nõ ſecundũ ea transcẽdibilia ẽ nominato authoris: qm̃ multa entia ſint,

uerũ, eſt cã oĩs entis & oĩs verĩ: ſicut id quod maximè calidum eſt, eſt cauſa omnis caliditatis.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ licèt habitudo ad cauſam nõ itret diffinitionem entis, qđ eſt cauſatũ: tñ ſequitur ad ea quæ ſunt de eius rõne: quia ex hoc ꝙ aliquid per participationem eſt ens, ſequiĩ ꝙ ſit cauſatũ ab alio. Vñ hmõi ens, nõ põt eſſe quin ſit cauſatum, ſicut nec homo quin ſit riſibile. Sed qa eſſe cauſatũ nõ eſt de ratione entis ſimpliciter, ꝓpter hoc, inuenitur aliquod ens non cauſatum.

AD II dicẽdũ, ꝙ ex hac rõne, quidam moti fuerunt ad ponendum, ꝙ id quod eſt neceſſarium, non habeat cauſam, ut dĩ in 8. Phyſi. Sed hoc manifeſtè falſum apparet in ſcientijs demonſtratiuis, in qbus principia neceſſaria ſunt cauſæ cõcluſionum neceſſariarũ. & ideò dicit Ariſt. in * 5. Metaphyſi. ꝙ ſunt q̃dã neceſſaria, quæ habẽt cauſam ſuæ neceſſitatis. Non ergo ꝓpter hoc ſolũ requiritur cauſa agens, quia effectus põt non eſſe, ſed quia effectus non eſſet, ſi cauſa non eſſet. Hæc enim conditionalis eſt vera, ſiue antecedẽs & conſequẽs ſint poſſibilia, ſiuè impoſſibilia.

AD III dicẽdum, ꝙ mathematica accipiuntur, vt abſtracta ſm rõnem, * cũ tñ non ſint abſtracta ſecundum eſſe. Vnicuiq; aũt competit habere cauſam agentem ſecundum quod habet eſſe. Licèt igitur ea quæ ſunt mathematica, habeãt cauſam agentẽ: non tñ ſm habitudinem quam habent ad cauſam agentẽ, cadunt ſub conſideratione mathematici. Et ideò in ſciẽtijs mathematicis, ñ demõſtrat aliquid per cauſam agẽtẽ.

ARTICVLVS II.

Vtrũ materia prima ſit creata a Deo.

AD SECVNDVM ſic procedi-tur. Vĩ, ꝙ materia prima ñ ſit creata à Deo. oẽ enim quod [h] ſit, componitur ex ſubiecto & ex aliquo alio, vt dicit in * 1. Phyſ. ſed materiæ primæ nõ eſt aliquod ſubiectũ. Ergo materia prima nõ põt eſſe facta à Deo. ¶ 2 Præt. Actio & paſſio [h] diuidũtur contra ſe inuicem. Sed ſicut primum principiũ actiuum eſt Deus, ita primum principium paſſiuũ eſt materia. Ergo Deus & materia prima sũt duo principia contra ſe inuicem diuiſa: quorum neutrum eſt ab alio. ¶ 3 Præt. Oẽ agens agit ſibi ſimile. & ſic, cum oẽ agens agat in quantum eſt actu, ſequitur, ꝙ oẽ factum aliquo modo ſit [h] in actu. Sed materia prima eſt tñ in potentia, inquantũ huiuſmodi. Ergo contra rationem materiæ primæ eſt, quòd ſit facta.

SED CONTRA ẽ, qđ dicit Aug. * 12. cõfe. Duo feciſti dñe, vnũ propè te, ſ. angelum: aliud pro-

quæ in ſe nullã habent potentiã ad nõ eſſe, & ſi a verum eſt ſimpliciter, ꝙ non poſſunt non eſſe: & conſequenter ꝙ ſunt entia neceſſaria: quãmuis ſecundum potentiam logicam, & potẽtiã in alio. ſ. Deo, omnia alia à Deo poſſint non eſſe. Ex hinc habes, q̃ pueriliter (ne dicam ignoranter) præſumpſerunt quidam dicere, ꝙ verba S. T. in hac materia malè ſonant. Attẽdant naturis rerum, ſermoni formali ac ꝓprio, & intẽtionib' Metaphyſicis: & deprẽdẽt excitatem ꝓpriam.

¶ Circa eandem reſponſionem nota, ꝙ quidã authoritates allatæ in littera ex 5. Meta. text. 6. & 8. Phyſ. tex. 15. dicunt non eſſe ad ꝓpoſitũ: quia Ariſt. loquitur de cõplexis & de incõplexis. Sed rudis valde interpretatio hæc eſt. Tum, quia 8. Phy. hoc dicit tractãdo de principio motus æterni cõtra Democritũ: volens ꝙ rei æternæ, q̃renda ſit cã: & ad hoc manifeſtãdũ inducit de triãgulo habẽte tres angulos. Tũ, quia 5. Met. poſtquã de cõplexis tractauit, ſubdit duplex eſſe neceſſarium, ſ. ex ſe & ab alio: & vtrũq; neceſſariũ ex ſe, ſit omnino ſimplex: & loquitur de Deo. Tũ, quia cauſa cõplexorũ ẽ eſſendo ẽ cã rerũ natura illius eſſe, qđ ſub affirmatione uel negatione ſubiacet: quod conſtat eſſe incõplexũ: oſs namq; cõplexio ſola eſt anima.

SVPER QV. XLIIII. ARTIC. II.

Damnis. a. 2.

IN titulo, creatum non accipitur ꝓpriè, ut diſtinguit cõtra concreatum, ſed vt diſtinguitur contra increatum, ſ. in cauſatum effectiuè.

¶ In corpore duo facit. Primò ponit tres ordines cauſarum efficientium, paulatim à Philoſophis inuentos. Secundò ibi: hoc igitur reſpondet quæſito.

¶ Quo ad primum, quatuor dicit. Primò, primũ ordinẽ cauſarũ tranſmutationũ accidentalium. Secundò, ſcdm ordinẽ cauſarũ tranſmutationũ ſubſtantialiũ. Tertiò ibi ſed conſideranda eſt, cõuenientiã inter hos ordines inter ſe, & cõſiſtit in hoc ꝙ vtrobiq; Philoſophi, cauſas agẽtes particulares rebus aſſignauerunt: quod probatur quia, vtroq; mõ conſiderauerunt ens particulare particulariter, ſ. inquantum eſt tale ens vel inquãtũ eſt hoc ens: ut in prioribus ſub ſubiectum per formam accidentalem contrahitur ad determinatum modũ eſſendi, ita materia prima per formam ſubſtantialẽ ad determinatã ſpiritualem. Quartò, tertium ordinem ponit cauſarum, & in eo eſt cã entium inquantum ſunt entia, & inueſtigata dicitur hæc cauſa ex conſideratione entium, nõ ſolum ſecundum ꝙ ſunt hæc uel illa, ut in prioribus, ſed ſecundum quod ſunt entia.

¶ Circa hos cauſarũ ordines aduerte primo, quõ ſumatur ens ſecundũ hoc loco. Tres. n. hic ponũtur rerũ cõditiones, ſ. eſſe accidentale, eſſe ſubſtantiale, & eſſe abſolutũ, & inter ſe nõ vniformiter diſtinguuntur. Nã inter eſſe ſubſtãtiale & accidentale, manifeſta eſt diſparatio. Eſſe aũt abſolutè, non eſt tertia res, ſed ſe habet ad illa,

Porrecta per totum.

235 Supra q. 14. art. 11. cor. Et 1. di. 36. q. 1. ar. 1. Et ſeri. q. 4. art. 5. cor. Et po. q. 3. ar. 5. & q. 4. Et op. 3. ca. 69. & 8. 229. 230. Et 10. 11. lect. 5. Et Phyſ. 8. l. 2.

* Lib. 5. Met. tex. 6. 10. 5.

* Text. 62. tom. 2.

* Lib. 12. confeſ. c. 7. in fine. tom. 1.

ad illa, quaſi ſicut animal ad tale, & tale animal. Et ꝓpterea, quã uis ſemp cũ fit aliqd eſſe ſiue ſubſtãtiale, ſiue accidẽtale fiat eſſe, ſicut cũ fit hõ, fit animal, & cũ fit albũ, fit coloratũ. Non tñ ſemp eſſe fit p ſe, ſed qñq; p accñs, & qñq; p ſe. Et cũ quidẽ fit eſſe p accñs, ab oĩ cã fit, & extra pſens eſt ꝓpoſitum: cũ aũt fit p ſe, à ſola cã entis, inquãtũ ens fit. Et hoc mõ pñs litera de ipſo eſſe ſeu ente loquitũ & hoc inſinuat illa ſpecificationis nota, inquãtũ entia. Et ꝓpterea in litera dr̃, ꝙ cõſiderantes cãs trãſmutationũ tã ſubſtã tialiũ q̃ accidẽtaliũ: conſiderauerunt res ſub quadã particulari cõſideratione. i. ſecũdũ quãdã rõnem ſpãlẽ, & nõ ſecũdum rõnem uniuerſaliſſimã. i. cõſiderauerunt inquãtũ ſunt hæc, puta hõ, bos, aĩal &c. uel talia: puta graue, rarũ, albũ, dulce &c. & nõ inquantum ſunt.

¶ Circa cõuenientiã Iter primos ordines, & drĩa eorũ à tertio, dubiũ occurrit, quãtũ ualeat rõ reddita ĩ litera: dũ dr̃, q̃ qa materia cõtrahit p formam ſicut ſubſtantia, &c. ideo vtrobiq; cõſiderate ſunt rõnes, & cauſæ particulares: & propterea reſtat conſiderãdã ens ſecundũ qđ ens, & cã prima ac uniuerſaliſſima. Hæc ſatis ambigua ſunt, & pp authoritatẽ & pp rõnẽ. Propter authoritatẽ qdẽ quia ut patet 12. Meta. text. 28. cauſæ entis inquantũ ens, ſunt cauſæ facientes ſubſtãtiã ex pura potẽtia. Et 5. Phyſ. tex. 9. dr̃, ꝙ in gñatione ſubſtãtiali fit ens ſimpliciter ex nõ ente ſimpliciter: ergo fit ens ſecdm qđ ens: & idem millies hr̃ i philoſophia Ari. Propter rõnẽ aũt, quia fieri ens inquantũ ens, & inquãtũ ens actu, idẽ eſt, qm̃ potẽtia eſt cõditio diminuẽs, ut dr̃. 4. Met. cõ. 15. ſed ens in actu ſit p ſe ex ente in potentia pura: ergo per tranſmutationẽ ſubſtantialem fit ens inquantum ens. Et ſic drĩa aſſignata in litera, nulla eſt, & rõ eius ruit: quia materia etſi contrahatur, nõ tamen contrahitur quaſi ſecundũ ſe ſit, ſed quia ex cõtractione accipit eſſe in actu ſimpliciter: qm̃ ſecũdũ ſe, neq; quid, nec quale, neq; aliquid eſt aliorum generũ, ut dr̃ 7. Metaph. tex. 8.

261

pè nihil, ſ. materiam primam.

Reſpon. dicendũ, ꝙ antiqui philoſophi paulatim, & quaſi pedetẽtim, intrauerũt ĩ cognitionẽ veritatis. A principio. n. quaſi groſſiores exiſtẽtes, ñ exiſtimabãt eſſe entia niſi corpora ſenſibilia. Quorũ q̃ ponebãt ĩ eis motũ, nõ cõſiderabãt motũ niſi ſcđm aliqua accidẽtia, vt puta ſcđm raritatẽ & denſitatẽ, p cõgregationẽ & ſegregationem. Et ſupponentes ipſam ſubſtãtiã corporũ increatam, aſſignabant aliquas cauſas huiuſmodi accidẽtaliũ trãſmutationũ, ut puta amicitiã, litem, intellectũ, aut aliqd hmõi. Vlterius uerò ꝓcedẽtes, diſtinxerũt p intellectũ inter formam ſubſtãtialẽ, & materiã, quã ponebãt increatã: & ꝑceperunt trãſmutationẽ fieri in corporibus, ſcđm formas eſſẽtiales. Quarũ tranſmutationũ quaſdã cauſas uniuerſaliores ponebãt, vt obliquũ circulũ, ſcđm Ariſt. vel ideas, ſcđm Platonem. Sed conſiderandum eſt, ꝙ materia per formã cõtrahit ad determinatã ſpeciẽ, ſicut ſubſtãtia alicuius ſpeciei p accidens ei aduẽniẽs cõtrahit ad determinatũ modũ eſſendi, ut hõ contrahit per albũ. Vtriq; igitur conſiderauerunt ens particulari quadã cõſideratione: uel inquantũ eſt hoc ens uel inquantum eſt tale ens. & ſic rebus cauſas agentes particulares aſſignauerunt. Et vlterius, aliqui erexerunt ſe ad conſiderandum ens inquantum eſt ens: & conſiderauerunt cauſam rerum, non ſolum ſecũdum quòd ſunt hæc vel talia, ſed ſcđm qđ ſunt entia. Hoc igit̃ qđ eſt cauſa rerũ inquãtũ ſunt entia, oportet eſſe cauſam rerum, non ſolum ſcđm qđ ſunt talia p formas accidẽtales, nec ſecundũ qđ ſunt hæc p formas ſubſtantiales, ſed ẽt ſecundũ omne illud quod pertinet ad eſſe illorum quocunq; modo. Et ſic oportet ponere etiam materiam primã creatã ab vniuerſali cauſa entiũ.

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ Philoſophus in 1. Phyſi. loquit̃ de fieri particulari, qđ ẽ de forma in formã, ſiue accidẽtalẽ, ſiuè ſubſtãtialẽ: nũc aũt loquimur de rebus ſcđm emanationẽ earũ ab uniuerſali pricipio eſſendi. A qua qdẽ emanatione, nec mã excludit, licẽt à primo modo factionis excludatur.

Ad II. dicendum, ꝙ paſſio eſt effectus actionis. Vnde & rationabile eſt, ꝙ primũ principium paſſiuum, ſit effect᷒ primi principij actiui. Nam omne imperfectum cauſatur à pfecto. Oportet enim primum principium eſſe perfectiſſimũ, vt dicit Ariſt. in 12. Metaph.

Ad III. dđm, ꝙ rõ illa ñ oſtẽdit, ꝙ materia ñ ſit creata, ſed

quantum entia & cauſas tranſmutationũ. ſ. ꝙ illæ ſunt cauſæ entium inquantum hæc, uel talia, illa inquantum ſunt entia.

¶ Circa aũt huius rõnis dubiũ occurrit: quãtũ ualeat. A eſt cã entiũ inquãtũ entia: ergo eſt cã oĩs eius, qđ ptinet ad eſſe eorũ. Cũ nõ valeat. A eſt cã hoĩs inquãtũ hõ: ergo eſt cã oĩs ei᷒, qđ ptinet ad eſſe hoĩs: & ſimiliter de cã homĩs, & cæterorũ. Et q̃ nõ valeat, patet, ſi ſupponimus ideas Platonicas eſſe p ſe cauſas ſenſibiliũ: cõſtat. n. ꝙ idea hominis eſſet cã hominũ, ut ſic: & tñ nõ cauſaret materiam quæ tamen eſt pars hominis: & idem iudicium de quocũq; tranſmutante eſt.

¶ Ad euidentiã hatum difficultatũ, prælibãdũ eſt, qñ ens fit p ſe. Iuxta doctrinã igit̃ 1. Phyſ. tex. 76. dupliciter in oĩ loquẽdo cõtingit fieri aliqd, ſ. p ſe & p accñs. Et ut ibi dr̃, illud fit per ſe, cuius rõ immediatè ante hoc non fuit: illud verò fit p accñs, cuius rõ antequã fieret, erat. Exẽ, lcm pfert, qñ coloratum fit ex nõ colorato, exẽm plũ ſcđi, qñ ex nigro fit coloratũ. Qa in albo. In nigro. n. præerat coloratũ: & rõ huius differẽtiæ, aſſignatur ibidẽ optima, ſ. quia nullũ agẽs p ſe intẽdit facere id qđ eſt, ſed qđ nõ ẽ, ut ibi. Et ſumit̃ ly ex, in ꝓpoſito, nõ ut denotat habitudinẽ ſubiecti ſed ordinem durationis ad terminum à quo, ita ꝙ ſignificat idem quod poſt, ut patet ibidẽ. Exigitur aũt duplex, ter contingit fieri ſ. p accidens & per ſe. Per accidens quidem fit, qñ factio inuenit ens, ſeu quando fit ex ente, ſicut quando coloratum fit ex nigro, per ſe autem quando fit ex non ente, ſicut cum coloratum fit ex nõ colorato propter eandem cauſam. Et quoniam omne ĩ aĩntiũ, ideõ aliquod ens ĩ actu inuenit, ex quo facit aliud ens in actu, ideõ nullum trãſmutans facit per ſe ens, ſed per accidens tantum. Ex quo enim inuenit ens, licet non illud quod intendit generare, non ideõ agit per ſe ut faciat ens: ſed accidit ut intendendo facere tale ens, faciat etiam ens: unde ſi non intenderet facere niſi ens, non ageret: quia iam ante actũ, nem ſuam eſſe ſciret. Itaq; peripathetica hæc doctrina, & optimè fundata ſup communia experientia & ratione uera eſt, oportet dicere, quod ſicut ad hoc quòd coloratum fiat per ſe, oportet quòd non præfuerit coloratum, ita ad hoc, quòd ens fiat p ſe, oportet quòd totum ſicut non præfuerit ens: hoc autem eſt nihil præeſſe, & totum fieri non ex aliquo. Et ſic oportet quòd ſi ens ſit per ſe, quòd ſiat poſt nihil ipſius entis. Et ex his patet ratio dictorum in litera. Ex eo namq; quòd tranſmutans omne inuenit ſubiectum determinat, manifeſtè patet ſequi, quòd non facit per ſe ens, ſed determinat ad hoc uel illud. Materia enim prima, etſi ſecundum ſe non ſit quid, uel quale, eſt tamen tali pacto entis quòd unumquodque ex ſe producibile, ſeipſa ponit extra nihil. Eſt enim aliquid omnium. Et propterea, meritò impedit cauſationẽ entis in eo qđ ens, & ab agente per ſe ens, oportet produci

*Lib. 2. de generat. text. 56. to. 2.

¶ Circa ipſm tertiũ ordinẽ, dubiũ occurrit, qa falſum ſupponit ꝙ ens inquãtũ ens, habeat cãm effectiuã. Si. n. ens inquãtũ ens, hẽret cãm effectiua, oẽ ens haberet cãm effectiuã ſecũdũ qđ ẽ ens: & ſic Deus vt ens, eſſet cauſatus &c. & ualet ſequela: cũ ſi ly inquãtũ teneat̃ ſpecificatiuẽ, ut patet cũ dr̃: ens inquãtũ ens, ẽ ſubiectũ metaphyſicæ: ergo oẽ ens, ſcđm qđ ens, ẽ ſubiectũ met.

¶ Antequã ad hoc rñdeat̃, ſecunda pars corporis articuli tractãda eſt, vt ſimul omnia pateant: qm̃ cõnexa ſunt. Rñdet igit̃ author q̃ſito affirmatiuẽ, ſ. Oportet materiã primã eſſe creatã ab vniuerſali entium cauſa, q̃ Deus eſt. Probatur: cã entiũ inquantum entia eſt cauſa entium ſecundum oẽ illud, qđ pertinet ad eſſe ipſorũ quocunq; mõ: ergo oportet materiã primã eſſe ab vniuerſali entium cauſa. Conſequentia patet, & antecedẽs infertur in litera, ex præmiſſa differentia inter cauſam entiũ in-

produci effectũ totũ ſyncathegorematicè, ut in litera dicitur.

¶ Ad primum ergo dubium dr̃, ꝙ de cauſis intrinſecis loquendo, ſcilẽ, quis nõ eodem mõ, ſunt cauſæ entium in eo ꝙ entia, & tranſmutabiliũ ut ſic, ſ. materia & forma, ut patet in 1. Phyſ. & 7. Metaph. Trãſmutabilia. n. entia inquãtũ entia, ex materia & forma cõſtãt, ſeparata autẽ a materia, ex ſola forma. De principijs quoq; extrinſecis loquendo, principia tranſmutabiliũ & entiũ ut ſic, materialiter coincidũt, qm̃ Deus glorioſus eſt & primus motor, & ſuprem᷒ finis, & primũ eſſẽdi principiũ: & ꝓpterea diſtinctio etiã inuenit̃ de cauſis entiũ, in eo ꝙ entia, & cauſis tranſmutationũ. Oportet tñ diligẽter lectorem diſcernere, qm̃ formaliter, & qm̃ materialiter ſermo uerificat̃. Non. n. hic, qa formaliter loqmur, rõ cauſæ entiũ ĩ eo ꝙ entia à cauſis trãſmutationis ſeparamus. Id verò, quod addit̃ ex 5. Phy. & ſimilibus, nõ obſtat: qm̃ aliud ẽ fieri ens ſimpliciter, & aliud eſt fieri ens ſecũdũ qđ ens. Illud. n. importat fieri ens ex pura potẽtia ut ſubiecto, hoc aũt fieri ens poſt nõ ens ſimpliciter. Ad rõnẽ aũt, conceſſo ꝙ idẽ ſit fieri p ſe ens & ens in actu, negãdũ eſt, ꝙ ens in actu fit p ſe, qm̃ fit ex pura potẽtia: nũquã enim p ſe fit, niſi qñ fit poſt nõ ens ĩ actu hoc aũt nunquã põt p trãſmutationẽ cõtingere, ut patet ex dictis. Et caue ne fallaris neſciẽs diſcernere inter has ꝓpoſitiones, ens ĩ actu fit ex ente in potentia per ſe, & ens in actu fit per ſe. In prima. n. notatur habitudo termini ad ſubiectum, & eſt vera: quia ſi ens in actu habet ſubiectum, eius ſubiectum p ſe eſt ens in potẽtia: & in hoc ſenſu ponitur in 12. Met. tex. 8. In ſecũda autem, notatur habitudo termini ad ſuũ fieri abſolutè: & propterea nunquam uerificatur, qm̃ ratio termini præerat.

¶ Ad ſecũdũ dubiũ dr̃, ꝙ à ſpecificatiua ad uniuerſalẽ nec valet cõſequẽtia ſimpliciter, nec cũ nota ſpecificatiuæ, formaliter loquẽdo. Non. n. ualet: Sortes ẽ criſpus ſcđm, qđ capillatus, ergo oĩs capillat᷒ ut ſic, ẽ Criſpus &c. vñ, cũ in iſta, Ens inquantũ ens habet cãs, teneat̃ ly inquãtum, ſpecificatiuè: qm̃ ſenſus eſt, ꝙ ens habet cauſas non ſolũ ſcđm ſpeciales rõnes eſſendi, puta humanũ, equinum, &c. ſed & ſecũdum ipſam entis rõnem, quãuis non in quolibet, quia non in Deo. non ſolùm. n. Sortes dependet, quia eſt homo, uel animal: ſed etiam quia eſt &c. De inſtantia uerò allata, nihil nocet: quia tenet gratia materiæ.

¶ Ad tertiũ uerò dubiũ dr̃, ꝙ formaliter loquẽdo, in oĩ materia ualet. A eſt cã effectiua per ſe B. inquantũ B. ergo eſt cã oĩs eius, qđ ptinet ad eſſe B, ut ſic, alioqn nõ eſſet ſufficiẽs & per ſe ꝓpria cã B. & ſic ꝓpria cã hoĩs inquãtũ homo, eſt cã omnis eius, qđ ptinet ad hominis eſſe, ut ſic, & ſimiliter cã entis inquãtum ens, eſt cã oĩs eius, qđ ptinet ad ens, ut ſic: & in hoc nõ eſt drĩa. Sed diſparitas eſt in ulteriori cõſequẽtia gratia materiæ. Cũ. n. inter ens & reliqua ſpecialia, puta hominẽ animal, &c. ſit differentia, ꝙ in alijs, aliud eſt materia abſolutè, & aliud materia ut eſt eius, qm̃ materia abſolutè eſt ingẽnerabilis & incorruptibilis, ut aũt eſt ꝓpria hominis, eſt ab agẽte hominẽ. In ente uerò, idẽ eſt materia, & materia ut entis: qm̃ materia abſolutè, non nihil entis eſt: ꝓptereà in terminis ſpãlibus nõ ualet ſequela: A eſt cã per ſe hominis, ergo eſt cã oĩs eius, qđ ptinet ad hominẽ: ſed oportet addere, ut ſic, & poſtmodũ non ualet ulterior ſequela, ergo eſt cã oĩs eius, qđ ptinet ad eſſe hominis: &, ergo eſt cauſa materiæ q̃ eſt pars hominis: ſed in termino uniuerſaliſſimo, ſ. Ens, ualet primo. A eſt cã entis, ut ens: ergo eſt cã omnis eius, qđ pertinet ad ens, ut ſic: & ualet ulterius: ergo eſt cã oĩs eius, qđ pertinet ad ens: & ergo eſt cã materiæ, q̃ eſt pars entis, ut in litera infertur.

Forma per totum.

236 1. Phy. q. 7. ar. 1. ad 1. Et 2. co. 15 iij prine.

*Arta. huius quæſt.

136

quod nõ ſit creata ſine forma. licet. n. omne creatũ ſit in actu, non tamen eſt actus purus. Vñ oportet, ꝙ etiam illud quod ſe habet ex parte potẽtię, ſit creatum, ſi totum, quod ad eſſe ipſius pertinet, creatum eſt.

Articvlvs III.

Vtrum cauſa exemplaris, ſit aliquid præter Deum.

Ad tertivm ſic procedit. Videtur, ꝙ cauſa exẽplaris ſit aliquid præter Deũ. Exẽplatum. n. habet ſimilitudinẽ exemplaris: ſed creaturæ longe ſunt à diuina ſimilitudine. Non ergo Deus eſt cauſa exemplaris earum.

¶ 2 Præt. Omne quod eſt p participationem, reducitur ad aliquid per ſe exiſtens, ut ignitũ ad ignẽ, ſicut iam dictum eſt. Sed quæcunque ſunt in ſenſibilibus rebus, ſunt ſolùm per participationem alicuius ſpeciei. Quod ex hoc paret, ꝙ in nullo ſenſibilium inuenitur ſolũ id, quod ad rõnem ſpeciei ptinet, ſed adiunguntur principijs ſpeciei principia indiuiduãtia. Oportet ergo ponere ipſas ſpẽs p ſe exiſtentes, ut p ſe hominem, & per ſe equum, & huiuſmodi. Et hæc dicuntur exemplaria. Sunt igitur exemplaria res quædam extra Deum.

¶ 3 Præt. Scientiæ & diffinitiones ſunt de ipſis ſpeciebus, nõ ſecundum quod ſunt in particularibus, quia particularium nõ eſt ſcientia, nec diffinitio. Ergo ſunt quædam entia, quæ ſunt entia uel ſpecies non in ſingularibus, & hæc dicuntur exemplaria. Ergo idem quod prius.

¶ 4 Prǣt. Hoc idẽ vr̃ per Diony. qui dicit. 5. cap. de diui. no. Quòd ipſum ſcđm ſe eſſe, prius eſt eo quod eſt per ſe uitã eſſe, & eo qđ eſt p ſe ſapientiã eſſe.

Sed contra eſt, quod exemplar eſt idẽ quod idea. Sed ideæ (ſecundum quod Aug. lib. 83. q. dicit) ſunt formæ principales, quæ diuina intelligentia cõtinentur. Ergo exemplaria rerum non ſunt extra Deum.

Respon. Dicendum, ꝙ Deus eſt prima cã exemplaris omniũ rerum. Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt, ꝙ ad ꝓductionem alicuius rei iõ neceſſariũ eſt exẽplar, ut effectus determinatã formã conſequatur. Artifex. n. producit determinatam formã in materia, propter

SVPER Q. XLIIII. ARTIC. III.

Scot. 1. 5. d. 3. q. 4.
Bannes ar. 3.

In titulo, cã exemplaris, nõ eſt quintũ genus cauſæ: ſed coordinat̃ in 5. Meta. inter cauſas formales: eſt. n. cã formalis rei, ſeparata tamen. Hoc uocat̃ exẽplar ars factiua rei, ſed id ad cuius imitationẽ ars facit effectũ: ſiue illud ſit res extra animã, ſiuè intus: ſiuè ſit idem qđ ipſa ars, ſiuè non: formaliter. n. loqmur. Præter Deum additũ directè contra poſitionem Plat. attributam, de exemplarib. ſenſibilium &c.

¶ In corpore eſt una concluſio rñſiua qſito. Deus eſt primum exẽplar omniũ rerũ: hæc concluſio primo ꝓbat̃, ſecũdo ibi, put etiã in rebus creatis manifeſtatur illa particula, primũ. Probatur. Determinatio formæ effectus, eſt à cã exẽplari, & res naturales determinatas formas conſequunt̃: ergo determinatio formarum naturaliũ reducitur, ſicut in primũ principiũ in diuinã ſapientiã, q̃ ordinẽ uniuerſi excogitauit: ergo in diuina ſapientia ſunt exẽplares formæ omniũ rerũ, ergo ipſe Deus eſt primũ exẽplar omnium rerũ. Añcedẽs pro prima parte declaratur in artificialibus, de exẽplari, tã intus q̃ extra. Quo ad ſecundã uerò partẽ manifeſtũ eſt. cõſequentia uerò probat̃, qa ordo uniuerſi in rerũ diſtinctione conſiſtit. Conſequentia aũt tertia probat̃, excludendo ſimul obiectionẽ quandam. Probatio eſt, quia illæ exemplares rõnes, non ſunt aliud realiter à diuina ſubſtantia. Obiectio uerò eſt, quia huiuſmodi formæ ſunt multæ, ſubſtantia uerò Dei, una. Excluſio autem obiectionis eſt, ꝙ multitudo iſta non multiplicat diuinam rem, ſed reſpectum ad creatas ſeu creabiles res, ut in 15. q. patuit. Deinde declaratur, cur dixerit in concluſione ly primum, dicens, quia poſſunt dari ſecundaria exẽplaria, perfectiora ſi quidem entia exemplaria dici poſſunt inferiorum, ut Philoſophi dicunt.

¶ Circa neceſſitatẽ exemplaris cauſę ſcito, ꝙ determinationem formæ effectus, eſſe proprium effectũ cauſæ exẽplaris, ut in litera dr̃, inductiua experientia manifeſtat. Videmus. n. artifices, formas artificialibus determinare, ſecundũ ꝙ ꝓponũt, petẽtes huiuſmodi artificialia. ipſum aũt proponere, quod tale qđ ſit tñ &c. uolo, eſt exẽplar dare: ex quo certa datur forma effect᷒. Verũ tñ eſt, ꝙ huiuſmodi operationẽ nõ exẽplar per ſeipſum, ſed per agens diuerſimodè tamen, quia per agens à propoſito immediatè: per agens uerò naturale, mediatè: mediante. ſ. datore naturæ. Et ſic ꝓ quanto opus naturæ eſt opus intelligẽtię, exemplaris eſt ad determinandum omnibus effectibus formas neceſſaria eſt. Et exemplaris cauſa ſufficientiam agentis ſiuè naturalis, ſiuè à propoſito, non tollit. Nec ipſa ſuperſluit: ſed in ſuo ordine idẽ facit, quod agens alio cauſandi genere facit.

*Ca. 5. nõ remote à prin.

* Lib. 83. quæſt. Q. 46. ante med. tom. 4.

Concl. vni.

 ¶ Circa

Universidad de Deusto Biblioteca

¶Circa radicē cōcluſionis ruſus aduerte,q̄ qa author ſupra determinatione formarū naturaliū,quā manifeſtè videmus, fundat proceſſum ſuū ad ponēdū Deū eſſe cām exēplarē:& Ariſ. cōfutat Plat. credētē exēplaria eſſe præter particularia gñēra, ut res certas formas ſortiantur: ne errar hic contingat,duplicit pōt ex determinatione formarū ſſerri, q̄ ſunt exēplaria. Vno mō ſic, q ex determinatis formis, concludamus determinata exēplaria ſiquā ,pximas rerum cās. Et hoc falſum eſt: qm periret principalis actio agentis q̄ ſunt apud nos, Poſſ.n. nō gñaret bouē. Alio mō ſic, ut ex determinatis formis,ſquātū ex eis cōſurgit ordo uniuerſi, cōcludamus cām exēplaria i prima cā: q̄ ordinē excogitauit uniuerſi, tanquā partes ideæ ipſius ordinis. Et hoc eſt rōnabile,eo q̄ exēplar alicuius totius pſectè non hē, niſi pprīa partiū exēplaria habeant. & ſic manifeſtè hic pcedit, nō apſert cauſalitas pximarū cauſari, ſed cū opus naturę ſit op⁹ intelligētiæ, primæ rōnes naturaliū operum aſſignant. Et ſic hēs unum primæ cōſequentiæ.

¶In rñſione ad ſecūdū, hēs gloſſam illi⁹ ppoſitionis: Oē tale p participationē, reducit ad tale p eſſentiam: gloſſatur.n. vel ad aliqd eminentius continens illud.

exemplar, ad qd̄ inſpicit, ſiue illud ſit exēplar ad qd̄ extra intuetur, ſiuè ſit exēplar interius mente cōceptum. Manifeſtum eſt autem, q̄ ea quę naturaliter fiūt, determinatas formas cōſequuntur. Hæc autem formarū determinatio, oportet q̄ reducatur ſicut in primū principiū, in diuinam ſapientiā, quæ ordinem uniuerſi excogitauit, q in rerū diſtinctione conſiſtit. Et iō oportet dicere, q̄ in diuina ſapiētia ſunt rōnes oīum rerum: quas ſupra* diximus ideas, ideſt formas exēplares in mēte diuina exiſtentes. Quæ quidē, licèt multiplicentur ſecundū reſpectum ad res, tn̄ nō ſunt realiter aliud à diuina eſſentia, ,put ei⁹ ſimilitudo à diuerſis participari pōt diuerſimodè. Sic igit ipſe De⁹ eſt primū exēplar oīum. Poſſunt ēt in rebus creatis quædā aliorū exemplaria dici, ſecūdum q̄ quædam ſunt ad ſilitudinem aliorum, vel ſecūdū eandem ſpeciem, uel ſecundū analogiam alicuius imitationis.

*Q.15.ar tic.1.

Ad primum ergo dicendū, q̄ licèt creaturę non pertingāt ad hoc, q̄ ſint ſimiles Deo ſecūdùm ſuam naturam ſimilitudine ſpeciei, ut homo genitus homini generanti: attingunt tamen ad eius ſimilitudinem ſecūdum repræſentationem rationis intellectæ à Deo, ut domus quæ eſt in materia, domui quæ eſt in mente artificis.

Ad II dicēdum, q̄ de ratione hominis eſt quòd ſit in materia. Et ſic nō poteſt inueniri homo ſine materia. Licèt igit hic homo ſit p participationē ſpeciei, non tn̄ pōt reduci ad aliqd exiſtens per ſe in eadem ſpecie, ſed ad ſpeciē ſuperexcedentē,* ſicut ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ. Et eadem ratio eſt de alijs ſenſibilibus.

Ad III dicendum, q̄ licèt q̄libet ſcientia, & diffinitio ſit ſolùm entium, non tamē oportet q̄ res eundem modū habeant in eſſendo, quem intellectus habet in intelligendo.* Nos.n. per uirtutem intellectus agentis abſtrahimus ſpecies uniuerſales à particularibus cōditionibus: non tamē oportet q̄ uniuerſalia præter particularia ſubſiſtant vt particularium exemplaria.

*Ca.1..inter med. & finem.

Ad IIII dicendū, q̄ ſicut dicit Dionyſ.* 11.ca. de diui.no. Per ſe uitam, & per ſe ſapientiā quandoque nominat ipſum Deum, quādoque uirtutes ipſis rebus datas: non autem quaſdam ſubſiſtētes res, ſicut antiqui poſuerunt.

Articvlvs IIII.

Vtrum Deus ſit cauſa finalis omniū.

Ad qvartvm ſic procedit. Videtur q̄ Deus nō ſit cauſa finalis omnium. Agere.n. ,pter finem uidetur eſſe alicuius indigētis fine. Sed Deus nullo eſt indigens. Ergo non cōpetit ſibi agere propter finem.

¶2 Præt. Finis gñationis & forma generati, & agēs, non incidunt in idē numero (ut dicitur in* 2. Phyſic.) Quia finis gñationis eſt forma generati: Sed Deus eſt primū agēs omnium. Nō ergo eſt cā finalis omnium.

¶3 Præt. Finē oīa appetūt: Sed Deū nō oīa appetunt: quia neque omnia ipſum cognoſcunt. Deus ergo non eſt omniū finis.

¶4 Pręt. Finalis cā eſt prima cauſarum. Si igitur Deus ſit cauſa agēs & cauſa finalis, ſequitur q̄ in eo ſit prius & poſterius. quod eſt impoſſibile.

Sed contra eſt, quod dicit Prouerb.16. Vniuerſa pp ſemetipſum operatus eſt dominus.

Respon. Dicendū, q̄ omne agens agit pp finem. Alioquin ex actione agētis nō magis ſequeret hoc q̄ illud, niſi à caſu. Eſt aūt idem finis agentis & patiētis inquātum huiuſmodi, ſed aliter & aliter. Vnū.n. & idē eſt, quod agēs intēdit imprimere, & qd̄ patiens intēdit recipere. Sunt aūt q̄dam, q̄ ſimul agūt & patiunt, q̄ ſunt agentia impfecta: & his conuenit, q̄ etiam in agendo intēdant aliqd acquirere. Sed primo agenti, q eſt agēs tantū, non conuenit agere ,pter acquiſitionem alicuius finis, ſed intendit ſolùm communicare ſuam perfectionem, quæ eſt eius bonitas. Et unaquæque creatura intendit cōſequi ſuam perfectionem, quæ eſt ſimilitudo perfectionis & bonitatis diuinę. Sic ergo diuina bonitas eſt finis rerum omnium.

Ad primvm ergo dicendum, q̄ agere pp indigentiam, non eſt niſi agētis imperfecti: qd̄ natum eſt agere & pati: ſed hoc Deo nō cōpetit. Et iō ipſe ſolus eſt maximè liberalis: qa non agit propter ſuā utilitatem, ſed ſolū propter ſuam bonitatem.

Ad II. dicendum, q̄ forma generati non eſt finis gñationis, niſi inquantū eſt ſimilitudo formæ gñantis, quod ſuam ſimilitudinem cōicare intendit. Alioquin, forma generati eſſet nobilior generāte: cū finis ſit nobilior his quæ ſunt ad finem.

Svper Q. XLIIII. Artic. IIII.

Ferr. 4. cont. c. 17. 18. Alex. de Ales p. 2. q. 4. a. 1. Aegi. 1. 5. d. 1. q. 1. a. 4. Bannes. a. 4.

In titulo ly oīum, diſtribuit p oībus reb⁹ alijs à Deo: qm̄ tractat⁹ iſte de cāſalitate Dei ad extra eſt.

¶In corpore unica ē cōcluſio, diuina bonitas ē finis rerū omniū. Probatur ſic pri mū agēs intēdit ſolū cōicare ſuā bonitatē, & unaquæque creatura intēdit cōſequi illius ſimilitudinē: ergo diuina bonitas eſt finis oīum rerū. Antecedens quo ad primā partem declarat ex differētia ſter primum agēs & reliqua agētia impfecta. i. q̄ illa et agēdo intēdūt aliqd acqrere, qa ſimul agūt & patiunt, hoc uerò non pp acquiſitionē, ſed pp cōmunicationē ſuā ſinis agit. Quo ad ſecūdā verò partē, pbatur: qa idē eſt finis agētis & patientis, ut ſic, ꝗuis diuerſimodè. Cōſequētia uerò ꝑbatur quo ad primā agēs ex duabus ppōſitionibus. prima eſt, q̄ oē agēs agit pp finē, quod probat, qa alioquin ex actione agentis nō magis ſequeret hoc q̄ illud, niſi caſu, ſecūda eſt, idē eſt finis agētis & patiētis. Quoad creaturas uerò, ex antedicta ppoſitiōe. ſ. idē ē finis agētis & patiētis.

¶Circa prædicta, pro quanto ponit quod omnium rerum, cōprehendendo etiam primum agentem: diuina

Infra q. 45. art. 4. & q. 103. ar. 2. Et di. 1. q. 2. a. 2. cōt. G. 3. cōtra G. 17. & 18.

*Tex. 70. Tom. 2.

Ferr. in. par. etc.

QVAEST. XLV. ARTIC. I. 157

diuina bonitas eſt finis, aduerte q̄ Deus pōt dupliciter ſumi. Primo modo abſolutè, & ſic eius nullus eſt finis. Alio modo, vt primum agens: & tunc dupliciter. Vno modo quantum ad rē, quæ eſt actio: qua dr̄ agens: & ſic rurſus nullum hēt finē, quia actio Dei eſt eius ſubā: & ſic cōſueuit dici, q̄ Deus agit ,pter finē non ſui, ſed aliorum, vt in q̄ſtio. 19. artic. 2. ad primum, dictū eſt. Alio mō formaliter, ſcdm rōnem actionis: & ſic hēt ſuā bonitatem, finē ſuæ actionis: quia oē agens, vt in litera dr̄, agit propter finem. Et confirmatur, qa finis eſt cauſa cauſarū, ideſt, cauſalitatis cæterarum cauſarū: ergo eſt cā cauſalitatis agentis: qd̄ eſt eſſe cauſam ſuę actionis: ſi igitur finis propter quem agit Deus, eſt ſua bonitas, ipſa erit cauſa quare Deus agit. Et hoc expreſſe conatur litera docere in corpore, & in reſponſione ad primum: diſtingendo de agente pp finem conſequendum, vel communicandum. & in reſponſione ad quartū docendo, q̄ non inconuenit in Deo ſecundum rationem diſtinguere bonitatem ſuam, vt priorem cauſam: ſe ipſo vt agente. Et ſic reſpōſio amplior quodāmodo eſt, quàm quæſtio. Dixi autem quodammodo: quia non eſt extenſa cauſalitas diuinæ bonitatis, vt finis ad plures res, quàm ſint omnes creaturæ: ſed ad aliquam rationem in ipſo creatore, vt ſic, vt patet ex dictis.

31 b

Ad III. dcd̄m, q̄ oīa appetūt Deum, vt finem, appetēdo qd̄cunque bonum, ſiue appetitu intelligibili, ſiuè ſenſibili, ſiuè naturali, qui eſt ſine cognitione. Quia nihil habet rationem boni & appetibilis, niſi ſm q̄ participat Dei ſimilitudinem.

Ad IIII. dcd̄m, q̄ cum Deus ſit cauſa efficiens, exemplaris & finalis oīum rerum, & materia prima ſit ab ipſo: ſequitur, q̄ principium oīum rerum ſit vnum ſecundum rem. Nihil tamen prohibet in eo cōſiderari multa ſm rationem, quorum quædam prius cadunt in intellectu noſtro, quàm alia.

QVAESTIO XLV.

De Modo emanationis rerum à primo principio, in octo articulos diuiſa.

Deinde quærit de mō emanatiōis rerū à primo principio: qui dicitur creatio.

De qua quæruntur octo.

¶Primò, quid ſit creatio.

¶Secundò. Vtrum Deus poſſit aliquid creare.

¶Ad euidentiam huius difficultatis ſciendū, q̄ quibus cōparādo corruptibilia ad ſempiterna, vt in 2. de Aīa, tex. 34. & in 2. Celi, cō. 17. dr̄ agentia corruptibilia agunt pp aliud. Etenī vt hic oñdit, oīa agunt vt participent pfectionem diuinā. Abſolute aūt & nō de his v el illis agētibus loquēdo, & cōparādo ea ad effect⁹, in hoc argumēto ſit, dcd̄m eſt, q̄ oībus agētibus cōe eſt agere pp ſe, quāuis diuerſimodè: qd̄ ſic manifeſtat. Omne agēs intēdit facere ſibi ſimile: ergo intendit ſeipſum diffundere, extēdere, & ampliare: ob hoc nāq; gñans gñat, vt pſeueret ſp, eo quo pōt mō, vt Philoſophus dixit ibidem. In hoc aūt q̄ dico ſeipſum diffundere ſeu cōicare, duo claudūtur, ſ. diffundere, & ly ſeipſum: & cū conſtet q̄ nullū agēs ſeipſum intendat pp diffundere ſeu cōicare vt finē, reſtat vt diffundere intēdat pp ſe ipſum vt finē: & ſic ipſum eſt cōicat ionis finis, & nō ecōuerſo. Differūt aūt agētia cætera à primo, quo ad hoc: q̄ reliqua cōicatione ordināt ad ſe, i. ad ſuā vtilitatem. Quāuis hoc ēt ſit diuerſimodè in ſubijs ſēpiternis & corruptibilibus: qm̄ illæ ad cōſeruandā indiuidualiter aſſimilationē ad primā cām, iſtæ ad cōſeruādam aſſimilationē, ut pñt ad eandē, agunt. Prima aūt cā cōicationē ordinat ad ſe, i. ad ſuā bonitatem: & ideo reliqua agūt ut ſic ſint, aut cōſeruent. Deus aūt, qa eſt. Et ppea liberaliſſimæ actionis ēt à Philoſophis dr̄, ut in rñſione ad primū dr̄. His ſtabilitis, ad primū dubiū dr̄, q̄ diſtinctio eſt hæc. Forma geniti dupliciter, i. ut eſt geniti, & ut ē ſimilis gñantis: qm̄ intēdit author excludere, q̄ ut eſt geniti, nō ē finis agētis: ut ſubſtineat, q̄ De⁹ nō agit pp creatā naturā ut finē, ſed pp ſeipſum. Ad ſcdm uero negat q̄ hoc ſit falſum: gñatio.n. pōt dupliciter ſumi uno mō ut ab agēte, alio mō abſolute puta ut uia. Et hoc qdē mō, finis gñationis eſt forma ēt ut geniti, ſed primo mō nō, ut in litera dr̄. Nec ē uerū, q̄ hinc nō ſatisfit argumēto, qm̄ forma ut ſimilis formæ pñtis, ſignificat formā geniti quidē, ſed ex ea parte q̄ eſt una cū illa q̄ eſt altera ipſa q̄ eſt quaſi uicaria illius, ac p hoc inſinuat, ſ. ipſa ut quaſi induit illā eſt finis: quia illa ē uerè finis. Et ſic formaliter ſatisfit argumēto: q̄ licet finis gñationis non coincidat i idē numero cū forma agētis, redūdat in i idē numerica eo q̄ forma geniti nō ē finis, niſi ut ſimilis formę agētis. Ad confirmationē verò dr̄, q̄ ſimilitudo, cū diſtinctorū eadem qualitas ſit, ex parte unitatis magis ſe tenet, q̄ ſignificat, q̄ diſtīctionis, q̄ ut ſubiectorū conditionē exigit. & iō author ad unitatē inſinuandam illa uſus eſt. Ad dubiū demū cōtra rōnem dr̄, q̄ iō litera optimè cōcludit, q̄ forma geniti, ut ſic, nō pōt eſſe finis gñationis ut ab agēte: qa nō eſt nobilior agēte. Sed non pōt reflecti cōtra formā geniti, ut ſimilē agenti, i. contra formā agentis: quia nulla cōparatio habet locum ſeclusā, diſtinctione non.n. oportet idē eſſe nobilius ſe, cum agit pp ſe: ſed cum finis eſt aliud ab agente, oportet finem eſſe nobiliorem agente.

¶Circa differentiam inter alia agentia: & primum, ſcito, q̄ agentia imperfecta, quæ agūt & patiuntur, ſunt duplicia. Quædam quę agunt & patiuntur ab his in quę agunt p reactionē. & iſta ſunt quæ communicant in materia, vt dicitur in ſecundo de generatione. Quædam verò, ſunt, quæ agunt & patiūtur ideſt agunt mota ab alio: & iſta eſt conditio omnium ſecundorum agentium. Et dicuntur inperfecta eodem imperfectionis modo, quo etiam omnia entia citra primum dicunt imperfecta. quia deficiunt à primi nobilitate. & de his loquitur directè litera, condiſtinguens contra ea primum agens: ex eo namq; q̄ agunt quaſi acta, conſequens eſt, vt in agendo tēdāt quaſi patientia in acquirendum ſeu conſeruandum (non.n. refert quid horum dicatur in propoſito: quoniā agere ad conſeruandum extra acquiſitionis ordinem non eſt) aliquam pprīam pfectionē: & vt inquit Auer. 12. Metaph. com. 36. ſaltem aſſimilationem ad primam cauſam in faciendo entia. Et hæc eſt ſumma perfectio. quoniam vt Dio. inquit, Omnium diuiniſſimum eſt, Dei cooperatorem fieri.

¶In reſponſione ad ſecundum nota tria. Primum eſt, quòd innuitur quædam diſtinctio, cuius alterum tantum membrū exprimitur, ſcilicet forma geniti dupliciter: vno modo, vt ſimilis formæ generantis: Alio modo tacetur. Innuitur enim hæc diſtinctio, cum dr̄, quòd non niſi ut ſimilis, eſt finis: eſt igitur alia eius acceptio. Secundum eſt, quod ibi dicitur, ſcilicet quod forma geniti, non niſi vt ſimilis generantis eſt finis. Tertiū eſt, q̄ hoc probatur quia: finis eſt nobilior his quæ ſunt ad finem. Circa quorum ſingula eſt dubium. Circa diſtinctionem ambiguum eſt, quòd ſit alterum diſtinctionis membrum. Circa reſponſionem verò: Tum, quia falſa videtur, quoniam forma geniti etiam abſolutè eſt finis generationis: vt de ſe patet. Tum, quia ex ea non ſatisfit argumēto inferenti, ex hoc q̄ forma geniti eſt finis generationis, quòd ipſum agens nō eſt finis ſuę actionis: quoniam finis generationis nō coincidit in idem numero cum agente. Cum enim ex hac reſponſione, hoc ſolum habeatur, quòd forma geniti non eſt finis niſi vt ſimilis cōfirmatur potius argumētum: quia ſiuè ſit finis vt ſimilis, ſiuè nō vt ſimilis, ſufficit quòd ipſa eſt finis, quam conſtat non coincidere in idem numero. Et confirmatur, quia ipſa vt ſimilis, eſt diſtincta à forma agētis: quoniam de ratione ſimilitudinis eſt diuerſitas, vt dicitur 5. Meta. Circa rationem demū dubiū eſt: quia cum in vniuocis paritas nobilitas generantis & geniti, (ſi forma geniti non poteſt eſſe finis: quia non eſt nobilior his q̄ ſunt ad finem) pari ratione nec forma generantis, nec forma geniti, vt ſimilis generanti, poteſt eſſe finis.

Svper Qvaest. XLV. Art. I.

Cap. 2. d. 1. q. 2. con. 1. Bannes q. 45. art. 1. Alber. Mag. 2. diſt. part. 6.

Titulus in principio corporis manifeſtabitur.

¶In corpore duo facit. Primò dicit quid nominis creationis, ſecundò reſpondet quæſito.

¶Quo ad primū duo dicit, primo, q̄ creatio ſignat emanationem totius entis à cauſa uniuerſali: ſecūdò q̄ ſignificatū inueniſ quod ,pbat, quia nō ſolū oportet in rebus inſpicere emanationem particularem, ſed uniuerſalem ut iam patet ex dictis.

¶Quo ad ſecundum, concluſio reſponſiua eſt. Creatio eſt ex nihilo. Et probatur ſic. Quod procedit ſecūdum emanationē particularem, nō præſupponitur. ergo cum totū ens pcedit emanatione uniuerſali, impoſſibile eſt aliqd ens p̄ſupponi: ergo quod creatur, ſit ex nō ente: quod eſt nihil. antecedens probat inductiuè. cum ſit homo, & albū &c. conſequentia aūt manifeſta relinquit, ex cōi rōne factionū ,pportionaliter applicata. Sequela aūt ſequela manifeſta, & quoad terminos, qa nihil idē eſt qd̄ nullum

nullũ: ens. & creatio eſt emanatio totius entis (& quo ad ſimilitudiné proportionis ingñatione hoīs. ¶ Circa pdicta aduertēduo. Primũ eſt, ꝙ añcedés cũ ſuis in luctionibus non loquit̃ de fieri ex ñ hoīe, aut nõ albo, & vniuerſaliter ex nõ tali vt ſubiecto qũ ſic intelligēdo, nihil cõcluderet. Poſſet.n. dici. ꝙ ſit totũ ens ex nõ ente: qd̃ ē ens in potētia: ſicut hõ ex nõ hoīe, ꝙ tñ ē hõ in potētia, & albũ ex nõ albo: qd̃ tñ eſt albũ in potētia. Sed iſtēdit Ex, i. Poſt. Oportet.n. hoīem fieri poſt nõ hoīem, & album, poſt non album, ſi p ſe ſit. Nihil.n. aliud hic intēdit, niſi ſupra dictũ fundamētũ i 1. Phy. tex. 76. Vñ & uerba ſua hic manifeſtè inſinuāt hũc ſenſum cũ dicit, ſicut ſi gñat hõ, nõ fuit prius hõ, cõtra ex nõ hoīe, diſtinguēs prius hoīem ſignanter. ꝙ ly ex, ſignificat poſt. Scđo ꝙ noīe totius entis in ꝓpoſito nihil referre vtrũ ītelligat totũ vniuerſum, aut aliqd̃ particulare ens totũ ſyncathegorematicè: ſemp.n. oportet qd̃ creat̃ ex nihilo ſui fieri, i. poſt nihil ſui. Et ex hoc, hēs ſolutioné dubitationis. quõ aīa intellectiua creat̃ & in ſtatui ſubiecto: qa.ſ. poſt nihil ſui fit p ſe ꝗ᷑ nulla alia forma in materia verificat̃.

Porrecta per totum. 238 1.d.1.q. 2. ar.2. Et po. q. 3. artic. 1. *Cõtra aduer. c. 24.

¶ Tertiò. Vtrũ creatio ſit aliqđ ens in rerum natura. E

Quartò. Cui competit creari.

¶ Quintò. Vtrum ſolius Dei ſit creare.

Sextò. Vtrũ cõe ſit toti trinitati aut ꝓprium alicuius perſonę.

¶ Septimò. Vtrũ veſtigiũ aliqđ trinitatis, ſit in rebus creatis.

¶ Octauò. Vtrum opus creationis ad miſceatur in operibus naturæ & voluntatis.

ARTICVLVS PRIMVM

Vtrũ creare ſit ex nihilo aliqđ facere. G

AD PRIMVM ſic ꝓcedit̃. Vr̃, ꝙ creare ñ ſit ex nihilo aliquid facere: dicit.n.* Aug. cõtra aduerſariũ legis & ꝓphetarũ. Facere, eſt, qđ oīno non erat:[h] creare verò, eſt ex eo, ꝙ iã erat educendo aliquid conſtituere.

¶ 2 Prę. Nobilitas actionis, & mot⁹ ex[h] terminis cõſideratur. Nobilior igit̃ eſt actio, q̃ ex bono ī bonũ ē, & ex ente in ens, q̃ q̃ eſt ex nihilo in aliqd. Sed creatio vr̃ eſſe nobiliſſima actio: & prima inter omnes actiones. Ergo non eſt ex nihilo in aliquid, ſed magis ex ente in ens. H

¶ 3 Prę. Hæc ꝓpoſitio Ex, importat[h] habitudinē alicui⁹ cãæ & maximè materialis: ſicut cũ dicim⁹, ꝙ ſtatua ſit ex ęre. Sđ nihil nõ eſt materia entis, nec aliquo mõ cã eius. Ergo creare nõ eſt ex nihilo aliquid facere.

SED CONTRA eſt, quod ſup illud Gen. 1. In pricipio creauit Deus cœlũ &c. dicit gl.* ꝙ creare eſt aliquid ex nihilo facere.

*Beda in hũc locũ to. 1.

*q. pcedē ti. ar. 2.

RESPON. Dđm, ꝙ (ſicut ſupra dictũ eſt.*) nõ ſolũm oportet conſiderare emanationē alicuius entis particularis ab aliquo particulari agēte, ſed ēt emanationem totius entis à cã vli, quæ eſt Deus. & hanc quidem emanationē deſignam⁹ noīe creationis. Quod autem procedit ẽm emanationē particularem, non præſupponitur emanationi. Sicut ſi gñatur hõ, non fuit prius homo, ſed hõ fit ex nõ homine, & album ex non albo. Vnde ſi conſideret emanatio totius entis vl̃is à primo principio, impoſſibile eſt, ꝙ aliquod ens præſupponatur huic emanationi. Idem autem eſt nihil, ꝙ nullum ens. Sicut igitur generatio hominis eſt ex non ente, quod eſt non homo ita[m] creatio, quæ eſt emanatio totius eſſe, eſt ex non ente: quod eſt nihil.[*n]

Conclu. m 335

AD PRIMVM ergo dđm, ꝙ Aug. æquiuocè utit̃ nomine creationis ſecundum quod creari dicunt̃ ea, quæ in melius reformantur, ut cũ dicitur aliqs creari in epiſcopum. Sic autem non loquitur hic de creatione, ſed ſicut dictum eſt.*

*In cor. art.

AD SECVNDVM dđm, ꝙ mutationes accipiunt ſpēm & dignitatē ñ à termino à quo, ſđ à termino ad quē. Tãtò ergo pfectior & prior eſt aliqua mutatio, q̃tò termin⁹ ad quē illi⁹ mutationis eſt nobilior & prior: licèt termin⁹ à quo, q opponit̃ termino ad quē, ſit ĩperfectior. Sicut gñatio ſimplr̃ ēnobilior & prior q̃ alteratio, ꝑꝑ hoc, ꝙ forma ſubſtãtialis eſt nobilior, q̃ forma accidētalis: tñ priuatio ſubſtãtialis formæ, q̃ eſt termin⁹ à quo in gñatione, eſt imperfectior q̃ contrariũ, ꝙ eſt terminus à quo in alteratione. Et ſimiliter creatio eſt pfectior & prior q̃ gñatio & alteratio, quia termin⁹ ad quē eſt tota ſubſtantia rei. Id autem quod intelligitur vt terminus à quo, eſt ſimpliciter non ens.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ cũ dr̃, aliqđ ex nihilo fieri, hæc ꝓpoſitio Ex, nõ deſignat cãm materialē, ſed ordinē tñ, ſicut cũ dr̃, ex mane ſit meridies idest, poſt mane ſit meridies. Sed intelligēdũ eſt, ꝙ hæc ꝓpoſitio Ex, põt includere negationē importatã in hoc, ꝙ dico nihil, uel ĩcludi ab ea. Si primo mõ, tũc ordo remanet affirmat⁹, & oñdit̃ ordo ei⁹, quod eſt ad nõ eſſe ꝑcedens. Si uerò negatio ĩcludat ꝓpoſitionē, tunc ordo negat̃, & eſt ſenſus: Fit ex nihilo, i. non ſit ex aliquo: ſicut ſi dicat̃, iſte loquit̃ de nihilo, quia nõ loquitur de aliquo. Et vtroque modo uerificat̃, cũ dr̃, ex nihilo aliquid fieri. Sed primo modo, hæc præpoſitio Ex, importat ordinē, ut dictũ eſt.* Scđo mõ, importat habitudinē cauſæ materialis, quæ negatur.

b 247

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus poſſit aliquid creare.

AD SECVNDVM ſic ꝓceditur: Vr̃, ꝙ Deus nõ poſſit aliqđ creare. Quia ẽm Phi.* 1. Phy. Antiq phĩ acceperũt cõem cõceptionē animi, ex nihilo, nihil fieri. Sed potētia Dei ñ ſe extēdit ad cõtraria[h] primorũ pricipiorũ, vtpote, ꝙ De⁹ faciat, ꝙ totũ nõ ſit maius ſua parte, uel ꝙ affirmatio & negatio ſint ſimul vera. ergo Deus non põt aliqđ ex nihilo facere uel creare.

¶ 2 Prę. Si creare ē aliqđ ex nihilo facere: ergo creari ē aliqđ fieri. Sed oē fieri eſt mutari: ergo creatio ē mutatio. Sđ oīs[h] mutatio ē ex ſubiecto aliquo, ut* patet ꝑ diffinitionē motus. Nã motus eſt actus exiſtentis, in potentia. ergo eſt impoſſibile aliquid à Deo ex nihilo fieri. K

¶ 3 Prę. Qđ factũ eſt, neceſſe eſt aliqñ fieri. Sed nõ põt dici, ꝙ illud ꝙ creat̃ ſimul fiat, & factũ ſit: qa ĩ[h] ꝑmanētib. ꝙ ſit non eſt, qđ aũt factũ eſt, iã eſt: ſimul ergo aliquid eſſet & non eſſet. Ergo ſi aliquid ſit, fieri eius ꝑcedit factũ eſſe. Sed hoc non

SVPER Q. XLV. ART. II.

Ferr. 2. cõt. c. 6. 15. 16. S. Bona. 2. ſ. d. 1. q. 2. Scot. 2. ſ. d. 1. q. 2. Duran. 2. ſ. d. 1. q. 2. Mairo. 2. ſ. d. 1. q. 2. Aegid. de eſſe & eſſen. q. 3. Pet. de Palud. 2. ſ. d. 1. quæſt. 7.

TItulus patet. ¶ In corpe vnica eſt cõcluſio. Non ſolum eſt poſſibile: ſed ēt neceſſariũ, oīa eſſe creata à Deo. Et pbat̃ ſicut Deus nõ agere niſi ex aliquo pſuppoſito, ſequeret̃ ꝙ illud pſuppoſitũ nõ eſſet creatũ ab ipſo: ſed nihil ē tale in entib. ſed ab ip ſo: ergo neceſſe eſt ꝙ Deus ex nullo p ſuppoſito res in eſſe ꝑduxerit: hoc aũt eſt creare. Cõditionalis aũt ſupra ꝓbat̃ ex illa cathegorica: vniuerſaliter Oē faciēs aliqđ ex aliquo ñ facit, ſed ꝓſupponit illđ ex quo facit, q̃ manifeſtat̃ in inductiõe, primo in artificialibus, ſcđo in naturalibus. Deſtructio aũt cõſequētis ꝓbat̃ ex q. ꝑcedente, vbi oñſũ ē ꝙ De⁹ ē cã vniuerſalis toti⁹ eſſe.

Porrecta per totum. 239 2. d. 1. q. 1. ar. 2. & q. 1. ar. 2. & q. 2. ar. 1. & 4. & 6. ar. 1. & 2. & 14. Et po. q. 3. ar. 1. & 2. *Tex. 34. totum.

*li. 3. Phy. tex. 6. tot. 2.

nõ põt eſſe, niſi ꝑexiſtat ſubiectũ in quo ſuſtēteť ipſũ fieri. Ergo impoſſibile ē aliqđ fieri ex nihilo.

¶ 4 Præt.[h] Infinitam diſtantiam, nõ eſt pertranſire. Sed infinita diſtãtia eſt inter ens & nihil. Ergo nõ contingit ex nihilo aliquid fieri.

SED CONTRA eſt, ꝙ dicitur Gene. 1. In principio creauit Deus cœlum, & terram, vbi dicit glo.* quòd creare eſt aliquid ex nihilo facere.

*Conclu. m *Hic et Beda ſup hũc locũ Q. ꝓced. artic. 1.

RESPON. Dđm, ꝙ nõ ſolũ ē impoſſibile à Deo aliqđ creari, ſed[m] neceſſe ē ponere à Deo oīa creata eſſe,[n] vt ex ꝓmiſſis hr̃.* Quicunq; .n. facit aliqđ ex aliquo, illud ex quo facit, ꝑſupponitur actioni eius, & non producit̃ per ipſam actionē. Sicut artifex operat̃ ex rebus naturalib. vt ex ligno & ęre, q per artis actionē non cãntur, ſed cauſantur per actionē naturæ. Sed & ipſa natura cãt res naturales quãtũ ad formã, ſed præſupponit materiam. Si ergo Deus non ageret niſi ex aliquo prſuppoſito, ſequeret̃, ꝙ illud præſuppoſitum non eſſet cãtum ab ipſo. Oſtenſum eſt autem ſupra,* ꝙ nihil poteſt eſſe in entibus, quod non ſit à Deo, qui eſt cauſa uniuerſalis totius eſſe. Vnde neceſſe eſt dicere, ꝙ Deus ex nihilo res in eſſe producit. B

*Q. ꝓced. ar. 1. & 2.

AD PRIMVM ergo dđm, ꝙ antiqui Philoſophi, ſicut ſ. dictũ eſt,* non cõſiderauerũt, niſi emanationē effectuũ particulariũ à cauſis particularibus quas neceſſe eſt ꝑſupponere aliquid in ſua actione. Et ẽm hoc, erat eorum cõis opinio, ex nihilo nihil fieri. Sed tñ hoc, locũ non habet in prima emanatione ab uniuerſali rerum principio. C

Q. ꝓced. art. 2. D. 14.

AD SECVNDVM dicendũ, ꝙ creatio nõ eſt mutatio niſi ẽm modũ intelligēdi tñ. Nã de rõne mutationis eſt, ꝙ aliquid idem ſe hēat aliter nunc, & prius. Nã qñq; eſt idem ens actualiter ſe hñs nunc & prius, ſicut in motibus ẽm quantitatē & qualitatem. Qñq; uerò eſt idem ens in potentia tñ, ſicut in mutatione ẽm ſubſtantiam, cuius eſt ſubiectum materia, ſed in creatione (per quam producit̃ tota ſubſtantia rerum) non põt accipi aliquid idem aliter ſe habens nunc & prius, niſi ẽm intellectũ tñ: ſicut ſi intelligat̃ aliqua res prius non fuiſſe totaliter, & poſtea eſſe. Sed cum* actio & paſſio conueniant in ſubſtantia motus, & differant ſolũ ẽm habitudines diuerſas, ut di in* 3. Phyſi. oportet ꝙ ſubtracto motu, non remaneant niſi diuerſæ habitudines, in creante & creato. Sed quia modus ſignificandi ſequit̃ modum intelligendi, vt dictũ eſt, creatio ſignificatur per modum mutationis. Et ꝓpter hoc dicitur, ꝙ creare eſt ex nihilo aliquid facere, quamuis facere & fieri magis in hoc conueniant quam mutare & mutari: quia facere & fieri important habitudinem cauſæ ad effectum, & effectus ad cauſam: ſed mutationem ex conſequenti. I

*Li. 3. Phy. tex. 15. & 21. in. 3.

AD TERTIVM dicēdũ, ꝙ in his quæ fiũt ſine motu, ſimiliter eſt fieri & factum eſſe, ſiuè talis factio ſit terminus mot⁹, ſicut illuminatio (nam ſimul aliquid illuminat̃ & illuminatum eſt, e) ſiuè nõ ſit terminus motus, ſicut ſimul formatur uerbum in corde & formatum eſt. Et in his quod fit, eſt cum dicitur fieri. Sed ſignificatur ab alio eſſe, & prius non fuiſſe. Vnde, cum creatio ſit ſine motu, ſimul aliqđ creatur & creatum eſt. A

274

AD QVARTVM dđm, ꝙ obiectio illa ꝓcedit ex falſa imaginatione, ac ſi ſit aliqđ infinitũ mediũ inter nihilum & ens. Quod patet eſſe falſum. Procedit ãt falſa hæc imaginatio ex eo, ꝙ creatio ſignificat̃ ut quędã mutatio inter duos terminos exiſtēs.

ARTICVLVS III.

Vtrũ creatio ſit aliquid in creatura.

AD TERTIVM ſic ꝓceditur. Vr̃, ꝙ creatio nõ ſit aliqđ ĩ creatura. Sicut.n. creatio paſſiuè accepta attribuit̃ creaturæ, ita creatio actiuè acceptã[h] attribuit̃ creatori: ſed creatio actiuè accepta nõ eſt aliquid ĩ creatore. Quia ſi ſic, ſequeret̃ quòd in Deo eſſet aliquid tpale. Ergo creatio paſſiuè accepta non eſt aliquid in creatura. B

¶ 2 Prę.[h] Nihil eſt mediũ inter creatorē & creaturã. Sed creatio ſignificat̃ ut medium inter vtrũque. Non.n. eſt creator (cũ non ſit æterna (neq; creatura: quia oportet eadem rõne aliam ponere creationē qua ipſa crearet̃, & ſic in infinitum. Creatio ergo non eſt aliquid. C

¶ 3 Prę. Si creatio eſt aliquid ꝑter ſubſtantiã creatã, oportet ꝙ ſit accidēs eius. Oē aũt accidēs eſt in ſubiecto. Ergo res creata eſſet ſubiectũ creationis, & ſic[h] idē ē ſubiectũ creationis & terminus. Quod eſt impoſſe. Quia ſubiectũ prius eſt accidente, & conſeruat accidens. Terminus aũt poſterius eſt actione & paſſione, cuius eſt terminus: & eo exiſtente ceſſat actio & paſſio. igit̃ ipſa creatio nõ ē aliqua res

SED CONTRA. Maius eſt fieri aliqđ ẽm tota ſubſtãtiã, q̃ ẽm formã ſubſtantialē uel accidentalē. Sed gñatio ſimpliciter, vel ẽm quid, qua ſit aliquid ẽm formã ſubſtantialē uel accidentalem, eſt aliquid in generato. Ergo multò magis creatio, qua ſit aliquid ſecundùm totam ſubſtantiam eſt aliquid in creato. E

RESPON. Dicendũ, ꝙ[m] creatio non ponit aliquid in creato ẽm relationem tñ,[n] quia quod creatur, non ſit per motum, vel per mutationē. Quod.n. ſit per motum vel mutationem, ſit ex aliquo ꝑexiſtēti. Quod qdē cõtingit ĩ ꝓductioni-

SVPER Q. XLV. ART. III.

Scot. 2. ſ. d. 1. q. 4. & 5. Bacco. 2. ſ. d. 1. q. 3. Aegid. quol. 6. q. 4. Car. 2. ſ. 1. q. 2. 1. d. 27. q. 1. con. 1. & 2. d. 1. q. 2. con. 1. Bannes artic. 3.

Porrecta per totũ. 240 1. diſ. 40. q. 1. art. ad 1. po. q. 3. a. 3.

IN titulo creatio ſumit̃ pro creatione paſſiua qua ſ. aliqđ ſignificat̃ creari. Et ly aliqđ, ſumit̃ ꝓ ente reali, vt patet ex ꝓpoſitione articulorum in principio q̃õnis. ¶ In corpore vnica eſt cõcluſio. Creatio ponit ī creato relationē tñ. Et pbat̃ ſic. ꝓductio totius eſſe à cã vniuerſali, nõ eſt ex aliquo ꝑexiſtēte: ergo Deus creãdo ꝓducit res ſine motu & mutatione ergo creatio in creatura non eſt niſi relatio qđam ad creatorē principium ſui eſſe. Añcedens ꝓbat̃ ex dría inter ꝓductiones particulares, & ꝓductionē totius eſſe, ſeu vniuerſalē. Prima verò cõſequētia ꝓbat̃ qa oē qđ ſit ꝑ motũ vel mutationē, ſit ex aliquo ꝑexiſtēte. Scđa aũt, quia ſubtracto motu ab actione & paſſione nihil remanet niſi relatio. Et confirmat̃, qa ſicut in paſſione, quę eſt cũ motu, importat̃ relatio ad principiũ motus, ita ĩ creatione paſſiua importatur relatio ad principium eſſendi. ¶ In rñſione ad tertiũ manifeſtè hēs cõferēdo eũ argumento, ꝙ relatio creationis eſt accidens, & non eſt relatio tranſcendēs: quod ēt manifeſtè in q̃õnibus de potentia, q. 3. ar. 3. ad tertium explicat̃ Et qũ oē accidens diſtinguit̃ realiter à ſubã, oportet vt creatio diſtinguat̃ realiter à ſubã creata quacũq; ſcđm doctrinam quã ſequimur.

229 b

74

Conclu. m

Circa

¶ Circa tamen hoc dubium est Sco. n. in 2. di. 1. q. 4. & 5. tenens creationem passiuè sumptam esse relationem transcendentem & eandem realiter fundamento, tripliciter nititur hoc probare. Primò, illud quod propriè inest alicui, & sine quo illud non pōt esse absque contradictione, est idem sibi realiter: sed relatio lapidis ad Deum est hmōi: ergo. probat maior sic: contradictio sēdm esse & non esse dicta de aliquib. infert distinctionem realem illorum: ergo impossibilitas recipiendi talia contradictoria, infert identitatē illorū. Et hoc, inquit ipse, vbi nō est dependentia essentialis.

formaliter loquendo, vt ipsemet fatetur, ponendo exceptionē vnam: cur & mihi non licebit aliam exceptionem ponere? Ad declarationem autem negatur disiunctio illa, quia insufficiēs est, etiam apud ipsum, vt patet de partibus simul sumptis respectu tertiæ entitatis, illæ. n. non possunt esse, quin tertia entitas sit, & tñ nō sunt posteriores, nec simul natura, nec eadem illæ tertiæ entitati, nec dependent essentialiter ab illa.

bus particularibus aliquorū entium. Non aūt pōt hoc contingere in productione totius esse à cā vli oīum entiū, q̄ est Deus. Vñ De⁹ creādo ꝓducit res sine motu. Subtracto[a] aūt motu ab actione, & passione, nihil remanet nisi relatio, ut dictū ē.* Vñ relinquit, q creatio in creatura nō sit nisi reło q̄dā ad creatorē, vt ad principium sui esse: sicut in passione, quæ est cū motu, īportat reło ad principiū mot⁹.

Ad primvm ergo dd̄m, q creatio actiuè significata, significat actionē diuinā, q̄ est ei⁹ essentia, cū relatione ad creaturā. Sed reło in Deo ad creaturā ñ est realis: sed ſm rōnē tm̄. Relatio verò creaturæ ad Deū est relatio realis, ut s. dictum est,* cum de diui. nom. ageretur.

Ad secvndvm Dicendū, q quia creatio significatur ut mutatio, sicut dictū est:* mutatio aūt media quodāmodo est īter mouēs & motū, iō ēt creatio significatur ut media inter creatorē & creaturā. Tñ creatio passiuè accepta, est in creatura, & est creatura. Neq; tñ oportet, q alia creatione creetur. Quia relationes (cum hoc ipsum quòd sunt, ad aliquid dicantur) nō referuntur per aliquas alias relationes, sed per seipsas, sicut ēt supra dictum est,* cū de æqualitate personarum ageretur.

Ad tertivm Dicendum, q creationis ſm, quod significatur ut mutatio, creatura est terminus. sed secundùm q verè est relatio, creatura est eius subiectū, & prius ea in esse, sicut subiectum accidente. Sed hēt quandam rōnem prioritatis ex parte obiecti, ad quod dr̄, quod est principium creaturæ. Neq; tñ oportet, q quandiu creatura sit, dicatur creari: quia creatio importat habitudinem creaturæ ad creatorem, cum quadā nouitate, seu incœptione.

Articvlvs IIII.

Vtrum creari sit proprium compositorum & subsistentium.

Ad qvartvm sic procedit. Vī, q creari non sit ꝓpriū compositorum & subsistentiū. Dicitur enim in lib.* de causis. Prima rerum creatarum est[b] esse. Sed esse rei creatæ nō est subsistens. Ergo creatio propriè nō est subsistentis & compositi.

¶ 2 Prę. Qđ creat̄ est ex[b] nihilo. Composita aūt non sunt ex nihilo, sed ex suis cōponētib. Ergo cōpositis nō cōuenit creari.

¶ 3 Prę. Illud ꝓpriè producitur per primā[b] emanationē, qđ supponitur in secūda. Sicut res naturalis per generationē naturalē, quæ supponitur in operatione artis. Sed illud quod supponitur in ḡnatione naturali, est materia. Ergo materia est q̄ propriè creat̄, & non compositū.

Sed contra est, quod dicitur Genesis. 1. In principio creauit Deus cœl. & ter. Cœlū autem & terra sunt res compositę subsistentes. ergo horum propriè est creatio.

¶ In corpore vnica eſt concluſio cum duobus corollarijs. concluſio eſt. Nihil præter Deum fuit ab æterno. Itaq. hoc nō eſt impoſſibile. Vbi aduerte, q concluſio dicit duo, aſſerit. n. primò, nihil aliud à Deo fuiſſe ſemp. Et qm̄ hoc ex fide tenetur, nec hoc eſt pbandū: addit ſecūdū. ſ. q hoc aſſertū eſt poſſibile. Et hoc pbat ſic. Voluntas Dei eſt cauſa rerū. ergo ſi neceſſe ē aliqua eſſe ſicut neceſſe eſt Deum uelle illa. ergo nō eſt neceſſariū Deū uelle, q mundus fuerit ſp. ergo eatenus mūdus eſt, quaten9 Deus vult illum eſſe. ergo non eſt neceſſarium mūdum ſp eſſe. Antecedens patet ex ſupradictis, prima uero conſequentia probatur: quia neceſſitas effectus, ex neceſſitate cauſæ depēdet, ex 5. Meta. Secūdo verò, quia nō eſt neceſſe Deū uelle aliquid niſi ſeipſum. Tertia autem, quia eſſe mūdi ex uoluntate Dei pendet, ſicut ex cauſa. Primum corollariū eſt. Nō poteſt demonſtratiue probari mundum ſemp fuiſſe. Secūdū eſt. Rōnes quas ad hoc probandum adducit Ariſto. nō ſunt demōſtratiuæ ſimpliciter, ſed ſecūdū qd. Quod manifeſtat tripliciter. ſ. ex opinionibus cōſutatis, ex teſtimonijs illius, & ex expreſſa eius confeſſione, ela p'ana ſunt in litera.

Porrecta per totum.

246 2. diſt. 1. q. art. 5. & diſtinc. 2. q. 1. art. 3. cor. Et 2. con. c. 34. & 37. ſ. Et poſ. q. 3. art. 17. Et quol. 3. q. 14 art. 2. cor. Et 1. cœle. 6.

Universidad de Deusto Biblioteca

¶2 Præt. Nihil qđ hēt uirtutē ut ſit ſp, quandoq; ē, & quandoq; nō ē, qa ad quātū ſe extēdit uirt⁹ alicu⁹ rei, tādiu ē. Sed oē icorruptibile hēt uirtutē ut ſit ſp. nō. n. uirtutē hēt ad determinatū durationis tps. Nihil ergo icorruptibile quandoq; eſt, & quandoq; nō eſt. Sed oē qđ icipit eē, quandoq; ē, & quandoq; nō ē. nullū ergo incorruptibile icipit eē. Sed multa ſūt i mūdo icorruptibilia, ut corpora cæleſtia, & oēs ſubſtātiæ itellectuales. Ergo mūd⁹ nō incœpit eſſe. G

¶3 Præt. Nullū igenitū incepit eē. Sed Phyloſoph⁹ i * 1. Phyſ. dicit, ꝙ mā ē igenita. Et in † 1. de Cęl. & mū. ꝙ cęlū ē igenitū. Nō ergo uniuerſitas rerū icępit eē.

¶4 Pręt. Vacuū ē ubi ñ ē corp⁹, ſed poſſibile ē eē. Sed ſi mūd⁹ icępit eſſe: ubi nūc ē corp⁹ mūdi, pri⁹ nō fuit aliqđ corpus, & tñ poterat ibi eſſe. alioqn, nūc ibi nō eſſet. Ergo añ mūdū fuit uacuum, quod eſt impoſſibile. H

¶5 Pręt. Nihil đ nouo icipit moueri niſi ꝑ hoc: ꝙ mouēs & mobile ałr ſe hēt nūc, q̄ prius. Sed qđ ałr ſe hēt nūc q̄ pri⁹, mouetur. Ergo añ oēm motū đ nouo icipiētē, fuit aliqs mot⁹. motus ergo ſp fuit. Ergo & mobile, qa motus nō eſt niſi in mobili.

¶6 Præt. Oē mouēs, aut ē naturale, aut ē volūtariū. ſed neutrū icipit mouer, niſi aliquo motu ꝓexiſtēte. natura. n. ſp eodē mō opaŕ. Vñ niſi pcedat aliqua immutatio uel in natura mouētis, uel i mobili, nō icipiet a mouēte naturali eſſe mot⁹, q̄ nō fuit pri⁹. Volūtas aūt abſq; ſui immutatione, retardat facere qđ ꝓponit. Sed hoc nō ē niſi ꝑ aliquā imutationē, q̄ imaginaŕ ad min⁹ ex pte ipſi⁹ tpis. Sicut q̄ vult facere domū cras & ñ hodie: expectat aliqđ futurū cras, qđ hodie nō eſt: & ad min⁹ expectat, ꝙ dies hodiern⁹ traſeat, & craſtinus adueniat, qđ ſine mutatione non eſt: quia tps eſt numerus motus. Relinqŕ ergo, ꝙ antē omnē motum de nouo incipientem, fuit alius motus. & ſic idē qđ prius. I K

¶7 Præt. Quicqđ ē ſp i principio, & ſp in fine, nec deſinere, nec incipere pōt. Quia qđ incipit, nō eſt in ſuo fine, qđ aūt deſinit, nō eſt in ſuo principio. Sed tps ſp eſt in ſuo principio & fine, qa nihil eſt tpis niſi nūc, qđ eſt finis pteriti, & principiū futuri. Ergo tps nec incipere nec deſinere pōt. & ꝑ cōſequens nec motus, cuius numerus tempus eſt.

¶8 Præt. De⁹ aut eſt prior mūdo natura tm̄, aut duratiōe. Si natura tm̄. ergo cū De⁹ ſit ab æterno, & mūd⁹ eſt ab æterno. Si āt eſt prior duratione, pri⁹ aūt & poſterius in duratione cōſtituūt tps. Ergo antē mundum fuit tempus, quod eſt impoſſibile.

¶9 Præt. Poſita cā ſufficiēti ponit̄ effectus. Cā. n. ad quā nō ſeqŕ effectus, eſt cā imꝑfecta indigens alio ad hoc, ꝙ effectus ſequatur. Sed Deus eſt ſufficiens cauſa mundi, & finalis ratione ſuæ bonitatis, & exemplaris rōne ſuæ ſapientiæ, & effectiua rōne ſuæ potentiæ, ut ex ſuperioribus patet. Cū ergo Deus ſit ab æterno, & mūd⁹ fuit ab æterno.

¶10 Præt. Cuius actio eſt æterna, & effectus æternus. Sed actio Dei eſt eius ſubſtantia, quæ eſt æterna. Ergo & mundus eſt æternus.

Sed contra eſt, ꝙ dŕ Io. 17. Clarifica me pater apud temetipſum, claritate quā habui priuſquam mūd⁹ fieret. Et Prouer. 8. Dñs poſſedit me in initio uiarū ſuarū, antequā quicquā faceret a principio.

Respon. Dicēdū, ꝙ nihil pt pter Deū ab æterno fuiſſe. & hoc qdē ponere ñ ē ipoſſe. Oñſum * eſt. n. ſupra, ꝙ uolūtas Dei ē cā rerū. Sic ergo aliqua neceſſe ē eē, ſicut neceſſe ē Deū uelle illa, cū neceſſitas effect⁹ ex neceſſitate cāæ depēdeat, ut dŕ in * 5. Meta. Oñſum ē āt ſup. ꝙ abſolute loquēdo, nō ē neceſſe Deū uelle aliqđ niſi ſeipſū. Nō ē ergo neceſſariū Deū uelle ꝙ mūd⁹ fuerit ſp, ſed eatenus mūd⁹ eſt, quatenus De⁹ uult illū eſſe, cū eē mūdi ex uolūtate Dei depēdeat, ſicut ex ſua cā. Nō eſt igit̄ neceſſariū mundū ſp eſſe. vñ nec demonſtratiuē ꝓbari pōt. Nec rōnes quas ad hoc Ariſt. inducit, ſunt demonſtratiuæ ſimpŕ, ſed ſm quid. ſ. ad contradicēdū rōnibus antiquorū, ponētiū mūdū incipere ſm quoſdēm modos in ueritate impoſſ. Et hoc apparet ex tribus. Primo qdē, qa tā i 8. Phyſi. q̄ in * 1. de Cęl. pmittit quaſdā opiniones, ut Ana. & Emp. & Plat. cōtra quos rōnes contradictorias inducit. Scđo, qa ubicunq; de hac materia loqŕ, inducit teſtimonia antiquorū. Qđ nō eſt demōſtratoris: ſed ꝓbabiłr ꝑſuadētis. Tertio, qa expſſe dicit i † 1. li. Topi. ꝙ qdā ſunt ꝓblemata dialectica, đ qbus rōnes nō hēmus: ut utrū mūdus ſit æternus.

Ad primvm ergo dicēdū, ꝙ añquā mūdus eſſet, poſſibile fuit mūdū eē, nō qdē ſm potētiā paſſiuā, q̄ eſt materia: ſed ſm potētiā actiuā Dei, & ēt ſm quod dŕ aliquid abſolutē poſſibile non ſm aliquā potētiā: ſed ex ſola habitudine terminorum, q̄ ſibi nō repugnant, ſm quod poſſibile opponit̄ impoſſibili, ut patet per Philoſophū in * 5. Meta.

Ad ii dicēdū, ꝙ illud quod habet uirtutē ut ſit ſemper. ex quo habet illam uirtutē, non quandoq; eſt, & quandoque non eſt: ſed antequam haberet illā uirtutē non fuit. Vnde hæc rō q̄ ponitur ab Ariſt. in * 1. de Cę. non cōcludit ſimpŕ, ꝙ incorruptibilia nō incęperūt eſſe: ſed ꝙ nō incęperūt eſſe ꝑ modum naturalē, quo gñabilia & corruptibilia icipiūt eē.

Ad iii dicēdū, ꝙ Ariſt. in † 1. Phyſi. probat materiam eſſe ingenitā per hoc, ꝙ non habet ſubiectū de quo ſit, in primo autē de cœ. & mū. probat

cœlum

¶In diſſione ad decimū, dubiū ē an actio Dei ſit actu ab æterno formaliter. i. inquātū actio: an ſolū materialiter. i. ſcđm q̄ res eſt. Si. n. primo mō intelligit̄, ſeqŕ ꝙ De⁹ ab æterno eſt actu agēs, creās, cauſans &c. & ſi ſic, ergo ab æterno ē aliqđ creatū, actū, &c. Et tenet ſequela, ex 5. Meta. Cū ſingulares i actu ſiquā cū cāæ, & effectus, ſimul ſūt, & nō ſūt. Si aūt ſecūdo mō ſm intelligit̄. ergo ab æterno eſt cā agēs in potētia, & poſtmodū eſt cā in actu agens, qđ eſt inconueniens.

¶Ad hoc dubiū cum cautela rńdēdū ē: ne dicamus, uel Deū ab æterno cām i potētia tm̄, qđ in ſcđo cōtra Gen. ca. 5. reprobat, uel Deum ab æterno creātē mūdū, qđ cōſtat eſſe erroneū: qm̄ creās ad creatū di, ſicut cratiuū ad creabile, vt di. 5. Meta. Media ergo uia diſtinguēdo dicam⁹, ꝙ actio Dei eſt i actu ab æterno, ñ ſolū materialiter, ſed formaliter. Sed hoc pōt itelligi dupliciter. primo, ut ſit in actu ſcđm id qđ ponit actio iquātū actio i agēte. Scđo, ſcđm qđ infert ex ſe paſſionē uel effectū. Primo mō, actio Dei ē i actu ab æterno. Secūdo mō, non. Et ꝓpter primū, De⁹ nō eſt cā i potētia, ſed in actu ab æterno. Propter ſecūdū uero, Deus nō creauit mūdū ab æterno, nec creat mūdani mā Antichriſti. Et ſi quæras: quō illatio paſſionis uel effect⁹ eſt i Deo ab æterno, actu vel potētia: rńſio in ꝓpria eſt, ꝙ eſt eo in potētia actiua, & nūquā eſt, fuit, aut erit i eo formaliter. De inexiſtētib. n. formaliter, icōueniēs ē ponere aliqđ in potētia in Deo. Et ppea actionē ſcđm totum id qđ in agēte ponit formaliter, oportet ab æterno i Deo eē actu &c.

*li. 1. Phyſi. tex. 82 tom. 2.
† lib. 1. de cęlo. tex. 20. to. 2.
* q. 19. ar. 4.
* li. 5. Meta. tex. 6. circa ꝓpin. tom. 3.
† q. 19. ar. 3.
* lib. 1. de cœlo tex. 101. & ſeqq.
† li. 1. Topi. c. 9. a prin. tom. 1.
* li. 5. Meta. tex. 17. tom. 3.
* li. 1. de cœlo tex. 120. tom. 2.
† li. 1. Phyſi. tex. 82. tom. 2.
221
224
226

cęlum igenitū, qa nō hēt cōtrariū ex quo gñet. Vñ patet, ꝙ ꝑ utrūq; non cōcludit niſi ꝙ materia, & cęlū nō icęperūt ꝑ gñationē, ut qdā ponebāt, ꝓcipuè de cœlo. Nos aūt dicimus, ꝙ materia & cęlū ꝓducta ſūt ieſſe ꝑ creationē, ut ex dictis patet. A

Ad iiii dđm, ꝙ ad rōnē uacui nō ſufficit i quo nihil eſt, ſed reqrit ꝙ ſit ſpatiū capax corporis, in quo nō ſit corp⁹, ut patet ꝑ Ariſt. i * 4. Phyſ. nos aūt dicimus, nō fuiſſe locū aut ſpatium añ mundum.

Ad v dicēdū, ꝙ primus motor ſp eodē mō ſe habuit, primū aūt mobile non ſp eodē mō ſe habuit, qa incępit eſſe, cū prius non fuiſſet. Sed hoc non fuit ꝑ mutationē, ſed ꝑ creationē, q̄ non eſt mutatio, ut ſupra dictū eſt. * Vndē patet ꝙ hæc rō, quam ponit Ariſt. in 8. Phyſ. ꝓcedit cōtra eos, qui ponebāt mobilia æterna: ſed motū nō æternū, ut patet ex opinionibus Ana. & Empe. Nos aūt ponimus, ex quo mobilia incęperunt ſp fuiſſe motū. B

Ad vi dicendū, ꝙ primū agēs eſt agēs uolūtariū. Et q̄uis habuit uolūtatē æternā ꝓducendi aliquē effectū, nō tñ ꝓduxit æternū effectū. Nec eſt neceſſe, ꝙ ꝓſupponaŕ aliqua mutatio, nec ēt ꝑ imaginationē tpis. Ałr. n. eſt intelligēdū de agēte particulari, qđ ꝓſupponit aliqđ, & cauſat alterū, & ałr de agēte vñi, qđ ꝓducit totū, ſicut agēs particulare ꝓducit formā & ꝓſupponit materiā, vñ oportet ꝙ formā inducat ſm ꝓportionē ad debitā materiā. Vñ rōnabiłr in ipſo cōſideraŕ, ꝙ inducit formā in talē materiā, & nō in alia ex dr̄ia materiæ ad materiā. Sed hoc nō rōnabiłr vŕ in Deo, q̄ ſimul ꝓducit formā & materiā: ſed cōſideratur rōnabiłr in eo, ꝙ ipſe ꝓducit materiā cōgruā formæ & fini. Agens aūt particulare, ꝓſupponit tps ſicut & materiam. Vñ rōnabiłr cōſideraŕ in eo, ꝙ agit in tpe poſteriori & nō priori ſm imaginationē ſucceſſionis tpis poſt tps. Sed in agente vñi, qđ ꝓducit rē & tps, nō eſt cōſiderare ꝙ agat nūc, & nō prius, ſm imaginationē tpis poſt tps, quaſi tps ꝓſupponaŕ eius actioni: ſed cōſiderādū eſt ꝙ dedit effectui ſuo tps quātū uoluit, & ſm qđ conueniēs fuit ad ſuā potētiā demōſtrādā. Manifeſtius. n. mūdus ducit in cognitionē diuinæ potētiæ creantis, ſi mūdus nō ſp fuit q̄ ſi ſp fuiſſet. Omne. n. qđ non ſemper fuit, manifeſtū eſt habere cauſam. Sed nō ita manifeſtum eſt de eo, quod ſemper fuit. C D

Ad vii dicendū, ꝙ ſicut dŕ in * 4. Phyſ. prius & poſterius, eſt in tpe ſm qđ prius & poſterius, eſt in motu. Vñ principiū & finis accipiēda ſunt i tpe ſicut & i motu. Suppoſita aūt ęternitate mot⁹, neceſſe eſt ꝙ quodlibet momētū i motu acceptū, ſit principiū & termin⁹ mot⁹. Qđ nō oportet ſi mot⁹ incipiat. Et eadē rō eſt de nūc tpis. Et ſic patet, ꝙ rō illa inſtātis nūc, ꝙ ſp ſit principiū & finis tpis, ꝓſupponit æternitatē tpis & mot⁹. Vñ Ariſto. hūc rōnē iducit in * 8. Phyſ. cōtra eos, q̄ ponebāt ęternitatē tpis, ſed negabant æternitatem motus. E

Ad viii dicēdū, ꝙ Deus eſt prior mundo duratione. Sed ly prius non deſignat prioritatem tpis: ſed æternitatis. Vel dicendū, ꝙ deſignat æternitatē tpis imaginati, & nō realr̄ exiſtētis, ſicut cū dŕ ſupra cęlū nihil eſt. ly ſupra, deſignat locū imaginatū tm̄, ſm ꝙ poſſibile eſt imaginari, dimēſionibus cęleſtis corporis, dimēſiones alias ſuperaddi.

Ad ix dđm, ꝙ ſicut effect⁹ ſeqŕ à cā agēte naturałr, ſm modū ſuæ formæ, ita ſeqŕ ab agēte ꝑ uolūtatē ſm formā ab eo ꝓcōceptā & diffinitam, ut ex ſuperioribus * patet. Licēt igit̄ Deus ab æterno fuerit ſufficiēs cā mundi, non tñ oportet ꝙ ponat mūdus ab eo ꝓductus, niſi ſm ꝙ eſt in ꝓdiffinitione ſuæ uoluntatis, ut ſ. habeat eſſe poſt non eſſe, ut manifeſtius declaret ſuum authorem.

Ad x dicēdū, ꝙ poſita actione ſeqŕ effect⁹ ſm exigētiā forma, q̄ eſt principiū actionis. In agētibus aūt ꝑ uolūtatē qđ conceptū eſt & ꝓdiffinitū, accipitur ut formæ, q̄ eſt principium actionis. * Ex actione igit̄ Dei æterna, nō ſeqŕ effect⁹ ęternus: ſed qualē Deus uoluit, ut ſ. haberet eſſe poſt nō eſſe.

Articvlvs II.

Vtrum mundum incępiſſe ſit articulus fidei.

Ad secvndvm ſic ꝓcedit. Vŕ, ꝙ mūdū icæpiſſe nō ſit articulus fidei, ſed cōcluſio demōſtrabilis. Oē. n. factū habet principiū ſuæ durationis. Sed demōſtratiuè ꝓbari pōt, ꝙ De⁹ ſit cā effectiua mūdi, & hoc ēt ꝓbabiliores Philoſophi poſuerūt. Ergo demonſtratiuè ꝓbari poteſt, ꝙ mundus incęperit.

¶2 Pręt. Si neceſſe ē diceŕ ꝙ mūd⁹ fact⁹ ē à Deo, aut ergo ex nihilo, aut ex aliquo. Sed non ex aliquo, quia ſic materia mundi ꝓceſſiſſet mundū: cōtra qđ ꝓcedunt rōnes Ariſtote. * ponentis cœlū ingenitum. Ergo oportet dicere ꝙ mūd⁹ ſit fact⁹ ex nihilo. Et ſic hēt eſſe poſt nō eſſe. Ergo oportet ꝙ eſſe inceperit.

¶3 Præt. Oē quod operaŕ per intellectū, a quodam principio operaŕ, ut patet in oibus artificialibus. Sed Deus eſt agēs per intellectū. Ergo à quodā principio operaŕ. Mundus igit̄ qui eſt eius effectus, non fuit ſemper.

¶4 Pręt. Manifeſtè apparet, artes aliquas & habitationes regionū, ex determinatis tpibus incœpiſſe. Sed hoc nō eſſet, ſi mūdus ſp fuiſſet. Mūdum igitur nō ſemper fuiſſe manifeſtū eſt.

¶5 Præt. Certū eſt nihil Deo æquari poſſe. Sed ſi mūd⁹ ſp fuiſſet, æqpararet Deo i duratiōe. Ergo certū ē, ñ ſp mūdū fuiſſe.

¶6 Præt. Si mūdus ſp fuit, infiniti dies ꝓceſſerūt hūc diē iſtū. Sed infinita nō eſt pertrāſire. Ergo nūquā fuiſſet peruentū ad hūc diē. Quod eſt manifeſtè falſum.

Super Qv. XLVI. Artic. II. Henr. quol. 1. q. 7. & quol. 9. q. 17. Tho. de Arg. d. 1. q. 2. ar. 2. D. Bon. d. 1. ar. 1. q. 2. Ricar. ar. 2.

In titulo, articulus fidei ſonas, qđ ſola fide teneŕ oporter. ¶In corpore unica ē cōcluſio rńſiua queſitio. ſ. Mundū incępiſſe ſola fide teneŕ. ita ꝙ demōſtratiuè ꝓbari nō pōt. Quā cōcluſionē, primò probat quo ad ſecūda partē. Secundò manifeſtat, quo ad primā. Et tertio oñdit quātæ utilitatis ſit, noſſe ꝓpoſitā concluſionē. Quo ad primā igitur, inducit talem rōnem. Nouitas mundi nō pōt demonſtrari ex parte mundi, nec ex parte ſuæ cauſæ. ergo eſt indemōſtrabilis. Antecedens quo ad primam partem probatur. Demōſtrationis principium eſt quod quid eſt, & unūquodque ſecūdū rōnē ſuæ ſpeciei abſtrahit ab hic & nunc. ergo nō poteſt demonſtrari, quòd homo, aut cœlum, aut lapis non ſemper fuit. Secunda pars antecedentis manifeſtaŕ a communi dicto, ꝙ uniuerſalia ſunt ubique & ſemper. Quo ad ſecundam uero partem probatur. Voluntas Dei ratione inueſtigari nō poteſt, niſi circa neceſſaria uolita. ergo non poteſt demonſtratiuè ſciri, quid circa creaturas uoluerit, & tenet ſequela, quia nihil circa creaturas neceſſario vult.

*lib. 1. de cœlo. tex. 20. to. 2.
* Q. 44. ar. 1. & 2.
* li. 4. tex. 60. to. 2.
* Q. 45. ar. 2. ad 2.
* li. 4. Phyſi. tex. 99. tom. 2.
* li. 8. tex. 10. tom. 2. & ſeqq.
* Q. 14. ar. 8. & q. 41. ar. 2.
* lib. 1. de cœlo, a tex. 20. ad 32. uſque tom. 2.
222
Porrecta pertotum.
247 Locū ſupra ari. 1. adduſtis.

¶7 Præt. Si mũd⁹ fuit ætern⁹, & ᶠ gñatio fuit ab ęterno. Ergo vn⁹ hõ genit⁹ ē ab alio ĩ iſinitũ. Sed pr̃ eſt cã efficiẽs filij, ut dicitur in * 2. Phyſ. Ergo ĩ cauſis efficiẽtibus eſt ʰ ꝓcedere in infinitũ, qđ improbat̃ in * 2. Metaphyſ.

¶8 Præt. Si mũd⁹ & ʰ gñatio ſp fuit, iſiniti hoĩes ꝑceſſerũt. Sed aĩa hoĩs eſt immortalis. Ergo iſinitæ aĩæ humanæ, nunc eſſent actu, qđ eſt impoſſe. Ergo ex neceſſitate ſciri põt, ꝙ mũdus inG cęperit & nõ ſola fide tenetur.

Sᴇᴅ ᴄᴏɴᴛʀᴀ. Fidei articuli demõſtratiuè ꝓbari nõ pñt, qa fides de nõ apparẽtib⁹ ē, ut dr̃ ad Heb. 11. Sed Deũ eẽ creatorẽ mũdi, ſic ꝙ mũd⁹ icęperit eẽ, ē articul⁹ fidei. Dicim⁹ .n. Credo ĩ unũ Deũ &c. Et iterũ Greg. dicit ĩ homil. * 1. Ezech. ꝙ Moyſes ꝓphetizauit, de ꝑterito dicẽs, In principio creauit De⁹ cœlũ & terrã. In quo nouitas mũdi H trahit̃. Ergo nouitas mũdi habetur tm̃ per reuelationẽ. & iõ nõ põt probari demonſtratiuè.

Rᴇꜱᴘᴏɴ. Dicendũ, ꝙ mũdũ non ſp fuiſſe, ſola fide tenet̃, & demõſtratiuè ꝓbari nõ põt: ſicut & ſupra de myſterio trinitatis dictũ eſt.* Et hui⁹ rõ eſt, qa nouitas mũdi nõ põt demõſtrationẽ recipere ex parte ipſius mũdi. Demõſtrationis .n. principiũ, eſt qđ qd eſt. Vnũquodque I aũt ſm rõnẽ ſuę ſpeciei abſtrahit ab hic, & nunc, ꝑꝑ qđ dr̃, ꝙ vl̃ia ſunt ubiq; & ſp. Vñ demõſtrari nõ pt̃, ꝙ hõ, aut cęlũ, aut lapis, nõ ſp fuit. Siĩr ẽt neq; ex parte cauſæ agẽtis, q̃ agit ꝑ uolũtatẽ. Voluntas .n. Dei rõne inueſtigari non põt, niſi circa ea, q̃ abſolutè neceſſe eſt Deũ uelle. Talia aũt nõ ſunt, quæ circa creaturas vult, ut dictum eſt.* Põt aũt uoluntas diuina homĩK nĩ manifeſtari per reuelationẽ, cui fides innitit̃. Vndè ᵐ mũdũ incępiſſe eſt credibile, non aũt demonſtrabile uel ſcibile. ⁿ Et hoc utile eſt ut cõſideretur, ne fortè aliquis, quod fidei eſt demonſtrare præſumẽs, rõnes nõ neceſſarias inducat, q̃ ꝑbeant materiã irridendi infidelib. exiſtimantibus nos ꝑꝑ huiuſmodi rõnes credere quæ fidei ſunt.

Aᴅ ᴘʀɪᴍᴠᴍ ergo dicendũ, ꝙ ſicut dicit Aug. * 11. de ciui. Dei, Philoſophorũ ponẽtiũ æternitatẽ mundi duplex fuit opinio. Quidã .n. poſuerũt, ꝙ ſubſtãtia mũdi nõ ſit à Deo. Et horum eſt intolerabilis error. Et iõ ex neceſſitate refellit̃. Quidã aũt ſic poſuerũt mũdũ ᵈ æternũ, ꝙ tñ mundũ à Deo factũ dixerunt. Nõ .n. mundũ tp̃s uolunt habere, ſed ſuæ creationis initiũ, ut quodã mõ uix intelligibili, ſp ſit factus. Id aũt quo intelligãt, inuenerunt, ut idẽ dicit in * 10. de ciuit. Dei. Sicut .n. inquiunt, ſi per ex æternitate ſp fuiſſet ĩ puluere, ſp ſubeſſet ueſtigium, quod à calcãte factũ nemo dubitaret: ſic & mundus ſp fuit, ſemper exiſtente qui fecit.

Et ad hoc intelligẽdũ cõſiderandũ eſt, ꝙ cã efficiens q̃ agit ꝑ motum, de neceſſitate ꝑcedit tp̃e ſuum effectum, qa effectus nõ eſt niſi in termino actionis, agens aũt omne, oportet eſſe principiũ actionis. Sed ſi actio ſit inſtantanea & non ſucceſſiua, nõ eſt neceſſariũ, faciẽs eſſe prius facto duratione, ſicut patet in illuminatione. Vñ dicũt, ꝙ nõ ſeqt̃ ex neceſſitate, ſi De⁹ eſt cã actiua mundi, ꝙ ſit prior mũdo duratione, quia creatio qua mũdũ ꝓduxit, nõ eſt mutatio ſucceſſiua, ut ſup. dictũ ē.*

Aᴅ ɪɪ dicẽdũ, ꝙ illi q̃ ponerẽt mundũ æternũ, dicerẽt mũdũ factũ à Deo ex nihilo: nõ ꝙ factus ſit poſt nihilũ, ſm quod nos intelligimus ꝑ nomẽ creationis, ᵉ ſed qa nõ eſt factus de aliquo. Et ſic ẽt nõ recuſant aliqui eorũ, creationis nomẽ, ut patet ex Auic.* in ſua Metaph.

Aᴅ ɪɪɪ dicendũ, ꝙ illa eſt rõ Anax. quæ ponitur in 3. Phyſic. Sed nõ de neceſſitate cõcludit, niſi de intellectu, q̃ deliberãdo inueſtigat, quid agẽdum ſit, qđ eſt ſimile motui. Talis autẽ eſt intellectus humanus, ſed nõ diuinus, ut ſupra patet.*

Aᴅ ɪɪɪɪ dicendũ, ꝙ ponẽtes æternitatẽ mũdi, ponũt aliqua regionẽ infinities eſſe mutatã de inhabitabili inhabitabilẽ, & econuerſò. Et ſimiliter ponũt, ꝙ artes ꝑꝑ diuerſas corruptiones & accidentia, infinities fuerunt inuentæ, & iterum corruptæ. Vndè Ariſt. dicit in lib. * Meteo. ꝙ ridiculum eſt ex huiuſmodi particularibus mutationibus opinionẽ accipere de nouitate mundi totius.

¶ Circa ꝓbationẽ primæ partis ãtecedẽtis aſſumpti aduerte, ꝙ vis rõnis conſiſtit in hoc. Quod quid eſt vniuſcuiuſq; rei creatæ ſpecificè ſumptũ, abſtrahit ab hic, & nunc: ergo nõ poteſt eſſe ſufficiens mediũ ad inferendũ nouitatem rei, quia nouitas ipſa tp̃is differẽtiam continet. Liquido .n. conſtat, nõ eſſe rõnẽ eſſendi nunc, & non prius, qd ſcdm ſe indifferẽs eſt ad nũc & prius. unde, author non ſolùm de mundo, ſed de quacũque re mundi intulit, ꝙ ex eius qdditate non poteſt mõſtrari eius nouitas ſimpliciter.

* Lib. 2. Phyſ. tex. 19. co. 2.
* Tex. 5. tom. 3.

¶ Circa principalẽ cõſequentiã aduerte, ꝙ cum mundus ſignificet uniuerſitatẽ rerum, & extra uniuerſum nihil ſit niſi caput ipſius, conſequẽs eſt, ꝙ nullus locus relinquat̃ demonſtrationi qua, ad inferẽdum nouitatẽ mundi, & propterea litera exclusa eſt, & qd quid eſt ipſius & omnium eius partium, ꝙ conſiliãti relinquit nouitatem mũdi indemonſtrabilẽ. Quo ad primam uerò partem cõcluſionis, i. ꝙ fide tenẽatur, manifeſtatur. Volũtas diuina, poteſt homini manifeſtari per reuelationẽ. ergo mundum incœpiſſe, eſt credibile, & tenet ſequela. quia fides reuelationi innititur.

*Homi. 1. ĩ Ezechielem.

¶ Tertio, utile eſt, inquit, hoc conſiderare, & hoc ex duabus vtilitatibus manifeſtat. Prima eſt repreſſio ꝑſumptionis. Secunda eſt euitatio irriſionis ab infidelibus ut clarè patet in lr̃a.

* Q. 38. articu. 2.

¶ In reſponſione ad ſeptimũ, aduerte Nouitie, ꝙ aliud eſt dicere, Sortes pater, eſt cã per ſe Platonis filij, & Plato per ſe cauſa Ciceronis, & aliud ē dicere, Sortes & Plato ſunt per ſe cauſæ Cice. Primum enim eſt veriſſimum quoniam ſicut homo generat hominẽ per ſe, ita ſe pater eius, ut dr̃ 12. Met. tex. 27. Secundũ aũt eſt falſiſſimũ, qm̃ cauſæ ꝑ ſe ordinatæ, reſpectu alicuius effectus ſunt. et

* Q. 27. articu. 3.

Concil. in

in litera dr̃, diuerſarũ ordinũ ſimul cauſantes effectũ illũ, & ꝓpea ſi põt iñ ĩ cauſa. Præ aũt & Aug. e nĩ dã ordinis eiuſ. ſi n̄ non ſimul cauſantes tertium, quãmuis, ut dictũ eſt, iter ſe aute fuerit ꝑ ſe cauſã patris, & pater filij, & propterea, ad productionem Sortis nõ refert finitas, uel infinitas progenitorũ.

¶ In reſponſione ad octauũ diligenter aduerte, quid ibi dr̃, & qua re dicat̃. Poſt recitatas nãque opiniones ſubdit conſiderãdũ eſſe, ꝙ hec rõ particularis eſt & uerum dixit, quoniam particularis eſt non in ſe, ſed reſpectu qõni; ut ipſemet ſubdit. Quęſitum eſt .n. hic, utrũ mundũ .i. uniuerſitatẽ creaturarum incœpiſſe, ſit articulus fidei, & nõ utrũ ſingulas ſpecies creaturarũ incœpiſſe, ſit articulus fidei. Dato nãque, ꝙ hominẽ incœpiſſe, ſit demõſtrabile, adhuc dubium reſtaret utrũ uniuerſum incœpiſſe, ſit demonſtrabile, qm̃ ſtat cum inceptione hominis, æternitas mundi, vel angelorũ, ut in litera dicitur. Cauſa autem quare hoc dixerit, & qa ſecundũ doctrinã authoris, rõ inducta cogit parum iñ utilis ab eodẽ dicitur in 2. cõtra Gent. c. 38. qm̃ multa ſupponit, in qbus diſcordant philoſophi.

¶ Circa eãdẽ rñſionẽ aduerte, ꝙ ſcdm authoris doctrinã ſuſtinentẽ immortalitatẽ animæ numeratæ, ſine circulo, & impoſſibilitatẽ infinitatis in actu ſimul, ẽt pacciãdẽs, intelligibile non eſt, ꝙ gñatio humana ſit æterna. Et ꝑpterea cum ſm Tho. in cõcedẽdo mũdũ potuiſſe eſſe ab æterno, cõcedant mũdum quo ad ſubſtantiã, cõſtãtẽ ...

* li. de ciui. Dei. ca. 4. & li. 10. c. 31. tom. 5.

D. 407.

* li. 10. ci. 31. tom. 5.

* Q. 45. ar. tic. 2.

158

* Li. 3. c. 4.

* Q. 14. ar. tic. 11.

* Li. 1. meteo. c. 14. poſt me. di. tex.

Aᴅ ᴠ dicẽdũ, ꝙ etſi mundus A ſemp fuiſſet, nõ tñ parificaret̃ Deo in ęternitate, vt dicit Boe. in fine de * cõſo. qa eſſe diuinũ, eſt eſſe totũ ſimul abſq; ſucceſſione. Nõ aũt ſic eſt de mũdo ᶜ.

Aᴅ ᴠɪ dicẽdũ, ꝙ trãſitus ſemper intelligit̃ à termino in terminũ. Quęcũq; aũt ꝑterita dies ſignetur, ab illa vſq; ad iſtã ſũt finiti dies, q̃ ptrãſiri poterunt. Obiectio aũt ꝓcedit ac ſi poſitis extremis, ſint media iſinita. B

Aᴅ ᴠɪɪ dicẽdũ, ꝙ in cauſis efficiẽtibus impoſſibile eſt ꝓcedere in infinitũ ꝑ ſe ᵉ, vt puta, ſi cauſæ q̃ ꝑ ſe requirunt̃ ad aliquẽ effectũ, multiplicarẽtur in infinitũ. Sicut ſi lapis moueret̃ à baculo, & bacul⁹ à manu, & hoc in infinitum. Sed ꝑ accidẽs in infinitũ ꝓcedere in cauſis agẽtibus, nõ reputat̃ impoſſibile, vt puta: ſi oẽs cauſæ q̃ in infinitum multiplicantur, nõ teneãt ordinẽ niſi vnius cauſæ: ſed earũ multiplicatio ſit ꝑ accidens ᶜ. Sicut artifex agit multis martellis ꝑ accidẽs, qa vnus poſt vnũ frangit. C Accidit ergo huic martello, ꝙ agat poſt actionẽ alterius martelli. Et ſimiliter accidit huic homini inquãtũ gñat, ꝙ ſit gñat⁹ ab alio. generat .n. inquãtũ hõ, & nõ inquãtũ eſt filius alteri⁹ hominis. Oẽs .n. homines generãtes, habẽt gradũ vnũ ĩ cauſis efficiẽtibus .ſ. gradũ particularis gñantis. Vnde nõ eſt impoſſibile, ꝙ hõ generetur ab homine in infinitum. eſſet autem impoſſibile, ſi generatio huius hominis dependeret ab hoc homine, & à corpore elementari, & à ſole, & ſic in infinitum.

Aᴅ ᴠɪɪɪ dicẽdũ, ꝙ hãc rõnẽ, ponẽtes æternitatẽ mũdi, multipliciter effugiũt. Quidã .n. nõ repu- D tãt impoſſibile eſſe infinitas animas actu, vt patet in Met. Algazelis, dicẽtis hoc eſſe infinitum ꝑ accidens. ſed hoc improbatũ eſt* ſuperius. Quidã verò dicũt animã corrumpi cũ corpore. Quidã verò, ꝙ ex oĩbus animabus remanet vna tm̃. Alij verò (vt Aug.* dicit) poſuerũt ꝑꝑ hoc circuitũ animarum, vt ſ. animæ ſeparatę à corporibus poſt determinata tẽporum curricula, iterũ redirẽt ad corpora. de qbus oĩbus in ſequentibus eſt agẽdũ ᵉ. Cõſiderãdum tñ, ꝙ hæc rõ particularis eſt. Vñ poſſet dicere aliqs, ꝙ mundus fuit æternus, uel ſaltem aliqua creatura, vt angel⁹: nõ autẽ hõ. Nos aũt intẽdim⁹ E vniuerſaliter: an aliqua creatura fuerit ab ęterno.

ARTICVLVS III.

Vtrum creatio rerum fuerit in principio temporis.

AD TERTIVM ſic ꝓceditur. Vr̃, ꝙ creatio rerũ nõ fuit in principio tẽporis. ʰ Qđ .n. nõ eſt in tẽpore, nõ eſt ĩ aliquo tẽporis. Sed creatio rerũ non fuit ĩ tẽpore. Per creationẽ .n. rerũ, ſubã in eſſe ꝓducta eſt. Tẽpus aũt nõ mẽſurat ſubãm rerũ, & ꝑcipuè ĩcorporaliũ. Ergo creatio nõ fuit ĩ principio tẽporis.

¶2 Præt. Philoſophus * ꝓbat, ꝙ oẽ qđ ʰ fit, fiebat. & ſic oẽ fieri hẽt prius & poſterius. In principio aũt tp̃is (cũ ſit ĩdiuiſibile) nõ ē pri⁹ & poſterius. Ergo cũ creari ſit quoddã fieri, vr̃ ꝙ res ñ ſint creatę ĩ pricipio tẽporis.

¶3 Præt. Ipſum ẽt tẽpus creatũ eſt. Sed nõ põt creari in ʰ principio tẽporis, cũ tẽpus ſit diuiſibile, principiũ aũt tẽporis indiuiſibile. Nõ ergo creatio rerũ fuit in principio temporis.

Sᴇᴅ ᴄᴏɴᴛʀᴀ eſt, quod Gen. 1. dicitur. In principio creauit Deus cęlum & terram.

Rᴇꜱᴘᴏɴ. Dicẽdũ, ꝙ illud ᵐ verbũ Gen. 1. In principio ᵈ creauit Deus cęlũ & terram, tripliciter exponit̃ ⁿ ad excludẽdũ tres errores. Quidã .n. poſuerũt mũdũ ſemp fuiſſe, & tẽpus nõ habere principiũ. Et ad hoc excludendũ, exponit̃: In principio .ſ. temporis. Quidam verò poſuerunt duo eſſe creationis principia, vnũ bonorum, aliud malorum. Et ad hoc excludẽdũ, exponit̃: In principio .i. in filio, Sicut .n. principiũ effectiuũ appropriat̃ patri ꝑꝑ potẽtiã, ita principiũ exemplare appropriat̃ filio ꝑꝑ ſapiẽtiã: vt ſicut dr̃: Oĩa ĩ ſapiẽtia feciſti, ita intelligat̃ Deũ oĩa feciſſe ĩ principio .i. in filio, ſm illud Apoſtoli ad Col. 1, In ipſo .ſ. filio, cõdita ſunt vniuerſa. Alij verò dixerũt corporalia eſſe creata à Deo mediãtib⁹ creaturis ſpiritualib⁹. Et ad hoc excludẽdũ, exponit̃: In pricipio creauit De⁹ cęlũ & terrã .i. añ oĩa. Quatuor .n. ponũtur ſimul creata .ſ. cęlũ empireũ, mã corporalis, q̃ nomine terræ intelligitur, tempus, & natura angelica.

Aᴅ ᴘʀɪᴍᴠᴍ ergo dđm, ꝙ ñ dñr ĩ principio tp̃is res eſſe creatæ, quaſi principiũ tp̃is, creationis ſit mẽſura: ſed qa ſit̃ cũ tp̃e, cęlũ, & terra creata ſũt.

Aᴅ ɪɪ dđm, ꝙ uerbũ illud Philoſophi, intelligit̃ de fieri, qđ ẽ ꝑ motũ, uel qđ ẽ termin⁹ mot⁹. Quia cũ ĩ quolibet motu ſit accipere pri⁹ & poſteri⁹, añ E qđcũq; ſignũ ĩ motu ſignato, dũ .ſ. aliqd ẽ ĩ moueri & fieri, ẽ accipere pri⁹, & ẽt aliqd poſt ipm, qa qđ ẽ ĩ principio mot⁹, vel ĩ termino, ñ ẽ ĩ moueri. Creatio aũt, neq; ẽ mot⁹, neq; termin⁹ mot⁹, ut ſ. dictũ * eſt. Vñ ſic aliqd creat̃, qđ nõ prius creabat̃.

* Q. præc. ar. 2.

Aᴅ ɪɪɪ dđm, ꝙ nihil ſit, niſi ſm qđ eſt. Nihil aũt eſt temporis, niſi nunc. vnde non poteſt fieri niſi ſecundum aliquod nunc. Non quia in ipſo primo nunc ſit tempus: ſed quia ab eo incipit tempus.

QVAESTIO XLVII.

De diſtinctione rerum in communi, in tres articulos diuiſa.

POſᴛ productionem creaturarum in eſſe cõſiderandum eſt de diſtinctione earum.

Mex quinq; corporibus ſimplicib⁹. Cõcedit mundum etiã quo ad motũ cęli, & generationes oĩs, ꝑter humanã. Inuenitabile .n. eſt: quin, aut ſit infinitũ in actu, aut ad miracula recurrat̃, ponẽdo vnũ hominẽ infinito tẽpore vixiſſe, & à certo tẽpore generaſſe, & ſic ẽt non ſaluaret̃ generatio humana æterna, ſed ſpecies humana. Sed ridiculũ, iudicio meo eſt, hoc miraculum interponere, vbi de poſſibilitate ꝓductionis mundi talis, qualem videmus, eſt ſermo.

* Lib. 4. de cõſol. proſa 6. paulo poſt princip.

41

49

15

58

* Q. 7. ar. 4.

* Li. de hęreſi. c. 46. & li. 12. de ciuit. c. 13. & ſerm. 141. de tẽp. & ſcr. 10.

181

167

170

& h

Ferrella

per tom.

SVPER QV. XLVI. ARTIC. III.

S. Bona. 2. ſ. d. 1. q. 2. a. 2.

148

Scot. 2. ſ. d. 1. q. 4.

Ricar. 2. ſ. d. 1. q. 2.

Duran. 2. ſ. d. 1. q. 2.

Bacco. 2. ſ. d. 1. q. 45. & 6.

Egid. 24. d. ß. 12. q. 2. a. 4.

Titulus ſatis clarus eſt.

¶ In corpore conclu ſio reſponſiua eſt, ꝙ ly In principio creauit Deus cęlũ & terrã, tripliciter exponitur, contra tres errores .ſ. In principio tẽporis, cõtra Philoſophos. In filio, contra Pythagoricos, & Manichæos. Ante oĩa, cõtra Platonẽ, Aui. & ſequaces. Oĩa plana ſunt in litera. ex quibus habet̃ concluſio reſponſiua q̃ſito affirmatiuè, & ad perfectionẽ doctrinę, cũ multis adiunctis.

¶ In reſponſione ad primũ aduerte, ꝙ author negat primũ tẽporis inſtãs menſuraſſe creationẽ. non ꝙ diutius emanatio illa durauerit cũ inſtantanea ſit, vt in reſponſione ad primũ, ſ articulo ꝑcedente dictũ eſt, ſed qa creatio ad ſubſtãtias eſt ĩ corporales, q̃ ſupra tempus, & tẽporis inſtantia ſunt, ſe extendit. Vñ primũ inſtans tẽporis, etſi non fuerit menſura creationẽ, fuit ſi coexiſtẽs creationi, q̃ inſtãti tẽporis diſcreti quo menſurãtur operationes ſpirituales, vt infra patebit, mẽſurata ē.

* Lib. 6. phyſ. tex. 40. & ſequẽtibus. tom. 2.

Concil. in D. 1158.

Universidad de Deusto Biblioteca

Erit aũt hæc conſideratio tripartita, Nam primò, F conſiderabimus de diſtinctione rerũ in cõmuni. Secundò, de diſtinctione boni & mali. Tertiò, de diſtinctione ſpiritualis & corporalis creaturæ.

Circa primum quæruntur tria.

¶ Primò, De ipſa rerũ multitudine, ſeu diſtictione.
¶ Secundò, De earum inæqualitate.
¶ Tertiò, De vnitate mundi.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum rerum multitudo & diſtinctio ſit à Deo.

AD PRIMVM ſic proceditur. Vĩ, ꝙ rerum multitudo & G diſtinctio, non ſit à Deo. Vnũ[h] enim ſemper natũ eſt vnũ facere. Sed Deus eſt maximè vnus, vt ex ꝓmiſſis patet.* Ergo non producit niſi unum effectum.

¶ 2 Præt. Exemplatum[h] aſſimilaĩ ſuo[h] exẽplari: ſed Deus eſt cauſa exemplaris ſui effectus, vt ſupra dictum eſt. † Ergo cũ Deus ſit vnus, effectus eius eſt unus tantum, & non diſtinctus.

¶ 3 Præt. Ea[h] q̃ ſunt ad finem, ꝓ- 11 portionanĩ fini. Sed finis creaturę eſt vnus, ſ. diuina bonitas, vt ſupra oſtẽſum eſt.* Ergo effectus Dei non eſt niſi vnus.

SED CONTRA eſt, quod dicĩ Gen. 1. ꝙ De⁹ diſtinxit lucẽ a tenebris, & diuiſit aquas ab aq̃s. Ergo diſtinctio & multitudo rerum eſt à Deo.

RESPON. Dicẽdũ, ꝙ cauſam diſtinctionis rerũ multipliciter aliq̃ aſſignauerũt. Quidã.n. at- I tribuerunt ea materiæ uel ſoli, vel ſimul cũ agente, ſoli q̃dem materię: ſicut Democrit⁹ & oẽs antiqui naturales, ponẽtes ſolã cauſam materialẽ, ſm quos diſtinctio rerũ ꝓuenit à caſu ſm motũ materię. Materiæ verò & agẽti ſimul diſtinctionẽ & multitudinẽ rerũ attribuit Anaxa. q poſuit intellectũ diſtinguẽtẽ res, extrahẽdo qđ erat ꝑmiſtũ in materia. Sed hoc nõ põt ſta- K re pp duo. Primo q̃dem, q̃a ſupra oſtẽſum* eſt, ꝙ ẽt ipſa materia a Deo creata eſt. Vñ oportet & diſtinctionẽ, ſi qua eſt ex parte materiæ, in altiorem cauſam reducere. Secũdò, q̃a materia eſt ꝓpter formã & nõ ecõuerſo, diſtinctio aũt rerũ eſt ꝑ formas ꝓprias. Nõ ergo diſtinctio eſt in rebus pp materiam: ſed potius ecõuerſo in materia creata eſt difformitas, vt eſſet diuerſis formis accommodata. Quidã vero attribuerũt diſtinctionẽ rerũ ſecũdis agentibus, ſicut Auic. q dixit, ꝙ Deus intelligẽdo ſe, ꝓduxit intelligentiã primã[c], in qua, q̃a nõ eſt ſuum eſſe, ex neceſſitate incidit cõpoſitio potentiæ & actus, vt infra patebit*. Sic igiĩ prima intelligẽtia inquãtum intelligit cãm primã, ꝓduxit ſecũdã intelligẽtiã: inquãtũ aũt intelligit ſe, ſm ꝙ eſt in potẽtia, ꝓduxit corp⁹ cęli, qđ mouet: inquãtũ uerò intelligit, ſe ſm illud qđ habet de actu, ꝓduxit aĩam cęli. Sed hoc nõ põt ſtare pp duo. Primò q̃dẽ, q̃a ſupra oſtẽſum ẽ*, ꝙ creare ſolius Dei eſt. Vñ ea q̃ non poſſunt cauſari niſi ꝑ creationẽ, à ſolo Deo ꝓducunĩ. Et hęc ſunt oĩa q̃ nõ ſubiacẽt gñationi & corruptioni. Secũdo, quia ſm hãc poſitionẽ, nõ proueniret ex intẽtione primi agentis vniuerſitas rerũ: ſed ex cõcurſu multarũ cauſarũ agẽtiũ: tale autẽ dicim⁹ prouenire a caſu. Sic igiĩ cõplemẽtũ uniuerſi, qđ in diuerſitate rerũ cõſiſtit, eſſet à caſu qđ eſt impoſſibile. Vñ dicẽdũ ẽ ꝙ[m] diſtinctio rerũ & multitudo, ẽ ex intẽtione primi agẽtis, qđ eſt De⁹ *. Produxit.n. res ĩ eſſe pp ſuã bonitatẽ cõmunicãdã creaturis [e], & ꝑ eas reprę ſentãdã. Et q̃a ꝑ vnã creaturam ſufficienter rep̃ſentari nõ põt, ꝓduxit multas creaturas & diuerſas, vt qđ deeſt uni ad repræſentandã diuinã bonitatẽ, ſuppleaĩ ex alia. Nam bonitas q̃ in Deo ẽ ſimpliciter & uniformiter, in creaturis ẽ multipliciter & diuiſim [e]. Vñ ꝑfectius participat diuinã bonitatem, & rep̃ſentat eã totũ uniuerſum, q̃ alia q̃cũq; creatura.* Et q̃a Ex diuina ſapiẽtia eſt cã diſtinctionis rerum, ideò Moyſes dicit res eſſe diſtinctas uerbo Dei, quod ẽ cõceptio ſapientiæ, Et hoc eſt quod dicitur Gen. 1. Dixit Deus, Fiat lux: Et diuiſit lucem à tenebris.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ agẽs per naturam agit per formã per quã eſt, q̃ vnius tm̃ eſt una. Et ideò nõ agit niſi vnũ. Agens aũt volũtariũ, quale eſt Deus, vt ſupra oſtenſum eſt, * agit per formã intellectã. Cũ igiĩ Deũ multa intelligere nõ repugnet unitati & ſimplicitati ipſius, vt ſ. oſtenſum eſt * relinquiĩ ꝙ licẽt ſit vnus, poſſit multa facere.

AD II dicendum, ꝙ rõ illa teneret de exemplato, quod perfectẽ repræſentat exemplar, qđ non multiplicaĩ niſi materialiter. vñ imago increata q̃ eſt perfecta, eſt una tantum. Sed nulla creatura repræſentat perfectẽ exẽplar primum, quod eſt diuina eſſentia, & ideò põt per multa reprę ſentari.* Et tamen ſm quod ideę dicuntur exemplaria, pluralitati rerum correſpondet in mẽte diuina pluralitas idearum.

AD TERTIVM dđm, ꝙ in ſpeculatiuis, medium demõſtrationis, quod perfectẽ demonſtrat cõcluſionẽ, eſt unũ tm̃. Sed media ꝓbabilia ſunt multa. Et ſimr in operatiuis q̃n id, quod eſt ad finẽ, adæquat (vt ita dixerim) finẽ, nõ requiriĩ ꝙ ſit niſi unũ tm̃. Sed creatura nõ ſic ſe hẽt ad finem, qui eſt Deus. [c] vndẽ oportuit creaturas multiplicari.

Porrecta per t. tum.

SVPER Q. XLVII. ARTIC. I.

Ferr. 2. cont. c. 39 lib. c. 97. D. Bon. 2. ſen. d. 1. P. 2. art. 1.

249 2. conc. c. 39. vſque 45. incluſiue. Et li. 3. c. 97. Et pot. q. 3. ar. 1. ad 9. & art. 16. co. Et op. 3. c. 71. 72 73. & 102. Et 12. me. lec. 2. ſ. * Q. 11. ar. 4. † q. 44. ar. 3. * q. 44. ar. 4. * q. 44. art. 2.

IN titulo q̃riĩ an diſtinctio ſit à Deo, non quomodolibet, ſed vt ꝑ ſe facta, ut ꝓceſſu articuli patet. ¶ In corpore tria facit. Primò, tractat opinionem antiquorum: ſecũdo opinionem Aui. tertiò reſpondet quæſito. ¶ Quo ad primũ refert opinio Democriti & Anaxagoræ, q. diſtinctio rerũ eſt à materia ſola & caſualiter, uel à materia ſimul & agẽte. Reprehenditur aũt vtraq; opinio quo ad hoc, in quo cõmunicãt, ſ. ꝙ diſtinctio eſt à materia vt à cauſa prima, ideſt irreducibili in aliã priorem, cauſam, dupliciter. Primò, quia ipſa materia eſt à Deo. Secũdò, quia etiã forma eſt prior materia: quoniã materia eſt propter formam. ¶ Quo ad ſecundum refertur opinio Aui. ꝙ diſtinctio eſt ex ſecundis agentibus: & improbaĩ dupliciter. Primo, q̃a hoc ẽ falſum de diſtinctione incorruptibiliũ, quoniã à ſolo Deo fieri poſſunt. Secundo, q̃a diſtinctio rerũ, eſſet à caſu: & cõſequẽter cõplemẽtũ uniuerſi eſſet à caſu, & tenet prima ſequela: quoniã eſſet ex cõcurſu multarũ cauſarum agẽtiũ, nõ ꝑ ſe intentũ ab aliquo dirigẽte in ſe vnũ, caſu ſit: ſecunda aũt ſequela tenet, quia perfectio vniuerſi, in rerũ diuerſitate conſiſtit. ¶ Quo ad tertiũ, cõcluſio reſpõſiua eſt: Diſtinctio ſeu multitudo rerum eſt ex intẽtione primi agentis, qui eſt Deus. probaĩ. Deus produxit res in eſſe ꝓpter ſuã bonitatẽ cõmuni cãdam creaturis & ꝑ eas repræſentãdã: ergo ꝓduxit multas creaturas, & diuerſas. & tenet ſequela. q̃a per vnã creaturã ſufficiẽter rep̃ſentari nõ poteſt. Quod probatur, q̃a bonitas q̃ in Deo eſt ſimpliciter & vniformiter, in creaturis ẽ multipliciter & diuiſim. Qđ & confirmatur, quia pfectius participat diuinam bonitatẽ totũ uniuerſum, q̃ q̃cunq; creatura. Secũdo, probatur cõcluſio authoritate ſcripturæ. Gen. 1. Dixit Deus &c. ¶ Circa hanc rõnem aduerte, ꝙ cũ dr, nominatur, aut quæriĩ ſufficiens repræſentatio bonitatis diuinæ, non eſt ſermo de ſufficientia ſimpliciter, quoniã nec mille mundi ſufficerẽt ad id, ſed de ſufficiẽtia cõſona pfectioni vniuerſi. hoc.n. tollit rõ, vt hmõi repræſentationem diuinę bonitatis i rerũ vniuerſitate ꝑ ſe intentam à Deo fateamur, quia unica creatura ad huiuſmodi rep̃ſentationẽ non ſufficeret. ¶ In reſpõſione ad ſecundum, aduerte, ꝙ exemplar dupliciter Deo attribui littera vult. Primò, ratione ſubſtantiæ ſimpliciter, & ſic De⁹ eſt unũ exẽplar omnium. Secũdò, rõne ſubſtantię ſic uel ſic imitabilis, & ſic in mente diuina ſunt multa rerũ exẽplaria iuxta multitudinem idearum.

118 a · * q. 19 ar. 4. · * q. 65 ar. 3. · *Concl.* m · 15 · 14 · 72 · 71 · 134 · * q. 19 ad 4. · * q. 15. ad 2.

SVPER Q. XLVII. ART. II.

Secunda reſponſio

Fer. 2. cõ. c. 39. li. c. 97.

TItulus intelligẽd⁹ eſt ſicut precedens. ¶ In corpore duo facit. Primo, tractat opinionẽ Origenis. ſcdo reſpondet quæſito. ¶ Quo ad primũ ponitur in litera opinio Originis ſatis clarẽ, cõtinens tria, ſ. rõnales creaturas æquales creatas; & inæqualitatẽ ex lib. ar. & diuerſitatẽ, immò & creationẽ, corporũ ex punitione, & ſic videt q̃n negatiuẽ. Refertur quoq; & occaſio huius opinionis, quia, ſcilicet excludere conatus eſt opinionem ponentẽ diſtinctionẽ ex cõtrarietate principiorũ boni & mali, q̃ vĩ fuiſſe Empedoclis & Manichæorũ De quibus oĩbus, ſi diffuſẽ tractatũ videre uis, lege in 2. cõtra Gen. à c. 39. uſq; ad 46 ſiue.n. hæc breuiter tanguntur. ¶ Cõtra hãc aũt opinionẽ arguitur in litera. Quia ſequeretur ꝙ uniuerſitas corporalium creaturarũ nõ eſſe pp Dei bonitatẽ cõicãdã ſed pp pc̃m puniendũ: ſed hoc eſſe incõueniens ꝓbaĩ autoritate Geneſis, & Au. ¶ Aduerte hic, ꝙ nõ excludiĩ in hac ratione totaliter diuina bonitas, q̃n ẽt iuſtitia punitiuæ finis eſt diuina bonitas: ſed excludiĩ diuina bonitas à ſolitudine ſufficienti. Hæc.n. eſt diuina in tes bona abſolutè, & bona non niſi puniti ue, ꝙ primorũ rõ, ſola diuina bonitas eſt, ſcdorum uerò, nunquã diuina bonitas ſed eſt, aũt demerito ſuppoſito, qđ nõ eſt à Deo. Et ppea, in litera nõ eſt ſimpliciter negata diuina bonitas, ſed appoſita eſt aduerſatiua .ſ. ſed ad puniendum pc̃m. Ex hoc.n. inſinuaĩ, qđ dixim⁹. Manifeſtatur vero optimẽ incõuenientis ex inducta authoritate. Vidit Deus cuncta q̃ fecerat, & erãt valde bona; q̃.n. nõ niſi ad puniendũ bona ſunt inter ſimpliciter bona non cõnumerantur. q̃n nõ ſunt ſimpliciter appetibilia.

12 · 5 · 134 · *Porrecta per totum.* 250 2. cõt. ca. 39. vſque 45. incluſi ue, & li. 3. cap. 97. & pot. qu. 3. ar. 16. Et de aia. ar. 7. cor. * 1 & 2. Me ta. tex. 10. tom. 5. · 133 · 14 · 10 · 108

ARTICVLVS II.

Vtrum inæqualitas rerum ſit à Deo.

AD SECVNDVM ſic procediĩ. Vĩ, ꝙ inęqualitas rerũ non C ſit à Deo. Optimi.n. eſt[h] optima adducere. Sed ĩter optima vnũ ñ ẽ mai⁹ altero. Ergo Dei q eſt optimus, eſt oĩa ęqualia facerĩ.

¶ 2 Pręt.[h] Aequalitas eſt effect⁹ vnitatis, ut dr̃ 1* Meta. Sed Deus eſt unus. Ergo fecit oĩa ęqualia.

¶ 3 Pręt. Iuſtitiæ eſt inæqualia in æqualib.[h] dare.[c] Sed Deus eſt iuſtus in oĩb. operib. ſuis. Cũ ergo opationi ei⁹, qua eẽ reb. cõicat nõ ꝓſupponat aliqua inæquali- D tas rerum, videtur quòd fecerit omnia ęqualia.

SED CONTRA eſt, quod diciĩ. Eccl. 33. c. Quare dies diem ſuperat, & iterum lux lucem, & annus annum, ſol ſolem, à domini ſcientia ſeparata ſunt.

RESPON. Dicendũ, ꝙ Orige. volens excludere poſitionẽ ponentiũ diſtinctionẽ in reb. ex cõtrarietate principiorũ boni & mali, poſuit, à Deo à principio E oĩa creata eſſe æqualia. Dicit.n. ꝙ De⁹ primo creauit creaturas rõnales tm̃, & oẽs æquales * In q̃b. primo exorta eſt inæqualitas ex lib. arb. q̃buſdã cõuerſis ĩ Deũ ſm magis & min⁹, q̃buſdã ẽt ſm magis & min⁹ à Deo auerſis. illæ igiĩ rõnales creaturæ, q̃ ad Deũ ꝑ lib. arb. cõuerſæ ſunt, promotæ ſunt ad diuerſos ordines angelorũ ꝓ diuerſitate meritorũ. Illæ aũt q̃ auerſæ ſunt à A Deo, ſunt corporib. alligatæ diuerſis, ſm diuerſitatẽ peccati: & hanc cauſam dicit eſſe creationis, & diuerſitatis corporũ. Sed ſm hoc, uniuerſitas corporaliũ creaturarũ non eſſet pp bonitatẽ Dei cõicandam creaturis, ſed ad puniendum pc̃m. Quod eſt contra illud quod dr̃ Gene. 1. Vidit Deus cuncta quę fecerat, & erant valdè bona.[c] Et vt Au. dicit. * 11. de ci. Dei. Quid ſtultius dici põt, q̃ iſtũ ſolem vt in uno mundo vnus eſſet, nõ decori pulchritudinis, vel ſaluti rerum corporalium cõſuluiſſe artificem Deũ: ſed hoc potius eueniſſe, q̃a vna aĩa ſic peccauerat ac per hoc ſi centũ aĩæ peccaſſent, cẽtũ ſoles haberet hic mũdus? Et iõ dicendũ eſt, ꝙ ſicut ſapientia Dei eſt cauſa diſtinctionis rerũ, * ita & inæqualitatis.

Quod ſic patet. Duplex.n. diſtinctio inueniĩ in reb.[c] Vna formalis, in his quæ differunt ſpẽ, alia uerò materialis, in his quæ differunt numero tm̃. Cũ autem materia ſit propter formã,[c] diſtinctio materialis eſt pp formalem. Vndẽ videmus, ꝙ in reb. incorruptibilib. nõ eſt niſi unũ indiuiduũ unius ſpẽi, q̃a ſpẽs ſufficienter cõſeruaĩ in uno. In gñabilib. aũt & corruptibilib. aũt multa indiuidua vnius ſpẽi ad conſeruationẽ ſpeciei. Ex quo patet, ꝙ pricipalior eſt diſtinctio formalis q̃ materialis. Diſtictio aũt formalis, ſ͡p requirit inęqualitatẽ,* q̃a (vt dr̃. in 8. Meta.) Formæ rerũ ſunt ſicut numeri, in q̃bus ſpẽs varianĩ ꝑ additionẽ vl̃ ſubtractionẽ unitatis. Vñ ĩ reb. naturalib. gradatim ſpẽs ordinatæ eſſe vĩr. Sicut mixta pfectiora ſunt elemẽtis, & plãtæ corporib. mineralib. & aĩalia plãtis, & hoĩes alijs aĩalib. & in ſingulis horũ vna ſpẽs pfectior alijs inuenit.[m] Sicut ergo diuina ſapiã cã ẽ diſtictiõis rerũ pp pfectionẽ uniuerſi, ita & inæqualitatis.[n] Nõ.n. eẽt pfectũ uniuerſũ, ſi tm̃ un⁹ grad⁹ bonitatis inueniretĩ ĩ reb.

AD PRIMVM ergo dđm, ꝙ optimi agẽtis eſt ꝓducere totũ effectũ ſuũ optimũ, nõ tñ ꝙ quãlibet partẽ toti* faciat optimã ſimpl̃r: ſed optima ſm ꝓportionẽ ad totũ.[c] Tollereĩ.n. bonitas aĩalis, ſi q̃lĩbet pars eius, oculi hr̃et dignitatẽ. Sic igiĩ & Deus totũ uniuerſum cõſtituit optimũ, ſm modũ creaturæ, nõ ãt ſingulas creaturas: ſed vnã alia meliorẽ. & iõ de ſingulis creaturis dr̃. Gen. 1. Vidit Deus lucem, ꝙ eſſet bona. & ſimr de ſingulis. Sed de oĩb. ſimul dr̃. Vidit Deus cuncta q̃ fec. & erãt ual. bona.

¶ Quoad ſcdm, cõcluſio reſpõſiua eſt. Sapiẽtia Dei ſicut eſt cã diſtinctionis rerũ, ita & inæqualitatis. Et probaĩ primò, ꝙ ſit cã inęqualitatis: ſcdo, ꝙ ſicut eſt cã diſtinctionis, ita inæqualitatis. Primũ ergo ꝓbatur ſic. Sapientia Dei eſt cã diſtinctionis rerum. ergo eſt cã diſtinctionis formalis, ergo eſt cauſa inęqualitatis. Prima con ſequẽtia ꝓbatur, q̃a diſtinctio formalis ẽ principalis diſtinctio qđ pbaĩ, quia duab⁹ tm̃ exiſtentibus diſtinctionibus .ſ. numerali & formali materia eſt pp formã. ergo diſtinctio materialis, eſt pp formalẽ. Et rurſus manifeſtaĩ à ſigno, q. videmus unitatem & pluralitatẽ numeralem eſſe pp formam ſpecificam. Scda aũt conſequentia ꝓbaĩ quia diſtinctio formalis, ſemper inæqualitatem requirit. qđ probat dupliciter. primo. quia formæ rerũ ſunt ſicut numeri ex 8. Metap. Scdò, quia in rebus naturalibus ſpẽs ordinatæ gradatim apparẽt, ut patet inductiuẽ. Scdo probatur ꝙ ſicut eſt cã diſtinctionis, ita inæqualitatis ſic. Vniuerſum nõ eſſet pfectum, ſi unus tantum bonitas gradus inueniretur, ergo perfectio uniuerſi requirit inęqualitatem. ergo ſic inæqualitas eſt à Deo pp pfectionem uniuerſi, ſicut & diſtinctio. Totus proceſſus patet.

134 · * Li. 11. de ci. Dei. c. 23. à medio to. 5. Cyrillus Alex. li. 1. cõ. in Ioã. · 234 · 249 · 249 · 275 · 249 · 275 · 249 · 275 · 168 Li. 8. Met. tex. 10. to mo 3. · *Concluſ.* m · 259 · 475 · 275

AD

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

AD II. dicendum, ꝙ primum quod procedit ab vnitate, eſt æqualitas, & deinde ꝓcedit multiplicitas. Et iõ à patre (cui ſm Aug.* appropriatᷣ vnitas) proceſſit fili*, cui appropriatᷣ æqualitas, & deinde creatura, cui competit inæqualitas: ſed tñ ẽt à creaturis participatᷣ q̃dã æqualitas. ſ. ꝓportionis. E

109 lib. 1. de doctri. Chriſt. c. 5. in fine, tom. 3.

AD III. dĩm, ꝙ rõ illa eſt quæ mouit Orige.* ſed non hẽt locum, niſi in retributione premiorũ, quorum inæqualitas debetur inæqualibus meritis. Sed in cõſtitutione rerũ, nõ eſt inæqualitas partiũ ꝑ quãcunq; inæqualitatẽ p̃cedentẽ vel meritorum, vel ẽt diſpõnis materiæ: ſed ꝓp perfectionẽ totius, ut patet ẽt in operibus artis: non. n. ꝓp hoc differt tectũ à fundamento, quia hẽt diuerſã materiam: ſed ut ſit domus pfecta ex diuerſis partib. q̃rit artifex diuerſã materiã, & faceret eã ſi poſſet.

lib. 1. Periar. cap. 7. circa med. to. 4. c. 334. 343

SVPER Q. XLVII. ART. III.

Porrecta per totum. Bannes q. 47. art. 1. 251

IN titulo ſermo eſt de unitate numerali, & de mũdo, non ſolũ corpeo, ſed uniuerſo, & de facto, nõ de poſſibili. nõ. n. nunc de potẽna Dei diſputamus, ſed de diuerſitate inuenta in rebus in communi.

In corpe duo facit. Primò, ſoluit q̃ſtio. ſcdò, ex rõne data deducit corollariũ qd alij potuerũ opinari.

Quo ad primũ, concluſio reſponſiua eſt, ꝙ mũdus eſt ũn'un'. Et ꝓbatᷣ ſic. Quecunque ſunt à Deo, ordinẽ hñt adinuicẽ & ad ipſum Deũ ergo oĩa ad vnũ mũdũ neceſſe eſt pertinere. & probatᷣ ſequela. quia mũdus iſte unus eſt unitate ordinis. Ex hoc ſcdeducitur ſcdo corollariũ dña ſter philoſophos. ſ. ꝙ illi qui poſuerũt mũdũ cãm, aliquã ordinantẽ ſapientiã, nõ poſuerũt plures mundos: q uero, res à caſu dixerũt, ut Democritus, plures potuerunt dicere mundos.

In rñſione ad tertiũ aduerte, ꝙ tota rñſio ſumpta eſt ex Ariſto. In primo cœli & mũdi. Verum ẽt cũ in litera dr̃, ꝙ nõ eſt poſſibile eſſe aliã terram, ly poſſibile, nõ ſumitur ꝓ poſſibili ſcdm acti uã potentiã Dei, neq; ꝓ poſſibili logico, ſed ꝓ poſſibili ſumpto ex potẽtia indita rebus creatis, ſcdm quã dicimus, ꝙ impoſſibile ẽ mortuum reſurgere

Po. q. 3. art. 16. ad primum. & 12. Meta. l. 7. & 49. & 1. cœli. 16. uſq; 22. †Q. 46. parum à medio.

* Q. 7. ar. 8. q. 25. art. 2.

Concluſio. m Q. 11. art. 3. & q. 21. art. 1. ad 3.

ARTICVLVS III.

Vtrum ſit unus mundus tantùm.

AD TERTIVM ſic procedit. Vr̃, ꝙ nõ ſit un* mund* tm̃: ſed plures. Quia ut Aug. dicit ĩ † li. 83. q. incõueniẽs eſt dicere, ꝙ Deus ſine h rõne res creauit. Sed ea rõne qua creauit vnũ, potuit creare multos, cũ eius potẽtia nõ ſit limitata ad unius mũdi creationẽ: ſed eſt infinita, vt ſupra oſtenſum eſt.* Ergo De* plures mundos produxit. H

¶2 Prę. Natura facit qđ h meli* eſt, & multò magis Deus. Sed melius eſſet eſſe plures mundos q̃ unum, quia plura bona paucioribus meliora ſunt. Ergo plures mundi facti ſunt à Deo. I

¶3 Prę. Oẽ quod hẽt formã in h materia, p̃t multiplicari ſm numerũ, manẽte eadẽ ſpẽ, qa multiplicatio ſm numerũ eſt ex materia. Sed mũdus hẽt formã in materia. Sicut. n. cũ dico, hõ, ſignifico, formã, cũ aũt dico, hic hõ ſignĩco formã ĩ materia: ita, cũ dr̃ mundus, ſignãtᷣ forma: cũ aũt dr̃, hic mundus, ſignificatur forma in materia. Ergo nihil ꝓhibet eſſe plures mundos.

SED CONTRA eſt, qđ dr̃ Io. 1. Mundus per ipſũ factus eſt. Vbi ſingulariter mũdũ noiauit, quaſi vno ſolo mundo exiſtente.

RESPON. Dicendũ, ꝙ ipſe ordo in reb. ſic à Deo creatis exiſtẽs, unitatẽ mũdi manifeſtat. m Mũdus. n. iſte, vnus dr̃ vnitate ordinis, ſm ꝙ quędã ad alia ordinantᷣ. Quęcũq; aũt ſunt à Deo ordinẽ hñt adinuicẽ & ad ipſũ Deũ, vt ſ. oñſum eſt. Vñ neceſſe eſt, ꝙ oĩa ad unũ mũdũ ꝑtineãt. Et iõ illi potuerunt ponere plures mundos, q cãm mundi non poſuerunt aliq̃ ſapientiã ordinãtẽ: ſed caſum: ut Democ. q dixit, ex cõcurſu atomorũ, factũ eẽ hũc mũdũ, & alios infinitos.

AD PRIMVM ergo dĩm, ꝙ hęc rõ eſt, quare mũdus eſt unus, qa dñt oĩa eſſe ordinata uno ordine, & ad unũ. Propter qđ Ariſt. in * 12. Metap. ex unitate ordinis in rebus exiſtẽtis, concludit vnitatem Dei gubernantis. Et * Plato ex unitate exemplaris, probat unitatem mundi, quaſi exemplati.

Tractatus. n. iſte, ut iã diximus, atteſtatᷣ q non, quid poſſit, aut non poſſit Deus, ſed qđ diſtinctio rerum habeat, requiritur. Circa rõnem in litera adductã ex Ariſt. ad ꝓbãdã unitatem terræ: quia oĩs terra naturaliter mouetur ad hoc mediũ ubicũ que eſſet dubium eſt: ſed qm̃ hoc ex intentione ſpectat ad librũ de cœlo, unde ſumpta eſt rõ ideo ſiet aut hic q̃ſtio ſpecialis, aut in loco proprio.

* li. 12. Metap. tex. 52. to. 3. Plato in Timęo. 5. fol. 3. princip. numero...

AD SECVNDVM dĩm, ꝙ nullũ agẽs intendit pluralitatẽ materialem ut finẽ, quia materialis multitudo non hẽt certũ terminum: ſed de ſe tendit in infinitum. Infinitum autem repugnat rationi finis. Cum autem dicitur plures mundos eſſe meliores, quàm unum: hoc dr̃ ſm multitudinem materialẽ. Tale autem melius non eſt de intentione Dei agẽtis: quia eadem rõne dici poſſet, ꝙ ſi feciſſet duos, melius eſſet, quòd eſſent tres, & ſic in infinitum.

AD TERTIVM dicendũ, quòd mundus cõſtatᷣ ex ſua tota materia. Non. n. eſt poſſibile eſſe aliam terram, quàm iſtam, quia omnis terra ferretur naturaliter ad hoc mediũ, ubicunque eſſet. Et eadẽ rõ eſt de alijs corporibus, quę ſunt partes mundi.

QVAESTIO XLVIII.

De diſtinctione rerum in ſpeciali, in ſex articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de diſtinctione rerum in ſpeciali. Et primò, de diſtinctione boni & mali. Deinde, de diſtinctione ſpiritualis, & corporalis creaturæ. 1

¶ Circa primũ, q̃rendũ eſt de malo, & de cã mali.

CIRCA malum quæruntur ſex.

¶ Primò, Vtrum malum ſit natura aliqua.

¶ Secundò, Vtrum malum inueniatur in rebus.

¶ Tertiò, Vtrum bonum ſit ſubiectum mali.

¶ Quartò, Vtrũ malũ totaliter corrũpatᷣ bonum.

¶ Quintò, De diuiſione mali, per pœnã & culpã.

¶ Sextò, Quid habeat plus de ratione mali, pœna, vel culpa.

Porrecta per totum. 252

ARTICVLVS I.

Vtrum malum ſit natura quædam.

SVPER Q. XLVIII. ART. I.

ſcriptionem, ſubſtantiam fundantem diffinitionem. Cum ſi ex prædictis habeatur, q; unum uñ eſt hic fundamentum, ſcitã tiã mediante qua, hæc aqua & diffinitur & circumſcribitur. Et ex hoc ulterius ſequi, q; quẽadmodũ hæc aqua ſecluſo cal[ore], implicat cõtradictionẽ q; ſit viſibilis: ita ſecluſa quãtitate, q; ſit locabilis. Et hoc loquẽdo vt mõ loquimur de ſuba, ſecluſa oĩ virtute actiua & paſſiua quocũq; mõ. Et ſic poſitio iſta, eſt impoſſibilis ſimpliciter. Ad exemplũ q̃d adducit de hac aqua exiſtẽte in vaſe remota p intellectũ quãtitate &c. dr̃, q; imaginatio in hoc decipit, q; ſi ſecluſa quãtitate, aqua illa nuſquã remaneret, q; ſi nulla habitudinẽ hẽt ad locũ, ſed reſtaret cũ negatione diſtãtiæ ab illo loco, & quocũq; alio. Et ppea nõ oportet quærere quo ieriti ſed vas plenum aere reperiretur, aqua indiuiſibili reddita, & nuſquã exiſtẽte. Nec hoc eſt mirabile, ſed cõſequẽs ad hypoteſim factã. Sicut ſi poneretur à Socrate remoueri quãtitatem, oporteret cõſequẽter fateri, q; non hẽret partes integrales, ſ. cor, hepar, caput &c. q; a-

[illegible]

¶Sed dubium circa præſentiã ſecundũ operationem remanet, A an formaliter in cõi loquẽdo inter agẽs in actu & patiens ꝑter relationes agentis & patiẽtis, ſit relatio pñtiæ adinuicẽ: pſentiæ dico, nõ præuenientis, ſed concomitãtis operationẽ, qua relatione ipſum agẽs formaliter dicat̃ pñs paſſo, & econuerſo. Si.n. ponitur, cũ talis pſentia ſit relatio æquiparãtiæ, ac per hoc exigat fundamentũ eiuſdẽ rationis in utroque extremo, ſurgit quæſtio de fundamento eius, & deinde de inſeparabilitate eius ab operatione: Nec video quomodo poſſit his quæſtionibus ſatisfieri, ſtantibus ſupradictis. Si verò nõ ponimus, nullas patiemur anguſtias, quoniam nulla eſt neceſſitas eam ponendi. Ex ratione namque agentis & patientis ut ſic, nullam oportet conſurgere aut concomitari relationem æquiparantiæ. Et ex hoc habetur ratio ad partem negatiuam, quia pluralitas ſine neceſſitate ponẽda non eſt. Sufficit ergo inter agens & patiens, Primò, eſſe ſimultatem ſecundum præſentiam ordinis, Secundò, ſecundum operationem. Et in corporibus accidit tertia, ſecundum quantitatiuum contactum. hæc de ſecundo.

¶Quo ad tertium, dicẽdum breuiter eſt, licet quidam, de quorum numero eſt Sco. in 2. ſen. di. 2. poſuerunt angelum eſſe in loco, per præſentiam ſubſtantialem, penes quam etiam attendi dicunt approximationem agentis ad patiens.

[illegible]

quantitas uirtualis. Per applicationẽ igĩ uirtutis Angelicæ ad aliquẽ locũ qualitercũq;, dr̃ Angel⁹ eſſe in loco corporeo. Et ſecũdũ hoc patet, q; ñ oportet dicere q; Angelus cõmẽſurẽt loco, uel q; hẽat ſitũ ĩ cõtinuo; hoc.n. cõuenit corpori locato, put eſt quãtũ quãtitate dimenſiua. Similiter ẽt nõ oportet pp hoc q; contineat̃ à loco. B Nã ſubſtãtia icorporea ſua virtute cõtingens rẽ corpoream, cõtinet ipſam, & nõ cõtinetur ab ea. Anima.n. eſt in corpore ut cõtinẽs, & nõ ut contenta. Et ſimiliter Angelus dr̃ eſſe in loco corporeo, nõ ut cõtentũ, ſed ut continens aliquo modo.

Et p hoc p3 rñſio ad obiecta.

lis diſtantiæ, eo modo, quo ſibi poteſt conuenire, ut inferius dicetur: Ex parte uerò intellectus cognitionẽ practicã talis operis in hoc corpus, ut à ſe excedẽdi: Ex parte uerò potẽtiæ executiuæ: expeditionẽ, ita q; potentia ſua nec detineat̃ ſeu impediat̃ uirtute aliqua ſuperiori, nec occupata ſit ad opus aliud: ſed ad hoc parata propṫaque, habeat̃. Ex parte aũt voluntatis electionẽ pdictæ pparationis ad hoc op⁹ ĩ hoc corpus exercẽdũ. Hęc.n. eſt 16 habitus, vt cũ voluerit q; operetur. Secundo ſciendũ eſt, q; quẽadmodũ operationum duplex eſt genus, quoniam quædam ſunt cum continua exteriori actione, ut mouere. Quædã uerò interpolata actione exteriori ſunt contentæ, ut præſidere, cuſtodire & his ſimilia. ita dupliciter contingit angelos præſentes eſſe loco ſecundum operationem. Vno modo, quia actualiter exteriori operatione attingunt corpora. Alio modo, quia actualiter attẽdũt & uacant, ut cœpta benè ſuccedant, quamuis non cõtinuè exteriori operatione aliquid ibi agant. Et hoc modo Angeli cuſtodientes homines, præſidentes prouinciis aut locis, dicuntur ibi eſſe. Non.n. qui cuſtodit aut præſidet, oportet q; ſemper in cuſtodito aut ſubdito aliquid faciat, ſed quod ſemper uigilet, ſtudeat, & uacet ad hoc

[illegible]

Primò S. Tho. Z ſtans,

ſtans per accidens, nō per ſe poſito, & tñ diuinitatis uirtute, effectū i illa loca faciebat. Quę uerò in quolibeto. 6. dixit pp ſimultatē ordinis, q̄ præuenit operationē, & excludit diſtantiam illā ſitualē, per accidens, dixit. Patet quoq; ex his rōquare S. Th. in quolibeto. 1. diſtinxit cōtactū uirtutis ab operatione, q̄a ſ. cōtactus uirtutis [illegible] dī, nō ſolū ſecundum exteriorē operationē cōtinuē exercitā, ſed ēt penes ſtudiū & attētionē ad corpora ſequenda &c. Vñ ibidē ſtatim ſubdit, q̄ per operationē, non ſolū motio intelligat, ſed quæcunque unitio, qua ſua uirtute cōiungit corpus, ſiue pſidēdo, ſiue continendo. Et intendit non de cōtinentia ſubſtantiali, quia in ſuperioribus inferiora naturaliter continentur eminenter, quia ſic quilibet Angelus eſſet ubique. ſed de continentia quæ nata eſt competere formis, quæ eſt ſimul tenere corporis partes, hoc. n. modo anima continet corpus, ut dicitur in 2. de ani. text. 90. [illegible] ſignum ipſa recedente, partes deſluunt &c. Aſſiſtentia ergo angeli ad ſimul tenendum corpus, quo ad aliquid eſſe uel operari, eſt continentia ſufficiens ad hoc, quòd angelus ibi dicatur eſſe. Nec ex his mihi imponas, q̄ dixerim angelos locari apud S. Tho. ex ſola præſentia ordinis, hoc enim adhuc non eſt habitum. Sed ad hoc tantum peruentum eſt, quòd angelus præſens eſt loco dupliciter, ſecundum operationem, & ſecundum ordinem. Et quòd iſta præſentia præuenit naturaliter illam, q̄ eſt ipſa appropinquatio agentis ad patiens. Vtrum autē talis præſentia ſufficiat ad hoc, quòd angelus dicatur eſſe in loco, credendum ergo diſtinguendum, quod eſſe in loco angelum, cōtingit dupliciter. Vno modo, completè, & ſic non ſufficit præſentia ordinis. Alio modo, incompletè, & ſic ſufficit. Cum. n. ſola eſt præſentia ordinis, inchoata quidem eſt præſentia angeli ad locum, ſed non eſt completa. Cum uerò actualiter incipit operari, tunc eſt completè præſens. Et ſecundū hoc, poſſent diuerſa theologorum dicta interpretari, mō de eſſe in loco completè, mō de eſſe in loco incompletè. De S. T. aūt intentione non claſè conſtat, quia ipſe & in illo. 1. Quolibet & hic, notanter dixit, q̄ per applicationem uirtutis Angelicæ qualitercunque ad locum, Angelus eſt in loco, & conſequenter ubi hic applicationis modus non ſit extra qualitercunque, incluſus vr̄ ab eo, & necē ſic eſt expōnēdus, niſi obſtet q̄ applicationis modus de quo loquitur, eſt talis, q̄ duo angeli non poſſunt ſimul habere illum, reſpectu eiuſdem loci. Videtur autem q̄ præſentia ordinis reſpectu eiuſdem loci, poſſit pluribus angelis ſimul conuenire. Secundo poteſt obſtare, q̄ in reſponſione cuiuſdam argumenti in prædicto Quolibeto dicitur, q̄ quo ad eſſe in loco, prius natura eſt operari quàm eſſe in loco, ergo præſentiam ordinis, q̄ prius natura eſt q̄ operatio, nō tenuit ſufficere ad eſſe in loco, quia ſic prius eſſet in loco, q̄ operaretur. Sed ad hoc pōt dupliciter dici. Primò, q̄ apud S. T. præſentia ordinis includitur ſub præſentia ſecundum operationem qualitercunq;, q̄m ut ex dictis patet, tripliciter pōt uariari, uel ſecundum continuatā exteriorē operationē, uel ſecundū continuatā attētionē, interceptā uerò exteriorē operationē cū reliquis cōdōnibus (ut ſupra dictū eſt) uel ſecundū habitualē applicationē, quā importat præſentia ordinis. Et ſic cōiter accipiēdo operari actualiter uel habitualiter, clarè conſtat operari nō prius eſſe in loco q̄ eſſe, inmò ſunt idem, ſed eo modo quo ratione diſtinguuntur, operari eſt prius, quia eſt rō eſſendi in loco. Secundò poteſt dici, q̄ reſponſio S. T. intelligenda eſt formaliter. 1. ut euacuat uim argumenti, dato etiam q̄ per ſolam operationem actualiter exercitā Angelus eſſet in loco, quicquid de hoc ſit. oportet. n. rñſionē illam ab omnibus admitti, quicqd ſit de concluſione. Vnde & Sco. in 37. diſt. 1. fingens, præſentiam immēſitatis inter Deū & ubiq;, fatetur q̄ prius natura potentia Dei habet terminum ſuæ operationis, q̄ eius immenſitas terminum compræſentiæ. De primo uerò obſtaculo quid dicendum ſit, in 3. ar. huius q. diſcutietur. Satis ergo nunc ſit noſſe, q̄ relatio præſentiæ ſubſtantiæ ſpiritualis ad locum, ſemper pertinet ad actionem, uel etiam paſſionem tranſeuntem actualiter uel habitualiter exercitam. Quantum ergo capere hactenus poſſum, hęc de quarto.

¶ Quo ad quintum ut dictum iam eſt Scot. multipliciter cōtra S. T. arguit: quæ quoniā diffusè a Capreolo tractantur in 1. q. 2. diſt. 2. ſen. breuiter perſtringenda duxi. Et primo arguit, q̄ detur præſentia ſubſtantialis dupliciter. Primò ad hominē, quia S. T. in hac prima parte q. 8. ar. 1. hāc poſuit, & nunc negat. ergo

Deinde ſimpliciter. Virtus operatiua angeli, aut ſe habet mediatē, aut immediatē ad actionem in loco: ſi mediatē, quæretur de illo medio, & ſic deinceps, ſi immediatē, ergo ſubſtantia operantis eſt immediata loco, & habetur intentum.

¶ Sed ad hæc patet rñſio ex dictis. Ad primū qdē e[illegible] ad ſcdm uerò [illegible] [illegible] mediatio ſuppoſitalis, & indiſtātia localis, vtraq; n. eſt cōdō [illegible] ſecundū ordinē q̄ ſecundū operationē. Ad hæc n. [illegible] illa ducit, & nō ad aliquā poſitiuā præſentiā ſubſtantialē, ut arguens fingit, & nulla hoc ratione pbatū, ſed ſuppoſuit.

ARTICVLVS II.

Vtrum Angelus poſſit eſſe in pluribus locis ſimul.

Marg.: *Ponit ſtatum quæſtionis.*

270 — 1. di. 17. q. 3. ar. 2. Et q. 4. art. 1. cor. Et 4. di. 44. q. 2. art. 3. q. 3. ad 1. Et po. q. 3. ar. 19. ad 1

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, q̄ Angelus poſſit eſſe in pluribus locis ſimul. Angelus. n. non eſt minoris uirtutis, q̄ anima, ſed anima ē ſimul in pluribus locis, quia eſt tota i qualibet parte corporis, ut Auguſt.* dicit. Ergo angelus pōt eſſe in pluribus locis ſimul.

¶ 2 Pręt. Angelus eſt in corpore aſſumpto, & cū aſſumat corpꝰ cōtinuum, vr̄ q̄ ſit in qualibet eius parte. Sed ſm partes eius cōſiderant diuerſa loca. Ergo Angelꝰ eſt ſimul ī pluribꝰ locis.

¶ 3 Præt. Dam.† dicit, q̄ vbi Angelus operatˀ, ibi eſt. Sed aliquā do operatˀ ſimul in pluribus locis, ut patet de Angelo ſubuertente Sodomā. ergo Angelus pōt eſſe ī pluribus locis ſimul.

SED CONTRA eſt, quod Damaſ.* dicit, q̄ Angeli dum ſunt in cœlo, non ſunt in terra.

RESPON. Dicendū, q̄ Angelus ē uirtutis & eſſentiæ finitæ. Diuina aūt uirtus & eſſentia īfinita & eſt vl̄is cā omniū, & iō ſua uirtute oīa contingit,* & nō ſolū in pluribus locis eſt, ſed ubique: uirtus aūt Angeli, quia finita eſt, nō ſe extendit ad oīa ſed ad aliquid unū determinatum. Oportet enim quicquid comparatur ad unā uirtutē, ut unū aliquid cōparari ad ipſam. Sicut igitur uniuerſum ens, cōparatur ut unū aliquid ad uniuerſalē Dei uirtutē, ita & aliqđ particulare ens cōparatˀ ut aliquid unū ad Angeli uirtutē. Vñ cū Angelꝰ ſit ī loco p applicationē uirtutis ſuæ ad locū, ſeqt̄ q̄ non ſit ubiq;, nec in pluribus locis, ſed in uno loco tantum.*

Circa hoc tñ aliqui decepti ſunt. Quidā. n. imaginationem trāſcēdere ñ ualētes, cogitauerūt idiuiſibilitatē Angeli ad modū indiuiſibilitatis pūcti. Et iō crediderūt, q̄ Angelꝰ nō poſſet eſſe niſi in loco pūctali. Sed manifeſtè decepti ſunt. nā pūctum

Marg.: † li. 1. Orthod. fidei. ca. 4. & li. 2. ca. 17. — * li. 2. c. 3. [illegible]

¶ Secundo arguit, q̄ operatio non ſit ratio angelo eſſendi in loco tripliciter. Primo ducendo ad inconueniens tripliciter. ſcꝫ angelus frequenter eſſet nuſquam, quia in cęlo empireo nihil operatur. Et q̄ angelus mouens cęlum, eſſet in toto cœlo, quia totum primo mouet, quia eſt ſibi proportionatum, ita q̄ ſi adderetur ſtella orbi, moueret cū labore. ſecundo cœli text. 71. Et q̄ angelus eſſet in loco commenſuratiuē: quia operatio ſua eſt in loco cōmenſuratiuē per accidens, & ipſe nō niſi per eam ibi eſt. Secūdo oſtēdit. Rō eſſendi in loco eſt in angelo formaliter, alioquin angelus nō eſſet formaliter in loco, ſed operatio ſūa hēc nō eſt ī angelo formaliter. ergo. Tertio authoritate Damaſceni, q̄ dīt angelū operari & eſſe in loco. ergo aliud eſt operari, & aliud eſſe ī loco ī angelo, alioqn ſuperfluē utrūq; diceret.

¶ Sed ad hęc quoq; ex dictis facile videt. Primū qdē qd reputat ſcōueniēs ſ. Angelū nuſquā eſſe, nō inconueniens, immo ut Auguſt. primo retract. 100. dixit, entia illa beata, nō ſunt apta eſſe i loco. Quod uerò i argumēto miſcet de operatione circa cœlū empireū, pōt multipliciter ſolui. Primò q̄ angelos eſſe i cęlo empireo, eſt locutio Metaphorica, q̄a ſunt i gloria, ad quā ſanctificatū eſt celū empireū. Cuius ſignū eſt, q̄ (ut Magiſter adducit 2. di. ſecūdi) dr̄ q̄ celū illud eſt plenū angelis, qđ non pōt niſi Metaphoricè intelligi. Secūdo, q̄ angeli in cęlo empireo operant, ſed nos latet qualis eſt operatio illa. Quid aūt aliquibus dictū eſt ſunt ibi p exornationē, uel aliqd huiuſmodi, qđ eſt relatio per modū operationis ſignificata, imaginariè magis q̄ rōnabiliter dictū puto, nihil. n. aīa q. hanc de nō ſignificādi q̄ a nobis fit. Si ergo ſecūdū rē ſolus reſpectus ſine oī operatione actu uel habitu tāgēte locū, poni pōt in angelo, quo formaliter pñs ſit angelus loco, iā ponit ſecundū rē pñtia ſubſtātialis ſuperius impugnata, ſi angelus ponitur in loco, & nō ut operās in operato, & uniuerſa q̄ diximus ruūt. At ſiquis rōnabilē nō putat iſtāo operationis ignorātiā, primā neceſſe eſt amplectatur rñſionem, ſi authoritatē Gregorij Nazianzeni negare uereatur. Ait. n. quòd abuſiuē dicimus angelos eſſe in loco, q̄n deberemus dicere q̄ operant in loco. Alterius uerò inconueniētis, ſequela negatur, ut n. patet. 8. Phy. Motor cęli non eſt primo in toto cœlo, ſed in circulo æquinoctiali, cuius motus eſt velociſſimus. Nec in toto illo, ſed in loco orientali, ut patet in 2. cœli, quia ibi eſt dextra ex natura rei determinatū nō materialiter, ſed formaliter, ut dicit Auer. & bene. in 2. cęli cō. 15. Nec eſt q̄rendū ubi quieſcat, q̄n non eget loco, nec quieſcit, ſed eſt immobilis oīno. Tertij quoque inconuenientis ſequela nulla eſt, ut patet de ſe, ꝑ accidens. n. effectus tali modo non redundat in cauſam [illegible] ut S. T. dicit. Angelꝰ eſt p ſe in loco nō ſimpliciter, ſed ut operans.

¶ Ad rōnem oſtenſiuam dicitur, q̄ licet maior ſit uera de eſſe i loco localiter, non tñ de eſſe in loco æquiuocē. ſ. ut operans in eo, ut patet. Ad authoritatem Damaſceni, dicitur, quòd ppter noſtrum modum intelligendi, quo ſuperiora inferiorum modo re apprehēdimus & nominamus, cum ſic aliud ſit operari in loco, & aliud eſſe in loco, copulauit de illis loquens eſſe & operari. Vñ ibi non diſtinguuntur re ſed ratione tantum concipiēte modum illum per modū operationis & per modū præſentiæ.

SVPER QV. LII. ARTIC. II.

S. Bona. 1. 3. d. 17. a. 1. — *Sc. a. 1. 3. d. 17. q. 3.*
Ricar. 1. 3. d. 17. q. 1. — *Duran. 1. 3. d. 17. q. 3.*
Marſ. 1. 3. d. 18. q. 2. — *Bacco. 1. d. 15. q. 1.*
Aeg. 1. 3. d. 37. q. 2. 2. prin. — *Cap. 1. d. 2. q. 1. con. 4. & 2.*
Bannes ar. 2.

Titulus clarus eſt. Hoc tñ in eo notandum eſt, q̄ ly poſſit, & ordi- dicit potentiam naturalem ipſorum Angelorum, non ordinariam ipſius Dei, quoniam hic nō examinamus quid Dei potentia de hac re poſſit abſolutè, ſed quid rerum ordo habeat.

¶ In corpore articuli quinque facit. Primò tradit quæſito. Secundo

eundo ex hoc excludit quendam errorē. Tertiò remouet quandam obiectionē. Quartò infert, quàm differenter Corpus, Angelus, & Deus ſint in loco. Vltimò ex dictis ſoluit argumenta.

¶ Quo ad primū, cōcluſio rñſiua hēt tres partes, & eſt hec. Angelus nō eſt ubiq;, ſed in uno particulari loco. Et pbatur ſingulæ particulæ. Primò, q̄ non ſit ubiq;, ex diſtinctione inter uirtutē Angeli, & uirtutē diuinā: q̄a altera ē finita, altera infinita. Altera eſt cā particularis, altera ē uniuerſalis oīum. Deinde pbant ſecūda & tertia pticula ſimul. ſ. q̄ ſit ī uno loco, & q̄ ſit i particulari loco, ſic. Angelus non pōt habere niſi vnū effectū particularē. ergo nō pōt eſſe niſi ī vno loco particulari. Antecedēs pbatˀ, quo ad primā partē, q̄a qdcūq; cōparatˀ ad aliquā vnā virtutē, cōparatˀ vt vnū. Quo ad tertiā verò ſic, ſicut ſe hēt vniuerſū ens ad Dei vniuerſalē virtutē, ſic aliqd particulare ens, ad virtutem angeli. ergo &c. conſequentia autem probatur, quia Angelus non eſt in loco niſi per applicationem virtutis ſuæ ad locum.

Marg.: 549

¶ Circa hāc partē, multiplex dubitatio occurrit. Et primo in pbatione ſcdę particulæ cōcluſionis: q̄m aut ibi aſſumitˀ falſum, aut nō pbatˀ intētū. Tū ex parte pdicati aſſumptæ ppoſitionis. Tū ex parte ſubiecti. Cū. n. dr̄, qdcūq; cōparatˀ ad vnā aliquam virtutē, cōparatˀ ut unū, aut eſt ſermo de oī uirtute uniuerſaliter, aut de aliqua, puta creata. Si de aliqua, tria incōuenientia ſequunt. Primò, q̄ aſſumitˀ pbādū. Scdò q̄ malè intuliſſet S. Th. ex hac ppoſitione pportionalitatē uniuerſi entis, ad uirtutem Dei, & particularis entis ad uirtutē angeli. Tertiò, q̄ eſſet irrationabilis [illegible] aut falſa & ambigua: q̄m ex duobus capitibꝰ poſſet [illegible] ppoſitio hæc. ſ. ex differētia inter virtutē naturalē & voluntariā, aut inter virtutē finitā & īfinitā. Sed neutra [illegible], q̄m Angelus ēt ē agēs à pꝓoſito: ac p hoc, ſi ppoſitio ſtaret [illegible] iure naturali, nō eēt ad ppoſitū. Finitū aūt & infinitū rō nihil facit ad unitatē & pluralitatē effectuū, q̄m uirtꝰ naturalis ſiuē finita, ſiuē infinita, ad vnū ē determinata. voluntariā uerò, ſiuē finita, ſiue infinita, ad oppoſita ſe habet, ut patet. 10. Meta. ergo. Si autem uniuerſaliter de omni uirtute intelligitur, quæſtio emergit. Tunc quia ex hoc ſequitˀ, q̄ diuina virtus eſt determinata ad unum. Tū, quia ex hoc etiā ſequitur, q̄ virtus agens à propoſito ſit determinata ad unum.

¶ Scdò, dubiū ē, d̄ quali unitate virtutis ſit hic ſermo, reali. ſ. an formali, an utraq; ſimul. Si reali tm̄, iſtātia ē manifeſta, d̄ uirtute pductiua, ſpiratiua, & creatiua Dei, q̄ ſūt vna re, & tñ ñ ē determinata ad unū. Si verò d̄ formali ē ſermo, tūc ppoſitio quāuis ſit uera, nō tñ ē ad ppoſitū, q̄m poneř multas uirtutes formaliter ſeu diſtinctas in Angelis, nō incōueniens, puta virtutē motiuā, uirtutē cuſtoditiuā, & ſic de alijs, iuxta diuerſas rōnes formales effectꝰ. Et ſic hac rōne nō pbaret intētū, q̄m dici poſſet, q̄ angelꝰ quia ſcdm unā virtutē ſit ī vno tm̄ loco, ſcdm plures tñ ē ī pluribꝰ locis. Nō. n. incōueniens unū & idē agēs, uti pluribus uirtutibus ſimul, ut patet d̄ aīa, q̄ ſimul audit & uidet, & operationes partis vegetatiuæ & intellectiuæ agit unica exiſtens, apud Sanctum Th. Et per idem habetur q̄ non intelligit de reali & formali ſimul. hoc enim membrum infertur à præmiſſo, ut patet.

¶ Tertiò, dubiū ē, de quali unitate effectꝰ ſit ſermo. ſ. de formali, an numerali. Si de formali, ñ ſequitˀ intētū, q̄m ex unitate formali nō ſequitˀ unitas numeralis effectꝰ. Si d̄ numerali, aut intelligit de uno numero ſimpliciter, ſeu oīno, & tunc hoc eſt falſum. Quia ſic ſequeretˀ q̄ angelus non poſſet mouere ſimul duos lapillos diſcōtinuos, q̄m motus illorū eſſent diſtincti numero a diſtinctione ſubiectorū, nec poſſent dici unus numero, niſi forte ſcdm q̄d. Aut intelligitˀ unū numero quocūq; mō, quo ēt mō aceruus lapidū eſt unus, & ſic ē vr̄ eſſe falſum. Tum quia ſequeretˀ q̄ Deus nō poſſet pducere plura numero, ut plura. Tū, quia inter angelum & Deum, non eſſet differentia in pducendo ſimul unū, aut plura: ſed maius aut minus tm̄. Et ſimiliter nō eſſet differētia inter eos ī exiſtēdo in vno, aut pluribꝰ locis, ſed ī maiore aut minor tm̄: q̄ſi. n. virtꝰ determinatˀ ad vnū numero ſecundū hoc, ſed diuina ad unū [illegible] totū vniuerſū, cæterę verò ad particularia ēq;. Hoc aūt ē manifeſtè incōueniēs, q̄m Deꝰ pōt ſimul plura, vt plura, pducere, & in pluribꝰ ſimul eſſe. Tū, q̄a ſequereř oppoſitū principalis ītē ti. Angelū. ſ. poſſe ſimul eſſe in pluribus locis. Nā ſi talis unitas numeralis poſſibilis eſt in effectu ipſiꝰ Angeli, cū hec unitas nō reqrat cōtinuitatē, qua rōne pōt mouere ſimul duos lapides diſtātes abinuicē p cubitū, pari rōne pt moueř diſtātes p decē cubitos, cū non ſit opꝰ agēdo ī eos, agere ſimul ī diſtātiā media, & ſic poſſet ſimul mouere duos lapillos, alterū Romæ & alterū in Francia, & conſequenter eſſet in multis locis.

Marg.: *Concl. m*

¶ Ad euidētiā harum difficultatū, ſciēdū ē, q̄ effectus dupliciter pōt cōparari ad ſuā cām. Primò, vt obiectū ad potētiā. Scdò, ut effectus ad cām, ut v. g. gratia, calefactū cōparatˀ ad virtutē calefactiua ut obiectū poſſibile, & ut effectꝰ executioni mādatus. Primò mō attenditˀ cōparatio inter rōnē formalē effectus, & rōnē operādi ipſius cæ. Scdo uerò mō, attēditˀ ſuppoſitū ſeu indiuiduū ipſum effectus, & operatio cæ in actu exercito. His ergo duobꝰ modis cū interpꝛtari poſſet ppoſitio aſſumpta, dr̄, q̄ ſi primo mō interpꝛetˀ hæc ppoſitio, æquiualet illi, Ab uno inquatū unū, nō pcedit niſi unū, q̄ de unitate formali tā cæ q̄ effectus intelligitˀ, & eſt uniuerſaliter uera. Q̄m oīs virtus reſpicit unā rōnē formalē in ſuo adæquato obiecto, alioquin, una nō eſſet formaliter. Nec ex hoc ſequitˀ, q̄ potentia rōnalis non ſit ad oppoſita, aut q̄ uirtus diuina nō poſſit plura formaliter producere, niſi multiplicata formaliter: q̄m tam potentia rationalis, q̄ uirtus diuina, per ſe primò reſpicit unū. Et de potentia quidem rationali ex. 10. Meta. patet, vbi dr̄, q̄ potentia rationalis per ſe primò, agit alterum oppoſitorum, reliquum verò p ſe ſecundo. De potentia uerò diuina patet: quia p ſe primò reſpicit eſſe: reliqua uerò inquantū ſunt eſſendi modi & participationes, & ppterea pōt plura producere formaliter ſub ente, quēadmodū & viſus poteſt plures colorum ſpecies uidere, ſub vno tñ gñe. Et per hoc excluditur inſtātia de multiplicatione formali virtutis Angelicæ. Dicitˀ. n. q̄ in angelo eſt una uirtꝰ operatiua, ſed eius unitas formalis nō attēditˀ penes iſtas rōnes formales ſpecificas, ſed penes genericā, ſeu analogā aliquā rōnē, ſub qua cōphēdunt multæ ſpecificæ rōnes formales. Vñ nō ſolum realiter, ſed ēt formaliter eadē eſt uirtus, qua Angelus cuſtodit, pūdet, mouet, & facit quicquid facit. Et ſic ppoſitio iſta in hoc ſenſu uera eſt, non tñ ſic principaliter intēta, q̄m unitatē numeralē loci concludere intendimus. Dixi aūt principaliter, quia ſecūdario eſt ſic intēta, q̄m ut dr̄. 5. Met. Qđ eſt vnū numero p ſe, eſt ēt unū rōne. Quia ergo in ſcdo ſenſu, propoſitio hæc eſt principaliter intenta, ad eius euidētiā ſciēdū eſt, q̄ quēadmodū ex parte cāæ inuenitur uſitata diſtinctio in cauſam totalē, & in cās partiales. ſ. in cām quæ in ſuo ordine ſola ſufficit, & cāſas, quæ plurium concurſum requirūt eiuſdē ordinis, ut patet de pluribus trahētibꝰ nauē, & de uno ſolo trahēte nauiculā, ita pportionaliter ex parte effectꝰ diſtingui pōt, ita q̄ quidā eſt effectus totalis, & quidā effectus partialis. Ita q̄ quēadmodū partiales cāæ alicuius effectꝰ dñr nō quæcunq; duæ cāæ ēt eiuſdem gñis, ſed illæ tm̄ quæ & in eodem gñe cāæ, & in eodem ordine cōcurrunt ad integrandā vnam illius ordinis cām. Nō. n. ſol & hō partiales cāæ hominis ſunt. Sed plures trahentes nauē partiales cāæ tractus dñr, quia ad integrandum unum pfectè trahentem cōueniunt. Ac per hoc uim unius cāæ totalis obtinent, cōcurrentibus tñ ſuperioribus cauſis in ordinibus ſuis. Similiter effectus partiales alicuius uirtutis dñr, nō quicunq; duo effectus illius, ſed illi tm̄ qui ad integrandum unum totalem effectum pducuntur. Ac per hoc, rō effectus partialis diſtinguitur à rōne effectus totalis in

Universidad de Deusto Biblioteca

hoc, quòd ille neceſſario ſit vt pars alterius, iſte verò abſolutè. ¶Secũdo ſciẽdũ eſt, ꝙ effectus totalis, ad aliquã virtutẽ tripliciter cõparari põt, ſ. vt defectiuus, vt exceſſiuus, & vt adæquatus. Verbi gratia, reſpectu virtutis motiuæ hoĩs, triplex ẽ mobile, aliqđ adæquatũ, aliqđ excedẽs, & aliqđ minus, ita ꝙ maius illo põt mouet. Tertia diſtinctio eſt, de fieri ſimul vel ſucceſſiuè. Ex his n. tribus diſtinctionibus habet interpretatio illi⁹ ꝓpoſitionis. Eſt n. ſic interpretanda: ī quodcunq; cõparatur vt effectus totalis & adæquat⁹, vel quaſi & ſimul, ad virtutẽ vnam realiter & formaliter, cõparatur vt vnũ numero: & ſic ẽ vniuerſaliter vera de oĩ virtute ſiuẽ finita, ſiuẽ infinita, ſiue naturali ſiue libera. Vñ & S.T. ī hoc articulo, poſt hanc ꝓpoſitionẽ ſtatim ſubiunxit, uirtuti diuinæ reſpondere vniuerſum ens, quaſi adæquatũ effectũ. Sed aduertito, ꝙ licèt iſtę tres cõditiones ſint intelligendæ ī ꝓpoſitione illa abſolutè, ſcđa tñ nõ eſt opus ſi cõtrahitur ad uirtutem Angelicã, quia & duos effectus defectiuos, non poteſt ſimul producere. Tertia quoq; opus nõ eſt, ſi contrahitur ad uirtutẽ infinitã; quia illa, quicquid poteſt producere ſucceſſiuè, poteſt etiam producere ſimul, niſi ſit repugnãtia ex parte effectus. Nec ex hoc ſequit aliquod illorum trium inconuenientium, q̃ obijciendo adducta ſunt. Non ſequitur primò, ꝙ Deus nõ poſſit ꝓducere plura numero ut pluraquã illud unũ numero, quod reſpondet ſuæ uirtuti, ut adæquatus effectus, comprehẽdit ſecum totam latitudinem tam numeralem q̃ formalem poſſibilem. Eſt n. illud vniuerſum ens. Vnde quẽadmodum cũ determinatione uirtutis creatiuæ ad vnum formaliter. i. ad eſſe, ſtat ꝙ poſſit plura formaliter iuxta plures modos eſſendi: ita cũ determinatione uirtutis eiuſdem in actu exercito ad unũ numero. i. vniuerſum, ſtat multitudo illa rerũ, ex qb⁹ cõſurgit vniuerſum. Nec huic determinationi obſtat, ꝙ Deus poſſit ſimul extra hoc uniuerſum aliud uniuerſum, vel aliã creaturã ꝓduxiſſe. Tum quia uniuerſum hoc, & quicquid, & quotcunq;, qualitercũq;, ſeparatim & ſeorſum produci ponantur, neceſſariò partes erunt uniuerſi entis, quamuis nõ eſſent partes huius, uel illius uniuerſi. Propter ꝙ, notanter S.T. in litera, nõ aſſignauit uirtuti diuinæ uelut adęquatũ effectũ uniuerſum, ſed uniuerſum ens. Nec dixit, quocunque fit ab aliqua una uirtute &c. ſed, quodcũq; comparatur, ut inſinuaret ꝙ de adæquato, vel quaſi adæquato effectu loquebatur, qualẽ conſtat non eſſe reſpectu diuinæ, quodcunque ens factum aut factibile, ſed uniuerſum ens tantum. Tum, quia ut in titulo q̃ſtionis dictum eſt, de potentia ordinaria hic eſt ſermo, a qua non niſi unũ uniuerſum emanare poteſt, ut effectus adæquatus concludẽs in ſe multos defectiuos & partiales effectus. Nõ ſequit ẽt ſcđm inconueniẽs: quia attingere aliquos effectus partiales, cõtingit dupliciter. Primò, ſcđm id in quo cõueniunt tñ. Scđo, ſecundum ea ẽt in quibus diſtinguuntur, & in hoc differunt virtus diuina & angelica: quia angelica attingit multos effectus partiales ſecundũ id tñ, in quo uniuntur. Virtus uerò diuina attingit in oĩbus uniuerſi partibus, ẽt ea in q̃bus diſtinguuntur: & ideò angelus vnum tñ numero poteſt ſimul facere: Diuina verò plura: quia illa non attingit plura niſi vt unum, hęc uerò attingit plura, vt unum, & vt plura. Propter quod S.T. in litera vtrunq; inſinuans, duo dixit: & conuenientiam uirtutis angelicæ & diuinæ, in hoc, ꝙ ſunt determinatæ ad unum numero, & differentiã in hoc, ꝙ diuina eſt determinata ad tale unũ numero. Ex quo ſequit neceſſario, ipſam attingere plura ſub illo vno. Ex hoc nãq;, ꝙ vniuerſum ens attingatur, conſequens eſt, ꝙ multitudo vt multitudo eſt, attingatur: quia de rõne uniuerſi eſt habere non ſolum multa ut unũ, ſed multa ut multa, i. nõ ſolũ id ī quo multa cõueniũt, puta ordinẽ, ſed ea ī qb⁹ diſtinguunt. Angelica uerò uirt⁹ ẽ determinata ad unũ tale, ex quo ñ ſequit multitudo, quia ad particulare ent.

40 D. 112.

* li. 8 tex. 84. to. 2.

eſt indiuiſibile habẽs ſitum, ſed Angelus ẽ indiuiſibile extra genus quãtitatis & ſitus exiſtẽs[c]. Vñ nõ ẽ neceſſe, ꝙ determinet[d] ei vnus locus indiuiſibilis ſm ſitũ, ſed, vel diuiſibilis, vel indiuiſibilis, uel maior, uel minor, ſm ꝙ volũtariè applicat ſuam virtutẽ ad corpus maius uel minus. Et ſic, totũ corpus cui per ſuã virtutẽ applicat, correſpõdet ei vt vnus locus. Nec tamẽ oportet ꝙ ſi aliq̃s Angelus mouet cęlũ, ꝙ ſit vbiq;. Primò q̃dẽ qa non applicat virtus eius niſi ad id, qđ primo ab ipſo mouet. Vna aũt pars cæli eſt, ī qua primo ẽ mot⁹, ſ. pars oriẽtis. Vñ ẽt Phyloſoph⁹ ī 8. Phyſi.* virtutẽ motoris cęlorũ, attribuit parti Oriẽtis.* Scđo, qañ ponit ẽ Philoſophis, ꝙ vna ſubſtantia ſeparata moueat oẽs orbes immediatè. Vñ ñ oportet, ꝙ ſit vbiq;. Sic igit patet, ꝙ diuerſimode eſſe ī loco, cõuenit corpori, & Angelo, & Deo. Nã corpus eſt ī loco circumſcriptiuè: quia cõmenſuratur loco. Angelus autem non circumſcriptiuè, cum non commenſuretur loco, ſed diffinitiuè: quia ita eſt in uno loco, ꝙ non in alio. Deus autem neque circumſcriptiuè, neque diffinitiuè, quia eſt ubique.

Et ꝑ hoc patet de facili rñſio ad obiecta, quia totũ illud cui immediatè applicatur uirtus Angeli, reputatur ut unus locus eius, licèt ſit continuum.

¶Ad tertiũ denũ inconueniẽs dr, ꝙ quãuis angelus poſſit mouere duos lapides diſtãtes inuicem, vt partialia mobilia vnius totalis motus cõſurgẽtis ex duobus paſſiuis partialibus ſe mouentib⁹, nõ tñ poſſet mouere eoſdẽ vt duo mobilia totalia, id eſt, ꝙ neutrũ moueret vt cõpars alterius, ſicut patet in trahẽte paruũ lignũ: poteſt eq̃ trahere ſimul vnum aliud æquale. Is n. poſſet trahere ambo ſimul, vt duo partialia mobilia eadẽ actiõe trahẽda, non tñ poſſet idẽ trahit vnũ, alia actione ſeorſum trahere aliud. Quãta aũt diſtãtia interijci poſſit iter duos partiales effect⁹, certũ nõ habem⁹. Neceſſariũ tñ vi⁹ ꝙ quẽadmodũ cæteræ virtutes finitæ naturales hñt certam ſphæram actiuitatis ſuę, vltra quã nõ poſſunt immediatè operari, cõtingit n. aliqđ ſimul coagulari, ut dr de ſenſu & ſenſato, ſic uirtus angelica, hẽt certã ſphærã ſuę actiuitatis, infra quã q̃cũq; ſimul mouet, tanquã in loco vno exiſtentia reſpicit. Nec poſſet illa mot ſimul mouere, ſi alterũ eorũ extra ſphærã actiuitatis ſuæ poneret. Et ꝓpterea, negatur ꝙ ſit eadem rõ de parua & magna diſtantia partialium effectuũ inter ſe. Vnde non ſequitur, ꝙ angelus poſſit eſſe ſimul in diuerſis locis. ¶Circa illã ꝓpoſitionẽ. ſ. Angelo põt attribui locus indiuiſibilis, uel diuiſibilis, maior, vel minor, ſcđm qđ volũtariè applicat uirtutẽ ſuã, dubiũ occurrit an Angelus poſſit in loco diuiſibili quãtocũq; paruo, aut quãtocũq; magno eſſe. Sco. n. ī 2. Sen. d. 2. q. 6. tenet partẽ negatiuã: & dupliciter ꝓbat angelũ nõ poſſe ī loco quãtocũq; paruo, quãuis cõcedat ī loco pũctali. Primò, ex 36. 1. Euclidis, vbi dr, ꝙ q̃cq̃d põt eẽ ī vno æqualiũ, põt ẽt eſſe & in alio, ſi ibi figuratio ñ repugnat. Ex hoc in q̃t Sco. ſequit, ꝙ angel⁹ põt eẽ ī loco quãtocũq; lõgo: qa ſp eſt inuenire quadrangulũ ſtrictius æquale cuicũq; quadrato dato. Scđo, rõne naturali, qa ſequeret, angelũ eſſe infinitæ uirtutis. Probat conſequẽtia, qa determinata uirtute angeli ad maximũ locũ, poſſe illã applicare ad minorẽ, ẽ aliquãtæ uirtutis actiuæ: & poſſe applicare adhuc ad minorẽ, ẽ magis & pfecti⁹ poſſe, & ſic ī infinitũ. ergo ſi põt ad locũ quãtũcũq; paruiorẽ ſe ſp trãſferre, erit uirtutis infinitę. S.T. aũt tenet ī re hæc tria: Primò, ꝙ põt eẽ ī loco indiuiſibili. Scđo, ꝙ nõ põt eſſe in loco quãtocũq; magno: qa virt⁹ eius ẽ finita. Nec põt arbitriũ uolũtatis ſuæ efficax eẽ, niſi iuxta uirt. naturæ. Tertiò, & in hoc Sco. diſcordauit ab eo, ꝙ angelus põt eſſe in loco quãtocunq; paruo: quia procul dubio põt operari in loco quãtocunq; paruo, cũ nulla repugnantia ſit ex parte effectus aut virtutis &c. vt de ſe patet. Motus enim localis ſaltem, non determinat ſibi minimum locum, ut patet 6. Phyſi. Vnde in quantocunq; paruo, põt cauſari ab angelo. ¶Ad rõnes aũt Scoti faciliter rñderi põt. Ad primã qđẽ, ꝙ nõ eſt ad ꝓpoſitũ ꝓpoſitum Euclidis. Q̃a manifeſtè loquit de eſſe in loco cõmenſuratiuè: volens ꝙ qđ cõmenſurabile alteri æquali, ſit cõmenſurabile reliquo, niſi figuratio obſtet: qđ ridiculũ ẽ ad ꝓpoſitũ reducere. Q̃uis ẽt poſſet ſcđo dici, ꝙ aliud eſt poſſe eſſe in quantocũq; lõgo ſimpliciter, & aliud eſt poſſe eẽ in quãtocũq; lõgo reſpectu datę magnitudinis: ſicut aliud ẽ poſſe ī infinitũ creſcere ſimpliciter, & aliud poſſe ī infinitũ creſcere ſcđm partes auferibiles ex data linea, vt patet. 3. Phyſi. Quamuis n. lõgũ ī infinitũ ſimpliciter nõ poſſet rñdere angelo, qđ tñ eſſet infinitè lõgũ ꝑ reſtrictiones aſſignati quadrati, poſſit rñdere angelo vt loc⁹ ui⁹. Tale n. eſſet ſimpliciter finitũ ſcđm lõgitudinẽ, & nunquã quãcũq; excreſcẽtia facta excederet certam quãtitatẽ. Ac ꝑ hoc, niſi lõgitudo in infinitum ꝓtraheret, ꝙ exiret ſphærã actiuitatis angeli, q̃ rõne poſſet operari in quadrangulo, poſſet ẽt ī quadrãgulo. Si aũt ſphærã actiuitatis exiret, iã habet rõ, quare ī illo eẽ nõ poſſet: obſtaret n. exiſt⁹ extra ſphærã, quẽadmodũ Euclides dicit, ꝙ corporali alicui obſtaret figuratio. ¶Ad ſecũdam rõnem dr: ꝙ falſum eſt, maioris virtutis eſſe ad minorẽ, & ad minorẽ locũ ſe poſſe applicare, hoc. n. non eſt ex quantitate

quantitate uirtutis, ſed ex libertate pẽdet, ut S. Th. dicit. Vndè, quis applicare ſe ad totũ locũ ſit aliquãtę uirtutis, qa null⁹ eſſe ſim põt eſſe quin ab aliquãta uirtute ſit, applicare tñ ſe ad maiorẽ uel minorẽ infra propriam ſphærã, non maiorẽ aut minorẽ, ꝑ ſe loquẽdo, exigit uirtutẽ, ſed libertatẽ uſus illius. Et ꝑ hoc patet, qđ ſecundum S.T. de alia ambiguitate quã in fine mouet Scot. tenendũ ſit. An. ſ. ſi angelus eſt in loco, ẽ neceſſitate ſit in certo loco determinatẽ, putà unius palmi: ipſe. n. reputare videt, quaſi partem, nullã parere inconueniens. Ex dictis aũt S. Th. manifeſtã ſequitur negatiua, ita ꝙ affirmatiua oppoſita ſententiã induceret, qa ſequeret ꝙ latitudo uſus uirtutis angelicæ, nõ eſſet libera, ſed naturalis, quẽadmodũ applicatio animæ ad corpus, in altero tamẽ genere cauſæ.

Perreſp. per totum.

271 Idem 1. d. 37. q. 3. art. 1. & pot. q. 3. art. 19. & q. 7. 11. & artic. 19. ad 1.

* li. 4. Phy ſic. tex. 52 & 58. to. 2

SVPER QV. LII. ARTIC. III.

S. Bon. 2. ſ. d. 2. q. 4. a. 2. Scot. 1. ſ. d. 2. q. 8. Mairo 2. ſ. d. 2. q. 7. Eg. 1. ſ. d. 37. q. 3. p. 2. Cap. 2. d. 2. q. 1. con. 3. Banner. ar. 3. Alber. Mag. 1. diſt. 37. artic. 25.

* li. 4. Phy ſic. tex. 58 tom. 2.

† Aug. li. 6. de tri. c. 6. non procul a fine, & in Epiſt. 28. ad Hieronimũ.

Titulus clarus ẽ ex pdictis. Queritur n directè ꝺ poſſibili, ſcđm rerũ potentiã. ¶In corpore articuli unica concluſione reſpondet q̃ſito. Angeli plures non põt ſimul eſſe in uno loco. Probatur ſic. Impoſſibile eſt duas cauſas totales & immediatas ſimul eſſe eiuſdẽ effect⁹. Ergo impoſſibile eſt plures angelos eſſe ſimul in eodẽ loco. Probatur añtecedẽs inductiuè, & in cauſis efficientibus & formalib. deinde ex illa particula, Totalis ſeu pfecta, excludit inſtãtia de pluribus immediatè trahentibus nauem: conſequẽtia vero ꝓbatur ex eo, ꝙ angelũ eſſe in loco, nihil aliud eſt quàm pfectè & immediatè continere illum, in genere cauſæ efficientis. ¶Circa hanc concluſionẽ aduerte, ꝙ dupliciter põt ītelligi. ſ. de potentia naturali & de potẽtia logica. Et ſi quidẽ intelligat de potẽtia logica, multas hẽt inſtãtias. Tũ, qa nulla apparet contradictio plures angelos uirtute diuina alligari uni & eidem loco, immo de facto fortè eſt de pluribus animabus damnatorum æqualis oĩno demeriti. Tũ quia cõfuſio operationũ, quis ſit inconueniẽs quoddã, ſequens ex hoc, ꝙ angeli ſunt in eodem loco, non ſinuet tñ ꝙ ſit oĩno impoſſibilis. Tum quia duo corpora ſimul eſſe in eodẽ loco non eſt ſic impoſſibile quantum, niſi hoc fide teneremus, diceremus ꝙ implicat cõtradictionẽ. Si uerò de naturali potentia intelligatur, tria obſtãt. Primũ eſt, medij aſſumptum à S. Tho. propoſitio. n. illa, Impoſſibile eſt duas cauſas cõpletas immediatas eiuſdẽ ordinis eſſe ſimul eiuſdẽ, uerificatur de impoſſibili logico, qđ fundatur ſup hoc, ꝙ ſequerentur aliter duo contradictoria. i. ꝙ idẽ ſimul dependeret & non dependeret à ſua per ſe cã: patet ſequela, q̃ ſi ſtãte dualitate earum per ſe, ex una parte ſequitur, ergo effectus dependet ab utraque, quia ponuntur illius per ſe cauſæ in eſſe uel fieri. Ex altera uerò parte ſequitur, ergo effect⁹ à neutra depẽdet: patet ſequela, quia ab illa non dependet, qua ſecluſa nihil minus eſſet uel fieret. Sed quæuis altera earum ſecluſa, effectus eſſet uel fieret. ergo à neutra pendet. ergo implicat contradictionẽ. Secundũ eſt, qa nõ inconueniẽs, in uno & eodẽ loco ſecũdũ eaſdẽ partes ꝓduci ſimul duos diuerſarũ rõnũ effectus ab agẽtibus diuerſarũ rõnũ: põt. n. unũ & idẽ ſecũdũ eaſdẽ partem ab uno agẽte fieri calidũ, & ab alio fieri albũ, & ab alio fieri dulce. ſimul ergo poterũt & naturaliter plures angeli in eodẽ eſſe loco. Tertiũ eſt, ꝙ ſecũdũ hoc pñta ordinis non vr eſſe ſufficiens rõ exiſtẽdi in loco, qñ plures angeli põt uni & eidẽ loco præ-

ARTICVLVS III.

Vtrum plures angeli poſſint ſimul eſſe in eodem loco.

AD TERTIVM ſic ꝓceditur. Videt, ꝙ plures angeli poſſint ſimul eſſe in eodem loco. Plura n. corpora nõ poſſunt eſſe ſimul in eodem loco, quia replent locum. Sed angeli[a] nõ replent locum, quia ſolum corp⁹ replet locũ, ut non ſit uacuum: ut patet per Philoſophum in 4. Phyſi.* Ergo plures angeli poſſunt eſſe in uno loco.

¶2 Præt. Plus[b] differt angelus & corpus q̃ duo angeli. Sed angelus & corpus ſunt ſimul ī eodẽ loco: qa nullus locus eſt, q̃ non ſit plen⁹ ſenſibili corpore: ut ꝓbat ī 4. Phy.* Ergo multomagis duo angeli põt eẽ ī eodẽ loco.

¶3 Præt. anima ẽ ī qualibet parte corporis, ſm Aug.† ſed Dæmones licèt non illabant mentibus, illabunt tñ interdum corporibus: & ſic anima & Dęmõ[b] ſunt in eodem loco. Ergo eadem ratione quæcunque aliæ ſpirituales ſubſtantiæ.

SED CONTRA. Duæ animæ non ſunt in eodem corpore. Ergo pari ratione, neque duo angeli in eodem loco.

RESPON. Dicẽdũ, ꝙ duo angeli non ſunt ſimul in eodẽ loco. Et rõ huius eſt: quia impoſſibile eſt, ꝙ duæ cauſæ cõpletæ ſint immediatæ unius & eiuſdẽ rei. Quod patet ī omni gñe cauſarum: qa una eſt forma proxima unius rei, & unũ eſt ꝓximũ mouẽs: licèt poſſint eſſe plures motores remoti. Nec hẽt inſtãtiã de pluribus trahentibus nauem. Quia nullus eorũ eſt perfectus motor: cũ uirt⁹ uniuſcuiuſque ſit inſufficiẽs ad mouendum. Sed oẽs ſimul ſunt in loco unius motoris, inquantum oẽs virtutes aggregãtur ad unũ motum faciẽdũ. Vndè cum angelus dicatur eſſe ī loco per hoc, ꝙ uirtus eius immediatè cõtingit locũ per modũ continentis pfecti, ut dictũ eſt:* nõ[m] poteſt eẽ niſi vn⁹ angelus ī uno loco.[n]

ſentes ſic eſſe, qñ ex hoc non ſequitur confuſio operationum. ¶Ad hoc dr iudicio meo, ꝙ concluſio intelligenda eſt nõ de potẽtia logica, ſed potẽtia naturali. Moueor aũt ad hoc, ex parte medij aſſumpti à S.T. qñ illud mediũ nõ hẽt locũ niſi ī naturali mõ, quo angelus eſt in loco. ſ. ꝑ operationẽ ſuã. Cum tñ conſtet Dęmones locari per pati, potius q̃ ꝑ agere. Moueor quoque ex parte cõcluſionis ꝓpoſitæ in litera: facit n. categoricã ꝓpoſitionẽ de ineſſe. ſ. ꝙ duo angeli nõ ſunt ſimul in eodẽ loco, & nõ modalẽ de poſſibili. Moueor tertio, ex cõſuetudine S. T. qui ſp ex ꝓprijs & de ꝓprijs rei de qua agitur, determinare cõſueuit: Quærimus, n. hic (ut in tit. dixim⁹) qđ rerũ ordo hẽat, ñ quid Dei potẽtia poſſit. Vñ ad inſtãtias in oppoſitũ dicẽdũ eſt, & ad primum dr dupliciter. Primò, ꝙ eſt tales duæ cauſæ ſe habeant, vt cauſæ eiuſdẽ rõnis ſolo numero diſtinctæ, ut patet, dr, ꝙ ibi non eſt contradictio. Tum, quia non ab omnibus vr concedi, ꝙ hic effect⁹ ſit per ſe ab hac cauſa, ꝓpea quia poſſet eſſe hic & nõ ab hac cã. ut dicũt. Tum, qa conceſſa perſeitate, non ſequitur cõtradictio, ſed ſuperfluitas. Nam non ſequitur, quòd dependeat ab utraque & neutra: ſed ꝙ dependeat ab utraque inquantum uniuntur, cum quo ſtat, quod ambæ iſtæ ſint falſæ, ab utraque dependet, & à neutra dependet. Declarantur hæc, & patent: ſi fingas duo luminoſa eiuſdem rationis & uirtutis, æquè proxima alicui ſecundum ſe totum medio primo illuminabili pfectè. i. in ſummo à quouis eorũ, & ut nõ negẽt iſta fictio, nec diſſimilis ſit propoſito, ponant per Dei potentiã illa duo luminoſa in eodẽ loco. Tũc quæratur: aut medium illuminatũ erit ab altero, aut vtroque &c. Eſt. n. iſte pciſẽ caſus de quo diſputam⁹. Vñ cum talis fictio non implicet contradictionem, ſed de potẽtia Dei abſoluta poſſet poni in eſſe: ſequitur, ꝙ ponere duas totales &c. non ſit impoſſibile logicum, ſed phyſicũ. Quocirca, in tali caſu, illa duo luminoſa ſe haberent ut partes unius luminoſi, ſuperexcedentis in duplo uel amplius ſua actiuitate, potẽtiã paſſiuã cui approximatur, à quo conſtat, ꝙ non ſecũdũ partes diuiſim, ſed ut uniuntur in uno, effectus depẽderet, & ſic in ꝓpoſito à duobus agentibus nõ ut duo ſunt, depẽderet, ſed ut uniuntur, duo tñ eſſent. Secundò dr, ꝙ aliud eſt, plures angelos eſſe ſimul in eodẽ loco, & aliud eſt, plures angelos eſſe naturaliter ſimul in eodẽ loco. Primũ. n. nõ implicat cõtradictionẽ, dato ꝙ ſecũdo implicaret contradictionẽ, ꝑ rõnem adductã, & ſic poſſit ſuſtineri iuxta iſtã diſtinctionẽ utraque pars. Propter qđ S.Th. cõcluſionẽ quidẽ de ineſſe, maiorẽ aũt aſſumptã de impoſſibili, logico quidẽ, loquẽdo de talibus cauſis ut plures ſunt, phyſico autem, loquendo de eiſdem cauſis pluribus, ſed nõ ī quãtũ plures. Ad ſecũdã inſtãtiã dr, ꝙ cũ angel⁹ ſit ꝑ ſe in loco, ut operãs ī operato quẽadmodũ opata cõtingũt eẽ diuerſa realiter & formaliter, & tñ eẽ unũ ſubiecto, ita nõ inconueniẽs plures angelos eſſe ī eodẽ loco materialiter, nõ tñ formaliter. ¶Ad tertiũ dicitur, ꝙ ſicut naturaliter fieri nequit, ut duo agentia naturalia perfecta & eiuſdem ordinis &c. ſint æquè approximata immediatè uni & eidem paſſo ſecundum eandẽ rõnẽ, ita naturaliter eſt impoſſibile, ut duæ intelligentiæ ſint præſentes uni & eidem loco ſecundum eandem potentiam paſſiuã. & ratio utrobique eſt: quia tam natura quàm intellectus, horret ſuperfluitates tanquam uitioſas. Vndè nec ex hoc prohibetur præſentia ordinis à ſufficienti ratione locandi angelorum.

Concl. vn. * q. præc. art. 2.

¶Circa probationē conſequentiæ, dubiū occurrit: qm̄ aſſumpta propoſitio .ſ. Angelus eſt in loco p modū continentis pfecti, non vi neceſſaria. Qm̄ perfectio cauſalitatis, aut eſt cōditio neceſſario requiſita ad hoc, q angelus ſit in loco, aut eſt cond[illegible] neceſſario cōcomitās ad idē. Sed neutrū pōt dici ergo &c. Qđ n. non neceſſario requiratur, patet ex duob. Tū ex pluribus tractatibus nature, quorū quilibet ſecluſa corporeitate diceret aſſū ibi. Tū ex eo quod ſupra dixit S. Th. q angelus eſt in loco p applicationē ſuæ virtutis immediatē qualitercunq;. Quod verò non neceſſario cōcomitetur, ex eo patet, q angeli ſunt virtutis finitæ, & poſſunt eiuſdē rōnis effectū immediatē producere i loco: ex his enim duobus manifeſtè ſequitur, q eſt poſſibile aliquē effectū, puta motum localē alicuius cōcurrēdæ mobilis, debere pduci, ad quem plurium angelorum motiuæ virtutes requirantur.

¶Ad hoc eſt dicēdū, q cum plus nō ſit de potētia naturali & logica: ſat eſt, ppoſitio iſta neceſſaria ē, neceſſitate phyſica. [illegible] in pluribus. Et quæ hæc ſunt remotiſſima à ſenſibus, ſat eſt ſi eſt nobis nota ppoſitio hęc ex medijs rationabilibus, ut patet ex 2. cœli. & 12. Met. Conſentaneū ſiquidē eſt rōni, ut qlibet angelus ſui dignitatē inter cauſas obtineat, ut imperfectionis huius, quæ eſt effectum partialē, expers ſit qm̄ dignitas hęc, alijs omnibus tributa à natura creditur, quanto magis in materialib⁹ cauſis, quarum minima excedit incomparabiliter omnem corporalem. [illegible] ad hæc, q boni angeli virtute ſuffulti diuina, ad loca hæc applicantur, & adeo ad omnia, ad quæ mittūtur ſufficere dixit S. Tho. in 2. ſent. diſt. 37. Vndē ad rationes in oppoſitum, non oportet aliter reſpondere quoniam [illegible], quod propoſitio illa non eſt neceſſaria neceſſitate logica, ſed phyſica. [illegible] nobis. Et propterea, poſſet ſuſtineri, [illegible] angelos plures eſſe in eodem loco, quod Ricar. ſentire uidetur.

Ad primvm ergo dicendū, q plures angelos eſſe in uno loco, non impeditur propter impletionē loci, ſed propter aliā cauſam, ut dictum eſt.*

Ad II dicendum, quòd angelus & corpus non eodē modo ſunt in loco. Vndè ratio non ſequitur.

Ad III dicēdū, q nec etiā Dęmon & anima comparantur ad corpus, ſecundum eandem habitudinem cauſæ, cum anima ſit forma, non autem Dæmon. Vndè ratio non ſequitur.

QVAESTIO LIII.

De Motu locali angelorum, in tres articulos diuiſa.

Conseqventer conſiderandum eſt, & de motu locali angelorum.

Et circa hoc, quæruntur tria.

¶Primò, Vtrum angelus poſſit moueri localiter.

¶Secūdò, Vtrum moueatur de loco ad locum, pertranſeundo medium.

¶Tertiò, Vtrum motus angeli ſit in tempore uel in inſtāti.

Articvlvs I.

Vtrum angelus poſſit moueri localiter.

Ad primvm ſic proceditur. Videtur, q angelus non poſſit moueri localiter. Vt n. pbat Philoſophus in 6. Phyſi.* nullum impartibile moueturi quia dum aliquid eſt in termino à quo, non mouetur, nec ēt dum eſt in termino ad quē, ſed tunc mutatū eſt. Vnde relinquitur, q omne quod mouetur, dū mouetur, partim eſt in termino à quo, & partim in termino ad quem. Sed angelus eſt impartibilis. Ergo angelus nō poteſt moueri localiter.

¶2 Præt. Motus eſt actus imperfecti, ut dicitur in 3. Phyſi.† Sed angelus beatus non eſt imperfectus. Ergo angelus beatus non mouetur localiter.

¶3 Præt. Motus non eſt, niſi pter indigentiam. Sed ſanctorum angelorum nulla eſt indigentia. Ergo ſancti angeli localiter non mouentur.

Sed contra: eiuſdem rōnis eſt angelum beatum moueri, & animam beatā moueri. Sed neceſſe eſt dicere animam beatam localiter moueri: cum ſit articulus fidei, q Chriſtus ſecundùm animam deſcendit ad inferos. Ergo angelus beatus mouetur localiter.

Respon. Dicēdū, q Ang. beatus poteſt moueri localiter. Sed ſicut eſſe in loco equiuocè cōuenit corpori & angelo: ita ēt & moueri ſecundum locū. Corpus. n. eſt in loco, inquantū continet ſub loco, & commenſuratur loco. Vndè oportet q etiam motus corporis ſecūdū locū, commenſuretur loco, & [illegible]

F ri eiuſdē, eſt prius & poſterius in motu. Angelus uerò eſt in loco ut continens locū, non cōmenſuratū eidē: igitur eius mot⁹ non eſt neceſſario ſecundū exigē. [illegible] Aſſumpta patent ex dictis in pcedenti qōne, & ex 6. Phyſic. Remanent tū hic duo dubia. Primū eſt quia S. Tho. in pceſſu iſto, arguit à deſtructione [illegible] ad deſtructionem conſequentis, ac per hoc ſophyſticè [illegible] Secundū eſt an uera ſit ppoſitio illa cauſalis, q continuitas ex magnitudine, ſeu ſpatio, reducitur [illegible] [illegible]

[illegible]

¶Circa continuitatē motus angeli, dubium occurrit: an ibi ſit vna tū operatio, an multæ. Si n. vna eſt, in vno tū loco per illa erit, & ſic moueretur, & nō moueretur ſimul: qa eſſet in diuerſis locis p motum, & eſſet in vno tū loco propter vnitatem operationis. Sequit ēt, q motus angelicus malè diffinitus eſſet p [illegible]

A vna ex parte ſui, multiplici verò ex parte [illegible] ſimpliciter, vel ſecundum quid, in quocumque inſtāti vnum reſpicit locum, in ſingulis tamen partibus temporis, & in quibuſcunque duobus inſtantibus diuerſa attingit loca.

¶In reſpōſione ad primum, dubiū occurrit, eo, q S. Th. & ſibi ipſi & veritati contrari⁹ vr, dū dicit, q angelus pōt dici moueri, dū eſt in termino à quo, vel ad quē. Nā in 1. ſent. diſt. 47. q. 4. ar. 1. ad tertium, dicit, q angelus in neutro termino mouet: ſed in ſucceſſione vnius ad aliū, & eo eſt, qa motus angeli nō cōponitur ex motibus, ſed ex mutatis eſſe potius, ac p hoc, partes mot⁹ ei⁹ non ſunt motus, & cōſequenter in neutro termino mouet. Et cōfirmatur, quia motus angeli cōparat ad eſſe in terminis, ſicut numer⁹ ad vnitates, apud S. Th. Et cōſequenter, ſicut numerus nō pōt dici eſſe, altera tū vnitate exiſtente, nec angelus moueri altero tū termino exiſtēte. Et ſic, quēadmodū motus cōtinuus nō eſt ſuo termino adueniente, ita nec motus angeli, cuius oppoſitum hic dicitur. ¶Ad hui⁹ difficultatis ſolutionē, duo attendēda ſunt. Primū eſt, q termini mot⁹ angelici ſunt de natura inſtātanearum mutationū quo ad hoc, q in eis inuenit ſimul fieri & factum eſſe, ut dr̄. 6. Phyſi. ita q terminus quicūq; angelici motus pōt diſtingui in fieri & factū eſſe. Et inquantū cōtinet in ſe factū eſſe, verificatur negatiuā. ſ. q in eo angelus nō mouet, inquātū verò cōtinet in ſe fieri, verificat affirmatiua. ſ. q i eo angelus mouet. Et merito, qa terminus à quo motus angelici, nō habet rōnē partis motus, nec rōnē termini, à quo, niſi in

sit ſm exigentiam eius. Et indē eſt, q ſm continuitatē magnitudinis, eſt continuitas motus. & ſm prius & poſterius in magnitudine, eſt prius & poſteri⁹ in motu locali corporis, vt dr̄ i 4. Phyſ.* Sed angelus nō eſt in loco, vt cōmēſuratus & cōtentus, ſed magis vt continens. Vñ motus angeli in loco, nō oportet qđ cōmenſuret loco, nec q ſit ſm exigentiā eius, vt habet cōtinuitatē ex loco, ſed eſt motus nō continuus. Quia. n. angelus nō eſt in loco, niſi ſm cōtactū virtutis, vt dictū eſt*: neceſſe eſt, q motus angeli in loco, nihil aliud ſit, q̄ diuerſi cōtact⁹ diuerſorū locorū ſucceſſiuè, & non ſimul: qa angelus non pōt ſimul eſſe i pluribus locis, vt ſupra dictum eſt†. Hmōi aūt cōtactus, nō eſt neceſſarium eſſe continuos. Pōt tñ in hmōi cōtactibus continuitas qđam inueniri: qa, vt dictum eſt*, nihil prohibet angelo aſſignari locū diuiſibilem per contactum ſuæ virtutis: ſicut corpori aſſignat locus diuiſibilis p contactū ſuę magnitudinis. Vñ ſicut corpus ſucceſſiuè & nō ſimul, dimittit locū i quo prius erat, & ex hoc cātur cōtinuitas in motu locali eius: ita ēt angelus pōt dimittere ſucceſſiuè locū diuiſibilē in quo prius erat. Et ſic motus ei⁹ erit cōtinuus. Et pōt ēt totū locū ſimul dimittere, & toti alteri loco ſimul ſe applicare. Et ſic motus eius non erit continuus.

¶Ad obiecta uero in oppoſitũ dicitur, q propoſitiones aſſumptæ intelligendæ ſunt formaliter: ſed cũ formali intellectu propoſitionũ ſtat diſtinctio ſupra dicta de actualiter, & uirtualiter vt patet in exẽplo adducto & ſimilibus. Et expreſſè & docet ab Ariſt. in 2. Cœli, qui hanc propoſitionem. Motus cœli incipit ab oriente, non materialiter, ſed formaliter ſuſtinens, exponit dupliciter. ſ. actualiter, & ſic dicit q eſt falſa, quia apud ipſum, motus cœli nunq̃ incœpit, uel uirtualiter. i. ſi inciperet, ab oriente inciperet, & ſic dicit eſſe ueram. Similiter ipſi in ppoſito. Actus pur[9] eſt ſua actualitas, diſtingui põt formaliter intellecta, actualiter uel uirtualiter. Et primo modo videtur implicare, ut obijciendo tactum eſt. Secundo verò modo eſt veriſſima: & procul dubio ad hunc ſenſum ſiunt huiuſmodi ppoſitiones à doctoribus. Nõ.n. intẽdunt dicere quòd actus purus ſit id, quod ipſũ actuat, ſed ſit id, qđ ipſum actuaret ſi actuabilis eſſet. Sicut cum dicimus, q Deus ſit ſua perfectio, nõ intẽdimus, q Deus ſit id, quod perficit ipſum, ſed quod ipſum perficeret: ſi eſſet perfectibilis. Illa uerò propoſitio communis: Operatio & uirtus ſe hñt ut actus & potẽtia de virtute & operatione in cõmuni intelligitur. Sed utendum eſt eadẽ diſtinctione. ſ. actualiter uel uirtualiter, & ſic nõ ſequitur, uel quòd in Deo inueniatur cũ rõne actus & potentiæ, vel q ratio ſit inefficax, qñ ut oſtẽdendo unam rationis

‡ text. 35.

* li. 2. tex. 37. & 2.

* q. 3. ar. 4. & q. 44. art. 1.

tionis declarauimus, hoc sufficit. Ex his quoq; patet, qđ ad secundā dubitationem dicendum sit, unica siquidē distinctione oia soluūtur. f. q aliud est loqui de actu & potentia absolutè, & aliud de actu proprio & potentia propria. Quamuis.n. una res q non sit actus purus, possit habere rōnē actus & potentiæ respectu diuersorū: impossibile tñ est, q una res sit proprius actus, & ppria potētia, nisi sit actus purus, q hæc eminenter præhabeat: qm̄ si actualiter inuenirētur, distinguerent realiter, aut idē eēt ppri actus sui ipsius, quod non est intelligibile. Dr ergo, q intēdit S. T. inferre distinctionē realē & q illa propositio. Actualitas potētialitati repugnat, ē vera quo ad identitatē realē, si potentialitas propriæ actualitati de qua loquimur, compararet. Et similiter, quāuis ista consītia nō valeat, A habet aliquid potentialitatis admixtum, ergo non est actualitas aliqua: valet tñ ista, ergo nō est ppria actualitas, respectu cuius est potentialis. [illegible]

Concl.

neque alterius creaturæ, sua actio, est eius substantia.

RESPON. Dicendum, q impossibile ē, q actio angeli uel cuiuscunq; alterius creaturæ sit eius substātia. Actio.n. est propriè actualitas uirtutis, sicut esse, ē actualitas substātiæ, uel essentiæ. Impossibile est autem, q aliqd qđ non est purus actus, sed aliquid habet de potentia admistū, sit sua actualitas: quia actualitas potentialitati repugnat. Solus autē Deus est actus purus. Vndē in solo Deo sua substantia est suum esse, & suum agere.

D. 1.18.

qm̄ intelligere angelicū nō est purum intelligere, sed tale. Si uero intelligatur de intelligere contracto, nihil aliud infertur, q tale intelligere, puta Gabrielis est unū spē & numero, quemadmodū substantia eius. Et sic ultima consītia. f. q unus angelus nō distingueretur ab altero, nec à Deo, nihil ualeret. Similiter intelligere quouis modo supponat, dupliciter contingit, q subsistat .f. formaliter & identicè: formaliter qdē, si ex perfectione propria vēdicat sibi subsistere, identicè uero, si subsistere nō scđm propriā rōnē sibi conuenit, sed ex eo cui coniungitur. Exemplum vtriusq; modi habes in casu posito, si albedo & nigredo subsisterent. Tunc.n. color quidem subsisteret identicè, albedo & nigredo formaliter. [illegible]

[illegible]

di, sed maximè propositū clarificat. Tū, q de abstractione cōceptus ex parte rei, & nō ex parte nostri tñ, est sermo. Tū, q a nobis occulta hæc, hoc mō insinuant. Quēadmodū.n. [illegible] abstractio nō multiplicatur si sola sumatur, ita & si scđm se i seipsa subsistere ponatur, multitudinem excludere manifestatur. [illegible]

A ratio uitalis circa uerū, uel aliqd simile. [illegible] differentiæ alicuius superioris accipiēdæ sunt illæ, quæ diuersificant id, ex quo illud superius formaliter constat. Differentiæ enim animalis sunt quæ diuersificant illud, quatenus sēsitiuū. Et sic, quia intellectio cōstat ex se non absolubili à tali obiecto. [illegible]

¶ Præt. Si itelligere angeli esset sua suba oporteret q intelligere angeli esset subsistens. Intelligere āt subsistēs non potest esse nisi vnum, sicut nec aliquod abstractū subsistens. Vñ vnius angeli substantia nō distingueretur, neq; à substātia Dei, q̄ est ipsū intelligere subsistēs, neq; à substantia alterius angeli. Si ēt angelus ipse esset intelligere, nō posset esse gradus in intelligendo pfectius & minus perfectè, cū hoc contingat pp diuersam participationē ipsius itelligere.

AD PRIMVM ergo dicendum, q cum dr, q intellectus agens est sua actio, est prædicatio non p

[illegible]

alia tamen ratione formali obijcitur utrique: actus quidē intelligendi ut species ueri, uolēdi uero ut species boni. Vndē nō est idem obiectum formale utriusque. Hæc de primo.

[illegible]

eſſentiam, ſed p cõcomitantiã: qa cũ ſit in actu eius ſubſtã, ſtati quãtũ eſt in ſe cõcomitaꝛ ipſã actio. Q̃ñ nõ eſt de itellectu poſſibili* qui non hẽt actiones niſi poſtquã fuerit factus in actu. Ad II. dicẽdũ, ꝙ uita nõ hoc mõ ſe hẽt ad viuere: ſicut eſſentia ad eſſe, ſed ſicut, curſus ad currere[c] quorũ vnũ ſignificat actũ

in abſtracto, aliud in cõcreto. Vñ nõ ſequiꝛ, ſi viuere ſit eſſe, ꝙ vita ſit eſſẽtia. Quãuis ẽt q̃ñ que vita ꝓ eſſẽtia ponaꝛ: ſꝫm ꝙ Aug.* dicit in li. de tri. ꝙ memoria & intelligẽtia, & volũtas sũt vna eſſentia, vna vita: ſed ſic nõ accipiꝛ à Philoſopho cũ dicit, ꝙ actio intellectus eſt vita. G

Ad III. dicendũ ꝙ actio

per accidens, ſed ſemper ſunt conditiones eſſentiales rerũ. Tũ, F quia hoc ſolo modo poſſet dici, ꝙ intelligere ſubſiſtit ꝑ accidẽs quia identitas cũ ſubſtantia nõ cõuenit ſibi ex parte ſui, ſed ex parte ſubſtãtiæ. Sed hoc extraneum erat à propoſito, quia ſubſtantia angeli iam declarata eſt, quòd eſt res finitæ ꝑfectionis ꝙ nõ eſt actus purus, ac per hoc non habet in ſe, vnde vendicet ſibi identitatẽ cũ oĩ eo, quod ſibi conuenit. Propter has. n. conditiones, ſubſtantia Dei eſt quicquid habet, & per hoc ſtatim patet rñſio ad obiecta, et in quo cõſiſtit vis S.T. Quauis. n. ſit rõ ducens ad impoſſibile: medium tñ ſit per quo firmatur, eſt cauſa concluſionis. Fundatur. n. ſuper quantitate ꝑfectionis ipſius intelligere angeli: & intendit ꝙ ſi tantæ perfectionis eſt, vt ſibi vendicet ſubſtantialitatẽ, nõ cõpatieꝛ ſecũ multitudinẽ, ſed erit vnũ tñ. Et probat ſequelã, quia ſic ſubſiſteret in ſua abſtractione: oĩno aũt abſtractũ ſubſiſtẽs vnũ tñ eſt. vñ manifeſtè patet ex dictis, ꝙ nihil obſtat diſtinctio & ſubſiſtere idẽticè & formaliter inc de intelligere tali. Ergo cathegorica illa ſic accipitur, intelligere ex ſua ꝑfectione ſubſiſtens, non eſt niſi vnũ.

¶Ad primã aũt dubitationem dr, ꝙ cõſequẽtia illa intendit de ſubſiſtere in ſe, ſeu abſtractè. Et ꝙ categorica eius nõ eſt iſta: ſubſtantia eſt ſubſiſtens in ſe præciſe, ſed iſta: ſubſtantia angeli puta Gabrielis, eſt ſubſiſtens in ſeipſa, qm ꝑdicatum antecedẽtis eſt totum hoc. ſ. ſubſtãtia angeli, ut patet in litera. Sed hoc nõ ſaluat cõſequentiã: qa ſcdm hoc nõ ſequeretur, ergo intelligere angeli, eſſet ſubſiſtẽs in ſeipſo intelligere, ſed I ſeipſa ſubſta angeli. Cũ tñ cõſtet, ꝙ primũ oportet inferre, & nõ ſcdm tñ, ut ex dictis patet. Quòd aũt ſophiſma amphibologiæ hic cõmitteret, exemplo declaratur ſuppoſito: Albedine. n. ſubſiſtẽte, color eſſet res ſubſiſtẽs in ſeipſa, quia eſſet albedo q̃ in ſeipſa ſubſiſteret, nõ. tñ color in ſeipſo eſſet ſubſiſtẽs, ſed in albedine contractus. Et ſimiliter ſubſtãtia, cõe ꝑdicatũ Deo & creaturis, eſt ſubſtantia Gabrielis, quæ in ſeipſa ſubſiſtit: nõ tñ ſequitur: ergo eſt in ſeipſa abſtractè ſubſiſtens. Et ſi dicatur, ꝙ iſtæ inſtantiæ non habent locum in propoſito, quia conſtat liquido, ꝙ intelligere & ſubſtãtia nõ poſſunt ſe habere ſicut ſuperius & inferius, quia neutrius dr̃ alterius eſſe poſſunt per ſe: facile hoc retunditur obiiciendo ꝙ quis hoc conſtet, non tñ conſtat quin intelligere & ſubſtãtia immaterialis ſe habeant ſicut ens & bonũ, quorũ ꝑ ſe differentiæ quis ſint aliæ formaliter identicè tñ coincidunt. Et ſic, quẽadmodũ nõ ualet, bonitas eſt idem qđ ſubſtantia angeli quæ ſubſiſtit in ſeipſa, ergo eſt ſubſiſtẽs in ſeipſa, ita nec de intelligere. I Aliter ergo dđm eſt, prænotando q̃ hi duo modi ſubſiſtendi ſe habeant adinuicẽ, & in ordine ad ſubſtantia. Subſiſtere igiꝛ in alio, vt animal in homine, & ſubſiſtere in ſeipſo, vt homo ſi ſubſiſteret ſeparatus, ſe habent vt impeꝛfectum & ꝑfectum in eodem gñe. Perfectius namq; lõge eſt in ſeipſo ſubſiſtere, quàm ab alio ſubſiſtentiam mendicare vt de ſe patet, & ut prius & poſterius, quia id quod eſt per ſe in quolibet genere, prius eſt eo quod eſt per aliud, vt patet ſcđo phyſicorum tex. 66. Cõparantur autem hæc ad ſubſtantiam hoc pacto, ꝙ eſſe ſubſtantiã ſequitur ſubſiſtere, ſiuè in ſe, ſiuè in alio, niſi imꝑfectio, puta q̃ eſt pars ſubſtantiæ, magis, quàm ſubſtantia prohibeat. Eſſe aũt ſubſtantiam ꝑfectibilem formaliter, vel contrahibilẽ indiuidualiter, ſequitur ſubſiſtere in alio. Eſſe verò ſubſtantiam ſic cõpletam, vt excludat cõtrahẽs omne tã formale quàm materiale, ſequitur ſubſiſtere in ſeipſo. His autem ſtantibus dicitur, quod K quẽadmodũ in antecedente duo continentur, alterum explicitè. ſ. ſi intelligere angeli eſſet ſubſtantia. & alterum implicitè. ſ. ſi intelligere angeli eſt tãtæ perfectionis ꝙ vẽdicet ſibi eſſe ſubſtantiam: ita in conſequente duo intelligenda ſunt, alterũ explicitè. ſ. ergo eſſet ſubſiſtens accipiendo ly ſubſiſtens cõmuniter, alterũ implicitè. ſ. ergo in ſeipſo ſubſiſteret, & ſicut explicitum ſequitur ex explicito: ita implicitum ex implicito. Et quòd in antecedente illud contineatur, ex dictis patet, & ex eo quia per ſe notũ eſt, ꝙ iſtæ duæ ꝑfectiones ſimpliciter, ſcdm ſe diſparatæ ſunt. Nec habent ex proprijs rationibus, nec ex eo ꝙ ſunt perfectiones ſimpliciter, vnde iungantur: ſed ſi iungunt, ex magnitudine ꝑfectionis alterius vel vtriuſque prouenit. Quòd autem ex implicito hoc, ſequatur illud, ex duobus patet. Primò, quia ſi intelligere ponitur tantæ perfectionis, ꝙ vendicet ſibi ꝑfectiſſimam naturam, qualis eſt natura ſubſtantiæ, cõſequens eſt, ꝙ vendicet quoq; ſibi perfectiſſimum modũ illius naturæ,

qualis natura eſt ſubſiſtere in ſeipſo. Secundo, quia cũ intelligere perfectio ſimpliciter ſit, ac per hoc independens à materia ſcdm rõnem, & ſcdm eſſe: ſi cum tanta perfectione infra ꝓpriã rõnem ponitur in rerũ natura, ut vendicet ſibi identitatem, eſt tam perfectiſſima naturã & extranea ab ipſo ſcdo ſeſẽ fortiori ſupponiꝛ eſſe tantæ perfectionis, quod excludat à ſe determinabilitatem formaliter & materialiter q̃ñ utraque intꝑfectionẽ importat: ac per hoc ꝙ ſi de ordine rerum non mẽdicatum eſſe ab aliquo contrahente. Et in talibus manifeſtè patet conſequentia, quia ſi eſt ſubſtãtia non poteſt eſſe niſi ſubſtantia ſic perfecta, ꝙ non expectet eſſe à contrahente, & cõſequenter oportet ꝙ ſubſiſtat in ſeipſo. Accipiendo igitur conſequentiam tam ſecundum id quod explicite, quàm id qđ implicitè continetur: quoniã prædicatum conſequentis non eſt ſimplex, ſed duo continet. ſ. ſubſiſtere in ſeipſo, prædicatum quoque antecedentis compoſitum oportet eſſe. Et ſic categorica eius erit quaſi de copulato ſubiecto & ꝑdicato, & erit iſta. Subſtantia ex tanta perfectione, eſt ratio ſubſiſtendi in ſeipſo. *ſ. lib. de Trinit. cap. 4.

¶Ad quartum dubium dicitur, ꝙ ſubſiſtere accipitur dupliciter, vno modo vt ſignificat tãtum affirmationẽ eſſendi in rerũ natura, & negationẽ ſuſtentationis in alio quocunque. Alio modo, ſubſiſtere importat quendam naturalẽ entis modũ, cui naturaliter annexæ ſunt talis negatio & talis affirmatio. In propoſito non eſt ſermo de ſubſiſtere primo modo, ſed ſecundo. Quia de ſubſiſtẽtia naturali ipſius intelligere loquimur. quæ ſubſtantialitas eſt, & perfectionem ſimpliciter ponit, & non niſi ex perfectione ſumma ipſius intelligere ſibi conuenit. Vnde ad obiectionem in oppoſitũ dicitur, ꝙ ſi intelligere naturaliter ſubſiſteret, eſſet tantæ perfectionis, qũ tũ poteſt hẽre actus intelligendi, qm nulla limitatione propriæ latitudinis modificaretur, quemadmodum humanitas ſubſiſtens apud Platonẽ, totã hominis perfectionẽ ſibi vendicaret. Et conſequenter, cũ intelligere ſit ꝑfectio ſimpliciter, ac ꝑ hoc nata ſit eſſe infinitæ perfectionis ſimpliciter, oporteret ꝙ intelligere ſubſiſtens eſſet infinitum: ac per hoc identificaret ſibi omnem aliam perfectionẽ ſimpliciter. & ſic eſſet Deus ipſe. Vnde falſum eſt, ꝙ ſi intelligere ſubſiſtere, ꝙ eſſet ſic purum intelligere, ꝙ nõ eſſet velle, immo eſſet. & velle, & uoluntas, & deitas &c.

Ad cõfirmationẽ verò dr̃, ꝙ æquiuocat de ſubſiſtere: quãuis. n. ſubſiſtere primo modo perfectionẽ non augeat intrinſecẽ, vẽdicare tñ ſibi ſubſiſtentiam, magnã ꝑfectionẽ ponit & in perfectionibus ſimpliciter arguit perfectionem infinitam. Quod et ex eo patet, quia cum intelligere ex propria ratione non ſit de genere ſubſtãtiæ, ſi tãtæ perfectionis eſt, ut hanc ꝑfectionẽ ſimpliciter quæ eſt eſſe, ſubſtantiam ſibi vendicat, par 16 eſt, vt eadem perfectione ſua, omnem aliã perfectionẽ ſimpliciter ſibi identificet quæ enim eſt maior ratio de iſta quàm alia, & ſic intelligere eſſet actus purus &c. Et hæc diſtinctio de ſubſiſtere cum hac confirmatione vltima, eſt notãdã, quoniã ex illa Scotiſtæ: ex iſta verò Auerroiſtæ retunduntur.

¶Tertia rõ eſt iſta. Si intelligere angeli eſſet ſubſtantia, nõ poſſent eſſe gradus in intelligendo perfectè, & minus ꝑfectè. Probatur conſequentia, quia tales gradus attenduntur ſecundum diuerſam participationem ipſius intelligere.

¶Circa iſtam rõnẽ, primò notandus eſt ſenſus conſequẽtis. nã conſequens illarum, poteſt habere duos ſenſus. Alter eſt, ꝙ in eodem angelo nõ poſſit eſſe intelligere ꝑfectius & minus perfectè: & ſic cõſequentia plana eſt, quia ſubſtantia vnius & eiuſdẽ angeli, nõ ſuſcipit magis & minus: ſed quomodo cõſequẽtiam poſſibile non video: cum nulla ratio appareat cogẽs ad diuerſitatem magis & minus intelligendi in eodẽ angelo. Alter igiꝛ & intentus ſenſus à S.T. eſt, quòd nõ eſſent diuerſi gradus intelligendi ſimpliciter. Et confirmatur iſta conſequentia ſuprà præcedente ratione, quoniam ſi intelligere ſubſiſteret, non eſſet niſi vnũ ac ꝑ hoc excluderet diſtinctionẽ in multos gradus. ¶Scđo circa hac rõnẽ dubitaꝛ, quia nõ vr̃ cõſequentia valere formaliter, nõ ualet, ſubſtãtialitas ẽ ſubſtãtia, ſed ſubſiſtit, ergo nõ diſtinguitur in diuerſos gradus ſubſtãtiæ. Et tñ ſubſtantialitas eſt perfectio ſimpliciter, ſicut & intelligere. Quòd aũt non valeat de ſubſtantialitate cõſequentia hæc, de ſe patet, quia ſubſtãtialitas in oĩbus angelis & cõpletis ſubſtantijs, ſed tanta graduum diuerſitate ſcdm magis & minus perfectum inuenitur. ¶Ad

b 592

112 164 c

quæ trãſit in aliqđ extrinſecũ, eſt realiter media inter agẽs & ſubiectũ recipiẽs actionẽ. Sed actio q̃ manet in agente, nõ eſt realiter medium inter agens & obiectũ, ſed ſꝫm modũ ſignificãdi tñ. Realiter verò cõſequitur unionẽ obiecti cum agente. Ex hoc. n. ꝙ intellectum ſit unum cum intelligente, conſequiꝛ intelligere quaſi quidam effectus differens ab utroque. B

ARTICVLVS II.

Vtrum intelligere angeli ſit eius eſſe.

AD SECVNDVM ſic procediꝛ. Videtur, ꝙ intelligere angeli ſit eius eſſe.[b] Viuere. n. uiuẽtibus eſt eſſe, ut dicitur in 2. de Anima.* Sed intelligere eſt quoddam uiuere, ut in eodem dicitur.† Ergo intelligere angeli eſt eius eſſe. C

¶2 Præt. Sicut ſe habet cauſa ad cauſam, ita effectus ad effectũ. Sed forma per quam angelus eſt, eſt[h] eadem cum forma, per quam intelligit ad minus ſeipſum. Ergo eius intelligere eſt idem cum ſuo eſſe.

SED CONTRA. Intelligere angeli eſt motus eius, vt patet per Dionyſium * 4. c. de diui. nomi. Sed eſſe nõ eſt motus. Ergo eſſe angeli nõ eſt itelligere eius.

RESPON. Dicendũ, ꝙ[m] actio angeli non eſt eius eſſe, neque actio alicuius creaturæ.[n] Duplex. n. eſt actionis genus, ut dr̃ 9. metaphyſicorũ.* Vna. ſ. quæ tranſit in aliqđ exterius, inferẽs ei paſſionẽ, ſicut urere & ſecare. Alia uerò actio eſt q̃ non trãſit in rem exteriorẽ, ſed magis manet in ſeipſo agente:[c] ſicut ſentire,[d] intelligere & uelle. Per hmõi. n. actionẽ nõ immutatur aliqđ extrinſecũ, ſed totũ in ipſo agẽte agiꝛ. De prima ergo actiõe manifeſtũ eſt, ꝙ nõ põt eſſe ipſum eẽ agẽtis. nã eſſe agẽtis ſignificatur intra ipſum: actio ãt talis ẽ efflux[9] in actũ ab agẽte. Secũda aũt actio de ſui rõne hẽt iſinitatẽ uel ſimpliciter, uel ſꝫm qđ. Simpl'r quidẽ ſicut intelligere, cuius obiectũ eſt[a] uerũ, & uelle, cui[9] obiectũ eſt bonũ. Quorũ utrũq; cõuertiꝛ cũ ente. Et ita intelligere & uelle, quãtũ eſt de ſe, habent

¶Ad hoc breuiter dicitur, ꝙ conſequentia eſt optima formaliter & ꝙ ſi ſubſtantialitas in ſua abſtractione ſubſiſteret, nõ eſſet niſi vna, nec cõpateretur graduũ diuerſitatẽ. Sed argũ fallit, q̃ñ de ſubſtantialitatis ſubſiſtere æquiuocat: dupliciter. n. contingit. Vno modo, ꝙ ex ſua perfectione quã dicit, præcidendo ab omni miſtione imperfectionis, ſic abſtracta ſubſiſtat: & hoc mõ, ut dictũ eſt, nõ eſt niſi vna. Alio mõ ut ad miſtũ hẽt aliqđ imperfectionis ex eius ꝑ ſe differentiis diminutis, quales ſunt oẽs dñæ in gñe ſubſtantiæ, & ſic ꝑre dicte obiectio. Et iõ nõ eſt contra ꝓpoſitũ. Habetaũt ſola iſta ꝑfectio ſimpliciter, ſ. ſubſtantialitas utrumq; modũ ſubſiſtẽdi poſſibilẽ: quia oẽs differentiæ & modi per ſe illius, conſtituunt ſubſtantiã aliquã in aliquo eſſe ſubſtantiali, & conſequenter ſubſiſtente.

SVPER QV. LIIII. ARTIC. II.

Titulus clarus. ¶In corpore articuli quatuor facit. Primò, ꝓponit cõcluſionẽ tñlẽ. ſ. ꝙ neq; actio angeli neq; actio alicuiꝰ creaturæ eſt ſuum eſſe. Secundò diſtinguit duplex genus actionis. ſ. immanẽtia & trãſeuntis. Tertiò, ꝓbat concluſionem propoſitam, quo ad actionem trãſeuntẽ. Quartò, quo ad actionẽ immanentem. Et mediũ quidẽ aſſumptũ ad ꝓbandũ de actione tranſeunte eſt: qa eſt effluxus ab agente, in actũ, eſſe aũt ſignificatur. i. eſt res ſignificata intra ipſum agens: ut & ſignificatio oſtendit. ly. n. ſignificatur, ex parte rei ſe tenet, & non tñ ex parte modi ſignificandi. De actione aũt immanẽte medium eſt: quia actio immanẽs eſt infinita ſimpliciter, uel ſecundum quid, i. in aliquo genere: eſſe autem cuiuſque rei, eſt finitum & determinatum ad certum genus, & ad certã ſpeciem rei, cuius eſt: ergo non ſunt idem. Maior declaratur diſtinguendo duplex genus actionis immanentis: alterum pertinens ad partem intellectiuam: alterum ad partem ſenſitiuam. Primum. n. eſt infinitum ſimpliciter, quia obiectũ eius ad omnia ſe extendit. Secundùm uerò eſt infinitum ſecundũ quid: quia obiectum eius ad quaſdam tantum ſpecies ſe extendit, & omnia clara ſunt in litera.

¶Circa hanc rõnem aduerte, ꝙ operatio immanens dupliciter ſumi poteſt. ſ. in cõi, puta intelligere, uidere &c. Et in ſpeciali, ſeu contractè ad tale uel tale ſubiectum, puta intelligere humanũ, uidere bouinũ &c. In propoſito nõ eſt ſermo de iſtis in cõi, quia ſic non eſſet dña inter ea, & eſſe in cõi: ſed eſt de eis ſermo ut contractæ ſunt ad ſubiecta. Ita ꝙ intendit, ꝙ quia eſſe humanũ eſt certa ſpecies, intelligere uerò humanum, nõ ſed eſt infinitum, iõ non ſunt idem. Aduerte ſecundo, ꝙ determinari ſeu eſſe in aliqua ſpecie, contingit dupliciter: uno mõ per accidens, ſeu extrinſecè. Alio mõ per ſe, & intrinſecè. In ꝓpoſito, non eſt ſermo de ſpecificatione extrinſeca, ſeu per accidens, quia ſic rõ nihil ualeret, ut patet diſcurrenti faciliimè. Sed de ſpecificatione intrinſeca & eſſentiali, ita ꝙ intendit, ꝙ quia eſſe humanum eſt eſſentialiter determinatũ ad ſpeciem hominis, intelligere uerò humanum non eſt eſſentialiter in ſpecie humanis, ſed eſſentialiter põt ſpecificari ab omnibus ſpeciebus entis, ſeu ueris: per hoc, eſt infinitum & indeterminatũ ſimpliciter, iõ nõ ſunt idem. & ſimile eſt in alijs. Et ex hoc patet, ꝙ

conformiter S. Th. diximus in præcedenti articulo, non admittendo intelligere eſſe ſpeciem atomam. Si. n. eſſet perfectio indiuiſibilis formaliter, tam eſſet determinatum ad certã ſpeciem eſſentialiter: ſuper cuius oppoſito fundatur hæc ratio.

¶Circa fundamentum huius rationis dubium eſt: quia duplex credi põt. ſ. vel hoc, Quorumcumque ſunt diuerſæ eſſẽtiales differentiæ ſpecificæ, illa diuerſæ ſunt res: Vel hoc, Ea quorum alterũ eſt certæ ſpeciei, alterum uerò ad plures ſpecies eſſentialiter determinari põt: ſunt diuerſæ res. Et ſi quidẽ prima ꝓpoſitio fundamentũ huius rõnis eſt, cõcedere oportet omnem diſtinctionẽ formalẽ & ſpecificam eſſe realem: quod nec à Thomiſtis tenentibus relationẽ eſſe idẽ fundamẽto, acceptatur. Nec uidetur cõſonũ doctrinæ S. Thomæ, quoniam ſicut bonũ diſtinguitur formaliter ab ente, ita ſpẽs boni & differentiæ ꝑ ſe boni à ſpeciebus & differentiis entis diſtinguuntur formaliter, & tamẽ ſunt idẽ realiter. Si uerò propoſitio hæc falſa dicatur, & ſuper ſecunda propoſitione fundetur proceſſus iſte, redit rurſus ambiguitas ſimilis, & fortè maior. Tũ, quia ſecunda ꝓpoſitio non differt à prima niſi penes unum. Quoniam in prima alietas tãtum ſpecificarum differentiarum enunciatur cũ diſtinctionis realis. In ſecunda uerò alietas & pluralitas, quia. ſ. ex una parte eſt D una differentia conſtituens, ex alia uerò parte ſunt plures differentiæ ſpecificæ: ſic. n. ſe habent eſſe humanum & intelligere: difficile autem ualdè uidetur unde habeat pluralitas differẽtiarum aliarum, ꝙ faciat diſtinctionem realem à ſe unius alius differentiæ, ſi unitas alius differentiæ ad hoc non ſufficit. Quia pluralitas iſta, nihil aliud operaꝛ, niſi ꝙ id cui conuenit, ſe habeat ut natura generica, quemadmodum unitas differentiæ facit, ꝙ res cui conuenit, ſe habet ut natura ſpecifica. Nec apparet ratio aliqua quare res unius ſpeciei non poſſit eſſe idem cum re naturæ genericæ alterius ordinis, ſi poteſt eſſe idem cum re naturæ ſpecificæ alterius ordinis. Tũm, quia nec propoſitio poteſt acceptari à prædictis Thomiſtis, quoniam aliàs eſt unius certæ ſpeciei relatio autem quæ ponitur identificata illi, ad multas indifferens eſt ſpecies, quoniam diuiditur in relationem ſimilitudinis & diſſimilitudinis &c. Et confirmatur, E quia cuicumque non repugnat pluralitas differentiarum ſpecificarum, illi nec repugnat magis tres quàm quatuor aut decem differentiæ. Et propterea, ſi una res eſſe poteſt, & tamẽ eſſe in duabus ſpeciebus, non minus una res eſſe poterit, & eſſe in omnibus ſpeciebus uniꝰ generis.

¶Ad hoc dubium dicitur, quòd proceſſus San. Tho. *directè* & proximè ſuper ſecunda propoſitione fundatur, abſque prima tamen negatione: ita ꝙ proximum fundamentum eſt hæc propoſitio. Determinatum eſſentialiter ſecundùm eſſe ſpecificum, non eſt res determinabilis eſſentialiter per plura eſſe ſpecifica. Quæ propoſitio uidetur eſſe per ſe nota, aliqn, una metres eſſet eſſentia completa formaliter ultimo complemẽto formali, & non eſſet cõpleta ultimo cõplemẽto formali, qđ implicat cõtradictoria ſimul. Et licẽt in hoc nõ referat utrum res ponatur determinabilis ꝑ unũ eſſe ſpecificũ, aut per plura, quemadmodũ natura generica per plura ſpecificatur, ſequuntur tamen plura impoſſibilia ex ſecundo, quàm ex primo.

Perυſſa per totam.

276 4. cont. c. 11. Et po. q. 10. ar. 1. ad 1.

Fer. 4. cont. c. 11. Scot. 2. ſ. d. 3. q. 8. Duran. 2. ſ. d. 3. q. 6. Aureo. 2. ſ. d. 4. q. 1. Banne ar. 2.

* Tex. 37. tom. 2. † Lib. 2. de Anima tex. 13 tom. 4.

* Cap. 4 par. 1. a medio.

Concl. m.

* Lib. 4. Met. text. 16. tom. 3.

D. 1112. 81 a 140 23j

D. 712

Quoniam ſi ponitur ꝙ res ſpecifica unius ordinis, eſt identicè res ſpecifica alterius ordinis, nõ ſequitur niſi hoc, ꝙ determinatũ eſſentialiter ultima determinatione formali, eſt determinabile eſſentialiter alia determinatione formali:& ſic eſſet determinatũ ultimatè,& non determinatũ ultimatè. Si uerò ponitur, ꝙ res ſpecifica vni⁹ ordinis, eſt idẽticè res generica alterius ordinis, ꝑter prędictũ incõueniẽs ſequunt̃ duo alia, ſ. ꝙ determinatũ formaliter ultima determinatione eſſet natura formabilis eſſentialiter multis differentijs:& ꝙ eſſet duę naturæ oppoſitæ, quia eſſet idẽ cũ duabus differẽtijs extremis, diuidẽtibus rẽ illam genericã. Sicut ſi ſuperficies eſſet natura coloris, ſequeretur ꝙ una & eadẽ ſuꝑficies eſſet albedo & nigredo. Quia oĩs ſuperficies eſſet identicè color, ac ꝑ hoc, hæc ſuperficies eſſet non ſolũ talis color, puta albedo: ſed eſſet identicè oĩs color, qd implicat cõtradictionẽ. Sicut ſi qs poneret colorẽ ſignificare unũ numero, & tñ eẽ genꝰ. Ex hoc patere poteſt, ꝙ q̃uis ambæ ꝓpoſitiones uerę forẽt ſint, ad propoſitũ tñ nõ ſpectãt de neceſſitate. Niſi illæ quæ de identitate & diſtinctione inter rem ſpecificam & rem genericam alterius ordinis loquuntur, quæ habent maiorem euidentiam.

* Cap. 4. par. 1. parum ante medium.

280

162

ſe ad omnia, & utrunque recipit ſpeciem ab obiecto. Secundùm quid autem infinitum eſt ſentire, quod ſe habet ad omnia ſenſibilia, ſicut uiſus ad omnia uiſibilia. Eſſe aũt cuiuslibet creaturæ, eſt determinatum ad unum ſm genus & ſpeciẽ. Eſſe aũt ſolius Dei, eſt ſimpl'r infinitum, in ſe oĩa comprehendens, ut dicit Dion. 4. c.* de diui. nom. Vndè ſolùm eſſe diuinum, eſt ſuum intelligere, & ſuum velle.

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ uiuere quãque ſumitur pro ipſo eſſe uiuentis, quandoq; uerò ꝓ operatione uitæ. i. per quã demonſtratur aliquid eſſe uiuẽs.* Et hoc modo Philoſophus dicit, quòd intelligere eſt uiuere quoddam. Ibi enim diſtinguit diuerſos gradus uiuentium ſecundùm diuerſa opera uitæ. H

Ad II dicendum, ꝙ ipſa eſſentia angeli eſt ratio totius ſui eſſe, non autem eſt ratio totius ſui intelligere, quia non omnia intelligere poteſt per ſuã eſſentiam.ᶠ Et iõ ſm propriã rõnem, inquantũ eſt talis eſſentia, com

¶ Vndè ad obiectiones in oppoſitum, nihil aliud puto eſſe dicẽdũ, niſi quòd ſermo præſens limitandus eſt duabus uel tribus conditionibus. Prima eſt, ꝙ hic loquimur de differentiis realibus. i. addentibus aliquam rationem realem. Et per hoc excluduntur obiectiones de bono & ſibi ſimiles: quoniam nõ addunt rem realem, ſed relationem rationis tñ. Secũda eſt, ꝙ loquimur de identitate per ſe, quoniam per accidens excluditur ab arte. Et per hoc excluduntur imaginationes eorum, qui loquuntur in arte, fingentes aliqua eſſe eadem realiter, & eandẽ rem eſſe eſſentialiter determinatam ultima differentia: & determinabilem alia ultima differentia alterius ordinis: hoc. n. per ſe loquendo non eſt intelligibile. Per accidens autem, ꝙ dato ꝙ non implicaret contradictionem, nulla tamen ratione tale per accidens poni uidetur, quoniam natura quantum poſſibile eſt, horret per accidens, & ad per ſe ſemper intendit. Tertia conditio eſt ab aliis apponenda, qui relationem tenent idem cum fundamento, ſ. ꝙ ſermo præſens eſt de abſolutis. Sed aduertant qui hanc apponunt tertiam conditionem, quomodo prædicta inconuenientia, & maximè tertium, poſſint euadere. cum prædicta non gratia materiæ abſolutè uel reſpectiuè, ſed ex rationibus ultimæ differentiæ generis & ſpeciei, quæ cõmunia ſunt abſolutis, & reſpectiuis, deducta ſint. I K

SVPER QV. LIIII. ARTIC. III.

Cap. 2. d. 3. q. 2. con. 2. Et Primo d. 3. q. 3. con. 5.

In titulo notandum eſt, quòd cum potentia ſit principium actiuum, uel paſſiuum operationis, duo in ſe claudit, ſcilicet relationem principij, & rem abſolutam, quæ eſt proxima ratio agendi uel patiendi. In propoſito, non eſt quæſtio de relatione, ſed de re abſoluta. Ita quòd ſenſus tituli eſt, utrum potẽtia pro reſpectu, pro re abſoluta, quam ſignificat, ſit idem cum ſubſtantia angeli.

¶ In corpore unica eſt cõcluſio reſponſiua negatiuè, & eſt uniuerſalis tãm de angelo, q̃ de quacunq; creatura. ſ. Nulla uirtus operatiua ſiue angeli, ſiue cuiuſcunque creaturæ, eſt eius ſubſtantia, & probatur ſic. Nullius creaturę eſſe eſt ſua operatio: ergo nullius creaturę ſubſtãtia eſt ſua potẽtia operatiua. Anteceđs patet ex præcedente articulo: conſequentia uerò declaratur, quia ſecundũ diuerſitatem actuum, oportet eſſe diuerſitatẽ potentiarũ propriarum: qa unuſquiſq; actus proprius, rñdet ꝓpriæ potentiæ: ſed operatio & eſſe ſunt actus diuerſi, quorum ꝓpriæ potentiæ ſunt ſubſtantia & uis operatiua. ergo ſubſtantia & potentia operatiua ſunt diuerſæ. F

paraĩ ad ipſum eſſe angeli. Sed ad eius intelligere comparatur ſm rõnem uniuerſalioris obiecti. ſ. ueri uel entis. Et ſic patet ꝙ licẽt ſit eadem forma, non tñ ſecundum eandem rõnem eſt principium eſſendi, & intelligẽdi. Et propter hoc non ſequitur, quòd in angelo ſit idem eſſe & intelligere. G

Articvlvs III.

Vtrum potentia intellectiua angeli, ſit eius eſſentia.

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur ꝙ uirtus, uel potẽtia intellectiua in angelo, nõ ſit aliud quàm ſua eſſentia.ʰ Mens enim & intellectus, nominant potentiam intellectiuam. Sed Dionyſ.* in pluribus locis ſuorum librorum nominat ipſos angelos intellectus & mentes. Ergo angelus eſt ſua potentia intellectiua.

¶ 2 Præt. Si potẽtia intellectiua in angelo eſt aliquid ꝑter eius eſſentiã, oportet quòd ſit accidens. Hoc. n. dicimus eſſe accidẽs alicuius, qđ eſt ꝑter eius eſſẽtiã. Sed formaʰ ſimplex ſubie

¶ Circa rõnem prædictã, ex multis capitibus occurrit dubiũ. Et primò, in illa propoſitione, Diuerſitas actuũ, exigit diuerſitatẽ potẽtiarũ. Aut. n. eſt ſermo de diuerſitate abſolutè, aut tali. Si abſolutè, nil concludit: qa diſtinctio ĩ principiatis, nõ ſtert diſtinctionẽ in principiis, niſi forte diſtinctionẽ formalẽ potentiarũ, quæ non ſufficit propoſito. Si de tali, aut de forma li, & ſic etiam nõ inſert propoſitum: aut de reali, & ſic eſt falſa manifeſtè: quia cum diuerſitate reali actuum, ſtat unitas potentiæ, ut patet in potentia uiſiua: & alia, immò etiam contrariete reali actuum, ut patet 2. Cœli. com ment. 18. Rurſus, aut eſt ſermo de omni actu, aut de tali: ſi de omni, manifeſtè ſequitur proceſſus in infinitum, quoniam ipſa potentia operatiua, actus quidã eſt apud teicum accidẽs ponatur & ſubiectiuè in anima. Et ſic, ſi vnuſquiſque actus exigit propriam potentiam, præerit alia potẽtia prior: & cum illa quoque eſſet actus quidam, præexigeret aliã priorem, & ſic in infinitum. Si uerò de actu tali, non facile erit aſſignare qualis ſit. Si enim dicitur, quòd eſt ſermo de actibus ultimatis, deprehenditur quòd hic eſt fuga quædam, ex eo, quia ſic actus ultimatus inquãtum actus ultimatus eſt, haberet hãc proprietatem, ſcilicet exigere potentiam propriam. Sed hoc eſt falſum: quoniam ut patet in 12. Metaphyſic. & 2. de anima & 3. Phyſico. quilibet actus qui per ſe fit, fit in propria potentia. Conſtat autem quòd non omnis actus qui eſt per ſe terminus actionis, alicuius eſt actus ultimatus, quoniam omnis forma accidentalis abſoluta, ad aliquam operationem ordinatur. Si uerò dicitur, quòd eſt ſermo de actu tali, ideſt de actu per ſe expectato ab eo cuius eſt actus, deprehẽditur falſum hoc eſſe, ex dicto Sancti Thomæ hic ſubſumentis ſub iſtis propoſitionibus, quòd eſſe eſt talis actus reſpectu eſſentiæ. Conſtat enim ꝙ eſſentia non expectat eſſe, nec aliquod mediat fieri ad contingendum talem actum tali potentiæ: ſed eadem generatione generantur & corrumpuntur. Eſt & tertia ratio dubitandi, ex ꝓpoſitionibus ſubſumptis ſcilicet. Eſſentia eſt propria potentia reſpectu eſſe, & potentia operatiua reſpectu operari. Si enim hæ propoſitiones ueræ ſunt cum antedictis, manifeſtè ſequitur, quòd quemadmodum operari & eſſe diſtinguuntur ſemper formaliter & realiter: ita etiam ſemper omnis eſſentia diſtingueretur realiter ab omni operatiua potentia: quod implicat contradictionem. Tũm, quia nulla eſſentia alicuius formæ accidentalis eſſet potentia operatiua, & ſic calor non eſſet potentia calefactiua. Tũm, quia nulla potentia operatiua haberet eſſe quia non eſſet eſſentia.

Potentia per ratum.

277 Inf. q. 79. a. 1. con. & q. 79. a. 1.

* Cap. 7. & 4. & 6. no. & 12. cœleſt. hier.

¶ Circa concluſionem ipſam, multæ ſunt dubitationes, & obiectiones, ꝓ quãto ponit ꝙ nulla ſubſtãtia creata eſt immediatũ principiũ alicuius operationis. Quoniã, aut uniuerſaliter intelligit de principio tam actiuo q̃ paſſiuo, aut de actiuo tantùm. Si de

Si de vtroq;, ſequitur ꝙ ſubſtantia nullius tranſmutationis ſit ſubiectum proximum eſſe: ſed hoc aũt eſt inconueniẽs. Tum, qa oppoſitum apparet in materia prima. Tũ, quia hoc ſaluari nõ põt, niſi ponendo in omni ſubſtantia qdam accidentia potentialia cõgenita ipſi ſubſtantiæ: quibus mediãtibus eſſe tráſmutabilis diuerſis tranſmutationib⁹: hoc autẽ eſt voluntariũ & irrationabile: quia pluralitas nõ eſt ponẽda ſine neceſſitate. Natura enim facit ex paucioribus quantũ põt, vt patet 1. Phyſico. Si aũt eſt ſermo de principio actiuo tñ, ſequitur ꝙ ſupponat hic, oẽs potentias partis ſenſitiuæ & intellectiuæ, eſſe actiuas, cum ꝙ ſunt potentiæ operatiuæ. Et tamen in 2. de anima manifeſtè dicitur, ſenſus eſſe potentias paſſiuas, & ſimiliter intellectũ poſſibilẽ in tertio eiuſdem. Deinde contra hoc ſunt obiectiones Sco. in 2. diſt. 16. & in 4. diſt. 12. Et primo arguit ſic. Ordinatũ ad finẽ quantò immediatius ordinatur ad illum, tantò nobilius ordinatur: ſubſtantia creata nobiliſſimo modo ordinatur ad finẽ per operationem attingendum, ergo immediatè operabitur. Et confirmat, quia operari immediatè conuenit formæ ignobiliori, ſ. accidẽtali, & formæ nobiliori, ſ. denati: ergo conuenit etiam formæ mediæ, ſ. ſubſtantiali creatæ. Et confirmat ſecundo, quia alioquin ſubſtantia intellectualis eſſet beata per accidens, quod eſt inconueniens. probatur cõſequentia: quia eſſet ſubiectum beatitudinis per receptiuum medium, in quo reciperetur beatitudo, ſi eſſet ſeparatum à ſubſtantia. Secundo ſic. Subſtantiã oportet produci à ſubſtantia, etiam tanquam a principio quo agens agit, ergo ſubſtantia eſt principium actiuum vt quo: qđ nihil aliud eſt quàm potentia actiua. Et confirmatur hoc, quia apud te, forma in qua genitum aſſimilatur generanti, eſt ratio & principium generandi. ergo potentia generatiua in quacunque ſubſtantia, eſt ſubſtantia. Et ſi dicatur concedendo, quòd ſubſtantia eſt principium actiuum quo operationis & generationis, non proximum, ſed primum, ut dr̃ in diffinitione naturæ, & ꝙ potentia operatiua nominat principium proximum. Contra hoc multipliciter obijcitur. Tum, quia negari non põt quin ſubſtantia ſit immediatũ principium talis potentiæ operatiuæ, quã ponis eſſe accidens. Tũ, quia negari & non poteſt quin ſubſtantia ſit immediatũ principium ſubſtantialis ꝓductionis: qm̃ aut ſubſtantialis productio elicitur immediatè à forma ſubſtantiali, vel à forma accidentali. Si à ſubſtantiali, hĩ intentum: ſi ab accidentali, aut virtute propria, & hoc non: vt de ſe patet. Aut virtute ſubſtantiæ, quia eſt eius inſtrumentũ, & hoc eſſe & falſum declaratur quadrupliciter. Primò, quia inſtrumentũ apud te non mouet niſi motum à principali agẽte. ergo aliqua eſt operatio ſubſtantiæ, qua mouet accidens ad agendum, quod eſt principale intentum. Secundò, quia cauſa principalis & inſtrumentalis ſunt ordinatæ eſſentialiter, ſicut ſuperior & inferior. Conſtat autem, ꝙ cauſa ſuperior prius naturà attingit effectum, q̃ inferior. Et ſi eſt naturalis, quicquid vel quãtũ põt, pri⁹ naturaliter agit q̃ inferior. In illo ergo priori producta eſt ſubſtantia immediatè à ſubſtantia. Et cõſequenter in ſecundo ſigno naturæ, in quo terminatur actio cãæ ſecũdariæ, nõ producitur ſubſtantia niſi idem bis producatur. Tertio, quia quò inſtrumentũ non ſe extendit, illuc oportet principalis agẽtis actionẽ pertingere. Sed actio accidentis nõ attingit nudæ materiæ primæ eſſentiã, ergo generationem ſubſtantialẽ quæ in ea fit, à ſubſtantia immediatè, elici oportet. Quartò, quia cũ dr̃ accidens cauſare ſubſtãtiam in virtute ſubſtantiæ, ly in virtute: aut addit aliquid abſolutum, aut reſpectiuum. Si abſolutũ, cum illud ſit accidẽs, eadem qõ erit. Si reſpectiuum, manifeſtè patet, ꝙ ex reſpectu ſuperaddito, accidẽs non põt facere ſubſtantiam, qm̃ relatio non largitur virtutem actiuã: & ẽt illa relatio eſſet accidens. Tum, quia non poteſt negari quin ſubſtantia in ſuo ordine ſit immediatum principium alicuius ꝓpriæ operationis, vt patet ex rõne cauſæ ſuperioris principalis, ut diximus. Et cõfirmatur, quia quãuis Deus apud philoſophos nõ cauſet niſi mediãtibus cauſis ſecũdis, tñ ipſe eſt immediatũ ꝓpriæ operationis ĩ ſuo ordine. ergo ſimiliter ſe habebit ſubſtantia creata & forma accidentalis: dato ꝙ non cauſet niſi mediante accidẽte. Tertiò arguitur ducẽdo ad impoſſibile. quia ſequeretur ꝙ poſſet fieri per diuinã potentiã ſubſtantia intellectualis ſine intellectu, & econuerſo: quia oẽ abſolutũ prius põt fieri ſine alio abſoluto diſtincto realiter à ſe. Et ſi dicat, ꝙ hoc nõ põt fieri ꝑp neceſſariã connexionẽ inter ea, ex hoc magis habet' intentũ ꝑp duo. Primò, qm̃ iſta cõnexio attẽdit' nõ ſecundũ cõnexionem potentiæ ad actũ: quia oĩs potentia, eſt potẽtia cõtradictionis, vt dr̃ 9. Meta. tex. 17. ſed ſecũdũ cõnexionẽ cãę actiuę naturaliter ad ſuum effectum. Vñ & apud te, potentiæ fluunt ab eſſentia, ergo ſubſtãtia eſt immediatè actiua: qđ eſt principale intentum. Secũdò: quia cum Deus poſſit ſupplere vicẽ omnis cauſæ extrinſecæ, quantumcunque talis cõnexio videatur neceſſaria, poterit tamẽ Deus facere unum ſine alio. Quartò arguitur ex confeſſis & experientia. Fatemur in primis, ꝙ angelus intelligit ſubſtantiam propriã per ſeipſam. igitur eſſentia angeli eſt proximum principium intellectionis. Experimur quoq;, quòd aqua calefacta frigeſit à ſeipſa: ergo propria ſubſtantia eſt principium proximum frigefactionis. A

* Ari. med. lib. de tri.

† q. 10. ar. 1. & 2.

* Li. 12. c. 7 fine. & 7. ſine. ca. 1.

ctum eſſe non poteſt, vt Boetius dicit in li. de trin.* Ergo angelus non eſſet forma ſimplex: quod eſt contra præmiſſa.†

¶ 3 Præt. Aug. dicit 12. Confeſſionum* ꝙ Deus fecit angelicã naturam propè ſe, materiam autem primam, propè nihil. Ex quo videtur, ꝙ angelus ſit ſimplicior quàm materia prima, vtpotè Deo propinquior. Sed materia prima eſt ſua potentia.ʰ Ergo multò magis angelus eſt ſua potentia intellectiua. B

Sed contra eſt, quod Dio. dicit 1. cap.* angelicæ hierar. ꝙ angeli diuidũtur in ſubſtantiã, virtutem, & operationem. Ergo aliud eſt in eis ſubſtantia, & aliud virtus, & aliud operatio.

Respon. Dicendũ, ꝙᵐ nec in angelo, nec in aliqua creatura virtus vel potentia ᵈ operatiua eſt idem quod ſua eſſentiaᵉ. Qđ ſic patet. Cum enim potentia dicatur ad actũ, oportet ꝙ ſm diuerſitatem actuum, ſit diuerſitas potentiarum. Propter qđ dicitur, ꝙ proprius actus reſpõdet propriæ potentiæ. In omni

* C. 11. c. ca med. illius.

Concl. m

D. 748.

¶ Ad euidentiã præſentis materiæ, notandæ ſunt aliquæ diſtinctiones. Prima eſt de actu. Quidam eſt adæquatus potentiæ: vt intelligere reſpectu intellectus, & videre reſpectu viſus. Quidã verò inadæquatus, vt tale intelligere, puta intelligere bouem, & tale videre, puta album. In ꝓpoſito eſt ſermo de actibus adæquatis tñ: qm̃ de talibus tantum verificatur, ꝙ potentiæ diſtinguuntur per actus. Secunda eſt de graduatione rerum. Quædã. n. res ſunt, quæ primaria intentione intendunt' à natura vt actus. Quędã verò vt potentiæ: q̃uis contingat res intentas vt actus, habere aliquid potẽtiæ admiſtum: Et ſimiliter res intentas ut potentias, habere aliquid actualitatis admiſtum. Et illæ quidẽ ſunt per ſe primò & eſſentialiter actus: & ꝑ hoc ſimpliciter locãtur in coordinatione actuũ. Iſtæ verò ſunt ꝑ ſe primò & eſſentialiter potentiæ. Et conſequẽter ſimpliciter locãtur in ordine potentiarũ: ita ꝙ imaginandum eſt, ꝙ quẽadmodũ in genere ſubſtãtiæ eſt inuenire quaſdã res à natura intentas per ſe primò, vt principia aliorũ ſint, ita in quolibet gñe ſint q̃dam res ꝑ ſe primò intẽtæ à natura, vt principia proxima aliorum. Et ſi ita eſt, ex hoc habet' tertia diſtinctio actus & potẽtiæ quia vterq; eſt duplex. Actuum. n. quidam eſt per ſe primò actus & ſecundariò potentia. Quidã verò econuerſò. Et ſimiliter potẽtiarũ, quædã eſt per ſe primò potentia, & ſecundariò actus: quædam verò econtrà. Quãuis in his ſit latitudo q̃dam: qm̃ potentiæ paſſiuæ ſunt actus tñ modaliter pro quanto ſubiectis inhęrent aliquæ earũ: habẽt. n. ex hoc quẽdã actus modũ. Potentiæ verò actiuæ, actus qdẽ ſunt, ſed tales, ꝙ ſunt eſſentialiter intentæ & ad hoc producti in natura, vt principia operationũ ſint. Et ꝑp hoc, in genere principiorum eſſentialiter locantur. In propoſito ergo, ſermo eſt de actu per ſe primo intento in rõne actus, & de potentia per ſe primo intenta in rõne potentiæ. Quod autem dentur in natura tales res, ſpecialem quæſtionẽ exigeret. In ꝓpoſito tñ apparet rõnabiliter eas poni poſſe. Quandoquidẽ habitus omnes practici, vt docuit Ariſtot. in Ethic. res tales ſunt: qm̃ ad nihil aliud ſunt niſi ad operari. Similiter formalia ſignificata potentiarũ actiuarum ad nihil aliud ſunt niſi ad operari. His præſuppoſitis, ad obiectiones contra rationẽ S. T. factas, reſpondetur, ꝙ præſens ſermo eſt de diuerſitate reali nõ quacunq;, ſed formali: non quorumcunq; actuum, ſed adæquatorũ, & per ſe primò intentorũ in ratione actus, talis. n. diuerſitas totalis potentiarũ diuerſitatem exigit nõ à poſteriori, ſed à priori inferens eã: qm̃ actus adæquatus eſt finis potẽtiæ: & ex 2. phyſi. expreſſe patet, ꝙ ex fine aſſignare rõnem & cõditionẽ eius, quod eſt ad finẽ, eſt reddere cauſam à priori, immò potiſſimã cauſam in rebus naturalibus: qa naturalia ſunt ꝑp finẽ: Et ꝑpterea argumẽtũ illud: Diſtinctio in principiatis non arguit diſtinctionẽ ĩ principijs, ſophiſma ẽ accidẽtis: qm̃ act⁹ potẽtiarũ, nõ in eo ꝙ effectus, ſed in eo ꝙ fines, potẽtias diſtinguunt. Ad id verò qđ obijcit cõtra propoſitiones ſubſumptas, C D E

dicitur ꝙ, vt patet ex verbis S. T. in reſpōſione ad vltimum argumētū, eſſe hic non ſumitur vniuerſaliter, prout eſt commune quid ad actū primū ſubſtantialē & accidentalē, ſed pro eſſe ſubſtātiali tm̄. Et rō eſt: quia hic ſumitur vt totaliter diſtinguitur contra eſſe, qđ datur ꝑ operari. Tale autē eſt eſſe accidētale: quia operari eſt quoddā accidentale eſſe habere. Et ideò nō eſt mirum, ſi forma accidentalis primū principium eſſendi, & operādi eſt: quia & eſſe eius, & operari eiuſdem, eſt quoddam eſſe accidentale. Nō ſic autē ſe habent operari & eſſe ſubſtantiale, vt de ſe patet: quia illud eſt ſubſtantia, & hoc accidens.

¶ Ad obiectiones cōtra cōcluſionem ordinatē dicendo, reſpondetur: ꝙ ſermo præſens propriè loquendo, eſt tantū de potentia operatiua, ſiuè actiuè, ſiuè paſſiuè operari dicatur, modo ibi uera operatio ſit. Et ꝑ hoc excluduntur omnes potentiæ pure receptiuæ, quæ non media aliqua operatione aliquid habent in actum, qualis eſt potentia ſubiecti reſpectu propriæ paſſionis, & vniuerſaliter reſpectu eorum q̄ per ſe congenita ſunt rei. Vnde non vr inconueniens ponere potentialitates tales, congenitas ſubſtantijs rerum. Nec multiplicantur entia ſine neceſſitate. Quoniam ut patet 12. Metaphy. in tex. 26. & 38. in quolibet genere, eſt dare proprium potentiā, & proprium actū, quæ ſunt vt principia illius generis. Et hoc enim ſequitur manifeſtè, ꝙ oportet alterū duorum dicere. Aut ꝙ ſubſtantia ſit reductiuè in alijs generibus, vt potentia reducitur ad genus actus. Aut ꝙ dentur iſtæ potentiæ congenitæ: & cum primum ſit incōueniens, vt & ipſe Sco. fatetur, oportet dicere ſecundum. Neq; poteſt ad illum tex. Ariſt. reſponderi, q; loquitur de potentia obiectiua: qm̄ expreſſe loquitur de potentia & actu, vt principia ſunt eius, quod eſt in genere. Conſtat autem, ꝙ potentia obiectiua principium non eſt rei, immò eſt res ipſa, vt poſſibilis eſt eſſe. Ad id verò, q̄đ de potentia materię obijcitur, patet tralio à S. Tho. intendente, ꝙ potentia materiæ eſt ad eſſe ſubſtātiale, nulla mediante operatione, quæ ſit verè operatio, ac ꝑ hoc accidens inter ipſam materiam & formam ſubſtantialem: qm̄ in inſtanti generationis, nulla res eſt in materia, niſi forma ſubſtantialis, cum conſequentibus ad ipſam.

¶ Ad primā aūt rōnē Sco. dī, ꝙ eſſe principium operationis cōtingit tripliciter, ſ. vel proximū tm̄: vel principale tm̄, vel proximum & principale ſimul, & ꝙ elicere operationem ut principiū proximū tm̄, eſt imperfectionis: quia oportet eſſe de gñe accidentis. Elicere verò operationē, vt ꝓximū & principale ſimul, eſt ſummæ pfectionis: q; ponit in re pfectione ſubſtantiæ, & accidētis. Elicere verò vt principale tm̄, mediū eſt, & propterea rōnabiliter cōuenit ſubſtantiæ creatæ, q̄ media eſt inter Deum & accidētia. Vñ ad primū dī, ꝙ ſubſtātia dēt ordinari ad finē, nobiliſſimo mō, poſſibili tn̄. Immediatio aūt ꝑ excluſionē potētiæ mediæ, eſt modus impoſſibilis ſubſtātiæ creatæ. Et per hoc patet ad primā confirmationem, quia ſ. rōne nimiæ pfectionis quā haberet, repugnat ſubſtantiæ creatæ, eſſe proximum principium operationis, qm̄ eſſet proximum & principale ſimul.

¶ Ad alteram uerò confirmationem (ſi nō velimus abuti vocabulis) negatur conſequentia: quoniam operari mediante virtute propria, vt quo, non eſt operari per accidēs. Et ad probationem negatur, quòd beatitudo comparetur ad potentiam ſubſtantiæ intellectualis & ad ipſam ſubſtantiam intellectualem, vt color ad ſuperficiem & ſubſtantiam corpoream. Ita quòd, quemadmodum color informaret ſuperficiem, ſi eſſet ſeparata à corpore, ita beatitudo potentiam, ſi eſſet ſeparata a ſubſtātia. Dico n. ꝙ iſta cōditionalis eſt falſa: qm̄ beatitudo eſt eſſentialiter operatio uitalis, quam non eſt intelligibile eſſe niſi viuentis. Tū & quia beatitudo nō pōt eſſe niſi in beato, Non pōt aūt fingi, ꝙ potentia ſeparata eſſet beata, quēadmodū ſuperficies eſſet colorata: vñ non ſolū antecedēs & conſequens illius conditionalis ſunt impoſſibilia, ſed etiam conditionalis ipſa.

¶ Ad ſecundā rōnem Sco. conceditur, ſubſtantiam oportere cauſari à ſubſtātia, tanquā à cā principali, non autem proxima. Et ad primā inſtantiā de cauſatione accidētis à ſubſtantia, dicitur, ꝙ nullum accidens cauſatur à ſubſtantia immediatè per operationē mediā. Cū hoc tamen ſtat, ꝙ multa accidentia cōſequunt ſubſtātiam & in genere cauſæ effectiuę, & materialis, ꝑ modū naturalis ſequelæ. Et hoc modo ſubſtantia eſt cauſa ſuarū paſſionum & potentiarū.

¶ Ad inſtantiam verò de propria cauſalitate cauſæ principalis, & ſuperioris, dupliciter dici pōt. Primò, negando ꝙ ſubſtantia & ſua potētia operatiua ſint, propriè loquendo, cauſa principalis & inſtrumentalis, ſuperior & inferior: & propterea, obiectionē nō habēt locum. Et poteſt eſſe ratio negationis, ꝙ ſubſtantia & potentia operatiua concurrunt, non ut duæ cauſæ, ſed vt cauſa, & quaſi cōditio cauſæ. Secundò poteſt dici, admittendo ꝙ ſe habeant nō ut cauſa ſuperior & inferior, ſed quodammodo ut principalis & inſtrumentalis. Et ꝙ inſtrumētum eſt duplex, coniunctū & ſeparatum. Et rurſus inter inſtrumenta coniuncta datur latitudo: quoniā calor & potētia augmentatiua, cōiuncta inſtrumēta animæ dici poſſunt: potentia tn̄ magis coniunctum inſtrumentum eſt. Nec opus eſt, omne coniunctū inſtrumētum mouerì à principali, ſed operari principaliter, concurrente ad illud operari principali agente: quoniam ſic largè accipiendo inſtrumentum, hanc ſufficit haberi inſtrumenti conditionē. Vnde nō oportet obiectiōi aliter reſpondere, ſupponēdo ſubſtantiam & potentiam operatiuam ſe habere ut duas cauſas.

¶ Ad id tamen quod tangitur de proximo principio elicitiuo generationis ſubſtātialis dicitur, ꝙ ſecundum rem, generatio ſubſtantialis inſtantanea, nō eſt operatio aliqua, ſed eſt terminus generationis tranſmutantis materiam uſq; ad hoc. Vnde non oportet quærere aliud illius principium, ſed illud idem, quod in toto tempore præcedente generabat, in inſtanti ultimo illius temporis generat, terminando actionem ſuam.

¶ Et cū quæritur, qđo alteratio aut quodcunq; accidens uirtute ſubſtātiæ ſubſtātiā faciat, qđ eſt illa virtus? breuiter dico, dupliciter dici poſſe. Primò à qbuſdā dī, ꝙ ē res qđā intētionalis eo mō, quo intētio coloris dī eſſe ī aere: & q; licēt ſi accidēs ſcđm eſſe, eſt tn̄ cauſaliter ſubſtātia, nō vt principalis cauſa, ſed ut uis quodāmodo inſtrumētalis, quā cēſtat poſſe eſſe imperfectiorē effectu, vt patet de formis ſeminū, & approbat 12. Met. tex. 18. Scđo dī, ꝙ accidēs ipſum ex hoc ipſo ꝙ eſt cōiūctū ſubſtātię talī, eſt eius organū coniūctū: & eſt ipſius uirtus, nec oportet aliā ſuperaddere virtutem. Et hoc puto uerum in his, q̄ non ſunt uera inſtrumenta ſed ipſum & ſubſtantia ſunt una cauſa.

¶ Ad tertiā aūt rōnem dicitur primò, ꝙ illa propoſitio abſoluta, Realiter diſtincta ſunt ſeparabilia ab inuicem, eſt falſa, etiā in doctrina ſua: qm̄ partes eſſentiales ſimul ſumptæ apud ipſum, diſtinguuntur realiter à toto: & tamen non poſſet alterū ſine altero fieri. Deinde dicitur, ꝙ connexio neceſſaria inter ſubſtantiam & eius potentiam: dato ꝙ eſſet ex cauſalitate actiua, non tamen inferret ſubſtantiam eſſe immediatum principiū alicuius operationis, ut patet ex dictis: non infert etiam ꝙ Deus poſſit eas ſeparare, quia poteſt ſupplere uicem cauſæ efficientis: quoniam hoc intelligitur de efficiēte propriè, ſcilicet per operationem mediam. Tale autem non eſt ſubſtantia reſpectu ſuæ paſſionis, ut ex dictis iam patet.

¶ Ad illud qđ obijcit de eſſentia angeli, dī, ꝙ ſubā angeli nō eſt elicitiuū principiū intellectionis, ſed potētia. Et q̄uis ſuba abſque

autem creato, eſſentia differt à ſuo eſſe, & comparat ad ipſum ſicut potentia ad actū, vt ex ſupra dictis patet.* Actus autē, ad quē cōparat potētia operatiua, eſt operatio. In angelo aūt nō eſt idē ītelligere & eſſe: nec aliqua alia operatio, aut in ipſo, aut in quocūq; alio creato. Vnde eſſentia angeli non eſt eius potentia intellectiua,ᶜ nec alicuius creati eſſentia, eſt eius operatiua, potentia.

Ad primum ergo dicendū, ꝙ angelus dr̄ intellectus & mens: quia tota eius cognitio eſt intellectualis. Cognitio autē animæ partim eſt intellectualis, & partim ſenſitiua ᵉ.

Ad II dicēdū, ꝙ forma ſimplex, q̄ eſt actus purus, nullius H accidētis pōt eſſe ſubiectū: qa ſubiectū cōparat ad accidēs, vt potētia ad actū. Et hmōi eſt ſolus Deus. & de tali forma loquitur ibi Boetius. Forma aūt ſimplex q̄ nō eſt ſuū eſſe, ſed comparatur ad ipſum vt potētia ad actū, pōt eſſe ſubiectū accidentis:ᶠ & pcipuè eius qđ conſequitur ſpeciem. Hmōi aūt accidēs pertinet ad formam. Accidens verò qđ eſt indiuidui, nō conſequens totam ſpeciem, conſequitur materiam, quæ eſt indiuiduationis principium. Et talis forma ſimplex eſt angelus.

Ad III dicendum, quòd potētia materiæ eſt ad ipſum eſſe ſubſtantiale, ᵍ & non potentia operatiua, ſed ad eſſe accidentale. Vnde non eſt ſimile.

Marginalia: * Art. 1. & 2. præc. & q. 3. art. 4. — 299 — 279 f — 177 — 177 b

que media ſpecie intelligibili ad intellectionem concurrat: nō tamen concurrit, ut elicitiua, ſed ut fons intellectus in actu reſpectu ſuiuit infra patebit.

¶ Ad vltimum verò de frigefactione aquæ calidæ, dupliciter dicitur. Primò, ꝙ principium illius frigefactionis eſt forma mediante frigiditate, in aliquo gradu ſ. ea remanente: qm̄ nō pōt totaliter ab ipſa expoliari. Nec obſtat, ꝙ frigiditas illa ſit minor caliditate introducta: quāuis. n. ſit minor formaliter, eſt tn̄ maior radicaliter, ſeu uirtualiter, propter formā ſubſtantialem propriam eius radicem, cuius eſt uirtus, & propterea continuè aut poteſt, totū quodammodo pati à toto, propter contrarietatem qualitatum actiuarum in eo exiſtentium in continua pugna. Secundò dicitur, & melius, ꝙ frigeſit per ſe à generante, & à forma propria, per modū tantum ſequelæ, eo modo quo graue grauitando frangit prohibens ipſum deſcendere, & deorſum mouetur: Imaginandum eſt. n. & ita eſt, ꝙ quemadmodum ad formā grauis geniti extra locū ſuū, naturaliter ſequeretur motus deorſum, niſi aliqđ ꝓhiberet: ita ad formā aquæ ſequitur eſſe frigidū in tanta perfectione. Et ſi impediatur à tanta pfectione, ſequitur, remoto ꝓhibente, frigefactionis motus. Et quēadmodū graue grauādo C uincit prohibens quandoque, ita frigidū frigendo uincit calidum prohibens. Qū calidū illud, ab agente illud fouente, deſtituitur. Et rurſus, quemadmodū graue ſequitur motus deorſum mediante grauitate: ita aquā frigefactio, mediante frigiditate illa, a qua non eſt denudabilis. Quod aūt altero iſtorū modorū, qui ualdè propinqui ſunt, fiat, ex hoc patet, qa niſi ſic dicatur, oportebit recurrere ad cauſas extrinſecas, puta ad continens: ſed hoc non pōt rationabiliter dici. Tūm quia aqua efficit frigidior continente. Tūm quia ſi circunſcriberetur continens, aut poneretur neutrale, nihil minus aqua calida frigeſieret: cuius ſignum euidens eſt, quia aqua calida poſita in continente nō calido, tepeſcit. Vñ continens, & quæcunque alia cā extrinſeca, non poteſt poni niſi cā per accidens, ut remouens prohibens. Oportet n. naturalis accidentis alicuius, naturam cām ponere, quæ intrinſecum principium eſt, ut patet 2. Phyſi.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in angelo ſit intellectus agens & poſſibilis.

Ad quartum ſic ꝓcedit. Videtur, ꝙ in angelo ſit intellectus agens & poſſibilis. Dicit enim Philoſophus in 3. de anima.* ꝙ ſicut in omni ʰ natura eſt aliquid, quo eſt omnia fieri, & B aliquid, quo eſt omnia facere, ita & in anima. Sed angelus eſt natura q̄dam. Ergo in eo eſt intellectus agens & poſſibilis.

¶ 2 Præt. ʰ Recipere eſt ꝓprium intellectus poſſibilis: ʰ illuminare aūt eſt proprium intellectus agentis: ut patet in 3. de aīa. * Sed angelus recipit illuminationem a ſuperiori, & illuminat inferiorem. Ergo in eo eſt intellectus agens, & poſſibilis.

Sed contra eſt, ꝙ in nobis intellectus agens & poſſibilis eſt, per comparationē ad phantaſmata. Quę quidē cōparant ad intellectū poſſibilē, ut colores

go eſt aliqua rō uniuerſalis per prædicationē ad omnia cognoſcibilia ab angelo, & cum talia ſunt non ſolūm immaterialia, ſed etiam ſenſibilia, quæ ſunt intelligibilia in potentia: ergo primum obiectum intellectus angelici, erit abſtractum ab intelligibili in potentia. ergo nō eſt ex ſe omnino intelligibile in actu: ergo debet poni intellectus agens in eis.

¶ Contra concluſionem inſtat etiā ibidem ſic. Potentia actiua quæ eſt perfectionis in creatura inferiori, non eſt neganda à creatura ſuperiori. Intellectus agens eſt huiuſmodi. ergo. Præterea. Natura nobiliſſima debet habere eas uirtutes, quibus poſſit acquirere ſibi perfectionem ſuam, ſi nō habet eam: ergo natura angelica debet habere intellectum agentem & poſſibilem, ut poſſit ſibi acquirere cognitionem: uniuerſalium quidem ſi non haberet inditam, & ſingularium quam non habet congenitam.

¶ Ad has obiectiones facile eſt reſpōdere, ſi natura angelorum conſideretur. Vt n. patet ex ſuperioribus quæſtionibus, natura angeli media eſt inter actum purum, & potentiā puram in genere intelligibilium. Tantumq; obtinet perfectionis, ut ex eo quod habet perfectionis, ac actualitatis, fluat intellectus non informis: ſed formatus naturis, omnium naturaliter cognoſcibilium ab angelo: ut patet ex ſupradictis, & à philoſophis tā Peripateticis, quam Platonicis concorditer aſſeritur. Quamuis ex eo quod habet potentialitatis, comparetur ad intellectū formatum, ut recipiens ad receptum. Quemadmodum in ſenſibilibus ex actualitate naturæ prouenit, ꝙ ex ea fluant proprietates, & ex potentialitate fit ut recipiantur in ea. Et quia natura ſicut non deficit in neceſſarijs, ita non abundat dando ſuperflua: propterea nulli tali rei ad quam per modum ſequelæ naturalis non impedibilis, nata eſt ſeq perfectio ꝓpria: oportuit naturā ſolicitari ad dādū ſibi uirtutes, quibus poſſet acquirere D ſibi ſuam perfectionem. Cum. n. talis natura ſic ſit inſtituta, ꝙ eā neceſſariò comitatur ſua perfectio, ſuperfluè adiunctæ eſſent uirtutes, quibus naturaliter acquirere poſſet pfectionē, qua naturaliter carere non pōt. Ex hac & radice manifeſtè prouenit, & ꝙ intellectus angelicus nullum hēt obiectum mouentem eius quo ad actum primum, & ꝙ intellectus eius nunquam naturaliter eſt in ſtatu potentiæ: & conſequenter nullo eget actiuo.

¶ Ad obiectiones aūt in oppoſitum de intellectu poſſibili dī, ꝙ nihil ualent: quia nō diſtinguunt inter per ſe, & per accidens. Potentia n. receptiua duplex eſt. Quædam per accidēs, coæua ſuo actui: & de tali procedūt obiectiones, q̄ imaginant intellectū angelicū eſſe, ſicut intellectū noſtrū, cui accidere poteſt, ꝙ habeat ſpecies coæuas. Quædam uerò eſt per ſe coæua ſuæ pfectioni, quia ſ. eſt naturaliter inſeparabilis ab ea, quemadmodū figura reſpectu cœli: & talis non poteſt uocari poſſibilis, qm̄ nū quā eſt in ſtatu potētiæ. Vñ ridiculum eſſet dicere, ꝙ cœlum eſt E poſſibile reſpectu ſuæ figuræ, apud philoſophos, ut patet 9. Met. tex. 17. & talis potentia eſt in intellectu angeli.

¶ Ad obiectiones uerò de intellectu agente, dī qđ peccant. Primò, qa obiectū illud quod ponit adæquatum per pdicationē, nō eſt uniuerſale abſtractū à ſenſibilibus, neq; totaliter, neque partialiter. Sed ex hoc ipſo factū, ꝙ illius ſpēs naturaliter ſunt inditæ angelis: & idō non oportet ponere aliquod agens ob illius abſtractionem. Peccant ſecundò, quia neceſſitas ponēdi intellectū agentē, non eſt ex parte obiecti in quātū eſt uniuerſale per pdicationē, ſed in quātū eſt in rerū natura actualiter pfectiuū & mouentem intellectus. ponitur. n. ut cooperetur obiecto ad actuandū intellectū poſſibilem. Patet aūt ex dictis, tale obiectū, ſcilicet in ratione motiui, nullum eſſe reſpectu angeli, niſi ſorte ſubſtantiā propriā, aut alicuius alterius ſuperioris intelligentiæ, quas conſtat eſſe actus intelligibiles. Peccant tertiò, quoniam obiectum per prædicationem adæquatum, commune eſt omnibus intellectibus, ſcilicet eas, aut uerum: ac ꝑ hoc nullius

SVPER QV. LIIII. ARTIC. IIII.

Cap. 2. & 3. q. 2. can. 3. — Bannes ar. 4.

Titulus eget recordatione eorum, quæ traduntur in 3. de anima, ubi ponuntur in anima noſtra duæ uirtutes ad intelligendum concurrentes: una actiua, uocata intellectus agens: & altera paſſiua, uocata intellectus poſſibilis. Hoc enim eſt quod uertitur nunc in dubium, de Angelis: An ſcilicet uis intellectiua angelorum, diſtinguatur in duas potentias, actiuam ſcilicet & paſſiuam, an non: hoc enim eſt quærere utrum in eis ſit intellectus agens & intellectus poſſibilis.

¶ In corpore articuli, unica concluſione quæſito reſpondet negatiuè, ſcilicet. In angelis non eſt intellectus agens, neque poſſibilis, niſi æquiuocè, probatur: ratio neceſſitatis utriuſq; intellectus non habet locum in angelis. ergo: antecedens declarat, primò quo ad intellectum poſſibilem, ſecundò quo ad intellectum agentem. Poſſibilis enim ponitur propter potentiam ad actum duplicem, ſcilicet ad actum primum, & ad actū ſecundum, qui non habet locum in angelo quo ad naturalia, de quibus eſt ſermo. Agens uerò ponitur ꝑ defectum intelligibilium: quia ſ. oportet intelligibile in potentia, transferri ad ordinem intelligibilium in actu, quod etiam non habet locum in angelis, quia proprium intelligibile eorū, eſt quidditas immaterialis, de ſe intelligibilis, quemadmodum lumen eſt de ſe uiſibile.

¶ Circa rationem probantem non dari intellectum poſſibilem in angelis, obiectiones Scoti occurrunt in 2. diſt. 3. q. vl. directè intendentes confutare eam ſic. In angelis eſt potentia receptiua ſpecierum intelligibilium: ergo in eis eſt intellectus poſſibilis. Probatur conſequentia: quia nihil refert: an potentia receptiua præcedat duratione actum receptum, an natura tn̄, in quo tu ponis differre intellectum angeli à noſtro poſſibili. Et confirmatur: quia ſi Deus dediſſet homini ſpēs intelligibiles, nihil minus haberet intellectū poſſibilē, ut patet in Chriſto.

¶ Contra rationem adductam de intellectu agente, arguit Scot.

Marginalia: Dereliqua per totum. — 278 Lib. 1. c. 4. de ratione. c. — * lib. 3. de aīa tex. 17 tom. 1. — * lib. 3. de aīa tex. 2. 3 & 18. c. 2.

Universidad de Deusto Biblioteca

intellectus propria venanda ſunt. Sed proprium obiectum cuiuſq; intellectus eſt ens, & verũ modificatũ in p ſe primo obiecto motiuo, vel quaſi motiuo illius. Quemadmodũ ad intellectũ noſtrũ ſe hẽt quod quid erat rei ſenſibilis, & ad quemlibet angelũ ſe hẽt ſubſtantia ppria: & penes talia obiecta diſtinguũtur iter ſe intellect⁹, & ppriæ eorũ conditiones accipiunt. Vñ poſſet dici, & bene, q obiectũ primo, & per ſe adæquatũ in rõne motiui naturalis intellectus angelici cuiuſlibet, eſt res ſingularis in eſſendo, ſ. eſſentia ppria. Et cum obiicitur q non continet virtualiter oĩa, dicendũ eſt, q nõ eſt opus obiectũ cõtinere virtualiter omnia, ſed ſat eſt q cõtineat oĩa naturaliter cognoſcibilia, ſecũdum conditiones naturaliter cognoſcibiles à tali intellectu repræſentatiuẽ: & hoc conuenit eſſentię angeli, diuerſimodè tñ reſpectu diuerſorum: qñ ſuperiora repræſentat quaſi vt effectus cauſam, inferiora verò econuerſo, quaſi vt cauſa effectum, & vniuerſaliter tam ſuperiorum, q̃ inferiorum repræſentatiuas ſpẽs virtualiter cõtinet, quãuis non eorũ naturas: & hoc vltimũ ſufficit. Quõ aũt ſat eſt, q primũ obiectũ cõtineat virtualiter cognitiones omnium. Diuini namq; obiecti propriũ eſt, & cognitiones, & naturas omniũ cõtinere.

¶Ad obiectiones verò contra cõcluſionẽ iam patet ex dictis, qñ falſum eſt, q intellectus agens pertineat ad perfectionẽ ſimpliciter naturæ humanæ, ſed pertinet ad perfectionem ei⁹ in qua eſt natura imperfecta, immò imperfectiſſima i genere intellectualiũ; qñ pertinet ad perfectionem acquiſitiuã propriæ perfectionis, quæ præſupponit ei⁹ naturalem abſentiã quę imperfectionem importat manifeſtè. Vñ illa propoſitio, Potentia actiua, quę eſt perfectionis &c. non eſt vera, niſi de perfectiõe ſimpliciter: qñ multa pertinet ad perfectionẽ inferiorũ, q eſſent imperfectiones in ſuperioribus. Patet etiã falſum eẽ, q in omni natura potẽtia ſunt uirtutes

* Li. 3. de aĩa. text. 18. to. 2.

591

D. 134.

*q. ſequẽ tiar. 2. Conſl. in D. 136. 137. 146.

281 391

D. 136. 147

ad viſum, ad intellectum autem agẽtẽ vt colores ad lumẽ, ut patet ex 3. de aĩa *. Sed hoc nõ ẽ i angelo. Ergo in angelo non eſt intellectus agens & poſſibilis.

Respon. dicẽdum, q neceſſitas ponendi intellectũ poſſibilẽ in nobis, fuit pp hoc, q nos inuenimur qñq; intelligẽtes in potentia & non in actu. Vnde oportet eſſe quandam uirtutẽ, G quæ ſit in potentia ad intelligibilia, antè ipſum itelligere, ſed reducitur in actum eorum, cum fit ſciens, & ulterius cũ fit conſiderans. Et hæc virtus vocatur intellect⁹ poſſibilis. Neceſſitas aũt ponẽdi intellectũ agentem fuit, quia naturæ rerũ materialiũ, quas nos intelligimus, non ſubſiſtunt extra animã immateriales & intelligibiles in actu, ſed ſunt ſolũ intelligibiles i potentia extra aĩam exiſtentes. Et H ideò oportuit eſſe aliquã virtutẽ, q faceret illas naturas intelligibiles actu. Et hæc uirtus dicit intellect⁹ agẽs ᶜ i nobis. Vtraq; aũt neceſſitas deeſt in angelis: qa neq; ſunt qñq; intelligentes in ᵈ potẽtia tm reſpectu eorũ q naturaliter itelligũt: neq; intelligibilia eorũ ſunt intelligibilia i potẽtia, ſed i actu. Intelligũt. n. primò & principaliter res im I materiales, vt infra patebit *. Et iõ ñ̃ pt i ᵈ eis eẽ intellect⁹ agẽs & poſſibilis, niſi æquiuocẽ. ⁿ

Ad primvm ergo dicẽdũ, q Philoſophus intelligit iſta duo eſſe in oĩ natura, in qua contingit eẽ gñari vel fieri, vt ipſa uerba demõſtrãt. In angelo autem nõ generatur ſcientia, ſed naturaliter adeſt * Vnde nõ oportet ponere in eis agẽs & poſſibile.

Ad II dicẽdũ, q intellectus K agentis eſt illuminare: non quidem ᵈ alium intelligentem, ſed intelligibilia in potentia inquãtũ per abſtractionẽ facit ea intelligibilia actu. Ad intellectũ aũt poſſibilem, pertinet eſſe in potentia reſpectu naturaliũ cognoſcibilium, & quandoq; fieri actu. Vnde q angelus illumi-

F quibus poſſet acquirere ſuã perfectionẽ, ſi careret illis, eſt hoc non hẽt locum, niſi in his q naturaliter ea c[...] ctione. Alioquin oporteret ẽt in Deo ponere [...] & poſſibilem. De cognitione autem ſingula[...] ſermo, pro nunc autem negatur intellect[...]

nat angelum, non pertinet ad rõnem intellectus agẽtis. Neq; ad rõnem intellectus poſſibilis pertinet, q illuminat de ſupernaturalibus myſterijs, ad q cognoſcenda qñdoq; eſt in potẽtia. Si quis autem velit hæc vocare intellectum agẽtẽ & poſſibilem, æquiuocè dicet, nec de nominibus eſt curandum.

ARTICVLVS V.

Vtrum in angelis ſit ſola intellectiua cognitio.

Ad qvintvm ſic pcedit. Videtur. q in angelis non ſit ſola intellectiua cognitio. Dicit enim Augu. * 8. de Ciuitate Dei, q in angelis eſt uita, quæ intelligit & ſentit ʰ. Ergo in eis eſt potentia ſenſitiua.

¶2 Præt. Iſidorus † dicit, q angeli multa nouerunt per ʰ experiẽtiam, Experientia autem fit ex multis memorijs, vt dicitur in 1. Metaphyſi. * Ergo in eis eſt etiam memoratiua potentia.

¶3 Præt. Dio. † dicit 4. c. de Diui. nominib. q in dæmonibus eſt ʰ phãtaſia pterua. Phantaſia aũt ad vim imaginatiuã ptinet. Ergo, in dæmonibus eſt vis imaginatiua. Et eadem rõne in angelis, quia ſunt eiuſdem naturæ.

Sed contra eſt, qđ Greg. * dicit in Homilia de Aſcenſione, q homo ſentit cum pecoribus, & intelligit cum angelis.

Respon. Dicẽdũ, q in anima noſtra ſunt quædam vires, quarum operationes per organa corporea exercentur, ᵉ & huiuſmodi vires ſunt actus quarũdam partium corporis, ſicut L eſt viſus in oculo, & auditus in aure. Quædam verò uires animæ noſtrę ſunt, quarum operationes p organa corporea non exercentur, vt intellectus & uoluntas: & huiuſmodi non ſunt actus aliquarũ partium corporis. Angeli autem non habent corpora ſibi naturaliter unita. vt ẽ. ex dictis patet. * Vnde de ᵐ

[...] potentia naturali [...] cognitione [...] tnti, ſiue ſit obiectum vniuerſale, ſiue ſit ſubiectum ſingulare.

SVPER QV. LIIII. ARTIC. V.

Titulus clarus eſt. * In corpore articuli vna eſt concluſio reſponſiua. In angelis eſt ſola intellectiua cognitio. Probatur quadrupliciter. Primò ratione tali. In angelis, de uirtutibus animæ ſunt ſolæ illæ, quæ non ſunt actus corporis: ergo in eis eſt tantum intellectus, & voluntas: ergo in eis eſt ſola intellectiua cognitio. Antecedens patet: q angeli non habent corpora naturaliter vnita. Prima verò cõſequẽtia declaratur, diſtinguendo duplex genus potentiarum animæ, ſcilicet organicarum, & non organicarum: ſecunda verò relinquitur per ſe nota. Secundò [...] batur authoritate Ariſt. 12. Met. commẽ. 37. Tertiò probatur ex congruentia ordinis vniuerſi, quia ſcilicet, infima pars eſt tota ſenſibilis: & media, partim de genere ſenſitiuo, & partim de genere intellectiuo: vnde reſtat, vt ſuprema ſit intellectiua totaliter. Quartò, ex nominibus, quia uocantur mentes, & intellectus, idem ſuadetur.

¶Circa primam conſequentiam dubium occurrit. Quoniam mala uidetur, ex eo q in angelis eſt etiã potẽtia motiua, quæ non eſt actus alicuius corporis.

¶Ad hoc breuiter dicitur, q, vt patet tertio de Anima, motiuo ſecundum locum ex parte animæ coincidat cum appetitiuo: quãuis ex parte corporis aliqd addat. Vnde cum angelis non ſint corpora, uis motiua eorum cum appetitiua coincidit. Propterea dixerunt Ariſtoteles, & Auerroys loco allegato, q intelligẽtiæ mouẽt amando, & deſiderãdo intellectualiter. Et ppea cõſequẽtia fuit optima. vis. n. motiua, ut nõ eſt uirtus organica, nõ differt ab intellectu & uoluntate. Poteſt quoq; & rurſus dici: q quia excluſio nõ fit à cõcomitantibus, nõ eſt excluſa potẽtia motiua ex affirmatione intellectus & voluntatis tantũ. Comes enim eorum inſeparabiliter eſt.

Perfecta per ſitum.

279 1. 2. q. 22. ar. 1. [...]

* Iſidor. [...]

* Homi. 29. [...]

* 3. de [...]

Concl. in

D. 136.

SVPER QV. LV. ARTIC. I.

Arti. 1. 2. d. 3. q. 2. a. 1. D. Bon. d. 3. ar. 2. q. 2. Tho. arg. d. 3. q. 2. ar. 4. Alu. Aud. d. 3 q. 8. Cap. 2. d. 3. q. 2. con. 4. Baruer. q. 55. ar. 1. Alb. Mag. 2. d. 3. a. 15. & 16.

In titulo nota quatuor terminos. Primo, ly itelligẽ ſtat. n. p cognitione diſtincta. Secũdo ly oĩa diſtributiue nãq; p oĩbus rebus, & rerũ prædicatis ac cõditionibus naturaliter cognoſcibilib⁹ ab angelo. Tertio, ly p, dãnotat habitudinẽ cauſæ formalis, eo mõ quo rõ intelligẽdi formaliter ad intellectionẽ concurrere credit. Quarto, ly ſubſtãtiã ſuã, intellige cũ pciſione. i. ſola, ad excludendũ ſpecies intelligibiles & ſuperiores ſubſtantias, ita q ſenſus queſtionis eſt: utrũ eſſentia angeli ſit ſufficiẽs rõ intelligẽdi omnia ab angelo naturaliter cognoſcibilia, tantũ, quantum poteſt illa cognoſcere.

¶In corpore eſt una cõcluſio reſponſiua quæſito negatiuè. ſ. Angelus non cognoſcit oĩa p eſſentiã ſuã, ſed p ſimilitudines ſuperadditas. Probatur ſic. Nulla forma cõpletè pñtat aliqua potẽtiam, niſi contineat oĩa ad q̃ ſe extendit potentia illa: ſed eſſentia angeli ſe hẽt ut forma reſpectu ſuæ itellectiuę potẽtiæ, & nõ continet oĩa q̃ poẽt angelus intelligere: ergo non eſt forma adæquata: & conſequẽter nõ oĩa p ſuã itelligit angelus. Maior appoſitio declarat à poſteriori, in forma & materia ſenſibilium: minor uerò, quoad primã partẽ, p̃batur: qa quia intellectus intelligit, ſe hẽt ad ipſum ut forma eius. Quod phatur, qa quo agẽs agit eſt forma. Secunda uerò pars probat, q̃a intellectus angeli eius extẽdit ſe ad oĩa. Quod pbat, q̃a cuius &

* Ar. 3. huius q. ad Carg.

* Aug. li. 2. ſup Gen. ca. 17. ad finem: & li. 3. ca. 10. * Li. 21. de Ciu. Dei, c. 10. paulo poſt prin. to. 5.

D. 756.

D. 444.

* q. 57. ar tic. 1.

* Li. 14. de Tri. c. 11. tom. 3.

47

viribus animæ non poſſunt eis competere niſi intellectus ᵈ & uoluntas. * Et hoc ẽt Commẽtator dicit 12. Metaphyſico. q ſubſtantiæ ſeparatæ diuidũtur in intellectum & uoluntatem. Et hoc conuenit ordini vniuerſi, ut ſuprema creatura intelle- B ctualis ſit totaliter itellectiua, & non ſecundũ partem, ut anima noſtra. Et pp hoc ẽt angeli uocãtur intellectus & mentes, ut ſupra dictum * eſt.

Ad ea uerò, quæ in cõtrariũ obiiciuntur, poteſt dupliciter reſpõderi. Vno modo, q authoritates illæ, loquuntur ſecundũ opinionem illorum, qui poſuerunt angelos & dęmones habere corpora naturaliter ſibi unita. C Qua opinione frequenter Auguſtinus * in libris ſuis utiẽ, licẽt eam aſſerere non intẽdat. Vndè dicit 21. * de Ciuita. Dei, quod ſuper hac inquiſitione nõ eſt multum laborãdũ. Alio modo poteſt dici, q authoritates illę, & conſimiles, ſunt intelligẽdæ ᵈ per quandam ſimilitudinẽ, quia cum ſenſus certam apprehenſionẽ habeat de pprio ſenſibili, eſt in uſu loquentium, ut D ẽt ſecundum certam apprehenſionem intellectus aliquid ſentire dicantur. Vndè etiam ſententia nominatur. Experientia uerò angelis attribui põt per ſimilitudinem cognitorum, & non per ſimilitudinem uirtutis cognoſcitiuæ. Eſt. n. in nobis ᵈ experientia dum ſingularia p ſenſum cognoſcimus. Angeli autẽ ſingularia cognoſcunt, ut infra patebit, * ſed non per ſenſum. E Sed tamen memoria in angelis poteſt poni ſecundum quod ab Auguſ. * ponitur in mente, licẽt non poſſit ei competere ſecũdũ quod ponit pars animæ ſenſitiuæ. Similiter dicendum, q phantaſia proterua attribuitur dęmonibus, ex eo q habent falſam practicam exiſtimationẽ de uerbo bono. * Deceptio aũt in nobis propriè fit ſecundum phantaſiam, per quam interdũ

ſimilitudinibus rerum inhæremus, ſicut rebus ipſis, ut patet in dormiẽtibus & amentibus. *

QVAESTIO LV.

De medio cognitionis angelicæ, in tres articulos diuiſa.

Consequenter quæritur de medio cognitionis angelicæ.

Et circa hoc quæruntur tria.

¶Primò. Vtrum angeli cognoſcant omnia per ſuam ſubſtãtiam, uel per aliquas ſpecies.

¶Secũdò. Si per ſpecies: utrum per ſpecies cõnaturales, vel per ſpecies à rebus acceptas.

¶Tertiò. Vtrũ angeli ſuperiores cognoſcãt p ſpecies magis uniuerſales, q̃ inferiores.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum angeli cognoſcant omnia per ſuam ſubſtantiam.

Ad primvm ſic proceditur. Videtur, quòd angeli cognoſcant omnia per ſuam ſubſtantiam. Dicit. n. Dion. * 7. c. de Diui. nom. quòd angeli ſciunt ea, quæ ſunt in terra, ʰ ſecundum propriam naturam mentis. Sed natura angeli eſt eius eſſentia. Ergo angelus per ſuam eſſentiam res cognoſcit.

¶2 Præt. Secũdum Philoſophũ in * 12. Metaphy. & in 3. de anima, in his quæ ſunt ſine materia, ʰ idem eſt intellectus & qđ intelligitur. Id autem quod intelligitur, eſt idem intelligenti, ratione eius quo intelligitur. Ergo in his, quæ ſunt ſine materia, ſicut ſunt angeli, id quo intelligitur, eſt ipſa ſubſtantia intelligentis.

¶3 Præt. Omne quod eſt in altero, eſt ʰ in eo per modum eius in quo eſt. Sed angelus hẽt naturam intellectualem. ergo quicquid eſt in ipſo, eſt in eo p modum intelligibilem. Sed omnia ſunt in eo: qa inferiora in entibus ſunt in ſuperioribus eſſentialiter, ſuperiora uerò ſunt in inferioribus participatiuè. Et iõ dicit Dion. * 4. ca. de diui. nomi. nom. q Deus tota in totis cõgregat, ideſt omnia in omnib⁹.

A verum eſt obiectũ intellectus oĩs. Eſſentia aũt angeli nõ continet in ſe oĩa. Quod pbat. Tũ, quia eſt determinata ad genus & ad ſpeciẽ. Tũ, qa cõtinere in ſe oĩa, eſt propriũ eſſentiæ diuinę, q eſt infinita ſimpliciter. Nota primò, q ſecunda pars concluſionis p modũ cuiuſdã ſequelæ à Sancto Thoma appoſita eſt, & non probata, ſed quaſi per ſe nota dimiſſa apud ſupponẽtes, angelos habere cognitionẽ de rebus omnibus ſecundũm proprias rõnes earũ, & cõcedẽtes dari ſpecies intelligibiles. Vñ duæ hic annectũtur qõnes. Altera an angeli cognoſcant oĩa ſecũdũ proprias rationes. Altera an dentur ſpecies intelligibiles. Et ſecunda quidẽ ſeorſum tractabitur. Ad primam aũt, quia directè ſpectat ad ppoſitũ, & expſſè hoc ſumit in minore: eſt ſecũdo dicẽdum, niſi inferius multis qſtionibus ſingillatim diſcutienda eſſet, vndè p nunc ſupponatur. Nota ſecũdo, q in pſenti rõne ſupponit eſſentiã angeli poſſe eſſe ei rõnem intelligẽdi: & diſcutitur an reſpectu omniũ intelligibilium ab eo, ſit rõ, an nõ reſpectu omnium. Illud autẽ quod præſupponit, i ſequenti qſtione articu. 1. explanabitur, & diſcutietur: hoc autẽ tanquam cõiter confeſſum ſupponitur. Nota tertiò, quod cõtinentia, de qua eſt ſermo in maiore & minore, eſt continentia completa, ſiuè formalis ſiuè uirtualis ſit: completa autem continentia dicitur, quando aliquid continetur ſecundũ omnes ipſius conditiones formaliter, ut genus in ſpecie, uel uirtualiter, ut creaturæ ſunt in creatoris potentia. Nam niſi de huiuſmodi cõtinẽtia ſit ſermo, forma non adæquaret potentiam quantũcunque eſſet continens alias. Et ſic minor clara eſt: quoniam eſſentia angeli ſola, etſi ſit ſiue [...] quaſi exemplar, & ſuperiorum quaſi effectus, & ex ea fluant ſpecies omnium, in ſe tamẽ ſecundũm ſe ſolam, non æquiualet ſpeciebus ex ea fluentibus: quoniam multa addunt in repræſentando, quæ ſola p ſe ipſam repræſentare nequi-

591

Perfecta per ſitum.

280 2. d. 12. ar. 3. 5. Et 3. d. 14. ar. 1. q. 2. cor. & 1. * Cap. 7. a medio.

* li. 12. Meta. tex. 51. Et 1. de anima tex. 15. to. 2.

* Cap. 4. par. 1. parum ante medi.

Universidad de Deusto Biblioteca

ſequit. Quia ea, q̃ repræſentantur in ſolo Deo conueniunt, ſecũdũ oẽs eorũ cõditiones, quia addunt aliquid poſitiui, qđ in angelorũ eſſentiis nõ continetur: quia ſũt finitæ. Nota quartò, q cũ in litera pbatur, q quo intellect⁹ intelligit, eſt forma eius, quia quo agens agit, eſt forma eius: ſumitur agens & agere cõmuniter, vt etiã cõprehendit actionẽ immanentẽ, q nõ eſt actio, ſed qualitas. vis ẽ rõnis nõ infirmatur ex hoc, immò valida magis redditur. Quia ſi intelligere eſt idẽ agere, qđ eſt eſſe tale, à fortiori ſequitur, ergo quo ſic agit, eſt eius forma: quia eſt quo intelligẽs habet tale eſſe.

*Ca. 4. nõ remote à princ.

Ergo angel⁹ omnia in ſua ſubſtantia cognoſcit.

Sed contra eſt, qđ Diony.[a] dicit in eodem capite, q angeli illuminãtur rationibus rerum. ergo cognoſcũt p rõnes rerũ, & nõ p propriam ſubſtantiam.

Respon. dicẽdũ, q illud, quo intellectus intelligit, cõparatur ad intellectum intelligentẽ, ut forma eius,[b] qa forma eſt quo agẽs agit. Oportet autẽ ad hoc q potentia pfectẽ cõpleatur p formã, q oia contineantur ſub forma, ad quæ potentia ſe extẽdit. Et inde eſt, q in rebus corruptibilib⁹, forma ñ pfectẽ cõplet potẽtiã materiæ:[c] quia potentia materiæ ad plura ſe extẽdit, q̃ ſit continentia formæ huius, vel illius. Potentia aũt intellectiua angeli ſe extẽdit ad intelligendum oia: quia obiectũ intellectus eſt[d] ens vel verum cõmune[e]. Ipſa aũt eſſentia angeli non cõprehẽdit i ſe oia, cũ ſit eſſentia determinata ad genus & ad ſpeciẽ. Hoc aũt ppriũ eſt eſſentiæ diuinæ, q̃ infinita eſt, vt in ſe ſimpliciter oia cõprehẽdat pfectẽ. Et ideò, ſolus Deus cognoſcit oia p ſuã eſſentiã.[m] angelus aũt p ſuã eſſentiã nõ põt omnia cognoſcere, ſed oportet intellectum eius, aliquibus ſpeciebus perfici ad res cognoſcendas.[n]

332 417 · 318 390 · D. 752. 276. · 83 85 Concl. in

Ad primum ergo dicẽdũ, q cum dicitur angelum ſecundum ſuam naturam res cognoſcere: ly ſm, non determinat medium cognitionis, quod eſt ſimilitudo cogniti: ſed virtutem cognoſcitiuã, quæ conuenit angelo ſecundum ſuam naturam.

Ad II dicẽdũ, q ſicut ſenſus in actu eſt ſenſibile in actu,[a] vt dr in 2. de Aĩa, non ita, q ipſa vis ſenſitiua ſit ipſa ſimilitudo ſenſibilis, quæ eſt in ſenſu: ſed quia ex utroq; fit vnum, ſicut ex actu & potẽtia: ita & intellectus[d] in actu, dr eſſe intellectum in actu: non q ſubſtantia intellectus ſit ipſa ſimilitudo per quã intelligit, ſed qa illa ſimilitudo eſt forma eius. Idem eſt autem quod dicitur: in his quæ ſunt ſine materia, idem eſt intellectus & quod intelligitur, ac ſi diceretur: quòd intellectus in actu, eſt intellectum in actu. Ex hoc enim aliqd eſt intellectum in actu, quòd eſt immateriale.[e]

81 a 415 · D. 761. · 417

Ad III dicendũ, q ea quæ ſunt infra angelum, & ea quæ ſunt ſupra ipſum, ſunt quodamodo in ſubſtantia eius: & non quidem perfectẽ, neq; ſm propriam rationẽ, cum angeli eſſentia finita exiſtens, ſecundum propriam rationem ab alijs diſtinguatur, ſed ſecundum quandam rationem cõmunem.[f] In eſſentia autem Dei, ſunt omnia perfectẽ, & ſecundum propriam rationem, ſicut in prima & vniuerſali virtute operatiua,[g] a qua procedit quicquid eſt in quacunq; re proprium, vel cõmune. Et ideò, Deus per eſſentiam ſuam habet ppriam[d] cognitionem de rebus omnibus: non autem angelus, ſed ſolam communem.

417 · 417 · 417 a · D. 472.

ARTICVLVS II.

Vtrum angeli intelligant per ſpecies, à rebus acceptas.

AD SECVNDVM ſic pceditur. Vr, q angeli intelligant p ſpecies a rebus acceptas. Oẽ n. qđ intelligitur, p aliquã ſui ſimilitudinẽ, in intelligente intelligitur. Similitudo aũt alicuius i altero exiſtẽs, aut eſt ibi p modũ exẽplaris, ita q illa ſimilitudo ſit cauſa rei: aut eſt ibi per modũ imaginis, ita q ſit cauſata a re: oportet igitur q omnis ſciẽtia intelligẽtis, vel[h] ſit cã rei intellectæ, vel cãta à re. Sed ſcientia angeli, non eſt cã rerum exiſtẽtiũ in natura, ſed ſola diuina ſcientia.[a] Ergo oportet, q oẽs ſpecies, p quas itelligit itellect⁹ angelic⁹, ſint à rebus acceptæ.

¶ 2 Præt. Lumẽ angelicũ eſt fortius q̃ lumen intellectus agẽtis i aĩa. Sed lumẽ intellect⁹ agẽtis abſtrahit ſpecies itelligibiles à phãtaſmatib⁹. ergo lumẽ itellectus angelici põt abſtrahere ſpecies, etiam ab ipſis rebus[h] ſenſibilibus. Et ita, nihil prohibet dicere, quòd angelus[h] intelligat p ſpecies a rebus acceptas.

¶ 3 Præt. Species q̃ ſunt in intellectu, indifferenter ſe habẽt ad pſens & diſtans, niſi quatenus à rebus ſenſibilibus accipiunt. Si ergo angel⁹ nõ intelligit p ſpecies à reb⁹ acceptas, eius cognitio idifferẽter ſe haberet ad ppinqua & diſtantia, & ita fruſtra[h] ſecundũ locum moueret.

Sed contra eſt, qđ Dio. dicit[a] 7. c. d diui. no. q angeli ñ cõgregãt diuinã cognitionẽ à reb⁹ diuiſibilib⁹, aut à ſẽſibilib⁹.

Respon. Dicẽdũ, q[m] ſpecies p quas angeli intelligũt, ñ ſunt à rebus acceptæ, ſed eis connaturales.[n] Sic n. oportet intelligere diſtinctionẽ ſpiritualiũ ſubſtãtiarũ & ordinẽ, ſicut eſt diſtinctio & ordo corporalium.[c] Suprema aũt corpora hñt potẽtiã i ſui nã totaliter pfectã p formã. In corporib⁹ aũt inferiorib⁹ potẽtia mãæ nõ totaliter pficit p formam, ſe accipit nũc vnã, nũc aliã formã ab aliquo agẽte. Similiter & inferiores ſubſtãtiæ intellectiuæ, ſ. aiæ humanæ, hñt potẽtiã intellectiuã, non completã naturaliter. Sed cõplet in eis ſucceſſiuẽ:[a] p hoc q accipiunt ſpẽs intelligibiles à rebus. Potentia verò itellectiua i ſubſtãtijs ſpũalibus ſuperioribus, i. in angelis, naturaliter cõpleta eſt p ſpẽs intelligibiles connaturales, inquãtũ hñt ſpẽs intelligibiles connaturales ad oia intelligẽda, q̃ naturaliter cognoſcere poſſunt. Et hoc ẽt ex ipſo mõ eſſẽdi hmõi ſubſtãtiarum apparet. Sub ſtãtiæ n. ſpũales inferiores, ſcilicet aiæ, hñt eſſe affine corpori inquãtũ ſunt corporum formæ, & iõ ex ipſo mõ eſſendi cõpetit eis vt à corporibus & p corpora ſuam pfectionem intelligibilẽ cõſequãtur,[a] alioquin, fruſtra corporibus vnirent. Subſtãtiæ verò ſuperiores, i. angeli, ſunt à corporibus totaliter abſolutæ immaterialiter & in eſſe intelligibili ſubſiſtentes: & iõ ſuam pfectionẽ intelligibilem cõſequunt̃ per intelligibilem effluxum, quo à Deo

SVPER QV. LV. ARTIC. II.

Ferr. 2. cont. c. 96. Scot. 2. ſ. d. 3. q. 11. Egid. 2. ſ. d. 3. q. 2. art. 2. & q. 4. diſp. de cog. ang. q. 4. & quol. 1. D. Bon. 2. p. d. 2. art. 2. quæſt. 1. Dur. d. 3. q. 6. Bannes. ar. 2.

Titulus clarus eſt. ¶ In corpore articuli vna eſt concluſio reſponſiua. Species quas angeli intelligũt, nõ ſunt à rebus acceptæ, ſed ſunt eis cõnaturales. Et pbat triplicitér, duab⁹ rõnibus, & vnica authoritate Aug. Prima rõ eſt. Diſtinctio, ordoq; corporaliũ habet, ut corpora inferiora ſint in potẽtia ad perfectiones ſuas, & ſucceſſiuè acquirãt: ea corpora verò ſuperiora congenitas habeant ſuas pfectiones, ſimiliter connaturaliter cõpleta &c. ergo diſtinctio ordoq; ſubſtantiarũ intellectualiũ, ut hoc idẽ habeant, ut ſcilicet inferiores intellectus ſint in potẽtia ad ſuas pfectiones, ſuperiores verò habeãt eas naturaliter congenitas. Tales autem pfectiones ſunt ſpecies intelligibiles. ergo.

¶ Circa hanc rõnem aduerte, q Scotus in 2. d. 3. q. vltima, dicit [illegible] non concedi [illegible] propoſitionẽ. Quia magis oppoſitũ. Quia perfectiones cœleſtes ſunt cãbiles à Deo ſolo: perfectiones verò angelicæ ſunt cãbiles à creaturis. Ex hoc n. ſequitur, & q tamen non concedit [illegible] non eſt idem [illegible] cium vtriuſq; [illegible] infer oppoſitum [illegible] perfectiones cauſabiles à creaturis, [illegible] ex prouidentia diui[illegible] na per ſecundas cauſas. Conſtat autem quòd obiectũ & intellectus poſſunt cauſare ſpeciem. ergo [illegible] Durandus quoque triplicitér dicit hanc rationẽ peccare. Primò, in proportionalitate corporum ſuperiorum ad inferiora, & angelorum ad animas noſtras: quia aut intelligitur [illegible] & ſic eſt falſa: quoniam ſuperiora corpora generant inferiora: angeli

*Concl.

autem non generant animas: aut particulariter, & ſic nihil cõcludit. Secundo, in complemento naturali corporum cœleſtium: quia aut intelligit de perfectione ſubſtantiali, & ſic non eſt ad propoſitum, aut de accidentali etiam, & ſic falſum aſſumit, quia luna & ſtellæ accipiunt lumen à ſole. Tertio, ducẽdo ad impoſſibile: quia ſtantibus aſſumptis propoſitionibus iſtis, ſequeretur quòd angelus eſſet ſic naturaliter perfectus, q nõ eſſet in potentia ad aliquam accidentalem perfectionem & conſequenter nullam de nouo poſſet habere actualem cognitionem: quod iſti negares.

¶ Ad has obiectiones facile reſpondetur, notando duas diſtinctiones. Prima eſt de pfectionibus angelicis, ſiuè cœleſtibus, quòd dupliciter poſſumus de eis loqui. Vno modo ſecundum rationem communem, & ſic vtreq; ſunt cauſabiles à creatura. Figura n. motus, & lumen, & ſpecies intelligibiles in communi, etiam ſunt, acquiſibilia per actionem creaturarum de nouo. Alio modo ſecundum proprias rationes, prout & inquantum ſunt in tali, & tali natura, ſcilicet cœleſti & angelica. Et hoc pacto, ſupponere perfectiones angelicas eſſe cauſabiles ab extra, aut non cauſabiles, eſt petitio principij: quia hoc eſt quod quærendo vertitur in dubium. Sanctus Thomas rationabiliter ex hoc, quòd natura indidit corporibus cœleſtibus perfectiones ſuas, quæ tamẽ in communi ſunt de nouo acquiſibiles, intulit à fortiori, intelligentias eſſe tales naturas, quibus congenitæ ſint propriæ perfectiones, quæ etiam in communi ſunt de nouo acquiſibiles. Et ex hoc à priori ſequitur, quòd neutræ vt in tali natura ſunt, ſunt cauſabiles ab extra, ſed ab authore naturæ tantum. Et ex hoc patet reſponſio ad Scotum. Secunda diſtinctio eſt de potentia, quia vt dicitur 8. Phy. dupliciter contingit aliquid eſſe in potentia, ſcilicet eſſentiali, id eſt, ad actum primum, aut accidentali, id eſt ad actum ſecundum. Et ut patet in 2. & 3. de Anima, intellectus tũc dicitur eſſe in potentia eſſentiali, quando eſt ſicut tabula nuda. Tunc autẽ in potentiã accidentali, quando eſt ſicut ſciens, non actu intelligens, in propoſito ergo ſermo eſt de potentia eſſentiali & ad perfectionem ſecundum actum primum: non aliquam, ſed omnem, tam ſubſtantialem quam accidentalem, naturalem tamen. Vnde ad primam inſtantiam dicitur, quòd obiectio eſt ſatis puerilis: quoniam aliud eſt arguere ex propoſitionibus particularibus, & aliud eſt arguere ex vna conditione particulari alicuius naturæ. Arguimus enim hic ex iſta corporum cœleſtium conditione: quia ſcilicet ſunt naturaliter completa, & tamen formamus propoſitionem vniuerſalem de omnibus corporibus primis. Vnde proportionalitas illa eſt particularis quo ad conditionem, in qua attenditur, & eſt vniuerſalis quo ad prædicationem.

¶ Ad ſecundam verò inſtantiam dicitur, quòd corpora cœleſtia quãmuis comparentur ad perfectiones accidentales, vt potentia ad actum, quia ſe habent vt receptiuum ad receptum: non tamen ſunt in potentia eſſentiali aut accidentali, reſpectu earum, unde non eſt ad propoſitum talis potentialitas.

¶ Ad tertiam verò inſtantiam dici poteſt dupliciter. Primò, q dicitur proportionalitas inter angelos & corpora cœleſtia, magis attẽditur ſecundum potentiam eſſentialem q̃ accidentalem, quia actus ſecundus corporũ eſt operatio tranſiens: angelorũ verò immanens, actus verò primus, vtrobiq; eſt in eiuſdem eſt, & quo ad hoc eiuſdem ordinis. Tũ, quia actus primus vtrobiq; eſt naturalis, actus verò ſecundus non ſed angelorum eſt operatio libera, corporũ verò naturalis. Et propterea, hæc abſque imperfectione non eſſent in potentia accidentali. Illi verò ex libertate in natura infinita, habent potentialem accidentalem. Secũdo dici poteſt, quòd quẽadmodũ in corporibus cœleſtibus poteſt de nouo aliqd acquiri partialiter, ut patet de partibus motus & terminis eius, & ſimiliter & partibus lunæ, quo ad illuminari: ita in angelis eſt potentia accidentalis ad aliquam nouã cognitionem, proportionaliter enim ſe habent. Corpora nãq; cœleſtia ſemper mouentur, & tamẽ mutant̃ de termino in terminum: & luna ſemper illuminatur, & tamen ſemper mutatur. Angeli autem & ſemper actu intelligunt, ſaltem ſeipſos

& mutantur de una intellectione in aliam, reſpectu aliorum cognitorum.

¶ Secunda ratio eſt modus quo res naturaliter perficitur, cauſatur ex naturali modo eſſendi eiuſdem. Cuius ſignum eſt, q in anima noſtra, cuius naturalis modus eſſendi eſt in corpore, naturalis etiam modus quo perficitur eſt, vt accipiat à corpore: alioquin fruſtra vniretur corpori, cum materia ſit propter formam, & nõ econuerſo. Sed angeli ſubſiſtũt abſque omni cõiunctione ad corpus, ergo perficiuntur abſque acceptione à corpore, per influxum intelligibilem, ab actore naturæ.

¶ Circa hanc rationẽ Scot. vbi ſupra dicit quòd quãmuis ex modo eſſendi animæ, concludatur modus quo perficitur, ex incorporeitate tñ angeli, non poteſt concludi, quòd non perficiat̃ ab obiecto corporeo: quoniam independentia à corpore, vt materia, nõ infert independentiam à corpore ut obiecto.

¶ Ad hoc dicitur, q proceſſus Sancti Thomæ iuxta doctrinam traditam 1. Poſteriorum procedit ſic: Si affirmatio eſt cauſa affirmationis, negatio erit cauſa negationis: & tenet in cauſis proprijs. Si enim propria cauſa, quare aĩa accipit perfectionem ſuam à corpore, eſt modus eſſendi eius: conſequens eſt, q negatio talis modi eſſendi, erit cauſa negationis talis modi perficiẽdi, immo oppoſitus modus eſſẽdi, erit cauſa oppoſiti modi perficiendi. Quòd autem modus eſſendi animæ ſit propria cauſa modi perficiendi paſſiuè, probatur à S. T. quia aliter vnio animæ intellectiuæ ad corpus, q̃ importat talẽ modũ eſſendi, fruſtra eſſet. Et tenet ſequela, qa talis vnio, aut eſt primo propter bonum animæ, aut propter bonum corporis. Sed hoc non poteſt dici, quia forma non eſt propter materiam: relinquitur ergo illud, quia materia eſt propter formam. Conſtat autem proprium bonum aĩæ intellectiuæ in perfectione intelli[illegible] conſiſtere. Et ex hoc patet q independẽtia naturalis à corpore vt à materia, infert indepẽdẽtiã ab eodẽ, ut obiecto.

¶ Sed contra hoc tamen inſtat iterum Scotus in 4. diſt. 45. dicens, dupliciter poſſe ſolui hanc rationem, primò dicendo, q non ſequitur, animam fruſtra vniri, ſi per hanc viam, & p aliã poſſit perfectio acquiri: ſicut nõ ſequitur, fruſtra potionem ſumere infirmum, qui etiam perfectionem abſq; potione poſſet ſanari. Secundo, dicendo quòd anima non vnitur propter bonum proprium, nec materiæ, ſed totius compoſiti, & ſic vtroq; modo negatur, quòd modus eſſendi talis, ſit propria cauſa talis modi perficiendi.

¶ Ad primum horum dicitur in generatione entium & perfectiorum, non contingit ponere plures modos, vt patet in naturalibus, non ergo eſt rationabile, perfectionẽ ſubſtantiæ intellectualis pluribus modis poſſe naturaliter fieri: quoniam vnius naturæ, vnus eſt modus naturalis ſuæ perfectionis. Secundo, quòd fruſtra fit per plura q̃ fit per pauciora æquè bñ. Sed ſic eſſet in propoſito, immò melius anima perficeretur immediatè ab obiecto, quàm à vice obiecto, id eſt phantaſmate: igitur aut iſte non erit naturalis, aut ille.

¶ Ad ſecundum autem dicitur, quòd quia intellectuale vt ſic, non eſt actus corporis, conſequenter vt ſic, non eſt pars compoſiti corporei: ergo loquendo de ſubſtantia intellectuali formaliter, non poteſt dici quòd primò eſt propter compoſitum, niſi aſſignetur ratio quare vnibilis eſt corpori. Nec poteſt dici, qa eſt talis forma, pura intellectiua ſimul & ſenſitiua, quia de hac connexione quæritur eodem modo, aut propter bonum ſenſitiui aut intellectiui. Non primum, quia illud eſt vt materia. Ergo ſecundum, ſ. vt à ſenſibus accipiat & habeat intentum. In reſponſione ad ſecundum, vbi ponuntur duæ viæ reſpondendi, aduerte, quòd Scotus in locis allegatis impugnat primã reſponſionem tripliciter. Primò contra eius efficaciam arguit ſic: Eſſe imaginabile, aut ponit medium inter eſſe intelligibile & ſenſibile ex parte obiecti, ſeu rei cognitæ, aut ex parte intellectus, ſeu potentiæ abſtrahentis. Si ex parte rei, ſequeretur, q etiam Deus nõ poſſet intelligere lapidẽ, niſi mediã imaginatione, aut eſſe imaginabili. Si ex parte intellectus, argumẽtũ nõ cõcludit, qa ſtat q aliquid ſit medium [illegible] inferiori [illegible]

virtut[illegible]

353 418 373 · 415 · 58 494 260

Universidad de Deusto Biblioteca

ſpẽs rerũ cognitarũ, acceperũt ſiſ cũ intellectuali natura. ᵉ Vñ Aug. dicit * 2. ſup Geneſim ad literã, ꝙ cętera q̃ infra angelos ſunt, ita cauſant, vt prius fiant in cognitione rationalis creaturę ac deinde in genere ſuo.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ in mente angeli, ſunt ſiſitudines creaturarum, nõ quidem ab ipſis creaturis acceptę, ſed à Deo, qui eſt creaturarũ cã, & in quo primò ſiſitudines rerũ exiſtũt. Vñ Aug. dicit in eodem * lib. ꝙ ſicut rõ qua creatura condit, prius eſt in verbo Dei q̃ ipſa creatura quæ conditur: ſic & eiuſdẽ rationis cognitio prius fit in creatura intellectuali: ac deĩde eſt ipſa cõditio creaturę. G

AD II. dicendum, ꝙ de extremo ad extremũ non peruenit niſi per medium. Eſſe aũt formæ in imaginatione, q̃ eſt quidẽ ſine materia, non tñ ſine materialibus cõditionibus, medium eſt, inter eſſe formæ, quę eſt in materia, & eſſe formæ q̃ eſt in intellectu ꝑ abſtractionẽ à materia, & cõditionibus materialibus. Vñ quãtũcũq; ſit potẽs intellectus angelicus, nõ poſſet formas materiales reducere ad eſſe itelligibile. niſi pri⁹ reduceret eas ad eẽ formarũ imaginatarũ. Qđ ẽ ipoſſibile, cũ careat imaginatiõe, vt dictũ * ẽ. ᶠ Dato ẽt ꝙ poſſet abſtrahere ſpẽs intelligibiles à rebus materialibus: non tñ abſtraheret, quia nõ indigeret eis, cum hẽat ſpẽs intelligibiles connaturales. H

AD III. dicendum, ꝙ cognitio angeli ĩdifferẽter ſe hẽt ad diſtãs & ꝓpinquum ſecũdum locũ. Non tamen propter hoc motus eius localis eſt fruſtrà. Non enim mouetur localiter ad cognitionem accipiẽdam ᵍ ſed ad operandum aliquid in loco.

284 *li. 2. ſup Gen. ca. 8. circa prĩci. tom. 3.

*li. 2. ſup Gen. ca. 8. circa me. tom. 3.

285

virtuti ſuperiori, ſicut (verbi gratia) gradus caloris vt quatuor, habet rationẽ medij, reſpectu virtutis calefactiuæ debilis, paulatim calefacientis, & non virtutis vehementis, ſubito magnũ calorem inducentis. F

¶ Secundo ad idem arguit ſic. Nihil eſt in phantaſmate, ꝓ quod ſufficiat ad cauſandum ſpẽm itelligibilem in ſuo ordine, quod non eminentius ſit in re, cuius eſt phantaſma, ergo res ſenſibilis in ſeipſa, poteſt communicare ſpeciem: igitur phantaſma eſt medium per accidens, id eſt pro ſtatu iſto. Antecedens probat: q phantaſma ꝓ hoc tm̃ agit, quia eſt repræſentatiuũ obiecti.

¶ Tertiò contra eius veritatem inſtat, volens falſum eſſe, ꝙ eſſe imaginabile ſit medium inter eſſe intelligibile & ſenſibile: q̃m eſſe imaginabile comprehendit ſub hoc extremo, qđ eſt eſſe ſẽſibile: quẽadmodum imaginatio ſub cognitiõe ſenſitiua.

¶ Ad has obiectiones dupliciter dici poteſt. Primo quod S. Th. ideo addidit ſecundam ſolutionem quia videbat rõnem hanc pati calumniã nec credidit ipſam eſſe neceſſariam, ſed probabilem. Ego autem, puto opinatum eſſe ipſum cũ Auerroy in de Senſu & ſenſato, hac rõne neceſſario cõcludere, ſi philoſophiæ propoſitiones, vt philoſophos decet admittantur. Addidit tamen ſecundam reſponſionem: vt thologizantibus, & ſecundũ imaginationem loquentibus, ſatiſfaceret. Dicendum eſt ergo, quod ratio efficax eſt, quod mediũ hoc eſt eſſentiale non tantum in eſſendo, ſed etiam in cauſando non ſimpliciter, ſed reſpectu talis cãæ, ſcilicet rei ſenſibilis. Quòd enim eſſe imaginabile ſit medium in eſſendo, inter eſſe ſenſibile externum, & eſſe intelligibile: per ſe notum eſt: quia quod quid erat eſſe imaginabilis, partim eſt materiale, & partim ſpirituale. Quòd vero ſit medium in cauſando eſſe intelligibile non ſimpliciter, ex eo patet, quod effectus iſte, ſcilicet eſſe intelligibile, poteſt cauſari abſque eſſe imaginabili concurrente: vt patet de ſpeciebus congenitis ipſis angelis. Quod autem ſit medium eſſentiale in cauſando eundem effectũ reſpectu talis cauſæ, ſcilicet ſenſibilis exterioris, id eſt quod ſi eſſe intelligibile cãri debet à re ſenſibili extrinſeca, cauſari non poteſt niſi per tale medium, ſcilicet eſſe imaginabile. Et loquimur ſemper de potentia & ordine naturali. Declaratur ex illa maxima Diony. 7. cap. de diui. nomi. ſcilicet, ꝙ ordo vniuerſi hoc habet, vt ſupremum infimi, attingat infimum ſupremi. Ex hac enim habeo, quod ſenſibile non niſi in ſuo ſupremo, pertingit ad infimum ordinem intelligibilem. Conſtat autem, quod ſupremum in ordine ſenſibilium eſt, eſſe imaginabile: qa eſt ſpiritualiſſimum & propinquiſſimum intelligibilibus: & quod infimum in ordine intelligibili, eſt concurrere ad ſpeciẽ intelligibilem educẽdum de potentia ad actum: iungitur naturalis ordo rerum exigit, vt res ſenſibilis ſcđm eſſe omnino materiale, non poſſit eẽ immediatũ cooperãs virtuti intellectuali, ꝓducẽti eſſe intelligibile. Sed ſi cooperari debet oportet, qđ prius ad ſummum gradum perueniat. Habeo ẽt ſecundo, ꝙ ſolus intellectus humanus, qui eſt infimus in ordine intellectualium, cõiungit ſupremo ſenſibiliũ, quod eſt concurrere cũ ſenſibilibus ad habendum & colligendum eſſe intelligibile. Intellectus verò ſuperiores, altiori modo illud obtinent. Et ex hoc patet reſpõſio ad obiecta. Nam dicendum eſt ad primum, quod eſſe imaginabile eſt mediũ nõ ſolũ ex parte virtutis intellectiuæ, ſed ẽt ex parte ſenſibilis rei cognitæ, Non inquantum habet rationẽ obiecti ſeu termini, ſed inquantum habet rationẽ cauſæ & motiui. Et ſic patet inſtantias non obſtare.

¶ Ad ſecundam vero, negatur aſſumptum: quoniam ſpiritualitas phantaſmatis, non per accidens, ſed per ſe concurrit ad talem cauſalitatem, vt ex dictis iam patet. Ad probationem autem di. ꝙ phanthaſma agere ratione naturæ repræſentatæ, põt dupliciter intelligi. Vno mõ tãquam ratione agendi. & ſic cõceditur. Alio modo, tanquam conditione agentis, & ſic eſt falſum. Quidditas .n. bouis, non ſecũdum quodcunque eſſe, eſt ꝓximũ principium ſimpliciter in eſſe intelligibili, ſed ſcđm eſſe ſpiritualiſſimum proprij ordinis, ſcilicet ſenſibilis. Vnde quemadmodum quod quid erat eſſe bouis, eſt prima rõ agendi in generatione naturali, cum bos generat bouem: eſſe aũt materialiter & ſenſibiliter, vt bos eſt: in rerum natura, eſt conditio & ratio agendi, & agentis: Ita cum phantaſma ſpeciem intelligibilem concauſat (cum phantaſma nihil aliud ſit quam natura bouina in tali eſſe ſpirituali) rõ agendi eſt ipſa natura. ſed conditio rõnis agẽdi & agentis, eſt talis ſpiritualitas, quæ, nõ eminẽtius cõtinet in obiecto extrinſeco, q̃m ipſa eſt ab aĩa, non quacunq;, ſed ſuprema, ſeu ſcđm ſui ſupremum, q̃m ſenſitiuum ex coniunctione ad intellectiuum, obtinet vim cogitatiuæ, à qua eſt tanta ſpiritualitas. Nec obſtat, quòd phantaſma ſit quantũ quoddã & materiale, ac per hoc conueniens in modo eſſendi cum obiecto extrinſeco: q̃m vt ex dictis patet, modus iſte eſſendi, ꝗuis ſit eiuſdem generis, eſt tamen alterius & nobilioris rationis adeo vt differat ab illo pluſquam genere phyſico, & ſit ſupremus in totali tunidine modorum eſſendi ſenſibilium: vt ſumma propinquitas eius ad ordinem intelligibilem teſtatur. Et propterea, vt dictum eſt, quidditas in tali eſſe, poteſt eſſe naturalis cõcauſa eſſe intelligibilis, non autem quidditas in eſſe omnino materiali. I

¶ Ad tertiũ vero dicitur, quod eſſe ſenſibile duobus modis ſumi poteſt. Vno modo communiter: & ſic cõſtat quod eſſe imaginabile eſt eius ſpecies. Alio modo magis ſtrictè, & vt diſtinguitur contra ſenſibili exteriori: & ſic conſtat imaginabile eſſe mediũ: & qa de tali ſenſibili eſt ſermo, ut per ſe notum eſt, ideo obiectio eſt ſatis friuola.

¶ In reſponſione ad tertium, aduerte quòd Scot. in 4. diſt 45. q. 2. tenens diſtantiam localem impedire cognitionẽ tam angeli quã animæ ſeparatæ, authoritatibus munit ſe, ſcilicet Aug. in lib. de cura agenda pro mortuis, & Gregorij, in homilijs, dicentium, animas ſeparatas neſcire quæ fiunt hic, ſed ea diſcere vel ab angelis, vel ab animabus hinc euntibus, vt ſancti Patres didicerunt à Ioã. Bapt. deſcenſum ad inferos. Adducit etiam duas authoritates Ariſt. alteram ex 8. phyſ. vbi vult intelligentiam mouentem orbẽ eſſe præſentem illi parti vnde incipit, ſeu vbi eſt velociſſimus motus: alteram ex 7. Phyſico. vbi vult agens & patiens eſſe ſimul, ſimultate contactus in corporibus, vel ſimultate maiore, ſiue mutuæ præſentiæ in ſpiritualibus: apud ipſum ergo requiritur præſentia, nec æqualiter ſe habet intelligentia ad diſtans & propinquum.

¶ Ad has obiectiones dicitur, quòd peccant primò, quia ſupponunt angelum ſeu animam ſeparatam accipere cognitionẽ à rebus ſenſibilibus: peccant ſecundò, ſecundum non veram cauſam: q̃m aliunde prouenit ignorantia eorum quæ fiunt apud nos, & non ex diſtantia, vt infra patebit. Vnde authoritates Aug. & Greg. non ſunt ad propoſitum, ſimiliter & authoritates Ariſt. quia loquuntur de actione & paſſione: quã mutuo ex ſuperius dictis in quæſtione de loco angelorũ iam patet, quomodo ac ſimultas intelligenda ſit de præſentia ordinis.

SVPER

SVPER QVEST. LV. ART. III.

Ferr. 2. a. cont. c. 96.
Scot. 2. 5. d. 3. c. 10.
Dur. 2. 5. d. 3. q. 6.
Aegid. 2. 5. d. 3. q. 2. art. 2.
Bannes art. 8.
S. Bona. 2. 5. d. 3. q. 1. art. 2.
Riccar. 2. 5. d. 3. q. 2.
Bacco. 2. 5. d. 6. q. 1.
Capr. 2. d. 3. q. 2. con. 7. & 8.

ARTICVLVS III.

Vtrum ſuperiores angeli, intelligant per ſpecies magis uniuerſales, quàm inferiores.

AD TERTIVM ſic proceditur. Vr, ꝙ ſuperiores angeli, nõ intelligant per ſpecies magis vniuerſales, quàm inferiores. ᵇ Vniuerſale enim eſſe videtur, quòd à particularibus abſtrahitur. Sed angeli non intelligunt per ſpecies à rebus abſtractas. ᵉ Ergo non poteſt dici, quòd ſpecies intellect⁹ angelici, ſint magis uel minus uniuerſales.

¶ 2 Præt. Quod cognoſcitur in ſpãli, perfectius cognoſcitur q̃ quod cognoſcitur in ᵇ vlĩ: quia cognoſcere aliquid in uniuerſali, eſt quodammodo medium inter potẽtiam & actum. Si ergo angeli ſuperiores cognoſcunt ꝑ formas magis vl̃es, quàm inferiores: ſequitur, ꝙ angeli ſuperiores habeant ſcientiã magis imperfectam quàm inferiores, quod eſt inconueniens.

B ¶ 3 Prẽt. ʰ Idẽ nõ põt eſſe ꝓpria ratio multorum. Sed ſi angelus ſuperior cognoſcat per unam formam vl̃em diuerſa, quę inferior angelus cognoſcit per plures formas ſpãles, ſequit; ꝙ angelus ſuperior utitur una forma vl̃i ad cognoſcendũ diuerſa. Ergo nõ poterit habere propriã cognitionem de utroque. quod uidetur inconueniens.

IN titulo aduertendum eſt, quod vniuerſalitas ſpeciei intelligibilis non ſit in prædicando, ſeu eſſendo, nec in cauſando, ſed in repræſentando: intelligere per ſpẽs vniuerſaliores, nihil aliud eſt, q̃ intelligere per ſpẽs ad plura ſe extendentes in repræſentando. Et hoc contingit dupliciter. Vno modo per repræſentationẽ rei magis vniuerſalis. Alio modo per repræſentationem plurium in actu, eo mõ quo ſpẽs repræſentatiua alicuius, & omnium per ſe differentiarum eius actualiter, vniuerſalior ſpecies diceretur & eſſet, q̃ repræſentatiua animalitatis, aut humanitatis tantùm, & hoc modo ſumit vniuerſalior in propoſito, & non primo modo. C

¶ In corpore articuli vnica eſt concluſio reſponſiua affirmatiuè, dupliciter probata, ſ. Angeli quantò ſunt ſuperiores, tãtò per ſpẽs vniuerſaliores intelligunt. Probatio prima eſt iſta. Intellectus quantò ſunt naturaliter ſuperiores, tãtò ſunt ſimiliores Deo in perfectione intelligibili & mõ alij. Et quantò magis ſunt ſimiliores, tãtò per pauciores ſpẽs intelligunt, ergo ꝑ vniuerſaliores. Conſequentia eſt nota: alioquin intelligens per pauciores ſpẽs, nõ haberet perfectã notitiam de oĩb. Prima autem propoſitio patet, ex eo ꝙ naturæ graduantur, ſecundum propinquitatem ſimilitudinis naturalis ad primum. Secunda uerò probatur ex eo, ꝙ Deus oĩa per unũ, ſcilicet uno, intelligit, & hoc eſt perfectionis ſimpliciter. Ex hoc .n. euidenter ſequitur, ꝙ ſimilius Deo & perfectius intelligendi vim obtinet, qui per pauciora, oĩa intelligit, q̃ qui per plura: q̃m minor paucitas propinquior eſt vnitati quàm qui per plura: q̃m minor paucitas propinquior ẽ vnitati quàm multitudo. D Et lumen intellectus minus diuiſum, aut diuiſibile, perfectius eſt quàm diuiſibile per multas rões intelligendi ad hoc ut intelligat. Cuius ſignum eſt, ſecunda probatio in litera adducta, quam experientia dubitare non permittit. Experimur .n. in nobiſipſis quoſdam diſcipulos eſſe, quibus oportet omnia ſingillatim dicere, quaſi per ſingulas ſpecies declarando. Quoſdam uerò, qui ſtatim ex vno multa apprehendunt: nec hoc aliunde quàm ex nobilitate ingenij prouenit.

¶ Circa rões adductas & concluſionem, occurrũt obiectiones Scot. in 2. d. 3. q. 10. ubi contra primam rõnẽ inſtat, dicens propoſitionem illam, Quantò angeli ſunt ſimiliores Deo, tantò ꝑ pauciores ſpecies intelligunt, eſſe falſam: quia non oportet, ꝙ intellectus ſimilior Deo aſſimiletur magis ſibi in hoc, qđ eſt per pauciores ſpẽs intelligere: ſed in hoc, ꝙ limpidius intelligit.

¶ Contra ſcđam uerò rõnẽ à ſigno ſumptam inſtat, dicens ſupponi ſibi falſum, puta ꝙ homines melioris ingenij, per pauciores ſpẽs intelligant: q̃m tot ſunt in illis, quot ſunt in his, q ſunt hebetioris ingenij. Sed illi citius, & limpidius cognoſcunt.

¶ Contra concluſionẽ aũt directè, arguit tripliciter. Primò, Vniuerſalitas rõnis intelligendi, præſupponit unitatẽ obiecti adæquati, i. continentis uirtualiter obiectiuè oĩa, quæ ſpẽs illa continet repræſentatiuè: ut patet de eſſentia diuina, ut rõne intelligendi, & ſui obiecto. Sed impoſſibile eſt dari tale unũ obiectũ continẽs multitudinẽ quidditatuũ. ergo non põt dari aliqua ſpẽs creata, repræſentans diſtinctè multas quidditates. Scđo, quilibet actus cognoſcendi põt habere actum ſibi adæquatũ. ergo non dat. Probat minorẽ quia apud ſe, angelus nõ põt ſimul plures ſpẽs actu intelligere diſtinctè. Tertio arguit ad idem ex parte habitus, dicẽdo ad idẽ inconueniẽs, ſ. ꝙ angelus plures naturas ſimul cognoſceret diſtinctè. Affert præterea unã aliã rõnẽ cõtra tenentes ſpẽm aliquã in angelo repræſentare tot, quin poſſit plura repræſentare: quod quidem, dicit, à nobis non oportere teneri, & bñ dicit

A In hoc de quidditatibus loquendo, q̃m ſermo eſt de ſingularib⁹ & propterea cum tractabitur inferius de repræſentatione infinitorũ ſingulariũ per unam ſpẽm angelicam, ſoluetur ratio.

¶ Ad obiectionem contra primam rõnem dĩ, notando, ꝙ duplex genus perfectionum inuenitur in Deo. Quædam .n. ſunt cõmunicabiles creaturis, vt ſapientia, & bonitas: Quædam verò incommunicabiles, ut infinitas & deitas, & intelligere omnia diſtinctè per ſubſtantiam ſuã: & alia hmõi. Nec ſolùm inter ſe differunt perfectiones hæ, ſed differenti modo creaturę ſimiliores Deo his appropinquant: q̃m ſecundùm primas perfectiones attenditur appropinquatio penes magis participare rõnem formalem illius perfectionis. Secũdũ verò perfectiones incommunicabiles appropinquatio attenditur ſecundũ maiorem receſſum ab oppoſito. Illud .n. eſt ſimili⁹ deitati cuius natura magis recedit à non eſſe, &c.

¶ Nota ſcđo, ꝙ nõ ſolũ intelligere eſt perfectio ſimpliciter ſed ẽt intelligere oĩa per unum: ut patet ex diffinitione perfectionis ſimpliciter, poſita ab Anſelmo, Monologion. 15. Nec refert in ꝓpoſito: an ſit perfectio ſimpliciter ſeorſum & de ꝑ ſe: an ſit gradus ſeu modus ꝑfectionis ſimpliciter: vt hoc qđ dico, act⁹ pur⁹.

¶ Nota tertiò, ꝙ ſuprema pars uniuerſi, i. angeli, ex natura ſua vendicant ſibi ſimilitudinem ad Deum, non ſcđm quaſdã perfectiones ſimpliciter, ſed ſcđm oẽs: magis tamen & minus ſecũdùm gradus ſuos: vt patet diſcurrẽdo per oẽs perfectiones ſimpliciter. Et ſuper hoc fundata eſt ratio Sancti Thomæ oſtendentis, angelos quantò ſuperiores, tantò per pauciores ſpecies intelligere, quia ſunt ſimiliores Deo, ſecundùm omnes perfectiones ſimpliciter, & conſequenter ſecundum hanc: vnde irrõnabilis, & à Philoſophia aliena eſt exceptio iſtius, Quare .n. magis iſta quã aliæ excipienda eſt. Secundò dicitur, quòd ratio fundatur eſſentiali graduatione intellectuum, ut ſ. quoniam quãtò intellectus eſt ſuperior, tantò eſt perfectior. Quantò autem perfectior, tantò unitior (ut ſic liceat loqui) eo quòd uirtus unita, maior eſt ſeipſa diſperſa. Conſtat autem magis unum & indiuidualem eſſe intellectum, minus partitum per ſpecies intelligibiles, quàm eum qui per plures ſpecies diuidendus eſt ad ſingula cognoſcenda: & conſequenter quanto intellectus eſt ꝑfectior, tantò eſt ſimilior Deo, non ſolùm in hoc, quòd limpidius cognoſcit, ſed etiã in hoc, quòd per pauciores ſpecies cognoſcit.

¶ Ad obiectionem uerò contra ſecundam rõnem dĩ, ꝙ S. T. non accepit pro ſigno ingenioſiores homines, ex paucioribus ſpeciebus intelligere, q̃m hoc latet. Sed id quod euidens eſt: hos, ſ. qui ingenio præſtant, ex paucioribus principijs: & abſque diſtinctâ ſingulorum propoſitione apprehendere, hoc .n. eſt ſignum euidens, ꝙ in uno multa apprehendere: nec egere ſingula ſeorſũ propoſiti, atteſtatur magnitudini intellectus.

E ¶ Ad obiectiones autem contra concluſionem, dicitur, ꝙ unitatem ſpeciei præſupponere vnitatem obiecti primi & adæquati, dupliciter intelligi poteſt. Vno modo, quòd præſupponat unitatem formalem & realem illius, ſic in rerum natura exiſtentis. Et hoc modo, non oportet eſſe uerũ, ut patet de ſpecie intelligibili in nobis naturæ bouinæ. Talis enim res, non eſt ſic in rerũ natura, ut adæquatè præſentatur per ſpeciẽ. Et propterea, nulla una res ſingularis inuenitur in rerum natura, adæquatè illi reſpondens. Alio modo, ut præſupponat unitatem tantum formalem obiecti: quemadmodum ſi ſpecies naturæ leoninæ à Deo alicui intellectui eſſet impreſſa. Et hoc modo uerũ eſt vniuerſaliter: quòd omnis ſpecies ſupponit unitatem obiecti, q̃m & omnis potentia reſpicit primò unam rationem formalem. Et ſic dico, quòd argumentum decipitur, putans primo modo verificari maiorem, cum tamen in ſolo Deo verificetur. In cæteris uerò, ſat eſt ꝙ quælibet ſpecies reſpiciat primò unam rõnem formalem: & hoc modo ſe habent ſpecies angelicæ.

¶ Ad

Universidad de Deusto Biblioteca

¶Ad ſecundam verò obiectionem, ex parte actus, conceditur ꝙ angelus quilibet poteſt habere actum adæquatũ cuilibet ſuæ ſpeciei. Nec nos dicimus oppoſitum, dicendo ꝙ non põt ſimul plura intelligere: q̃ñ formaliter loquimur, & intendimus, ꝙ nõ poteſt ſimul plura vt plura intelligere ſimul. Non eſt autẽ plura ut plura intelligere, quando multa intelliguntur per unã ſpeciem, uel etiã per plures ſpecies ordine quodam ſe habẽtes, vel in ordine ad unum.

*Cap. 12. cœle. hierarc.

*In propoſ. 10. hi iſte lib. inter opera Ariſ. to. 3.

¶Contra eandẽ concluſionem inſtatur, quia uidetur contra dicere ſupradictis, quoniam ſequit' ex ea, quòd poſſet dari aliquis angelus, qui omnia intelligeret p eſſentiã ſuã ſolam, & tenet ſequela, adiuncta alia propoſitione tua, ſ. ꝙ Quolibet angelo facto, poteſt Deus facere perfectiorem ſubſtantia literis hoc enim ſequitur, quod ſi facto angelo q omnia intelligat per duas ſpecies, ſcilicet eſſentiã propriam & unam ſuperadditam, fiat alter ſuperior ille intelliget per pauciores ſpecies, & ſic per unam tantum, quæ procul dubio erat eſſentia ſua.

¶Ad hoc dicitur breuiter, negando conſequentiam, quoniam ſtante illa hypotheſi, quicquid de illa ſit, dicitur, quòd creato ſuperiore angelo, neceſſariò omnibus inferioribus angelis ſuperadderetur noua ſpecies, qua diſtinctè poſſent illum intelligere, & ſic in illo qui erat ſupremus, erunt tres ſpecies: in iſto verò nouiter facto eſſent duæ tantùm, & conſequenter pauciores. Et ſic eodem modo dicendum eſt, ſi procedatur in infinitum: ſemper ſuperior habebit pauciores ſpecies, non per minorationem dualitatis, ſed per additionem ſeu multiplicationem pluralitatis in inferioribus.

¶In reſponſione ad ultimum argumentum: dubium occurrit circa illam propoſitionem, Species intellectus angelici propter ſui excellentiam eſt ratio, ſeu ſimilitudo multorum diſtinctè, quemadmodum eſſentia diuina eſt ratio omnium. Hoc.n. vĩ eſſe falſum, & impoſſibile, quoniam talis excellentia, aut eſt in eſſendo, aut in repręſentando tantùm. Sed non poteſt dici ꝙ ſit in repræſentando tantùm. Tùm quia ratio ſeu proportionalitas ad eſſentiam diuinam nulla eſſet, quoniam eſſentia diuina propter excellentiam in eſſendo, quia ſ. eſt præhabẽs omnem eſſendi rationem, & modum, habet excellentiam in repręſentando omnia. Tùm quia reddendo rationem: quare ſpecies angelica una exiſtens, eſt multorum diſtinctè repræſentatiua: quia eſt excellens, i. quia excellenter repræſentat, eſſet idem per idem declarare, & nullam reddere cauſam niſi ſecundũ verba, quia idem eſt multa diſtinctè repræſentare, & ſingula excellenter ſeu inadæquatè repræſentare. Nec etiam dici poteſt, ꝙ ſit ꝑpter excellentiam in eſſendo. Tùm quia ſequeretur quod vna ſpecies in mente angeli, eſſet in eſſendo excellentior multis ſubſtantijs ſenſibilibus, ſpecificè diſtinctis, immò multis ſubſtantijs angelicis, immò fortè omnibus ſubſtantijs actu creatis, inferioribus, ſupremo angelo: quoniam inferiora intelliguntur angeli per hmõi ſpecies excellentes. Tùm quia illa ſpecies eſſet et nobilior in eſſendo quàm eſſentia ſui angeli: quoniam quod eſt tantæ excellentiæ in eſſendo, vt habeat in ſe undè ſibi aſſimilentur omnia inferiora ſecundùm proprias eorum quidditates, nobilius eſt in eſſendo, quàm id quod nõ habet. Tùm, quia hoc repugnat doctrinæ Sancti Thomæ & communi: quoniam quemadmodum communicari nequit ſubſtantiæ angeli, vt ſit tantæ excellentiæ in eſſendo, quòd ſit propria ſimilitudo multorum: ita nec tali ſpeciei, cum utrumque creatura ſit, & determinatum ad genus & ſpeciem.

¶Ad euidentiam huius difficultatis, notandum eſt primo, qđ duo ſunt genera entium. Quædam ad hoc primo inſtituta vt [illegible] fortè ſecundariò alia repræſentent: & hæc vocamus res. Quædam verò ad hoc primò inſtituta ſunt naturaliter, vt alia repræſentent: & hæc vocamus intentiones rerum, &

SED CONTRA eſt, quod dicit Dion.* 12. c. angelicę Hierar. ꝙ ſuperiores angeli participant ſciam magis in vli, q̃ inferiores. Et in li. * de cauſis dr, quòd angeli ſuperiores habent formas magis uniuerſales.

RESPON. Dicendũ; ꝙ ex hoc ſunt in rebus aliqua ſuperiora, ꝙ ſunt uni primo, qđ eſt Deus, propinquiora & ſimiliora. In Deo aũt tota plenitudo intellectualis cognitionis cõtinet in uno, ſ. in eſſentia diuina, ꝑ quã Deus oĩa cognoſcit. Quę qdẽ intelligibilis plenitudo, in itelligibilib. creaturis inferiori mõ, & minus ſimpl'r inuenit. Vndè oportet, ꝙ ea q̃ De' cognoſcit ꝑ vnũ, inferiores intellect' cognoſcãt per multa: & tantò amplius per plura, quãtò amplius intellectus inferior fuerit. Sic igit, quãtò angelus fuerit ſuperior, tantò ꝑ pauciores ſpẽs vniuerſitatẽ intelligibilium apprehẽdere poterit: & iõ oportet, ꝙ ei' formæ ſint uliores, quaſi ad plura ſe extẽdẽtes vnaquæq; earũ. Et de hoc, exẽplũ aliqualiter in nobis ꝑſpici põt: ſunt. n. quidã, qui ueritatẽ itelligibilẽ capere non pñt: niſi eis particulatim per ſingula explicet. Et hoc qdẽ ex debilitate intellectus eorũ cõtingit. Alij verò qui ſunt fortioris intellect' ex paucis multa capere pñt.

F ſpecies ſenſibiles, ſeu intelligibiles. Neceſſitas autẽ ponendi hæc duo rerum gña, eſt: quia oportet cognoſcitiuum eſſe nõ ſolum ipſum, ſed alia: intellectiuũ verò eſſe oĩa, ut patet ex q. 14. & ex animi Philoſophorum conceptione, conuenientium in hoc, ꝙ ſimile ſimili cognoſcitur. Nec naturę rerum ſecundum ſe poſsũt eſſe in cognoſcitiuo: quia lapis non eſt in aĩa: nec ipſum cognoſcitiuũ ſecundum ſuam ſubſtantiã ſolã & finitã, põt eſſe tantæ excellentiæ, vt habeat in ſe vnde diſtinctè ſibi aſſimilentur naturæ rerũ cognoſcibilium ſecundum proprias earũ rõnes. Vnde factũ eſt, cum nec eſſe naturæ cognoſcitiui ſit ratio cognoſcibiliũ, nec eſſe naturale cognoſcibilium ſit ſecundũ ſe in cognoſcitiuo: ut oportuerit inſtitui à natura ens intentionale, quo cognoſcitiuum eſſet cognoſcibilia.

Concilia. D. 13 [illegible]

G ¶Nota autem eſt ſecundò, quòd cognoſcitiuum & intentionale, non diſtinguuntur ſicut duo rerũ ordines: ſed potius ut concurrentia ad perfectionem vnius ordinis, ſ. naturarum cognoſcitiuarum, qm̃ intentionale, cõplementũ intrinſecũ cognoſcitiui eſt. Complementum quidẽ, quia ad H ſupplendum quod ſubſtantiæ cognoſcitiuæ debetur, ſ. eſſe cognoſcibilia, inuentum eſt. intrinſecum verò, quia ad perficiendum & eliciendum intrinſecam eius operationem, adiungit. Vndè ex hoc proportionaliter ſe habent, & quo ad actum & potentiam, & quo ad altitudinẽ gradus. Quo ad actum quidem: quia cognoſcitiuo in actu, inditum eſt actu eſſe intentionale, quo eſt ſua cognoſcibilia. Cognoſcitiuo verò in potentia, ineſt in potẽtia tale eſſe intentionale, ut patet & in anima intellectiua & ſenſitiua noſtra. Quo ad altitudinẽ verò gradus: qm̃ quanto vis cognoſcitiua eſt altior, tantò magis vnitè ſe habet ad cognoſcibilia, ut patet aſcendendo à ſenſibus particularib' ad ſenſum cõem, & ſic deinceps. Quantò autem magis virtus cognoſcitiua unitur, tantò minorem diuerſitatem exigit in eſſe intentionali, quo eſt cognoſcibilia: ac per hoc, quanto virtus cognoſcitiua eſt altioris ordinis, tantò altius, & conſequẽter minus diſtinctũ, & magis uniuerſale in repræſentando ſibi uendicat eſſe intẽtionale, quo cognoſcibilia eſt: quod nihil aliud eſt, q̃ id I quod uocamus ſpẽs intelligibiles, & hoc modo mirabilis naturæ intellectiuæ gradus, à primo intellectu ordinatẽ prouenientes, perpendit'. Nam ipſe oĩa eſt per ſubſtantiam ſuam, & per eã ſolam oĩa nouit. Et cum hoc alijs cõicari nõ potuerit, quia entia limitata ſunt, collatũ eſt eis, ut tales eſſent ſubſtantiæ, ac tantæ perfectionis, ut quod ſecundùm eſſe ſubſtantiale habere non poſſint, ſecundùm eſſe intentionale haberent magis & minus vniuerſaliter, iuxta maiorem & minorem perfectionem ſubſtantiæ cognoſcitiuæ. adeò ꝙ anima noſtra ultima in ordine intellectiuarum, diminutiſſimum ſit ſecundum eſſe intentionale, tanta diuerſitate, quanta materia ſecundum eſſe naturale. His ſtantibus, ad obiecta dicitur, quòd hic eſt ſermo de excellentia in eſſendo. Quæ dupliciter intelligi poteſt, uel reſpectu eorum quæ repræſentantur: uel reſpectu aliarum ſpecierum repræſentatiuarum eorundem obiectorum. Si reſpectu naturarum cognoſcibilium intelligatur excellentia, non poteſt intelligi niſi in modo eſſendi: K quanto ſpecies ſuperioris angeli, habet modum eſſendi altioris ordinis, q̃ habeant non ſolùm ſenſibilia, ſed etiam angeli inferiores, & ꝑ talem excellẽtiam põt plurium eſſe rõ diſtincta. Si uerò intelligatur reſpectu ſpecierum intelligibilium, tunc clarius & facilius, & abſque ambiguitate relucet intentum: & intelligitur de excellentia non ſolum in mõ eſſendi, ſed in ipſa perfectione eſſendi: ita quòd imaginamur, quòd ſicut in anima nõ ſint diuerſæ ſpecies iuxta diuerſitatem rerum repræſentatarum, puta ſpecies bouis, ſpecies leonis, ſpecies aquilæ & c. aſcendendo [illegible] unam ſpẽm altioris ordinis, æquiualentẽ excellenter ſeu eminenter, illis tribus, ſeu quatuor ſpeciebus: & conſequenter repræſentantẽ diſtinctè altiori mõ & illa & [illegible] quatuor ſpecies. Hoc.n. eſt cognoſcere per rõnem

vniuerſalem

vniuerſalem obiecta ſpecialia, qđ eſt maximæ perfectionis. Et hoc modo clarè patet adductas inſtantias nihil obſtare. Nã non oportet dicere, ſpẽm vniuerſalioẽ eſſe perfectiorem naturis repræſentatis, ſed eſſe perfectiorẽ repræſentatiuam adæquatis earum: quod eſt neceſſarium. Nec eſt idem iudicium de eſſe ſubſtantiali angeli, & eſſe intentionali, apud ſe: ſed proportionale. Non eſſe idem quidem ex eo patet, qm impoſſibile cõiter fatemur eſſe, ꝙ angelus ſecundum eſſe ſuũ ſubſtantiale repræſentet propriã rõnem lapidis: & tñ concedimus pariter, ꝙ ſecundum eẽ intẽtionale ſibi additũ illa repræſentatur. Vñ patet repugnare eſſe ſubſtantiali finito, ꝙ ſit ad certam naturã limitatũ, & ſit alterius ſecundũ proprias illius diſtincte repræſentatiuum, & nõ repugnare hoc, eſſe intentionali. Nã ſpẽs bouis in aĩa, ad certam entis naturã definitũ eſt, inter accidentia, & in bouinæ, illæ ꝑpriæ repræſentatiua eſt. Et cã huius diuerſitatis eſt, ea, quã ſupra tetigimus, qa ſcilicet ens intentionale eſt primo à natura inſtitutum ad repræſentandũ pro cõplemento ſubſtantiæ cognoſcitiuæ. Ipſæ vero res quarum ſunt intentiones ſunt primo inſtitutę ad eſſendum. Proportionale autem dictum de ſubſtãtia intellectiua & eſſe intentionali eſt. Quia quo ſubſtantia eſt altior, tantò eſſe intentionale proprium illi eſt altius, immò ex altitudine ſubſtantiæ prouenit altitudo intentionis, maioremq; perfectionẽ, æquiualentiam tñ ponit in angelo altitudo gradus ſubſtantialis, q̃ altitudo intentionis: quoniam hæc nihil aliud ponit niſi eminẽter æquiualere repræſentatiuis adæquatis rerũ.

b 445

D. 356.

*1577.

SVPER QV. LVI. ART. I.

Ferr. 2. cont. c. 96. Cap. 2. d. 3. q. 2. con. 5. Bannez q. 56. a. 1.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ A accidit vli, vt à ſingularibus abſtrahat: inquãtũ intellect' ille cognoſcẽs, à rebus cognitionẽ accipit. Si verò ſit aliquis intellectus a reb' cognitionẽ nõ accipiens, vle ab eo cognitũ non erit abſtractum à rebus, ſed quodãmodo antẽ res præexiſtens: vel ſm ordinẽ cauſæ, ſicut vles rerum rões ſunt in uerbo Dei: vel ſaltem ordine naturę, ſicut vniuerſales rerũ rationes ſunt B in intellectu angelico.

AD SECVNDVM dicẽdũ, ꝙ cognoſcere aliqd in vli, dr dupliciter. Vno mõ ex parte rei cognitæ, ut ſ. cognoſcat ſolũ vlis natura rei. Et ſic cognoſcere aliquid in uli, eſt imperfectius. Imꝑfectè .n. cognoſceret hoĩem, qui cognoſceret de eo ſolũ ꝙ eſt animal. Alio modo, ex parte medij cognoſcendi. Et ſic perfectius eſt cognoſcere aliquid in C uli. Perfectior .n. eſt intellectus, qui unum ule medium poteſt ſingula propria cognoſcere, quàm qui non poteſt.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ idẽ non põt eſſe pluriũ propria rõ adæquata. Sed ſi ſit excellẽs, põt idem accipi ut propria rõ, & ſimilitudo diuerſorũ. Sicut in homine eſt vlis prudẽtia quã tum ad oẽs actus virtutũ: & põt accipi ut propria rõ & ſimilitu D do particularis prudentię, quæ eſt in leone ad actus magnanimitatis, & eius quę eſt in uulpe, ad actus cautelæ, & ſic de alijs. Similiter eſſentia diuina accipitur ꝑp ſui excellentiã, propria rõ ſingulorum q̃ ſunt in ea. Vñ ſibi ſingula ſimilantur ſm proprias rões. Et eodem mõ dicẽdum eſt de ratione vli, quæ eſt in mente angeli, ꝙ per eam ꝑp eius excellẽtiã multa cognoſci E poſſunt, propria cognitione.

QVAESTIO LVI.

De Cognitione angelorum ex parte rerum immaterialium, in tres articulos diuiſa.

DEINDE quærit̃ de cognitione angelorum ex parte rerum, quas cognoſcunt. Et primò de cognitione rerum immaterialium. Secundò de cognitione rerum materialium.

CIRCA primum quæruntur tria.

¶Primò, Vtrum angelus cognoſcat ſeipſum.

¶Secundò; Vtrum unus cognoſcat alium.

¶Tertiò, Vtrũ angelus per ſua naturalia cognoſcat Deum.

ARTICVLVS I.

Vtrum angelus cognoſcat ſeipſum.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ angelus ſeipſũ non cognoſcat. Dicit .n. Diony. *6. c. Angelicæ hierar. ꝙ Angeli ignorant proprias uirtutes. cognita autem ſubſtantia, cognoſcitur virtus. Ergo angelus non cognoſcit ſuam eſſentiam.

¶2 Præt. Angelus eſt quędã ſubſtantia ſingularis, alioquin nõ ageret, cum actus ſint ſingularium ſubſiſtentium. Sed nullũ ſingulare eſt intelligibile. Ergo non põt intelligi. & ita cum angelo non adſit niſi intellectiua cognitio, non poterit aliquis angelus cognoſcere ſeipſum.

¶3 Præt. Intellectus mouet ab intelligibili: quia intelligere eſt quoddã pati, vt dr in *3. de aĩa. Sed nihil mouetur: aut patitur à ſeipſo, vt in rebus corporalibus apparet. Ergo angelus non poteſt intelligere ſeipſum.

SED CONTRA eſt, quòd Au. dicit ſuper Gene. ad lit. *ꝙ angelus in ipſa ſua cõfirmatione, hoc eſt, in illuſtratione veritatis, cognouit ſeipſum.

RESPON. dicendum, quòd ſicut ex ſupradictis * patet, obiectum aliter ſe hẽt in actione q̃ manet in agente, & in actione, q̃ tranſit in aliquid exterius. Nã in actione quæ tranſit in aliqd exterius, obiectum ſiuè materia, in quam tranſit actus, eſt ſeparata ab agente: ſicut calefactum à calefaciente, & ædificatũ ab ædificante. Sed in actione q̃ manet in agente, oportet ad hoc ꝙ procedat actio, ꝙ obiectũ vniatur agenti, ſicut oportet ꝙ ſenſibile uniatur ſenſui, ad hoc quòd ſentiat actu & ita

IN titulo hoc ſolũ notandum eſt, ꝙ præſentis intẽtionis eſt diſcutere principaliter modum, quo angelus cognoſcit ſeipſum: qm̃ q. cognoſcat ſeipſum, apud ſapientes dubiũ non eſt, ſed de modo, an ſcilicet per ſubſtãtiã ſuam an ꝑ aliquam ſpẽm ſuperadditam ſeipſum cognoſcat, dubitatur.

¶In corpore articuli vnã concluſionẽ intẽdit, affirmatiuẽ ſ. ſuã q̃ſito, ſ. Angelus intelligit ſeipſum ꝑ ſuã ſubſtãtiã. Et ꝓbat cã ſyllogiſmo hypothetico ſic. Si aliquid in ghe intelligibiliũ ſe hẽt vt forma intelligibilis ſubſiſtens, illud tale intelligit ſeipſum per ſeipſum: ſed quilibet angelus eſt huiuſmodi. ergo &c. Primã ꝓpoſitionẽ cõditionalẽ ꝓbat S.T. quo ad id, qđ hic intendit', diſcurrẽdo cõditiones intelligibilis ꝑ ſeipſum. Vbi aduerte, ꝙ in ꝑdicato conſequentis aſſũptæ cõditionalis, quæ inordicunt ſ. illud tale intelligit, & ꝙ intelligit, & ꝙ à ſeipſo, & ꝙ ꝑ ſeipſum. Et primum iã ſuperius diſcuſſum eſt cõuenire angelo. Reliqua verò hic intenduntur: quarũ tñ principaliter ultiõ tota intentio huius corporis verſatur circa intelligibile declarãdo qđ ꝑ ſe, & qđ ꝑ accidens cõcurrit ad intelligibile in actu reſpectu alicuius intellectus. Vndè quatuor ſm ultĩ cõditiões, quas examinat de obiecto intelligibili, ſ. cõiunctionẽ cãlitatem, motionẽ & inhæſionem. Cõdit ergo primò, ꝙ intelligibile in actu oportet eſſe coniunctum intelligenti, ex dñia inter obiectum operationis tranſeuntis & immanentis. Secundò, quòd intelligibile in actu, coniunctum ſe habet ad intellectionem, vt principium formale, ſicut calor ad calefacere, & ſpecies viſibilis ad videre. Tertiò, quòd mouere intelligentem accidit ex eo quòd intelligens eſt in potentia; & conſequenter

tet

Porrecta per totum.

283

2. q. 87. art. 1. Et 2. con. c. 96. Et li. 4. ca. 11. cor. 1. & 2. Et veri. quę. 8. artic. 6. Et cauſis lec. 13. fin.

*c. 6. eccl. hiera. nõ pcul a fi.

*lib. 3. de anima tex. 12. tomo 2.

*li. 2. de Ge. c. 8. in prin, fere tom. 3.

*q. 54. artic. 2.

Universidad de Deusto Biblioteca

ter, quòd non per ſe requiritur ad intelligibile in actu, quòd moueat intelligentem. Quartò, quòd inhærere intelligenti, quemadmodum ſpecies ſenſibilis inhæret ſentienti, accidit ex eo, ꝙ eſt accidens: quia ſi eſſet ſubſiſtens, nihil minus ad eundẽ effectum concurreret, & conſequenter quòd non requiritur ad intelligibile in actu, ꝙ informet intellectũ per inhæſionem. Ex his. n. quatuor deducitur aſſumpta conditionalis, dum ex his habetur, quòd ad intelligibile in actu ab aliquo intellectu, nihil aliud requiritur niſi quòd ſit coniunctum, & ſit coniunctum intelligenti, vt ſit principium formale intellectionis in eo, ſiuè hoc moueat ipſum, ſiuè non ſiuè inhæreat ſibi, ſiuè non, ſed ſubſiſtat. Ex hoc enim manifeſtè ſequitur, ꝙ ſi aliquid in genere intelligibiliũ ſe hẽt vt forma intelligibilis ſubſiſtens, quòd illud tale habet rationem completam intelligibilis in actu, reſpectu ſui ipſius, quod præſupponitur eſſe intellectiuum: ac per hoc intelligi à ſeipſo per ſeipſum. & ſi diligenter inſpexeris aduertes, ꝙ quatuor hæ conditiones tribus illis conditionibus in cõſequente poſitis reſpondẽt: quoniam primæ duæ inferunt, ꝙ illud tale intelligitur. tertia verò quod à ſeipſo: quarta autem quod per ſeipſum. Ex quarta enim habetur, quòd non oportet ſpeciem mediare quæ inhæret intelligenti. Ex tertia verò, quòd non oportet diſtinctum ab eſſe intelligente, propter rationem mouentis, & moti. Ex ſecunda verò & prima, ꝙ oportet eſſe vt actum & formam in genere intelligibilium. Minor autẽ propoſitio aſſumpta, probatur à Sancto Thoma: quia angelus eſt forma ſubſiſtens intelligibilis in actu.

¶ Circa maiorem ſeu conditionalem aſſumptam & concluſionem, dubium occurrit multiplex, tactum à Sco. in 2. Senten. diſtin. 3. quæſt. 8. Sed antequam illa afferam, moueo vnum dubium circa proceſſum S. Tho. quod etiam aliqualiter tangitur à Sco. ſub alia forma: & conſiſtit in hoc, quia videtur proceſſus iſte aduerſari ſibiipſi, & alijs dictis San. Thom. & veritati. Sibiipſi quidem, quia in primis duabus conditionibus dicitur quòd oportet intelligibile eſſe unitum intellectui vt principiũ formale quo operans operatur. Deinde verò dicitur, quòd nõ oportet coniunctionem iſtam fieri ſecundũ inhæſionem. Qualiter ergo informabitur intellectus ab ipſo intelligibili? Et cõfirmatur: quia coniunctio iſta intelligibilis cum intellectu, aut eſt in eſſe aut operari. Non in operari, quia tu dicis quod coniunctio iſta præuenit operationem, immo eſt eius cauſa, ergo eſt ſecundum eſſe: non ſubſtantiale, quia ſubſtantia angeli non eſt forma ſubſtantialis ſui intellectus realiter diſtincti ab ipſa apud te ergo ſecundum inhæſionem. Et confirmatur, inquit Scot. exemplo tuo: quia calor ſi eſſet ſubſiſtens, quamuis eſſet principium calefaciendi, non tamẽ eſſet quo formaliter lignũ calefaceret. Ita quamuis ſubſtantia angeli ſit ſecundum ſe actu intelligibilis, & poſſit eſſe principium formale intellectionis ſicut calor calefactionis: non tamen poſſet eſſe principium formale, quo formaliter intellectus aliquis intelligit, ſi non inſit illi intellectui, ſed per ſe ſubſiſtat. Alijs verò dictis Sancti Thomæ obſtant hæc: quoniam ipſe in tertio contra Genti. cap. 5. dicit, hoc eſſe proprium diuinæ ſubſtantiæ, et hoc quòd eſt veritas ipſa, & purus actus etiam in genere intelligibilium, quòd poſſit eſſe principium formale, quo intellectus intelligit & nõ informare illum intellectum ſecundum eſſe. Non igitur ſtat ſimul quod hic dicitur. Contra veritatẽ autem inquit Scot. quia impoſſibile eſt aliquid eſſe quo formaliter res operatur operatione manente, & illud non eſſe in ea: vt patet ex ſecundo. de ani-

ſe hẽt obiectũ unitũ potentiæ ad hmõi actionẽ, ſicut forma q̃ ẽ pricipiũ actionis ĩ alijs agẽtibus. Sicut. n. calor eſt pricipiũ formale calefactionis in igne. ita ſpecies rei viſæ eſt principiũ formale viſionis in oculo.

Sed cõſiderandũ eſt, ꝙ hmõi ſpẽs obiecti quandoque eſt in potentia tm̃ in cognoſcitiua virtute: & tunc eſt cognoſcens in potentia tm̃. Et ad hoc quòd actu cognoſcat, requiritur ꝙ potentia cognoſcitiua reducatur in actum ſpeciei. Si aũt ſemper eam actu habeat, nihilominus p eã cognoſcere põt abſq; aliqua mutatione vel receptione præcedenti. Ex quo patet, ꝙ moueri ab obiecto, non eſt de rõne cognoſcẽtis inquãtũ eſt cognoſcẽs, ſed inquantũ eſt potentia cognoſcens. Nihil aũt differt ad hoc ꝙ forma ſit principium actionis, ꝙ ipſa forma ſit aliqñ inhærẽs & ꝙ ſit p ſe ſubſiſtẽs. Non. n. minus calor calefaceret ſi eſſet p ſe ſubſiſtẽs, q̃ calefacit inhærens. Sic igiť, ſi aliquid in gñe intellibiliũ ſe habeat vt forma intelligibilis ſubſiſtens, intelligit ſeipſum. Angelus aũt cũ ſit immaterialis, eſt q̃dam forma ſubſiſtens: & per hoc intelligibilis actu. Vñ ſequitur, ꝙ pm ſuam formã, q̃ eſt ſua ſubſtantia, ſeipſum intelligat.[a]

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ litera illa eſt antiquæ trãſlationis, quæ corrigitur per nouã, in qua dr. Præterea, Et ipſos .ſ. angelos cognouiſſe ꝓprias virtutes. Loco cuius hẽbať in alia tranſlatione: & adhuc eos ignorare ꝓprias virtutes. Quãuis ẽt litera antiq trãſlationis ſaluari poſſit quãtũ ad hoc. ꝙ angeli ñ pfectè cognoſcũt ſua

ma. Vbi per hoc medium, ſcilicet quo formaliter operans operatur demonſtratur, illud eſſe formam dantem eſſe operanti.

¶ Circa tertiam conditionem, obiectio Sco. occurrit arguentis ſic: Obiectum in actu eſt cauſa in fieri & in eſſe reſpectu intellectionis, ergo intellectus quandiu intelligit, patitur, & mouetur ab intelligibili: & ſi ſemp intelligit, ſemper mouetur. male ergo dr à San. Thoma, ꝙ accidit intellectui moueri ab obiecto quia eſt quaſi intelligens in potẽtia.

¶ Circa quartam cõditionem occurrerẽt obiectiões Scoti. Sed quia ſupponunt intellectum angelicũ, quantũ eſt ex ſe, cõcurrere merè paſſiue ad intellectionẽ, & de hoc ſpecialem faciemus quæſtionem ideò omitto.

¶ Ad obiectiones primo loco allatas, dicendum eſt, quod omnes ſupponunt vnũ falſum, ſcilicet quòd eſſentia angeli comparetur ad angelum in quantum intelligẽs vt forma ſeparata, quia ponitur nõ inhærens eius intellectui. Non. n. dicimus eſſentiã eſſe ipſi angelo, non ſolum in eſſe naturæ intrinſecã: ſed etiam in eſſe intelligibili. Ita ꝙ eſt obiectum actu intelligibile magis intimè vnitum, q̃ per informationem ſeu inhæſionem, quia eſt coniunctum per identitatem. Vbi aduertẽdum eſt, ꝙ cã huius erroris eſt, non diſcernere inter intelligibile extrinſecũ & intrinſecũ. Cum. n. oporteat intelligentem ad hoc quòd intelligat, habere in ſe naturam intelligibilis, creditur, ꝙ quemadmodum aliorũ intelligibiliũ naturas per informationem hẽt, ita & ſuiipſius oporteat habere: cum tñ rõ euidenter ducat ad oppoſitum. qm̃ quemadmodum intelligens diuerſimodè ſe habet ad eſſendum ipſum, & ad eſſendum alia, ita diuerſimodè ſe habet ad intelligendum ſe & alia. Et propterea, quia eſt ipſumet in tali eſſe naturæ, quod eſt etiam illud in eſſe intelligibili, quia illud eſſe naturæ eſt actu intelligibile, ideò ſeipſum per ſeipſum intelligere potens eſt. Quia vero alia non eſt, neque ſecundum eſſe naturale, neque ſecundum eſſe intelligibile, niſi aliquid ſui peraddatur: ideò oportet ſpecies ponere aliorum. Patet ergo quid dicendum ſit ad obiecta. Negandum eſt. n. poni hic obiectum ſeparatum, quoniam ponitur coniunctum, non per inhæſionem, ſed per identitatem & per ſubſiſtẽtiam, non ſeorſum & ſeparatim ab intelligente, vt Scotus intellexit, ſed in ipſo intelligente. Et ad hoc deſeruit exemplum de calore, quo lignũ calefacit: qui ſcilicet ſi ſubſiſteret in ipſo ligno identicè, nõ minus eſſet quo formaliter lignum calefaceret. Et ſimiliter ſi ſpecies viſibilis eſſet per ſe ſubſiſtens p identitatẽ in videnti, eſſet nihilominus principium formale viſionis in eo.

¶ Ad id autem, quod oppoſitum eſt obijciendo, quòd intellectus apud S. Tho. diſtinguitur realiter ab ipſo angelo, dicendum eſt, ꝙ nihil refert ad propoſitum diſtinctio, vel identitas intellectus cũ angelo. Vt enim ex libro de anima patet, ſiuè ponatur quod ſubſtantia animæ habeat in ſe naturas obiectorũ ſenſibilium & intelligibilium, ſiuè ponatur quòd potentiæ ſenſitiuæ & intellectiuæ tales naturas habeant: idem eſt iudicium quo ad poſſe & non poſſe, operari. Imaginandum eſt enim quòd quia intelligere primo eſt opus ſubſtantiæ intelligentis, perfectius intelligere fit, ſi ſubſtantia ipſa vtranque vim habet, ſcilicet & obiecti, & operantis, quàmuis mediante aliqua proprietate illam operationem eliciat, quàm ſi ſolam vim operantis habeat: & mediante illamet proprietate, obiecti vim accidentaliter adipiſcatur. Nec obſtat hoc alijs dictis S. Tho. quoniam eſſe formam intelligibilem alterius, dixit propriũ dei eſſe, nõ autem eſſe formam intelligibilem ſuiipſius: quod in propoſito affirmamus, dum dicimus, quòd ſubſtantia angeli eſt

eſt ſubſiſtens, & perfecta in eſſe immateriali: habet & ꝙ ſit intellectiua, & ꝙ ſit actu intelligibilis: ac per hoc fluat ab ea vis, qua intelligit reſpectu ſuiipſius, non egẽs alia formatione, ſupplente ſubſtantia præueniente & magis intrinſeca & modificante ipſius, quàm quodcunque ſuperadditum. Et ex his etiã patet, ꝙ hoc non repugnat demonſtrationi factæ in 2. de aĩa, quia non ponimꝰ intelligibile ſeparatũ, ſed magis coniunctũ operanti, quam per informationem. Sed quod multos fallit eſt, quia conſiderantur intellectus angeli & ſubſtãtia eius, quaſi duæ res ſeorſum, & quæritur quomodo vniatur, cum tñ ſecundum veritatẽ intellectus fluat ab eſſentia actu intelligibili magis quàm intimius formatos illa, quàm quæcunque intentionali ſpecie: & hoc in genere intelligibili. Vndè qui hic non uult decipi, non diſtinguat inter intellectum & intelligentem ut ſic: ſed vtatur eis vt vno, & quieſcet.

61 c 42 8 c

196 c 473 81 b 195

¶ Ad obiectionẽ Scoti contra tertiam conditionem dr, ꝙ cum cognoſcens ſeu intelligens, vt in 2. & 3. de anima dupliciter dicatur, in potentia. ſ. eſſentiali, & accidentali, ſeu ad actum primum & ſecundum: moueri ab obiecto attenditur ſecundum actum primum in intellectu, & non ſecundum actum ſecundum: quoniam vt patet in 3. de anima, intellectus in actu, ſicut ſciens, non eget motore. Dupliciter ergo peccat arguens, primò attendendo motionem cognoſcentis à cognito, quo ad actum ſecũdum, quæ nulla eſt: ſed cognoſcens & cognitum coniuncta, ſunt vna completa cã actus ſecundi in fieri, & in eſſe. Et ideò hoc modo & non aliter verificatur cognitionem dependere ab obiecto in actu in eſſe & fieri. Secundò, quia malè interpretatur S. Tho. intelligens ꝙ aſſignauerit pro cauſa motionis ab obiecto, differentiam temporalem. ſ. quandoque eſſe in actu, & quandoque eſſe in potentia: cum tamen hoc non inueniatur in San. Thoma, ſed aſſignatur pro cauſa, eſſe in potentia, loquendo de potentia ad actum primum, quod eſt manifeſtè uerum & euidenter. Ex hoc. n. ꝙ cognoſcens ex natura ſua non habet in ſe cognitum, ſed eſt in potentia ad illud: ſequitur quòd moueatur ab illo, & fiat actu tale, quale cognitum eſt. Vndè ut ſubdit Sanctus Thomas, ſi cognoſcens ex ſe vel aliundè, actu haberet in ſe naturam cogniti, non moueretur à cognito, vt de ſe patet, quia nihil eſt mobile ad id quod habet.

virtutem ſm quòd procedit ab ordine diuinæ ſapiẽtiæ: quæ eſt angelis incomprehenſibilis.

AD SECVNDVM dicẽdũ, ꝙ ſingulariũ q̃ ſunt in rebus corporalib. nõ eſt intellectus apud nos: nõ rõne ſingularitatis, ſed rõne materiæ[e] q̃ eſt in eis indiuiduationis principiũ. Vnde ſi aliqua ſingularia ſũt ſine materia ſubſiſtentia, ſicut ſunt angeli, illa nihil prohibet intelligibilia eſſe actu.

AD TERTIVM dicẽdũ, ꝙ moueri & pati cõuenit itellectui, ſm ꝙ eſt in potẽtia[f]. Vñ nõ hẽt locũ in itellectu angelico, maximè q̃tũ ad hoc ꝙ intelligit ſeipſum. Actio ẽt intellectꝰ non eſt einſdẽ rõnis cum actione, q̃ in corporalibus inuenitur in aliam materiam tranſeunte.

ARTICVLVS II.

Vtrum unus angelus aliũ cognoſcat.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr, ꝙ unus angelus aliũ nõ cognoſcat. Dicit. n. Phĩs in[*] 3. de aĩa, ꝙ ſi intellectus humanꝰ haberet in ſe aliq̃[h] naturã de numero naturarũ rerũ ſenſibiliũ, illa natura interius exiſtẽs, prohiberet apparere extranea. ſicut ẽt ſi pupilla eſſet colorata aliquo colore, nõ poſſet videre oẽm colorẽ: ſed ſicut ſe hẽt intellectus humanus ad cognoſcẽdas res corporeas, ita ſe hẽt intellectus angelicus ad cognoſcẽdas res ĩmateriales. Cũ igiť intellectus angelicus hẽat in ſe aliquam naturam deter-

Porrecta per totũ. 284

2. con. c. 96. Et vij q. 8. ar. 7

*Lib. 3. de aĩa tex. 4. tom. 2.

tura ſua habere actu aliquam ex naturis cognoſcibilibus ab ipſo: quando natura ipſa eſt habens affinitatem cum alijs, & ordine quodam ſecundũm perfectius & imperfectius eſt ab eis diſtincta, & quia ſic ſe habet natura angeli cuiuſque ad ceteros, ideò ſtat, quòd habeat ſeipſum in actu intelligibili & naturali, & non impediatur à cognitione aliorum. Sed hoc patitur magnam difficultatẽ. Tũm, quia ut dicit Auerrois in 3. de aĩa com. 5. propoſitio dicens: quòd Recipiẽs debet eſſe denudatũ à natura recepti intelligitur à natura generis proximi rerũ receptarum. Et conſequenter ex hoc, ꝙ natura intranea habet affinitatem cum extraneis: magis obſtat propoſitio. Et cõfirmatur, quia apud S. Th. omnes angeli ſunt eiuſdem generis proximi, cum negetur in eis genera ſub alterna. Tũm, quia ſecundũ hãc gloſam rueret proceſſus Ariſtote. in 3. de anima: qm̃ poſſet quiſpiam dicere, animam hñe actu aliquam de naturis cognoſcibiliũ, puta ſeipſam: vel ut antiqui dicebãt, aliquod elementum, & ꝙ hoc non impedit aliorum cognitionem, quoniam ordine quodam ſe habet ad alia, ſecundum perfectius & imperfectius, vt de ſe patet, & habet affinitatem cum eis propter proximitatem in eſſendo, aut principiando. Tũm, quia habere affinitatem diſtinguique ordine quodam, non remouet cauſam, quare intus exiſtens prohibet extraneũ. Cauſa. n. eſt, quia determinatũ ex ſe ad certam naturam in actu, non poteſt ad alias determinari, ſicut nec illa natura ad quam determinatur, poteſt determinari ad alias. Vndè & Auerrois in 1. Phyſico. com. 65. dicit, ꝙ ſi materia prima haberet ex natura ſua aliquam formã, nõ reciperet omnes formas. Et ſimiliter ſi haberet aliquam priuationem, non reciperet omnes priuationes. Conſtat autem, ꝙ cauſa hæc habet locum in naturis quantumcunque affinibus, & ſe habentibus ſecundum perfectum & minus perfectũ, qm̃ commune eſt omnibus naturis ſpecificis actualibus: quòd vltima differentia vnius non poteſt determinari per ultimam differentiam alterius. Et quo ad actum diſcernendi experimur, ꝙ ſenſus, affectus quocunque ſenſibili, impeditur à diſcretione aliorum, ſecundum id, in quo differunt.

¶ Ad euidentiã huius difficul tatis, duo breuiter tangenda ſunt. Primò, fundamentum illius maximæ: quare, intus exiſtens, prohibet extraneum. Secundò, ſenſus literæ.

¶ Quo ad primum, ſciendum eſt, quòd propria ratio huius eſt, quia una natura non eſt determinabilis per aliam, ſi enim eſſet aliqua forma determinabilis per omnes formas, materia prima habendo illam, non impediretur à receptione omnium. Et ſimiliter intellectus animæ noſtræ habendo tale intelligibile, ſ. determinabile per omnia intelligibilia, non impediretur intelligere omnia. Vndè ſi cholera in lingua febricitantis, ipſa ſalua, eſſet determinabilis per dulcedinem, non impediretur à guſtu dulcedinis. Ex hoc autem relinquitur, quòd propoſitio illa non tenet in naturis, quarum vna eſt determinabilis per alteram: ſed in his tãtum, quarum neutra poteſt alterius eſſe determinatio. Propterea manifeſtè non tenet in naturis, quæ ſe habent ut potentia & actus. Non enim receptiuum omnium formarum ſenſitiuarum ut ſic, impediretur à receptione earum, ſi eſſet actu uegetatiuum, quia natura uegetatiua determinabilis eſt p ſenſitiuam, vt potentia per actum.

¶ Quo ad ſecundum, verba literæ dupliciter intelligi poſſunt: iuxta duplicem modum conſiderandi naturas cognoſcibiles, propter duplicem ordinem cognoſcibilium. Conſtat. n. ꝙ naturæ cognoſcibiles ſunt duplicis ordinis. Quædam enim cognoſcibiles tantum, ut patet de ſenſibilibus. Quædam uerò ſunt cognoſcibiles & cognoſcitiuæ, non per accidens, puta, quæ ratione vnius cognoſcit, & ratione alterius cognoſcitur. vt contingit

SVPER QVÆST. LVI. ART. II.

Ferr. 2. cont. c. 96. *Bannes art. 2.*

IN titulo articuli, illud tantum aduertendum eſt, quòd hic ſimul intenditur, & an unus angelus cognoſcat aliũ, & quo. ¶ In corpore una concluſione affirmatiua reſpondet quæſito: Quilibet angelus cognoſcit alios, per inditas omnium rerũ rationes in eo. Declaratur concluſio ex authoritate Auguſt. dicentis, res eſſe productas à Deo non ſolum in eſſe naturali, ſed etiã intelligibili in mentibus angelorum. Ex hoc. n. manifeſtè habetur, quòd in unoquoque angelo ſint rationes omnium tam corporalium, quàm ſpiritualium: per quas poteſt eos intelligere. Et quoniam ly omnium, diſtribuit etiam pro ipſo angelo cognoſcente: ideò S. T. ad confirmationem præcedentis articuli ſolicitus fuit hic, vt declararet quomodo in ipſo angelo intelligẽte ipſemet productus ſit ſecundum eſſe intelligibile, ne crederetur ipſum ſecundum eſſe intelligibile, aliquam intẽtionem in ſeipſo ſuperaddere, ſupra eſſe naturale ipſius. ¶ In reſponſione ad primum, dubium occurrit, quomodo reſponſio illa ſatiſfaciat argumento: videtur enim conſiſtere in quadam exceptione, quaſi dicat, quòd cognoſcens poteſt ex na-

minatam de numero illarum naturarum, uidetur quòd alias cognoſcere non poſſit.

F ¶2 Præt. In * lib. de cauſis dr̃, q oīs intelligentia ſcit quod eſt ſ. ſe, inquantum eſt^h cāta ab eo: & quod eſt ſub ſe inquantum eſt^h cauſa eius. Sed vn⁹ angelus nō eſt cauſa alterius. Ergo unus angelus non cognoſcit alium.

¶3 Præt. Vnus angelus non pōt cognoſcere alium per eſſentiā ipſius angeli cognoſcentis: cū omnis cognitio fit ſm̃ rōnem ſimilitudinis.^c Eſſentia aūt angeli cognoſcentis non eſt ſimilis eſſentiæ angeli cogniti, niſi in genere, vt ex ſupradictis * patet. Vñ ſequeretur, q unus angel⁹ nō haberet de alio cognitionem ꝓpria, ſed gñalē tm̃. Similiter ēt nō pōt dici, q unus angelus cognoſcat alium per eſſentiā angeli cogniti, quia illud quo intellectus intelligit, eſt intrinſecum intellectui. ſola aūt Trinitas illabitur menti. Similiter etiā dici non pōt, q un⁹ cognoſcat aliū^h per ſpēm, qa illa ſpēs nō differt ab angelo intellecto; cū vtrumq; ſit immateriale. Nullo igitur modo vr̃, quòd unus angelus poſſit intelligere alium.

¶4 Præt. Si unus angelus intelligit aliū: aut hoc eſſet per ſpēm innatam, & ſic^h ſequeretur, q ſi Deus nunc de nouo crearet aliquē angelum, q non poſſet cognoſci ab his qui nūc ſunt. Aut per ſpēm acquiſitā à reb⁹, & ſic ſequeretur, q angeli ſuperiores nō poſſent cognoſcere inferiores, à quibus nihil accipiūt. Nullo igitur modo ur̃, quòd unus angelus alium cognoſcat.

Sed contra eſt, quod dr̃ in * li. de cauſis, q oīs intelligētia ſcit res, quæ non corrumpunt̃.

Respon. Dicendum, q ſicut Augu. dicit * 2. ſuper Gen. ad lit. Ea quæ in uerbo Dei ab æterno præextiterunt, dupliciter ab eo fluxerunt. Vno modo, in intellectum angelicum: alio mō, vt ſubſiſterēt in proprijs naturis. In intellectum autem angelicum proceſſerunt per hoc, q Deus menti angelicæ impreſſit rerum ſimilitudines, quas in eſſe naturali produxit. In verbo autem Dei ab æterno extiterūt non ſolùm rōnes rerum corporalium, ſed etiā rōnes oīum ſpiritualium creaturarum. Sic igit̃ unicuique ſpūalium creaturarū à verbo Dei impreſſæ ſunt oēs rōnes rerum oīum, tā corporalium, q ſpūalium, ita tñ, q ^m vnicuique angelo impreſſa eſt rō ſuę ſpeciei ſm̃ eſſe naturale, & intellectuale ſimul, ita. ſ. q in natura ſuæ ſpeciei ſubſiſteret,

G & per eam ſe intelligeret. Aliarum uerò naturarum, tā ſpūalium quam corporalium rōnes ſunt ei impreſſæ ſecundùm eſſe intellectuale tm̃, ut uidelicet p huiuſmodi ſpecies impreſſas, tā creaturas corporales quàm ſpirituales cognoſceret.^a

Ad primum ergo dicendū, q naturæ ſpirituales angelorum ab inuicem diſtinguuntur ordine quodam, ſicut ſupra dictum * eſt. Et ſic natura vnius angeli

H non prohibet intellectū ipſius à cognoſcendis alijs naturis angelorum, cum tam ſuperiores, quàm inferiores habeant affinitatem cum natura eius, differētia exiſtente tantùm ſecundùm ^d diuerſos gradus perfectionis.

Ad secundum dicēdū, q rō cauſæ & cauſati, non facit ad hoc, quòd unus angelus aliū cognoſcat niſi ratione ſimilitu

I dinis, inquantum cauſa & cauſatum ſunt ſimilia: & ideò, ſi inter angelos ponatur ſimilitudo abſque cauſalitate, remanebit in vno cognitio alterius.

Ad tertium dicendum, q unus angelus cognoſcit aliū p ſpēm eius, in intellectu ſuo exiſtētem, q differt ab alio angelo cuius ſimilitudo eſt: nō ſm̃ eſſe materiale & immateriale, ſed ſm̃ eſſe naturale & intentionale. Nam ipſe angelus eſt forma

K ſubſiſtēs in eſſe naturali: nō aūt ſpēs ei⁹ q̃ eſt in intellectu alteri⁹ angeli, ſed hēt ibi eſſe intelligibile tm̃, ſicut etiam & forma coloris in pariete habet eſſe naturale, in medio autem deferente, habet eſſe intentionale tantùm.

Ad quartum dicendum, q Deus unā quāque creaturā fecit ꝓportionatā vniuerſo, q facere diſpoſuit. Et iō, ſi De⁹ inſtituiſſet facere plures angelos, uel plures naturas rerū, plures ſpēs intelligibiles mētib⁹ angelicis ipreſſiſſet. Sicut ſi ædificator voluiſſet facere maiorē domū, feciſſet mai⁹ fundamētū. Vñ eiuſdē rōis ē, q De⁹ adderet aliq̃ creaturā uniuerſo, & aliq̃ ſpēm intelligibilem angelo.

* Prop. 8. in pri. habetur hic liber inter opera Ariſt. to. 3.

angit in animalibus ſed per ſe: ita quòd idem eſt ſecundū ſe cognoſcēs & cognitum, actu, ut cōtingit in ſe paratis à materia. Et ex hoc prouenit, q naturæ cognoſcibiles poſſunt dupliciter conſiderari, ſcilicet, ut cognoſcibiles præcisè, & vt cognoſcentes cognita: vbi vtrumq; inuenit. Ex his .n. duabus diſtinctionibus oriē & veritas ſenſuum, & veritatis claritas. Prima nanq; facie, ſenſus litteræ vr, qui iam

164

tactus eſt, q ſcilicet, natura cuiuſdam gñeris ſolo ordine graduque ſpecifico ab alijs naturis cognoſcibilibus, differens, ſi intus exiſtit, nō p hibet alias, quia ſunt affines. Et vi fundata iſta rō ſup hoc, q cognitio fit per aſſimilationem, ac per hoc in naturis ſimilibus, quales ſunt prædictæ, vna non prohibet cognitionem alterius. Et quia naturæ ſpūales angelorum ſunt hmōi, ideo natura vnius nō impedit cognitionem alterius. Et hoc ſenſus conſiderat naturas, vt cognoſcibiles tm̃, & per facit iudicium de naturis ſpūalibus & corporalibus. Sed obſtat huic ſenſui experiētia, ꝑter authoritates, & rōes allatas quæ experimur, vnū colorē impedire cognitionem alioꝝ, & ſimiliter in ſaporibus. Et tñ conſtat, q colores inter ſe, & ſimiliter ſapores inter ſe, ſola ſpē differunt, & in gñe conueniūt. Interius aūt conuenientibus, ſenſus litteræ vr, q nō eſt idem iudicium de naturis ſenſibilibus, q̃ ſunt intelligibilia noſtra & de naturis ſpūalibus. Et pp hoc, non ſic ſe hēt intellectus angelicus ad naturas ſpūales, ſicut intellectus noſter ad naturas ſenſibiles ſuper quo tñ ſtabat vis argumenti. Quòd aūt non ſit idem iudiciū ex affinitate ſpūaliū inter ſe, ex hoc q ſolo ſpecifico ordine diſtant, apparet. Vbi ſcito, q ꝓximitas naturarum pōt applicari ad cognoſcitiua

* q. 50. ar. 4. & q. 55. ar. 1.

* Propoſ. 11. in pri. habet hic liber inter opera Ariſt. to. 3.

* Lib. 2. c. 8. per totum. c. 3.

tm̃, & ſic vtrūq; eſt. Iuuat enim ꝓximitas aliud, & pōt applicari ad cognoſcibilia & cognoſcitiua: & ſic nō impedit, ſed iuuat cognitionem. Quòd .n. non impediat, pbatur: quia rō mouens eſt impedimenti, quæ eſt indeterminabilitas vnius naturæ p aliā, vt patet ex dictis. Ex hoc .n. q ponit aliqua vna natura intellectiua neceſſario ponit indeterminabilis per aliam: vt ſi albedo eſſet non ſolum viſibilis, ſed etiā viſiua, ex hoc ipſo eſſet determinabilis per alios colores, ſicut potentia viſiua. Modo autē, quia eſt viſibilis tñ nō eſt determinabilis per eos, & ppea nō intus exiſtens, ꝓhiberet alios: tunc aūt nō impediret. Quòd aūt magis adiuuet, ex eo patet: q cognitio fit per aſſimilationem: & minor ꝓportio eſt ſubuenientis aſſimilatus, vbi tanta eſt ꝓximitas. Quia igitur conſtat ex ſupra dictis: ſubſtātias ſpūales eſſe intellectuales & intelligibiles actu, & in iſta ꝓximitas naturarū non prohibet cognitionem: ſed authoritas laudando affinitatem naturarū ſpūalium, ꝓ rōne ſā & rationis ſumptæ, & argumento ſatisfacit ꝓportionalis affinitatē apud nos impedientē, illi nō ipedire dicit. Et ex his patet ſolutio obiectionū, q̃ ſunt de naturis cognoſcibilium aūt receptibilium abſolutè loquuntur. Non aūt hic de cognitis & cognoſcentib. in actu, de quib. eſt alia, immo oppoſita ratio, vt patet ex dictis.

Concl.

D. 246.

Articvlvs III.

Vtrum angeli per ſua naturalia Deū cognoſcere poſſint.

S. Bona. 2. ſ. d. 3. q. 2. ar. 2. Cap. 2. d. 3. q. 2. con. 6.

Ad tertium ſic ꝓcedit. Vr̃, q angeli per ſua naturalia Deum cognoſcere nō poſſint. Dicit enim Diony. * 9. cap. de diui. nomi. q Deus eſt ſup omnes cœleſtes mentes, incōprehenſibili uirtute collocatus. Et poſtea ſubdit, quòd quia eſt ſupra omnem ſubſtātiam, ab omni^h cognitione eſt ſegregatus.

¶2 Præt. Deus in infinitū diſtat ab itellectu angeli. Sed in infinitā diſtantia nō pōt^h attingi. Ergo vr̃ q angelus per ſua naturalia ñ poſſit Deū cognoſcere.

¶3 Præt. 1. Corin. 13. dr̃. Videmus nunc per ſpeculū in ænigmate, tunc aūt facie ad faciem ex quo uidetur, q ſit^h duplex Dei cognitio. Vna qua vr̃ per ſui eſſentiā, ſecundùm quam dicit̃ uideri facie ad faciem. Alia ſecundùm q videt̃ in ſpeculo creaturarū. Sed primā Dei cognitionē angel⁹ habere nō potuit per ſua naturalia, ut ſupra oſtenſum * eſt. Viſio aūt ſpecularis, angelis non conuenit: qa nō accipiūt diuinā cognitionē à rebus ſenſibilibus: ut dicit Dino. * 7. cap. de diui. nom. Ergo angeli p ſua naturalia Deū cognoſcere non poſſunt.

Sed contra. Angeli ſunt potentiores in cognoſcendo q̃ homines: Sed hoīes per ſua naturalia Deum cognoſcere pñt

B ſecundū illud Rom. 1. Quod notum eſt Dei, manifeſtū eſt in illis. Ergo multò magis angeli.

Respon. Dicēdū, q ^m angeli aliquā cognitionem de Deo habere poſſunt p ſua naturalia.^n

Ad cuius euidentiā conſiderandū eſt, q aliquid tripliciter cognoſcitur. Vno mō per pręſentiā ^d ſuæ eſſentiæ in cognoſcēte, ſicut ſi lux uideat̃ in oculo. Et ſic dictū eſt * q angel⁹ intelligit ſeipſum. Alio mō p præ

C ſentiā ſuæ ſiſitudinis in potētia cognoſcitiua: ſicut lapis vr̃ ab oculo p hoc, q ſimilitudo eius reſultat in oculo.^c Tertio mō p hoc, q ſimilitudo rei cognitæ nō accipit̃ imediatè ab ipſa re cognita, ſed à re aliqua, in qua reſultat: ſicut uidem⁹ hoīem in ſpeculo. Primæ igit̃ cognitioni aſſimilat̃ diuina cognitio, qua p eſſentiam ſuam vr̃. Et hæc co

D gnitio Dei, non pōt adeſſe creaturę alicui per ſua naturalia, ut

* ca. 7. inter princi piū & medium.

Concl. m.

D. 818.

* Ar. 1. huius quæſt.

183 63 & b 84

SVPER QV. LVI. ARTIC. III.

Ferr. 3. Cont. c. 49. 52. Scot. 2. d. 3. q. 8. Bannes ar. 3.

Parcella per nom. 186

Titulus clarus eſt, hoc adiecto, q vt in præcedentibus diximus, ſequitur ſimul modū quo angelus naturaliter cognoſcit Deum.

¶ In corpore articuli quatuor facit. Primò ponit cōcluſionem reſponſiuā affirmatiuē, ſ. hanc. ſ. Angeli pñt per ſua naturalia aliquā cognitionem hēre de Deo. Secundò, declarat, ponēdo modū talis cognitionis. Et hoc facit diſtinguendo tres modos, quibus res eſt viſibilis, & applicādo eos ad Deū, reſpectu intellectuum creatorum, medio loco ponēdo modum, quo Deus realiter cognoſcit ab angelo, & clarè patet oīa in lra. Tertio, pbat concluſionē iā modificatā, ſ. q angel⁹ cognoſcit Deū per ſimilitudinē immediatè ab eo habitā ſic, ſ. angelo ēim preſſa ſubſtantialiter ſimilitudo diuina eſt ꝑp ſuā ſubſtātiā intelligit Deū tanquā ꝑ ſpeciē imediatè ipreſſā ab eo, & tenet cōſequētia, qa ſubſtātia à ſolo Deo eſt. Quartò, tādem taciter obiectioni, quia poſſet quis credere, q talis cognitio Dei eſſet eius uiſio, ꝓpterea qa experimur in nobis, cognitionē p ſpeciē immediatè ab obiecto impreſſam, uiſionis rōnē habere. Facit aūt hoc, aſſignādo primo cām, quare talis cognitio Dei in angelo non eſt uiſio Dei, qa. ſ. nulla ſimilitudo creata ſufficit ad repræſentandū Deum perfectè. Secundò declarādo, q talis cognitio magis declinat in alterū extremū, ſ. uiſionē ſpecularem ex illa met cā, ſ. elongatione à primo extremo, ſ. uiſione faciali, & ex hoc q angelus dicitur ſpeculum Dei.

¶ Circa hāc concluſionem ſic modificatā, dubiū occurrit ex tribus cap. Primò, ex imperfectione cognitionis talis, quia ſecūdū hoc ſequeretur, q angelus nō haberet niſi cognitionē cōfuſam de ipſo Deo, & tenet ſequela, qa ſubſtātia angeli nō repræſentat id, quo Deus cōſtituitur in eſſe ꝓprio, & diſtinguitur ab alijs, ſicut nec repñtat id, quo alius angelus diſtinguitur ab eo. Et cōſequenter ſi angelus p ſolam ſubſtātiā ſuā cognoſceret alios angelos, nō cognoſceret eos diſtinctè, ꝓp rōnem ꝓdictam. ergo cognoſcendo Deū per ſolā ſubſtātiā ſuam, nō cognoſcit eū diſtinctè: quod eſt inconueniens. Secundò obiicit Scotus in 2. di. 3. q. 9. ex rōne diſcurſus, ſic. Cognitio per ſimilitudinē repræſentantē ut cognitam, eſt cognitio diſcurſiua: ſed cognitio angeli de Deo p ſubſtātiā angeli, eſt p ſimilitudinē repñtantē ut cognitā: ergo eſt diſcurſiua, hoc eſt inconueniēs apud te, q negas diſcurſum in angelis, & eſſet inconueniēs ſimpliciter ponere, q prima & perfectiſſima cognitio naturalis, quam habet angelus de Deo, ſit diſcurſiua, dato q angelus poſſet diſcurrere. Maior ꝓbatio patet, ex diſta inter ſpeciē repñtantē ut rōnem cognoſcendi, qualis eſt ſpecies in oculo, & repñtantē ut cognitam, qualis eſt ſpecies in ſpeculo. Minor uero relinquitur per ſe nota: quoniā angelus non niſi cognoſcendo ſe, cognoſcit Deum, cū cognoſcit ipſum per ſuā ſubſtantiā. Tertiò arguit idē ibidem ex poſſibilitate & rationabilitate, ponendi in mente angelica

A ſpeciem intelligibilē repræſentantē diſtinctè, non tñ adæquatè & comprehēſiuè Deū, quemadmodū ponitur ſpecies intelligibilis alterius angeli. Et tripliciter nititur hoc probare. Primò, quia homo in ſtatu innocētiæ hēbat cognitionē, de ultimo fine in ſpāli, & nō ſolū in cōi, ut mō habet. ergo angelus ſecūdū naturā ſuā hēt cognitionē de illo in ſpeciali maiorē, qd eſt cognoſcere diſtinctè: tenet conſequētia: qa beatitudo naturalis angeli eſt maior naturali beatitudine hoīs in ſtatu naturæ cōditæ. Secūdò ſic. Paulus raptus ad uidēdum Deum, potuit memiſſe eius qd uideat. ergo potuit in eo ſtatu primi ſpecies obiecti qd uideat. tenet cōſequentia, quia aliter nō meminiſſet. Antecedēs uerò ex ipſo Apoſtolo patet, q recordabatur ſe audiſſe arcana uerba, quæ non licet homini loqui &c. Tertiò, quia cognitio matutina apud Auguſtinū, eſt cognitio rerū in uerbo, & prior cognitione ueſpertina, & cōpetens angelis an beatitudinem. ergo erat in eis cognitio diſtincta Dei, per aliquam ſpeciem intentionalem ut rationem cognoſcendi. tenet conſequentia: quia cognitio matutina eſt diſtincta cognitio rerū in uerbo, impoſſibile eſt aūt q in eā cōſiſte cognita, cognoſcātur effectus diſtincti & ordinati.

¶ Ad euidentiā huius difficultatis conſiſtētis in hoc an ſ. ponēda ſit aliqua ſpēs intelligibilis ipſius Dei, an ipſa eſſentia ſubſtantiæ intellectualis, locum ſpeciei intelligibilis repræſentantis Deū tali intellectui, ſufficiēter ſuppleat. Primò uidendū eſt, qd requirit̃ ad diſtinctè repñtare aliquid. Scdò an ſit poſſibile dari repñtatiuū Dei diſtinctè ĩ eſſe naturali, uel itētionali.

¶ Quoad primum, breuiter ſciendum eſt q repræſentari diſtinctè non dr̃ res, niſi repræſentetur illa conditio, qua formaliter conſtituitur in ſuo proprio & eſſentiali eſſe, ut patet inductiuē. Non .n. homo diſtinctè repræſentatur, niſi rationali repræſentato, ſuppoſito q rationale ſit propria & eſſentialis differentia hominis. Et ſimiliter albedo diſtinctè non repræſentatur, niſi ultima ſua differentia repræſentetur. Vnde Deus non di-

E ſtinctè repræſentabitur, niſi repræſentetur id, quod ſe habet ad ipſum quaſi eſſentialis & propria differentia conſtitutiua eius, in hoc, q eſt eſſe Deum. Hæc de primo.

¶ Quoad ſecundū ex parte repñtatiui, ſciendum eſt, q quātū contingit eſſe repræſentatiuū, tantū contingit eſſe cognitionē. Et propterea à deſtructione cōſequētis arguendo, ſi nō contingit eſſe tantā cognitionē, nec poſſibile erit eſſe tm̃ repræſentatiuū: ſed impoſſibile eſt dari naturaliter tantā cognitionē Dei in creatura, ſ. q ſit eius cognitio diſtincta. ergo impoſſibile eſt dari repræſentatiuū Dei diſtinctè. Quòd autem talis cognitio ſit impoſſibilis* pbat̃ ex eo, q cognoſcere diſtinctè, eſt cognoſcere ultimam differentiam, uel id, quod ſe habet ut ultima differentia. Cognoſcens aūt rem uſq; ad ultimā differentiā incluſiuè, non ſolū ſecūdū qd terminat qōnē an eſt, ſeu quia eſt, ſed ſcdm qd determinat qōnē quid eſt, cognoſcit ſufficiēter ex natura rei à priori oīa conuenientia illi rei: qa ſermo diffinitiuus ſoluit omnes difficultates, & principium omnis demōſtrationis eſt quod quid eſt, qd nulli creaturæ naturaliter conuenire

poteſt re ſpectu Dei, de tali obiecto qd eſt De⁹. Ex pte verò obiecti aduertendū eſt, ꝙ ſi de diuinis balbutiēdo loq licet, irrepſentabilitas eius reſurgit ex eo, ꝙ infinitū eminentiæ ut ſic, nō eſt diſtinctè repſentabile. Vñ quis ſapiētia diuina poſſit repſitari per aliqd creatū diſtincte, non tñ diſtinctè repſentatur inquantum infinita, niſi quo ad qōnē an eſt. ſed cōſtitutiuū ꝓpriū Dei, puta deitas ut ſic, eſt eius infinitā ergo eſt irrepſentabile diſtinctè. patet minor, qa non eſt imaginādū, ꝙ infinitas ſe hēat ad deitatē quēadmodum ſe hēt ad rōnes attributales. Nā n. quēadmodū ſapientia & bonitas ſunt qdam rōnes formales ſeu realitates ſecūdū ſe, & infinitatē uel finitatem ſortiuntur, ut modum quātitatis pfectionalis, ita deitas ſortiť infinitatē, ſed ſhnitas eſt ipſum quod quid erat eſſe deitatis: alioqn Deus nō eſſet primò eſſentialiter & intrinſecè eius infinitum.

*q. 12. ar. tic. 4.

Concl. pars m. D. 485. 56

Ex his aūt patet, qd dicendū ſit ad primā obiectionē. Nā uitando oēm cognitionē rei citra qdditatiuā cognitionē confuſā, cōcediť ꝙ oīs cognitio poſſibilis haberi d Deo à creatura naturaliter eſt confuſa, qa non quidditatiua.

D. 366. 61

Ad ſecundā verò obiectionē, q eſt Scoti, dř ꝙ maior eſt ſimpliciter falſa, ut patet d cognitione Sortis p ſpeciē eius in ſpeculo. Talis n. fit p ſimilitudinē repſentātē ut cognitā: & tñ non eſt diſcurſiua. Nec obſtat ſi dicať, ꝙ Sortes tūc nō apprehēdiť ab eadē potentia. ſ. uiſiua, ſed p accidēs ab altera potētia: quēadmodū uidētes Sortē, dař uidere uinū, hoc enim magis facit ad ꝓpoſitū, qā ex hoc, nō impeditur rñſio data, ſed ſiue p ſe, ſiuè per accidens, ſiuè per eandē potentiā, ſiue per diuerſam, ſatis eſt ꝙ cognoſcēs per ſimilitudinē ut cognitā, non oportet ꝙ diſcurrat. Hoc.n. firmato, facillimè patet, quò angelus abſque diſcurſu p eſſentiā ſuā cognoſcere pōt Deū ex illo principio. Quæ ſunt diuerſa & diſperſa in inferioribus, unitè præhabentur in uno ſuperioris ordinis. Et ꝓpea, quēadmodum angelus per unā uirtutē cognoſcitiuā pcipit nobiliori mō, quicquid nos per tot uirtutes cognoſcitiuas apprehendimus & intelligimus: ita p unā uirtutē & unā ſpeciē, eminētius pōt habere qd nobis cōuenit p diuerſas potētias ac ſpecies ſe cōſequentes. Ac p hoc potētia per ſpeciē repſentantē ut cognitā, eminētius repſitati cognitionē elicere abſq; diſcurſu per eandē uirtutē, & aliq; alia ſpecie, ſicut nos abſq; diſcurſu, per cōſequentē ſpeciē & potentiam facimus. Dicitur ſecundo, ꝙ ſimilitudo repræſentans ut cognita, eſt duplex, qdā ut cognita tantum, quædā ut cognita, & rō cognoſcēdi ſimul, ut patet de eſſentia diuina reſpectu eſtium ſimpliciter. Et tunc dico, ꝙ quicquid ſit de repræſentante primo modo, falſa eſt maior de repræſentāte ſecundo mō, & ꝙ eſſentia angeli tali mō repræſentat ex ſua excellentia: undè & S. Th. in corpore articuli dicit, ꝙ cognitio iſta aſſimilatur cognitioni per ſpeciē ab obiecto impreſſam immediate repræſentantem tamen imperfectè. Et ſic argumentum perit & ꝓpter excellentiā intellectus angelici, & propter excellentiā ſubſtantiæ eius ut repræſentatiuæ. Nec obſtat ꝙ eſſentia angeli nō ſit [illegible] Deū [illegible] qd contineat ipſū participatum.

Ad obiectionē aūt tertio loco adductā ex Sco. dř ꝙ arch[illegible] mo, nec angeli quo[illegible] eſſe: ſtatu naturæ potuit habere cognitionē diſtinctā, quiddi[illegible] ipſius Dei, ꝙ mus in latitudinē cognitionis nō quidditatiuæ pfecti⁹ homo cognouerit ſtatu innocentiæ, q̄ nunc, & perfecti⁹ angeli q̄ hō, & inter eos, un⁹ perfecti⁹ altero. Sed arguēs decipitur in hoc, qa ſupponit ꝙ cognitio Dei nō in cōi, ſed in ſpāli ſit cognitio quidditatiua, quam nega[illegible] mus ab angelis, cū tñ conſtet, ꝙ ſtat cognoſcere aliqd in ſpāli, & nō quidditatiuè. Ad id uerò qd obiicit de memoria rapti, dř à S. T. expreſſè, ꝙ non potuit remanere ſpecies obiecti, quā potuerit accipere ſpēs rerū uiſarū in uiſione, vñ & Paulus non meminit obiecti, niſi in cōfuſo, & qa ſunt ſpēs rerū uiſarū, ꝓpter qd dixit in numero plurali, arcana uerba, [illegible] q non licet homini loqui. Ad ultimū de cognitione matutina, dicitur negando ꝙ cognitio matutina fuerit in angelis an beatitudinē. Quāuis & eſt conſequentia nō uideatur neceſſaria, qa nō eſt remota ꝙ in cā non quidditatiue cognita, aliquis effectus ordinatè cognoſcatur diſtincte. Quis impoſſibile ſit tali cognitione cognoſcere oēs effectus.

*In corp. ar.

Perueſſa per ratione. 4 5 6

Idem ſup. 1. 1. & ar. 4. 1. L. Ferr. 2. cont. 5. & ſec. 1. 5. 1. & c. 2. & 3.

ſupra dictū * eſt. Tertiæ autem cognitioni, aſſimilať cognitio qua nos cognoſcim⁹ Deū ī oīa ꝑ ſiſitudinē ei⁹, in creaturis reſultātē, ſm illud Ro. 1. Inuiſibilia Dei ꝑ ea q̄ facta ſunt intellecta cōſpiciuntur. vñ & dicimur Deū videř ī ſpeculo. Cognitio aūt, qua angelus ꝑ ſua naturalia cognoſcit Deū, media eſt inter has duas: & ſimilať illi cognitioni, qua vř res ꝑ ſpeciem ab ea acceptam. Quia.n. imago Dei eſt in ipſa natura angeli impreſſa ꝑ ſuam eſſentiā, angel⁹ Deū cognoſcit, īquātū eſt ſimilitudo Dei:[m] non tñ ipſam eſſentiā Dei uidet, qa nulla ſiſitudo [d] creata eſt ſufficiēs ad repſentandā diuinā eſſentiā. Vñ magis iſta cognitio tenet ſe cū ſpeculari, quia & ipſa natura angelica eſt quoddam ſpeculū, diuinam ſimilitudinē repreſentās.

G

H

AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ Diony. loqť de cognitione[d] compræhenſionis, ut expreſſe eius uerba oſtēdūt. Et ſic à nullo intellectu creato cognoſcit.

AD II dicendum, ꝙ propter hoc, ꝙ intellectus & eſſentia angeli in infinitū diſtāt à Deo, ſequitur, ꝙ nō poſſit ipſum cōprehendere, nec per ſuam naturam eius eſſentiā uidere. non tamen ſequitur, ꝙ propter hoc nullam habeat eius cognitionem: quia ſicut Deus in infinitū diſtat ab angelo: ita cognitio, quam Deus habet de ſeipſo, in infinitum diſtat a cognitione, quam angelus habet de eo.

AD III dicendū, ꝙ cognitio quā naturaľr angelus habet de Deo, eſt media inter utrāq; cognitionem: & tñ magis ſe tenet cum una, ut ſupra dictum * eſt.

QVAESTIO LVII.

De angelorum cognitione reſpectu rerum materialium, in quinque articulos diuiſa.

DEINDE quæritur de his materialibus, quę ab angelis cognoſcuntur.

ET CIRCA hoc quæruntur quinque.

¶Primò, Vtrum angeli cognoſcāt naturas rerū materialiū.

¶Secundò, Vtrum cognoſcant ſingularia.

¶Tertio, Vtrum cognoſcant futura.

¶Quartò, Vtrum cognoſcant cogitationes cordium.

¶Quintò, Vtrum cognoſcant omnia myſteria gratiæ.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum angeli cognoſcant res materiales.

AD PRIMVM ſic proceditur. Vř, ꝙ angeli non cognoſcant res materiales.[h] Intellectū.n. eſt perfectio intelligētis res aūt materiales non poſſunt eſſe perfectiones angelorum, cū ſint infra ipſos. Ergo angeli non cognoſcūt res materiales.

I

SVPER QV. LVII. ARTIC. I.

Ferr. 2. cont. c. 97. Bannes. q. 57. ar. 1.

TItulus clarus eſt.

In corpe articuli una cōcluſio reſſiua. Angeli cognoſcūt res materiales per ſpēs intelligibiles exiſtētes in eis. Et pbať nō. In angelis cōnueniūt res materiales ſecūdū eſſe intelligibile ergo ancedēs hēt duas partes, & quo ad primā. ſ. ꝙ cōtineantur, pbať à S. T. quia ordo uniuerſi hoc hēt, ut inferiora in ſuperiorib⁹ cōtineatur excellētiori mō, ſ. magis unitè & ſimplici⁹, & declarať quia ex cōnectiā oīum i Deo. Sed angeli ſunt ſuprema i entib⁹ quia ꝓpinquiſſimi Deo, igiť. Quo ad ſecūdā uerò partē, quia ꝗ continetur ī aliquo, ſunt i eo ſecūdū modū cōntinētis, ac p hoc, cū angeli ſint intellectualis naturæ oīa q ſunt i eis, ſunt in eis intelligibiliter: & declaraťex ſimili ꝓportione rerū ad cōntinētiā Dei. ¶Aduerte hic unū, ꝙ ex ui iſtius ꝓceſſus nihil aliud infertur, niſi ꝙ angeli continent res materiales intelligibiliter. Verū aūt illud eſſe intelligibile, quo ſimpliciori & immaterialiori mō ſunt in angelis res materiales, q̄ in anima ſint, ſpſentet res materiales, ſit eſſe ſubſtātiale ipſorū angelorū, ut quidā Peripateticorū, uel eſſe intētionale p ſpēs. ſ. intelligibiles, ex hoc proceſſu non habetur. Sed S. T. concluſit, tale eſſe ſore intentionale, quia iam in præcedenti quæſtione determinauerat, ꝙ eſſe ſubſtantiale angeli ſecundū ſe ſolum, non eſt ratio perfectionis, ut ſiue [illegible] undè ſibi aſſimiletur alia ſecundum proprias eorū differentias.

K

¶2 Præt.

¶2 Præt. Viſio intellectualis eſt eorū, q̄ ſunt ī aīa ꝑ ſui[h] eſſentiā, vt dř in[*] glo. 2. ad Cor. 12. Sed res materiales nō poſſunt eſſe in aīa hoīs, vel in mēte angeli ꝑ ſuas eſſentias. Ergo nō poſſunt intellectuali viſione cognoſci, ſed ſolū imaginaria, qua apprehēdunt ſimilitudines corporū: & ſenſibili, quæ eſt de ipſis corporibus. In angelis autem, nō eſt viſio imaginaria & ſenſibilis, ſed ſolum intellectualis. Ergo angeli materialia cognoſcere non poſſunt.

*Hic ca Aug. 12. ſup. Gen. ad litter. c. 24. t. 3.

A

¶3 Præt. Res materiales non ſunt[h] intelligibiles in actu, ſed ſunt cognoſcibiles apprehenſione ſenſus & imaginationis, quæ non ſunt in angelis. Ergo angeli materialia non cognoſcunt.

SED CONTRA Quicqd pōt inferior virt⁹, poteſt virtus ſuperior. Sed intellectus hoīs q eſt ordine naturæ infra itellectū angeli, pōt cognoſcere res materiales. Ergo multò fortius intellectus angeli.

B

114

RESPON. Dđm, ꝙ talis ē ordo in rebus, ꝙ ſuperiora ī entibus ſunt pfectiora inferioribus[c], & qđ in inferiorib⁹ cōtineť deficiēter, & partialiter, & multipliciter, ī ſuperiorib⁹ cōtineť eminēter, & p quādā totalitatē & ſimplicitatē. Et ideò ī Deo, ſicut in ſummo rerū vertice, oīa ſupſubſtaliter pexiſtūt, ſm ipſū ſuū ſimplex eē, vt Dio. dicit ī * li. de diui. no. Angeli aūt īter cæteras creaturas ſunt Deo ꝓpinquiores & ſimiliores. Vñ & plura participāt ex bonitate diuina & pfecti⁹, vt Dio. dicit ī 4. c. cę. hier. Sic igiť oīa mālia ī ipſis angelis pexiſtūt, ſimplici⁹ qdē & imateriali⁹, q̄ ī ipſis reb⁹: multiplici⁹ aūt & impfectius q̄ ī Deo. Oē aūt qđ ē ī aliquo, ē in eo p modū ei⁹ in quo eſt. Angeli aūt ſm ſuā naturā ſunt intellectuales[*]. Et ideò ſicut[m] Deus p ſuā eſſentiā materialia cognoſcit, ita angeli ea cognoſcūt p hoc, ꝙ ſūt ī eis p ſuas itelligibiles ſpecies.[n]

*Li. 1. de ſi. [illegible] ad finem [illegible] paul. [illegible] & c. 4. [illegible] Concl. m. 149 153

C

AD PRIMVM ergo dđm, ꝙ intellect⁹ ē pfectio ītelligētis ſm ſpeciē intelligibilē, quā hēt ī intellectu. Et ſic ſpecies itelligibiles q̄ ſūt ī intellectu angeli, ſunt pfectiones & actus intellectus angelici.

D

AD II dđm, ꝙ ſenſus nō apprehēdit eſſentias rerū, ſed exteriora accidētia tm: ſimiliter neq; imaginatio: ſed apphēdit ſolas ſimilitudines corporū: intellectus aūt ſol⁹ apphēdit eſſentias rerū. Vñ in[*] 3. de aīa dř, ꝙ obiectū intellectus ē qđ[d] qđ ē, circa qđ nō errat, ſicut neq; ſenſus circa ꝓpriū ſenſibile. Sic ergo eſſentię rerū māliū ſunt in intellectu hoīs, vř angeli, vt itellectus ē ī itelligēte, & nō ſm eē ſuū reale[*]. Quædā verò ſūt q̄ ſūt ī itellectu uel ī aīa ſm vtrūq; eē. Et vtrorūq; ē viſio itellectualis.

*Li. 3. de aīa. text. 26. [illegible] D. 712

b 84 184

AD III dđm, ꝙ ſi angelus acciperet cognitionē rerū materialiū ab ipſis rebus materialib⁹, oporteret ꝙ faceret eas intelligibiles actu, abſtrahendo eas. ſi aūt accipit cognitionē earū à reb⁹ materialib⁹, ſed p ſpecies actu itelligibiles rerū ſibi cōnaturales[e], rerū materialiū notitiā hēt, ſicut intellect⁹ nř ſm ſpēs quas itelligibiles facit abſtrahēdo.

E

Perueſſa per rationem 181 187

SVPER QV. LVII. ART. II.

Ferr. 2. cont. c. 98. Capr. 2. d. 3. q. 2. [illegible] Bannes. ar. 2.

[illegible]

TItulus eſt clarus aduertēdū ꝙ de ſingularib⁹ materia-[illegible]

ARTICVLVS II.

Vtrum angelus cognoſcat ſingularia.

AD SECVNDVM ſic procediť. Vř, ꝙ angelus ſingularia ñ cognoſcat. Dicit.n. Philoſoph⁹ in * 1. Poſt. ꝙ ſenſus eſt ſingulariū: rō verò vel[h] intellectus, uniuerſaliū. In angelis aūt non eſt, vis cognoſcitiua, niſi intellectiua, vt ex ſuperioribus patet. † Ergo ſingularia nō cognoſcūt.

¶2 Præt. Oīs cognitio eſt p[h] aſſimilationē aliquā cognoſcētis ad cognitū. Sed nō vř ꝙ poſſit eſſe aliqua aſſimilatio angeli ad ſingulare, inquātū eſt eſt ſingulare, cū angel⁹ ſit immaterialis, vt ſ. * dictū ē; ſingularitatis uerò principiū ſit mā. Ergo angel⁹ nō pōt cognoſcere ſingularia.

¶3 Pręt. Si angelus ſcit ſingularia, aut p ſpecies ſingulares, aut p ſpēs uniuerſales. Nō p ſingulares: qa ſic oporteret ꝙ hēret ſpecies infinitas. Neq; p uniuerſales: qa[h] vniuerſale nō eſt ſufficiēs principiū cognoſcēdi ſingulare inquātū eſt ſingulare, cū in uniuerſali ſingularia nō cognoſcātur niſi in potētia. Ergo angel⁹ ñ cognoſcit ſingularia.

SED CONTRA Nullus pōt cuſtodire qđ nō cognoſcit: ſed angeli cuſtodiunt homines ſingulares, ſm illud Pſal. 90. Angelis ſuis mandauit de te &c. Ergo angeli cognoſcunt ſingularia.

RESPON. Dicēdū, ꝙ quidam totaliter ſubtraxerunt angelis ſingulariū cognitionē. Sed hoc primò qdē derogat catholicæ fidei, q ponit hæc inferiora adminiſtrari p angelos[r], ſm illud Heb. 1. Oēs ſunt adminiſtratorij ſpiritus. Si aūt ſingulariū notitiā nō haberēt, nullā ꝓuidentiā habere poſſent de his, q̄ in hoc mūdo agunť, cū actus ſingulariū ſint. Et hoc eſt cōtra illud qđ dř Eccleſ. 5. Ne dicas, coram angelo nō ē ꝓuidētia. Scđò ēt derogat philoſophiæ documētis, ſm q̄, ponunť angeli motores cæleſtium orbiū: & ꝙ eos moueāt ſm intellectū & uoluntatē. Et ideò alij dixerūt, ꝙ angelus hēt qdē cognitionem ſingulariū: ſed in cauſis uniuerſalibus[r]. ad quas reducunť particulares oēs effectus: ſicut ſi aſtrologus iudicet de aliqua eclipſi futura p diſpoſitiones cæleſtiū motuum. Sed hæc poſitio, pdicta inconuenientia non euadit: qa ſic cognoſcere ſingulare in cauſis uniuerſalibus, nō eſt cognoſcere ipſum vt eſt ſingulare: hoc eſt, ut eſt hic & nūc. Aſtrologus.n. cognoſcens eclipſim futurā p cōputatione cæleſtiū motuū, ſcit ea in

lib⁹ ē hic q̄ſtio, & de modo cognoſcendi. ¶In corpor quatuor facit. Primò tractat opinionem totaliter negatiuā, q vř Auerrois. ſ. ꝙ angeli non cognoſcūt hęc ſingularia. Et impugnat eā dupliciter. Primò ex ꝓuidētia & adminiſtratiōe angelorū circa hæc, ex authoritate Apoſto. Scdò, ex motione orbiū cæleſtiū p itellectū & uolūtatē, iuxta Ariſ. 12. Meta. cō. 36. & 37. Secūdò, tractat opinionē aliā forte Auicennæ, dicētis, intelligentias cognoſcere ſingularia cognoſcēdo vniuerſales cās. Et impugnat eā ſimili mō dupliciter, eiſdē medijs adiūgēs hoc, ꝙ cognoſcere ſingulare ī cauſis vniuerſalibus, nō ē cognoſcere ſingulare, vt ſingulare eſt. Et declarat hoc exēplo cognitionis, quā hēt aſtrologus d hac eclipſi, quā ſp ignorat vt hanc, niſi ſenſu pcipiat eā. ¶Circa rōnē hāc dubiū occurrit. Quia ſi vř verū illud aſſumptū. ſ. cognoſcēs ſingulare in cauſis vniuerſalib⁹, nō cognoſcit ſingulare in quātū hoc: tūc ſequēdo exēplū de aſtrologo, manifeſtū ē, ꝙ ſciēs rectè cōputare mot⁹ aſtrorū, ſciet non ſolū eclipſim qñq; eſſe, ſed & tali die, tali hora, & tali minuto, & in tali loco: & breuiter ſciet nūc & hic eſſe. Quia hmōi ſingularia, & inquātum ſingularia, ſunt determinata in cauſis ſuis quo ad oēs cōditiones, nec poſſunt aliter ſe habere. ¶Ad hāc obiectionē dř, qđ nūquā aſtrologus habebit certā cognitionē d aliquo ſingulari quāuiſcūq; neceſſario, niſi p ſenſum, qa cōcluſio ſingularis, nō pōt ſciri ex maiore & minori in vniuerſalibus: ſed oportet alterā ſmiſſarū eſſe ſingularē.

†q. 15. ar. 5.

*q. 50. ar. 2.

541

58 90

Singularem

Singulare aũt ꝓpoſitionem cogitatiua format. Et decipitur in hoc obijciẽs, q̃a nõ aduertit, ꝙ ſcire nũc ſolẽ eſſe in tali ſigno, & lunã in tali, nõ ad ſciẽtiã, ſed ad ſenſum ptinet, & tñ ſine hoc non põt cõputari. ergo in tali anno erit eclypſis. Ad ſcientiã.n. hoc vniuerſale tm̃ ſpectat. ſ. ꝙ quotieſcunq; ſol & luna ſunt in talib⁹ ſignis &c. & ꝙ à tali ſigno ad aliud ſignũ tm̃ tẽporis cõputat̃, & ſimilia. Ex quibus nunquã ſcit aliqd ſingulare, niſi ſubſumatur: ſed nũc eſt ſic, quod per ſenſum oportet haberi.

Concl. iii ¶ Tertio rñdet q̃ſito vna cõcluſione affirmatiua. ſ. Angeli cognoſcunt ſingularia. Et ꝓbat eã, q̃a q̃ ſunt diſperſa in inferioribus, cõueniunt vnitè in ſuperiori, ut patet de ſenſib⁹ particularib⁹ reſpectu ſenſus cõis. Igitur q̃ nos p diuerſas potentias cognoſcim⁹, angel⁹ vnica apprehẽdit. Et cõfirmatur authoritate Ariſto. reputantis inconueniens, litem cognoſci à nobis & non à ſuperioribus.

282 285

¶ Circa rõnem adductã ad ꝓbãdum hãc primã cõcluſionem, dubiũ occurrit. Propterea, q̃a illud principiũ, Quæ ſunt diſperſa in inferioribus, adunãtur in ſuperiori, põt intelligi dupliciter. ſ. ꝙ adunentur eminenter & formaliter: quemadmodum in ſenſu cõi adunãtur ſentire propria ſenſibilia ſenſuum exteriorum, & in Deo perfectiones attributales. Alio mõ, eminẽter quidẽ, ſed non formaliter, quemadmodũ inferiora ſunt in ſole. Et ſi primo mõ, ad hoc propoſitum aſſumptum dicat̃, cũ nõ ſit uerũ, uniuerſaliter rõ ruet. Si uerò ſcdo mõ, cõcludit oppoſitũ. Si aũt indiſtinctè aſſumptũ ſit, indiſtinctè ẽt infert; ergo oẽs cognitiones noſtræ eminenter continentur in angelo. Et non poterit inferri ex hoc: ergo cognitio ſingulariũ erit in eo formaliter, qm̃ dicã ꝙ cognitio angeli eſt altioris ordinis, & non formaliter continens cognitionem ſingularium. Et confirmat̃ obiectio hæc, quia conſtat ꝙ intellectus noſter eſt uirtus altior I omnibus ſenſibus, & tamen ipſo non adunantur cognitiones ſingularium ſic, quòd ipſe cognoſcat ſingularia, niſi fortè acquiſitè & indirectè, ex admiſtione ad ſenſus. Vnde ſi ratio ualeret, concluderet etiam de intellectu noſtro, & quia non concludit de illo, igitur ſimpliciter non ualet.

¶ Ad obiectionẽ hãc dr, ꝙ ꝓpoſitio illa indiſtinctè ſumitur ſic, ut intelligatur quãtum poſſibile eſt, iuxta modum ſuperioris. Ita ꝙ ſenſus eſt, diſperſa inferius adunari ſuperius eminẽtiori mõ, quo adunari poſſunt, iuxta ſuũ modum & capacitatem ſuperioris. Et ꝓpterea in his quæ poſſunt adunari eminenter & formaliter, infert adunationẽ talẽ. In his aũt quæ cõtingit eleuari eminenter tñ, nõ infert niſi adunationem eminentiæ. Et qm̃ cognoſcere quodcũq; obiectũ, eſt de gñe eorum, quæ poſſunt eleuari formaliter: ideò in his infert adunationẽ eminentem & formalẽ. Et ad inſtantiã de intellectu noſtro dupliciter dici põt, primo negando, ꝙ ipſe non cognoſcat ſingularia, qm̃ K ſaltem in ſtatu ſeparationis cognoſcet ea. Scdo, & melius (iudicio meo) dr, ꝙ intellectus humanus non conſtituit aliũ gradum in ordine rerum, ſed clauditur in illo rerũ gradu, in quo hõ locatur. Et ꝓpterea non oportet ꝙ in ipſo habeat locum dicta propõ ſimpliciter, quæ de natura rei ſuperioris cõpletæ in ſpecie intelligẽda eſt. Res.n. incõpletas non oportet ſimpliciter ꝑhabere inferiora, ſed magis cõuenire & adunari cũ eis ad integrãdũ unũ pfectũ, ut contingit in hoĩe. Dixi aũt ſimpliciter, quia quodãmodo qcquid põt uirt⁹ noſtra inferior, põt & noſtra ſuperior, dum rem eãdem perfectius uel nobilius attingit.

¶ Quartò rñdet quæſito, quo ad modum cognoſcendi, dicens ꝙ angeli cognoſcunt ſingularia per ſpecies influxas à Deo, & ꝓbat, ſeu declarat hoc ſic. Res oẽs cauſantur à Deo, & quantũ ad formalia, & quantum ad materialia earum in proprijs naturis. ergo quoad eaſdem cauſantur à Deo in mentibus angelorum. ergo per tales ſpecies cognoſcent angeli ſingularia. Antecedẽs ſupponit. Prima uerò cõſequẽtia ex Auguſtino ẽt ſupponitur, volente res factas eſſe nõ ſolũ in ſeipſis ſed ẽt in mentibus angelorũ. Scda verò cõſequẽtia ꝓbatur ex ꝓportionalitate, q̃a quẽadmodũ ſe hẽt eſſentia Dei p quã oĩa cauſat ad cognitionẽ eius, ita ſimilitudines illius eſſentiæ ſcdm qđ eſt cã taliũ rerum ad intellectus, i quibus ſunt illæ ſimilitudines. Sed Deus ſcit oĩa p illã & quo ad uniuerſales, & quo ad particulares cõditiones, quia illa eſt ſimilitudo omnium quo ad oĩa: & quia ſcĩa ſua ẽ cã rerũ. ergo angelus p ſpecies extra plantas ab illa ſumma ſimilitudine cognoſcet oĩa facta, & quo ad cõditiões uniuerſales & ſingulares.

vniuerſali, & nõ ꝓut eſt hic & nũc, niſi p ſenſum accipiat. Adminiſtratio aũt & ꝓuidẽtia, & mot⁹ ſunt ſingulariũ, ꝓut ſunt hic & nũc. Et ideò aliter dđm, ẽ, ꝙ ſicut hõ cognoſcit diuerſis viribus cognitiuis oĩa rerum gñ̃a, intellectu qdẽ vniuerſalia G & immaterialia, ſenſu aũt ſingularia & corporalia: ita angelus p unã intellectiuã virtutem utraq; cognoſcit, hoc.n. rerũ ordo hẽt, ꝙ quãtò aliqd eſt ſuperius, tãto hẽat virtutẽ magis unitã & ad plura ſe extẽdẽtẽ. ſicut in ipſo hoĩe patet, ꝙ ſenſus cõis, q̃ eſt ſuperior q̃ ſenſus ꝓprius, licet ſit unica potẽtia, oĩa cognoſcit q̃ qnq; ſenſibus exterioribus cognoſcunt, & q̃dã alia q̃ nullus ſenſus exterior H cognoſcit, ſ. differentiã albi & dulcis. Et ſimile ẽt eſt ĩ alijs cõſiderare. Vñ cũ angelus naturæ ordine ſit ſupra hominẽ, incõueniẽs eſt dicere, ꝙ hõ quacũq; ſua potẽtia cognoſcat aliquid, qđ angelus ꝑ unam uim ſuã cognoſcitiuã. ſ. intellectũ, nõ cognoſcat: Vñ Ariſt. ꝓ incõueniẽti hẽt, ut litẽ quam nos ſcimus, Deus ignoret. ut patet in 1 de. aĩa. & in 3. met. Modus aũt quo intellect⁹ angeli ſingularia cognoſcit, ex hoc cõſiderari põt, quòd ſicut à Deo effluũt res ut ſubſiſtant in ꝓprijs naturis, ita ẽt vt ſint in cognitione angelica. Manifeſtũ eſt aũt ꝙ à Deo effluit in rebus non ſolum illud qđ ad naturã uniuerſalem pertinet, ſed ẽt ea q̃ ſunt indiuidua-

¶ Circa rõnem adductam ad probandum hanc ſecundam cõcluſionem, de modo cognoſcendi, occurrũt obiectiones Scoti in 2. diſt. 3. q. vltima. Vbi tripliciter illã rationẽ impugnat. Primò, quia nõ valet cõſequentia: Res fluunt à Deo quo ad materiam & formam: ergo fluunt in mente angeli quo ad cognitionem ſingularitatis, præcipuè apud te, qui tenes contra Commentatorẽ, ꝙ materia ſit pars quidditatis: ſed ſufficit ꝙ fluat in mente angeli vt pars quidditatis in eſſe cognito. Scdo, q̃a ſpecies influxa non eſt ratio cognoſcendi niſi quidditatem, vt alias probatum eſt. Tertiò, quia cum dicitur eſſentia diuina eſt ratio cognoſcendi tam ſingulare quàm quidditatem, ergo & ſpecies in mente angeli, dico, quòd ibi eſt ſophiſma procedendo à magis perfecto ad minus perfectum affirmatiuè.

¶ Circa ipſam concluſionem ſecundam multiplex obiectio occurrit. Et primo contra eam arguit Sco. in q. eadem, intendens ꝙ angelus cognoſcat ſingularia per ſpecies acquiſitas à rebus, & non per ſpecies influxas, primo, quia ſingulare, puta Sortes, cognoſcitur vt hoc, & non per ſpeciem quidditatis, ergo per propriam ſpeciem. ergo aut in angelo ſunt inditæ omnium ſingularium propriæ ſpecies, quod nõ eſt rõnabile, aut acquirit ſpecies ſingularium, cum cognoſcit illa, quod eſt intentum. Antecedens pro prima parte ſupponitur, quo ad ſecundam verò probatur, ex eo quòd hoc ſingulare non continetur determinatè ſub quidditate, vt hoc ſingulare eſt. Et probatur ab eodem multipliciter in 2. diſtin. 3. q. 2. contra primum argumentum, vnde ſumpſit Capreolus argumenta, quæ recitat, quæ nec ſunt facta à Scoto contra San. Thomam, nec militant contra eum omnia, ſed quædam quæ inferius adducentur.

¶ Secũdò ſic, Singulare cognoſcitur ab angelo quoad ſuam exiſtentiam actualem, ergo per ſpeciem acquiſitam: tenet conſequentia, quia nec ex notitia vniuerſalium, nec ex rationibus terminorum certificatur intellectus de complexo contingenti, quoniam illæ rationes, aut repræſentãt determinatè ſic ſe habere, ſeu me eſſe cras, aut indeterminatè. Si determinatè, igitur K impoſſibile eſt ipſum per ipſos terminos habere notitiam, ꝙ hoc ſit contingens. Si indeterminatè, ergo nunquam per hos terminos habebit quod determinatè ſcdeam: igitur oportet ꝙ accipiat aliunde notitiam huius.

¶ Tertiò ſic: Singulare cognoſcit̃ ab angelo intuitiuè. ergo accipit cognitionẽ ab ipſo. tenet conſequentia, quia ad cognitionẽ intuitiuã neceſſario cõcurrit ipſa res vt præſens. Et cõfirmatur, quia impoſſibile eſt cognitionẽ intuitiuã eſſe per ſpeciẽ eodẽ mõ repræſentantem, re manente & nõ manente, vt de ſe patet.

¶ Quartò directè contra concluſionem adduco rationes Scoti ex di. 9. loco allegato ad probandum, ꝙ una mere ſpecies intelligibilis non poteſt eſſe ratio angelo intelligendi omnia ſingularia alicuius ſpeciei. Et prima rõ eſt talis: Species vna repræſentans infinita ſingularia diſtinctè, ergo eſt infinitæ perfectionis. conſequens eſt impoſſibile, conſequentia verò ꝓbatur, quia vbi pluralitas infert maiorem perfectionẽ, infinitas infert infinitam perfectionem. Sed poſſe repræſentare plura, concludit maiorem perfectionem:

perfectionem: qm̃ includit perfectionẽ duarũ rõnum repñſentã A adæquatè. ergo poſſe repñſentare infinita, cõcludit infinitã perfectionẽ. Secũda uerò eſt, Iſta ſpecies quam ponis, aut repñſentat ſimiliter oppoſita pertinẽtia ad exiſtentias ſingulares, aut alterã partẽ cõtradictionis determinatè, aut ſucceſſiuè unam, modo aliã. Non primũ, q̃a ſic nihil repñſentaret. Nõ ſecundũ, q̃a ſic angelus cognoſceret oppoſitũ rei, & nunquã reliquũ. Nõ tertium, q̃a nunc eſſe repñſentatiuum & vniformiter ſe, & i in tellectu, non repñſentaret diſformiter aliquid. Tertia rõ eſt, quia ex iſta poſitione ſequit̃, ꝙ quodlibet ſingulare exiſteret, ſtatim eſſet mod naturaliter cui libet angelo, & ita diſtantia localis nõ impediret &c.

¶ Ad obiectiones contra rationẽ ad ſecundam concluſionem dicitur, quòd per ſe primò & directè intentum S. Th. eſt, quod q̃a à Deo effluit in angelum ſimilitudo Sortis, non ſolũ quo ad conditiones cões, ſed quoad condõnes ſingulares: ideò angel⁹ intelligit ipſum. Sed quia opinatur materiã eſſe principiũ ſingularitatis in reb. materialibus, & formam cõtrariis: Ideo in quæſtionibus de ve. q. 8. ar. 11. inuenitur, rõnem quã hic expreſſit per uniuerſale & indiuiduale, expreſſiſſe per formam & materiam. Vnde dupliciter reſpondeti poteſt. Primò, ꝙ quantum ad præſens ſpectat ꝓpoſitum, per accidens ſe habet materia & forma, quoniam uis rationis conſiſtit in hoc, ꝙ in angelo indita eſt ſimilitudo omniũ tam uniuerſalium quàm indiuidualium conditionum, quæcunque ſint, & per quæcunque naturalia principia habeantur. Secundò, ꝙ de materia poſſumus loqui dupliciter. Vno mõ, ſecundum ſeipſam. i. prout eſt in rerum natura. Alio mõ, ſecundum ꝙ ex ordine ad formam per intellectum abſtrahit̃, & ꝙ D materia ſecundo mõ cadit in quidditate rei naturalis. Primo verò modo indiuiduat, & ꝙ in propoſito eſt ſermo de materia, non uno tantùm mõ, ſed omnibus modis. Ita ꝙ intẽdit, ꝙ in angelo ſit ſimilitudo materiæ repræſentãs eã ſecũdum eſſe naturale, qđ habet exiſtendo in rerũ natura in rebus, & nõ ſolũ ſimilitudo eius ſecundũ quod eſt pars diffinitionis rerũ naturaliũ. Quod breuius dici poſſet, ꝙ in eo eſt ſimilitudo nõ materiæ, ſed materiæ ſignatæ, quã cõſtat in diffinitione nõ poni.

¶ Ad ſecundam obiectionem contra idem negamus, ꝙ ſpecies influxa ſit ratio cognoſcendi tantum quidditatem, nec aliquam adduxit unquam argumẽti rationem efficacem ad oppoſitum.

¶ Ad tertiam dicitur, ꝙ nulla eſt fallacia arguendo à communi exemplari ad conſimilitudinem exemplatorum, immò eſt locus neceſſarius, & non ſolũ rationabilis, quoniam quicqd conuenit uni ſimilium, ut ſic, conuenit & alteri. Talis autẽ eſt proceſſus ille fundatus ſuper hoc, ꝙ à Deo fluxerunt res in duplici E eſſe, naturali, & intentionali in mentibus angelorum. Ex hoc.n. manifeſtè ſequitur nõ ex ratione perfecti, aut imperfecti, ſed ex ratione ſimiliũ ꝙ ſimilitudo rei in eſſe naturali apud Deũ exiſtens, effecerit eſſe intentionale ſimile ſibi in mẽte angelica: ac per hoc illa ſpecies intentionalis repræſentet illa, quæ repræſentat diuina ſimilitudo, à qua eſt exemplata, nihil obſtante differentia ſecundum perfectum & imperfectũ.

¶ Ad obiectiones verò contra cõcluſionẽ ordinatè rñdẽdo ad primam, dicitur, ꝙ cognoſci per propriam ſpeciem, dupliciter contingit. ſ. adæquatè uel excellenter. Et quòd ſingulare ab angelo non cognoſcitur per propriã ſpeciẽ adæquatẽ, quia ſic ſequeretur infinitas ſpecierum, ſed per ſpeciẽ excedentem. i. repræſentantem non ſolũm hoc, ſed multa alia. Et ut ſic cognoſci per ſpeciẽ quidditatis contingit dupliciter. ſ. adæquatè & excellẽter. Et ꝙ ſingulare non cognoſcetur per ſpeciẽ quidditatis adæquatã, quia ſic non cognoſceretur ut hoc, niſi fortè arguimus

tionis principia. Eſt.n. cã totius ſubſtãtiæ rei, & quãtũ ad materiã & quãtũ ad formã. Et ſm qđ cauſat, ſic & cognoſcit, q̃a ſciẽtia ei⁹ ẽ cã rei, ut ſupra oñſũ ẽ. Sicut igit̃ Deus p eſſentiã ſuã p quam oĩa cauſat, eſt ſimilitudo oĩum, & per eã omnia cognoſcit non ſolũ quantum ad naturas vniuerſales, ſed ẽt quantum ad ſingularitatẽ, ita angeli per ſpẽs à Deo inditas, res cognoſcũt: nõ ſolũ quãtũ ad naturam vƚem, ſed etiam ſm earum ſingularitatem, inquantum ſunt q̃dã repñtationes multiplicatæ illi⁹ unicæ & ſimplicis eſſentiæ. B

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ philoſophus loqtur de intellectu noſtro qui nõ intelligit res niſi abſtrahẽdo, & p ipſam abſtractionẽ à materialibus cõditionib⁹ id qđ abſtrahit, fit uniuerſale. C Hic ãt mod⁹ itelligẽdi nõ cõuenit angelis, ut ſupra dictum eſt: & iõ nõ eſt eadem rõ.

Ad II dicendũ, ꝙ ſecundum ſuã naturam angeli nõ aſſimilant̃ rebus materialibus: ſicut aſſimilatur aliqd alicui ſm conuenientiã in gñe uel in ſpecie, aut ĩ accidẽte, ſed ſicut ſuperi⁹ hẽt ſimilitudinẽ cũ inferiori, ut ſol cum igne. Et per hunc etiã modũ in Deo eſt ſimilitudo omniũ, & quãtũ ad formã & quãtũ ad materiã: inquantũ in ipſo præexiſtit ut in cã, quicquid in rebus inuenitur. Et eadem rõne ſpẽs intellectus angeli, q̃ ſunt q̃dam deriuatæ ſimilitudines à diuina eſſentia, ſunt ſimilitudines rerũ nõ ſolum quantum ad formã, ſed ẽt quãtum ad materiã.

Ad III dicẽdũ, ꝙ angeli cognoſcũt ſingularia ꝑ formas uniuerſale.

& ualdè imperfectè: ſed p ſpeciẽ quidditatis excedentẽ. i. repñſentantẽ non ſolũ ipſam, ſed ẽt ſingulares eius condõnes quas hẽt in rerũ natura. Et hæc eſt uia S. T. Nõ.n. putat ipſe ꝙ angel⁹ cognoſcẽdo quidditatẽ, puta æquitatẽ ex ui talis obiecti cognitam, cognoſcat ſingularia illius, immò hanc viã in q. de ve. loco allegato, reprobat ſed opinat̃, ꝙ cognoſcendo, quidditatẽ cognoſcat indiuidua illi⁹. i. ꝑ eandẽ ſpẽm p quam cognoſcit qdditatẽ, cognoſcit indiuidua illi⁹, qm̃ ſpẽs illa eſt diſtinctè repræſentatiua utriuſq; excellenter.

¶ Ad ſecundã uerò & ad tertiã obiectionẽ ſimul dr, ꝙ ſpẽs angelica repñtat quidditatẽ rei, puta humanitatẽ, & oẽs ueritates eius, ſecũdũ oẽs cõditiones ei⁹ naturales, ut S. T. loco allegato dicit: vñ & repræſentat humanitatẽ exiſtere hic & ibi, in hoc & in illo, talẽ & tantam, & ſic de aliis cõditionibus.

¶ Ad cuius euidentiã, quoniam ex hoc pendet intellectus & ratio huius materiæ, vi ſanda ſunt duo, ſcilicet, quid repræſentatur, & quomodo repræſentatur.

¶ Quo ad primum ſciendum eſt, quatuor eſſe in rebus. ſ. qdditatẽ, ſingularitatẽ, exiſtentiam, ſeu coniunctionem unius cum alio in rerũ natura, & durationem talis exiſtentiæ ſeu coniunctionis. Et hæc omnia oportet ſciri ab intellectu, habente perfectã notitiã de ſingularibus. Suntq; ſeparabilia ab inuicẽ in eſſe cognito, qm̃ unum põt cognoſci alio ignoto, ut patet diſcurrẽdo per ſingula. Et qm̃ cognitio fit per aſſimilationẽ, neceſſe eſt intellectui cognoſcenti hæc, repræſentari illa. Et de primis quidem duobus nõ eſt difficile concipere, ꝙ indita ſit angelo eorum ſimilitudo: qm̃ utrunq; ſpectat ad quæſtionem quid eſt: qm̃ per primum ſcitur quid eſt Sortes uniuerſaliter cõceptus. i. inquantum homo: per ſecundũ uerò quid eſt Sortes inquãtũ Sortes ſingulariter apprehẽſus, quod à nobis nõ eſt ſcibile. Sed de reliquis duobus difficile eſt uidere & ꝓcipuè de quarto, qm̃ hoc ad q̃ñe, an eſt, & q̃n eſt, ſpectat. Et ut plenè luſtremus rẽ hanc, ſciendum eſt, ꝙ coniunctio aliquarum & eius duratio, multipliciter poteſt repræſentari intellectui. ſ. in ſuis cauſis, uel in ſeipſa. In ſuis cauſis quidem, quemadmodum coniũctio humanitatis cum riſibilitate præſentatur intellectui, repræſentatis ſibi quod quid erat eſſe utriuſque. Ex his.n. intellectus cõſpicit coniunctionem & copulatam eorum, ſed hoc non habet locum in contingentibus, ut de ſe patet. In ſeipſa autẽ repræſentari poteſt dupliciter. Vno modo, ita quòd duratio illius coniunctionis ſit repræſentata, ſicut qualitas aliqua rei repræſentatur, quemadmodum albedo figuræ repræſentatur uiſui. Alio mõ, ut ipſa coniunctio ſola ſit res repræſentata, & eius duratio concurrat ut cõditio neceſſaria ad hoc quòd repræſentetur. Quẽadmodum de facto ſe habet duratio ſeu præſentia coloris ad colorẽ uiſum repræſentatũ oculo. Non.n. ſpecies uiſibilis repræſentat durationem præſentiæ, ſed uideri ac repræſentari color nõ poteſt, niſi præſenti tempore menſuratus. Et cũ ita ſit, ſpecies angelicæ apud S. T. non ſolum repræſentant humanitatẽ & ſortitatem, ſed etiam in ſeipſa coniunctionem eorum, cũ exiſtere in rerum natura, & cum quocunque alio eſſe accidentali & naturali. Sed non repræſentant durationẽ talium coniunctionũ, tanquã rem repræſentatã, ſed tanquam conditionem, ſine qua coniunctio illa non repræſentatur. Quòd.n. nõ repræſentetur duratio contingentis coniunctionis ex eo patet, quòd firmiter credimus, angelos nõ cognoſcere futura contingentia. Si nãq; in angelo eſſet indita ſimilitudo ſeſſionis meæ craſtinæ, ꝑciperet euidẽter ſeſſionẽ mihi cõiungendã cras. Quòd aũt repræſentet durationẽ ut cõditionẽ ſine qua non, & ꝙ hoc ſufficiat declaratur, & primo ſcdm: quia cõſtat ſufficienter à nobis haberi cognitionẽ [illegible] per talem ſpeciem, ut patet in uiſu noſtro.

pro. & clarius patet, si fingas uisum esse virtutē usum cognoscitiuā. Tunc.n. p talē speciem qua repræsentaretur sibi color p̄ns ut nō repræsentatur. s. ꝙ p̄ntia concurrit ut cōditio sine qua nō cognosceret non solū hunc colorē, sed hunc colorē existentem in p̄nti tp̄e. Deinde declaratur primū ex eo, ꝙ duratio alicui* nul lā habet repugnantiā, ut sit talis coditio sine qua, ret nō repræsentetur. Et cōfirmatur: qa quēadmodū duratio coloris ē ei* cōditio, sine qua color nec immutat visum, nec vl̃ ita est & conditio sine qua nō repræsentatur. Et hæc de primo.

Porrecta per totum. * q. 55. artic. 3.

¶ Quo ad secūdū verò modū. s. repræsentādi, h̃i dixi, ꝙ apud S. Tho. species impressa angelo à Deo respectu p̄dictorū se habet sicut si in oculo esset naturaliter congenita species alicuius obiecti, puta huius albi. Tunc.n. per talem speciē nec repræsentaretur, nec cognosceretur hoc albū, nisi qñ existeret: q̃a inter repñtans & repñtatū requiritur similitudo. Nec hoc albū simile est illi speciei repræsentanti, nisi hoc album existat: quoniam species illa, repræsentat hāc albedinē existentem: & sic per illā speciē uideret oculus hoc albū, qñ illud esset, & nō uideret illud, qñ illud nō esset: & sic duratio huius albi in rerū natura se haberet ut cōditio sine qua hoc albū, nec repræsentaretur, nec uideretur, nō ex defectu speciei uisibilis, sed ex defectu ipsius obiecti. Nec per mutationem speciei, sed per mutationē ipsius obiecti cognosceret hoc album nūc esse, & postmodū perciperet illud nō esse ex defectu assimilationis illius. Et ex hoc patet quō stat, ꝙ spēs sit indita, & non cāta ab obiecto singulari. Et ꝙ naturaliter repñtet, & sit rō cognoscēdi rē p se primò & directè qñ est, ex cōsequēti aūt qñ nō est. Et qm unū indiuiduū superioris ordinis æquiualere potest multis nō solū indiuiduis, sed speciebus inferioris ordinis: ex eleuatione naturæ angelicæ supra corporea intuitus S. Th. posuit ꝙ una species in angelo sit tātæ excellētiæ, ꝙ distinctè quidem excellenter tñ sit rō repræsentatiua multarū quidditatū & singulariū, & multarū cōniunctionū contingentiū in rerū natura. Ita ꝙ quandocunq; connunctio illa ponitur in rerū natura, statim assimilatur illi speciei, & sic repræsentatur & cognoscitur, desinente aūt desinit repræsentari: quia desinit assimilari. Et ex his facillimè patet rñsio ad obiecta. Nam secunda obiectio supponit, ꝙ coniunctio contingens repræsentetur, non seipsa, sed in rōnibus terminorum suorum. Tertia verò supponit, ꝙ præsentia [illegible]

Infra q. 86. arti. 4. Et 2. 2. q. 95. ar. 1. & 1. d. 38. artic. 5. Et 2. di. 7. q. 2. ar. 2. Et 1. co. ca. 67. Et li. 3. ca. 154. Et uer. q. 8. ar. 12. Et ma. q. 16. ar. 7. Et opusc. 3. ca. 135. & 136.

[illegible]

uersales, q̃ tñ sunt similitudines rerum, & quātum ad principia uniuersalia, & quātū ad indiuiduationis principia. Quo autē per eandē speciē possint multa cognosci, iā supra dictū* est.

ARTICVLVS III.

Vtrum angeli cognoscant futura.

AD TERTIVM sic ꝓceditur. Vr̃, ꝙ angeli cognoscāt futura. Angeli.n. potētiores sūt ĩ cognoscēdo q̃ hoĩes. Sed hoĩes aliq̃ h cognoscūt futura multa. ergo multo fortius angeli.

¶2 Præt. Præsens & futurū sunt drīæ temporis. Sed intellectus angeli est supra h tp̃s. parificāt enim intelligentia æternitati .i. æuo: vt dr̃ in * li. de causis. Ergo quantū ad intellectū angeli nō differūt præteritū & futurum, sed īdifferēter cognoscit vtrūq;

¶3 Præt. Angelus nō cognoscit p species acceptas à reb* sed p species innatas vles. Sed h spēs vles ęquar̃ se habēt ad p̃teritū & futurū. Ergo vr̃ ꝙ angeli indifferenter cognoscāt præterita, & præsentia, & futura.

¶4 Præt. Sicut aliq̃d dr̃ distans ſm tp̃s, ita h ſm locū. Sed angeli cognoscūt distātiā ſm locū.* Ergo etiam cognoscunt distantia secundùm tempus futurū.

* Propos. 2. circa.

[illegible]

SVPER QV. LVII. ARTIC. III.

Ferr. 3. cont. c. 67. Aegid. 2. 5. d. 7. q. 2. ar. 1. D. Bon. d. 7. p. 2. q. 3. Cap. 2. d. 36. ar. 2. con. 1. Bannes. artic. 3.

[illegible]

[illegible]

SED CONTRA Id, quod est ꝓprium signum diuinitatis, non cōuenit angelis. Sed cognoscere futura est propriū signum diuinitatis, ſm illud Esa. 41. Annūtiate quæ ventura sunt in futurū, & sciemus ꝙ dij estis vos. Ergo angeli nō cognoscūt futura.

RESPON. Dicendū, ꝙ futurū dupliciter pōt cognosci. Vno mō, in cā sua. & sic futura q̃ ex necessitate ex causis suis proueniūt, p certā sciētiā cognoscūtur, vt solē oriri cras. Quæ uerò ex suis causis ꝓueniūt vt in pluribus, cognoscitur non per certitudinē, sed p cōiecturā, sicut medicus p̄cognoscit sanitatē īfirmi. Et iste mod* cognoscēdi futura adest angelis, & tātò magis q̃ nobis, quanto magis rerū cās & vniuersali* & pfectius cognoscūt, sicut medici, q acuti* vidēt cās, melius de futuro statu ægritudinis pronosticant. Quæ verò proueniunt ex causis suis vt ĩ paucioribus, penitus sunt ignota, sicut cāsalia & fortuita. Alio mō, cognoscuntur futura in seipsis. & sic solius Dei est futura cognoscere: non solū q̃ ex necessitate ꝓueniūt, vel vt ĩ pluribus, sed ēt cāsalia & fortuita: qa Deus videt oīa in sua æternitate: q̃ cū sit simplex toti tēpori adest, & ipsum concludit. Et ideò un* Dei intuitus fert ĩ oīa, q̃ agunt p totū tempus sicut in p̄ntia, & videt oīa vt in seipsis sunt, sicut supra dictū ē*, cū de Dei sciētia agerētur. Angelic* aūt intellectus & qlibet intellectus creatus, deficit ab ęternitate diuina. Vnde non potest ab aliquo intellectu creato cognisci futurum, vt est in suo esse.

AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ hoĩes nō cognoscunt futura, nisi in causis suis, vel * Deo reuelante. Et sic angeli multò subtilius futura cognoscūt.

AD II. dd̃m, ꝙ licēt intellectus angeli sit supra tēpus, quo mēsurant corporales mot*: est tñ ĩ intellectu angeli tēpus ſm successionē intelligibiliū conceptionū, ſm ꝙ dicit Aug. * 8. sup. Gen. ad lit. ꝙ Deus mouet spiritualem creatura p tempus. Et ita, cū sit successio in intellectu angeli, non omnia quæ aguntur per totū tempus, sunt ei præsentia.

AD III dd̃m, ꝙ licēt species q̃ sunt in intellectu angeli, q̄m est de se, æqualiter se habeant ad p̄sentia, p̄terita, & futura, tñ p̄sentia, p̄terita, & futura nō æqualiter se habēt ad rōnes. Quia ea, q̃ p̄sentia sunt, habēt natura p quā assimilantur speciebus, q̃ sunt in mēte angeli. Et sic per eas cognosci possunt. Sed q̃ futura sunt, nondum habent naturā p quā illis assimilent. Vñ p eas cognosci nō possunt.

AD IIII dd̃m, ꝙ distantia secundum locū sunt in rerum natura, & participant aliquā speciem, cuius similitudo est in Angelo. quod non est uerum de futuris. vt dictum * est. Et ideò non est simile.

* In corp. art.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum angeli cognoscant cogitationes cordium.

AD QVARTVM sic ꝓcedit. Vr̃ ꝙ angeli cognoscant cogitationes cordiū. Dicit.n. Greg. in Moralibus sup illud Iob. 28. Nō ęquabit ei aurū vl̃ vitrū, ꝙ tūc. s. in beatitudine resurgētiū vnus erit pspicabilis alteri, sicut ipse sibi: cū vniuscuiusq; intellectus attēdit, simul cōscientia penetratur. Sed resurgētes erūt similes angelis, sicut habet Matt. 22. c. Ergo vn* angel* pōt videre id, qd̃ ē ĩ cōsciētia alteri*.

¶2 Præt. Sicut se hēnt figurę ad corpora, ita se hēnt species intelligibiles ad intellectū. Sed viso corpore vr̃ ei* figura. Ergo uisa substātia intellectuali, vr̃ species intelligibilis q̃ est in ipsa. Ergo cū angelus videat aliū angelū & ēt animam, vr̃ ꝙ possit videre cogitationem utriusq;.

¶3 Præt. Ea q̃ sunt in intellectu nr̃o, sunt similiora angelo, q̃ ea q̃ sunt ĩ phātasia, cū hęc sint intellecta ĩ actu, illa verò ĩ potētia tm̃. Sed ea q̃ sunt ĩ phātasia, possunt cognosci ab angelo, sicut corporalia, cum phantasia sit uirtus corpori. Ergo uidetur quòd angelus possit cognoscere cogitationes intellectus.

SED CONTRA est, ꝙ proprium Dei non conuenit angelis. Sed cognoscere cogitationes cordiū est ꝓpriū Dei, ſm illud Iere. 17. Prauū ē cor hoīs & īscrutabile. & quis cognoscet illud? Ego dn̄s scrutās &c. ergo angeli nō cognoscūt secreta cordiū.

RESPON. Dd̃m, ꝙ cogitatio cordis dupliciter pōt cognosci. Vno mō, in suo effectu, & sic nō solū ab angelis, sed ēt ab homine cognosci pōt, * & tanto subtili* quāto effect* hmōi fuerit magis occult*. Cognoscit.n. cogitatio interdū non solum p actū exteriorē, sed ēt p immutationē vultus. Et ēt medici, aliquas affectiones animi p pulsū

SVPER QV. LVII. ART. IIII.

Ferr. 2. cont. c. 68. Egid. 2. 5. dist. 7. q. 2. ar. 2. Tho. Arg. dist. 7. q. 1. art. 2. Capr. 2. d. 8. q. 1. con. 1. Bannes. ar. 4.

Porrecta per totum.

289 1. con. ca. 68. & li. 3. c. 154. prī. Et veri q. 8. art. 13. Et mal. q. 16. art. 8.

IN titulo aduerte, ꝙ p̄sens q̄stio est de cognitione cogitationis cordis alterius in particulari, & cōpleiē, s. quo ad q̄stionē an est, & in se. q̃ respectu termini. i. verū angelus cognoscat, si actualiter cogitē aliquid, qd cogito, qd dlibero &c. ¶In corpore unica ponit distinctio bimēbr. s. ꝙ cogitatio pōt cognosci dupliciter. s. in suo effectu, vel in seipsa. Et duæ conclusiones ponuntur iuxta duo p̄dicta mēbra. Prima est Cogitatio cordis alterius pōt cognosci ab angelo suo effectu. Et ꝓbatur à fortiori: quia sic ēt pōt cognosci ab homine p immutationem vultus & dispositionem corporis, vt medici discernūt q̃nq;. Et hoc cōfirmatur authoritate Aug. Secūda cōclusio ē, ꝙ cogitationes cordiū in seipsis seu qđ idē est, vt sūt in uolūtate, soli Deo sunt naturaliter cognitæ, & ꝓbatur sic. Merè voluntaria soli Deo & volenti sunt nota: cogitationes cordiū sunt purè volūtariæ, q̄a ex sola uoluntate dependet ꝙ aliquis actu cogitet aut uelit aliquid qđ habitu est, quo quis vtitur cū uult, ergo. Maior ꝓbatur, quia voluntas soli Deo subiacet, qui solus in ea operari potest, vt primū obiectū & finis vltimus. Et cōfirmatur cōclusio, authoritate Apo. 1. ad Co. 2. ¶Circa rationē adductam ad secūdam cōclusionem, dubiū occurrit à Durando in 2. di. 8. motum, & est tale. Si uoluntarium soli Deo est co-

gniū,q̃a volūtariū eſt,ex aliqua harū quinq; cōditionū ,pue- F nit,ſ. aut q̃a volūtas ſoli Deo ſubiacet, quo ad cāſ,& ex hoc n̄ ſ quia ſic ēt materia prima, & eſſentia aīæ ſoli Deo eſſent notæ: Aut q̃a ſoli Deo ſubiacet quo ad moueri, & ex hoc nō quia ſic ēt motus primi mobilis,ſi à ſolo Deo eſſet, ſibi ſoli cognit⁹ eſſet. Aut q̃a libera eſt formaliter & ex hoc nō, q̃a libertas eſt à coactione,n̄ à cognitione. Aut q̃a ē i determinata ad vtrūq; oppoſitorū & ex hoc nō, q̃a indeterminatio tollit cogitatione poſita i actu:iā.n.determinata n̄c ē. Aut quia à volūtate fit,& ex hoc pcisè nō: quia ſic oēs actus imperati à voluntate, eſſent ſoli Deo notus: & ſic ēr actᵉ exteriores uoluntarij, ignoti eſſent angelis. Et cōfirmat, q̃a apud te, angeli intelligūt p ſpecies innatas q̃ æqualiter repſentāt aīæ interiores & exteriores, ſpirituales & corpales. ¶ Cōtra eādē rōnem arguit Scotᵉ i 2.di.9. q.2. dupliciter. primo, q̃a nō eſt maior rō: quāſ volūtas poſſit occultare cogitationē poſitā in actu q̃ ipſam eſſentiam & voluntatē ſuā. Scdo, q̃a ſi cogitatio occultat uolitione,illa nolitio aut erit alteri manifeſta, aūt occultaſ: ſi manifeſta, hīt-ētū-ſi occulta, ergo alia volitiōe occultabitur & ſic ī infinitū. ¶ Cōtra cōcluſionē, multa refert Capreo. in di.9. ſecūdi argumenta ex Sco. quorū q̃dā in Sco. nō inuenio. Q̃ aūt aūt argumēta ſunt ad hoſem à Sco. cōtra Heri. facta, & q̃dā eādē hēnt difficultatē, ideo q̃ ex ſolutione pcedentiū vno adiūcto argumēto,qđ Sco. directè contra concluſionē facit, oīa eſſent clara.

*li. de Diuini. dæmo. ca. 5. poſt med. to. 3.

*lib. 2. retrac. c. 30. to 1.

Concl. p

*q.63.ar. 1.& q.105 ar.5.

319

cognoſcere poſſunt, & multò magis angeli, vel ēt dæmones, quātò ſubtilius hmōi immutationes occultas corporales ppēdūt. Vñ Aug. dicit in lib.* de Diuinatione dæmonū, q aliqñ hominū diſpoſitiones non ſolū voce ,platas,verū ēt cogitatione cōceptas, cū ſigna q̃dā i corpore exprimunt ex aīo, tota facilitate pdiſcūt: quāuis in lib.* Retractationū hoc dicat n̄ eſſe aſſerendū quomō fiat. Alio mō poſſūt cognoſci cogitationes, ,put ſunt ī intellectu: & affectiones, ,put ſunt ī volūtate. & ſic ſolus Deᵉ cogitationes cordiū, & affectiones volūtatū cognoſcere pōt. Cuiᵉ rō eſt: q̃a uolūtas rōnalis creaturæ, ſoli Deo ſubiacet, & ipſe ſolus in eā operari pōt q ē principale eiᵉ obiectū, ut ultimus finis: & hoc magis infra patebit*. Et ideò ea q̃ ex volūtate ſola depēdēt, vel q̃ in voluntate ſola ſunt, ſoli Deo ſunt nota. Manifeſtū ē aūt q ex ſola volūtate depēdet, q aliqs, actu, aliqua cōſideret: q̃a cum aliqs hēt habitū ſciētię, uel ſpecies intelligibiles in eo exiſtentes, vtit eis cum vult. Et ideò dicit Apoſto. 1. Cor. 2. q quæ ſunt hominis, nemo nouit niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt.

Ad primum ergo dd̄m, q cogitatio vniᵉ hois nō cognoſcit ab alio pp duplex ipedimētū, ſ. pp groſſitiē corporis, & pp uolūtatē claudētē ſua ſecreta. Primū aūt obſtaculū tollet i reſurrectione, nec eſt in Angelis. Sed ſcḋm ipedimētū manebit poſt reſurrectionē, & ē mō in angelis. Et tñ qualitatē mētis, quātū ad quātitatē gratiæ, & gloriæ, repſētabit claritas corporis. Et ſic, vnᵉ mētē alteriᵉ uidet poterit.

Ad II dd̄m, q etſi unus angelus ſpecies intelligibiles alteriᵉ videat, p hoc q modᵉ intelligibiliū ſpecierū ſcḋm maiorē & minorē vniuerſalitatem ,pportionat nobilitati ſubarū, non tñ ſequit, q vnᵉ cognoſcat quomō aliᵉ illis intelligibilibus ſpeciebus vtit actualiter cōſiderādo.

Ad III dd̄m, q appetitᵉ brutalis, nō ē dominᵉ ſui actus ſed ſequit impreſſionē alteriᵉ cāæ corporalis, uel ſpiritualis. Quia igit angeli cognoſcūt res corporales & diſpoſitiones earū, poſſunt p hæc cognoſcere, qđ ē in appetitu, & in apphēſione phātaſtica brutorū aīaliū, & ēt hominū ſcḋm qđ in eis q̃nq; appetitus ſenſitiuᵉ ,pcedit in actū, ſequēs aliquā impſſionē corporalem, ſicut in brutis ſp eſt. Nō tñ oportet, q angeli cognoſcant motū appetitᵉ ſēſitiui, & apphēſionē phātaſtici hois, ſcḋm q mouent à volūtate & rōne: q̃a ēt inferior pars aīæ participat aliqualiter rōnē: ſicut obediens imperanti, vt dr̄ in* 1. Ethico. Nec tñ ſequitur, q ſi Angelus

qcquid naturaliter intelligit per ſpecies innatas. Iuxta n. hanc viā, uanus eſt ſermo oīs de actiuo & paſſiuo, motiuo & mobili & alijs hmōi. Sed oportet ſcrutari: an cōiunctio uoluntatis cū ſua libera operatione in actu exercito, repræſentet aliquam ſpeciē innatā in angelis, an nō. In hoc n. pēdet tota difficultas. Dictū eſt n. ſpēm in mēte angeli eſſe tātæ excellentiæ, ut hēat i ſe vñ ſibi aſſimilet Sor. ſedens, Sor. ſcribēs Sor. currens. Cū ſpēs non hēt in ſe vñ ſibi aſſimilet Sor. uolēs, aut Sor. cogitans A, ut aūt clarè pateat ex dictis S. T. hic & ex q̃ō. de veri. q. 9. ar. 13 & in q̃ō. de dæmonibus art. 8. arbitratur Diuᵉ T. cogitationes cordiū, quo ad eſſe actuale in particulari &c. nō repræſentari p ſpecies innatas q̃a ſunt alterius ordinis, q̃ ſint oīa naturalia. Ita q ea eo, q volūtas vt volēs A, vel B, eſt ſupra totū ordinē cauſarū & effectuū naturaliū, ideo non repſentat p ſpecies impreſſas angelis, q̃ repræſentatiuæ tm̄ ſunt cauſarū & effectuū naturaliū. Et hoc ideò rō S. T. vbi q. Probat n. ſcḋā per altitudinē volūtatis ut operātis ex expreſſione ei ā ſe ipſa, & cōnexionē, à quacūq; creatura [illegible] ſua cōditā in hoc, q volūtas ut operās in particulari & extra ordinē rerū naturaliū, ergo eſt naturaliter occulta cuicūq; extrinſeco intellectui creato: & ſic nec ſequela, quia ſpecies naturales intellectuū nō repſentant nī naturalia. Antecedens verò ſ̄ patet q̃a volūtas ſoli Deo ſubiacet, & quo ad exercitiū actᵉ, & quo ad ſpecificationem actus in particulari, q̃a ipſe ſolus pōt efficaciter mouere uoluntatem, tam effectiuè q̃ obiectiuè, cū ſit ſummum bonum, & finis vltimus &c. Ex hoc aūt facile ſoluuntur objectiones. Nam ad Durandum patet quod dicendum eſt. 1. q voluntas & voluntarium ex hoc ipſo quod voluntariū, eſt in ſe ipſo occultū cuicūq; extrinſeco creato, quia ſoli Deo ſubiacet effectiuè, & obiectiuè. Et iō, nulla illarum cāſarū enumeratarū ab eo admittitur pciſe, niſi tertia, & eſt iſta quam dicit S. T. quāq; arguēs aut nō intellexit, aut intelligere noluit. libertas n. uoluntatis nō ſolū à coactione, ſed à depēdētia & connexione cū naturalibus eſt, ac p hoc, à cognitione extrinſeca creaturæ. Ex hoc enim q aliquid ſit ſoli Deo ſubiacet, q nullam naturalem eſt habere connexionem cum naturalibus, occultum naturaliter eſt his, qui naturalium tantum rationes habent. ¶ Ad obiectiones verò Scoti cōtra eādē rōnē ex eodē principio iā patet ſolutio, quia alia rō eſt de eſſentia, uolūtate, & intellectu angeli, & de his vt ſunt in actu ſecūdo mere voluntario: quia illa pertinent ad naturalē ordinē rerū, hæc aūt nō. Et ſimiliter nō dicimus iſtā ſatuitatē, q cogitatio occultet volitione velut quodā velamine, vt arguēs imaginat, q̃ēs alid illiᵉ velamē, ſed dicimus q cogitatio eo q̃a volita ſeu libera, ē naturaliter occulta. Et hæc rōne ſuę occultationis, libertatē ſperātis, vt dictū ac expoſitū eſt. ¶ Ad

*1. Ethic. c. vlt. to. 5.

Tangit ergo vbi ſupra tale mediū. Cogitatio, precipuè angelica, poſita in actu, eſt obiectum actu intelligibile in ſe, & proportionatum cuicunque intellectui angelico, & ſufficienter præſens omni tali intellectui. ergo poteſt naturaliter intelligi ab altero angelo. conſequētia eſt nota, & poteſt confirmari ex illa maxima. Actiuo & paſſiuo naturaliter ,pportionatis & approximatis nō impeditis, ſequitur actio. Antecedēs verò quo ad omnes ſui partes eſt p ſe notum, ſupponendo q diſtantia localis nō impedit actionem & paſſionem omnino immaterialē, de qua hic eſt ſermo. Et pōt cōfirmari quia quicquid poteſt inferior, poteſt & ſuperior. ac p hoc, ſi Michael cognoſcit ,ppriā cogitationē immūnē, poterit eādē multò eminētius intueri Seraphim. ¶ Ad euidētiā difficultatis huius ſciēdū eſt, q ſecūdū duplicem opinionē de intellectu angelico, dupliciter in materia hac pcedi pōt. Secundum nāq; opinantes intellectū angeli moueri ab obiecto, ſcrutari oportet: an cogitatio uoluntaria poſita in actu, ſit obiectū ,pportionatū, & ſufficiēter p̃ſens in rōne mouēdi, reſpectu cuiuſcunq; intellectus angeli. Sco. n. tenet partem affirmatiuā, Greg. de Arimi. partē negatiuā. Sed hæc q̃ſtio non hēt locum apud opināntes intellectū angelicū nō eſſe naturaliter mobilem ab aliquo obiecto: ſed oportere ipſum intelligere K

¶ Ad obiectionē demū Sco. cōtra cōcluſionē di. q tam hęc quā omnes aliæ, ſupponunt unum falſum, ſ. intellectū ſeparatū accipere cognitionē à rebus cognitis, hoc n. eſt falſiſſimum: q̃m oīs intellectus ſeparatus intelligit per ſpēs influxas, & non aliter, niſi ſeipſum & Deū, ut ex pdictis patet. Et in hoc ſtando, oēs obiectiones ſoluunt. A cluſio ipſa probatur authoritate Apoſtoli primæ ad Corint. 2. Nobis aūt reuelauit &c. Prima vero concluſio declaratur, q̃a ſuperiores angeli plura & altiora myſteria cognoſcunt, ea rōne, quia perſpicacius diuinam contemplantur ſapientiam. Secunda uerò concluſio, quia ſuperiores de his myſterijs illuminant inferiores. Tertia aūt quia quędā horū nouerunt à principio q̃dam uerò in dieſ addiſcūt, prout eorum congruit officijs.

SVPER Q. LVII. ART. V.

Titulus clarus eſt. ¶ In corpore articuli duā ponit diſtinctionē de cognitione duplicem. Et iuxta vtrunq; mēbrū duabus cōcluſionibus rñdet quæſito. Diſtictio eſt. In angelis eſt duplex cognitio, ſ. naturalis, & hæc eſt per eſſentiam ipſorū, & per ſpecies innatas. Et ſupernaturalis, & beatifica, & hæc cognitio, eſt quam hñt in uerbo Dei. Prima aūt cōcluſio eſt negatiua, ſ. angeli cognitione naturali nō cognoſcūt myſteria gratiæ. Et probat, quia iſta ex ſola Dei uoluntate depēdēt. Et cōfirmatur ex his, q nō cognoſcūt naturaliter cogitationes cordiū. Et confirmatur ēt in itq; ſ̄ modus arguendi, authoritate Apoſtoli primæ ad Corin. 2. ¶ Circa hāc cōcluſionē aduertēdū q eadem eſt rō: quare cogitationes cordiū, & quare myſteria gīæ ſunt occulta, quia, ſ. vtraq; extra ordinē rerū naturaliū, quia, ſ. illa ſoli voluntati ſunt cōnexa diuinæ, illa verò uoluntati diuinæ & cogitātis. Et ppea apud ponētes intellectum angelicū moueri ab obiecto, qua rōne ponunt moueri ipſum à cogitationibus cordiū poſitis in actu, eadem rōne ponunt moueri ipſum à myſterijs gīæ in actu poſitis, niſi aliunde impediunt uirtute diuina. Et hoc expreſſè dicit Sco. in 2. diſ. 10. q. 2. Nec eſt opus aliter hic immorari, q̃m negādo illud ſuppoſitū fundamētū eorū q, ſ. intellectus ſeparatus ſit mobilis ab obiecto, totum eorum ędificium ruit. ¶ Secunda concluſio eſt affirmatiua, ſub multas conditiones. ſ. Angeli in uerbo cognoſcūt myſteria gratiæ, non oīa tamen, neque æqualiter, neque ſimul. Cō-

Porro P̄to rōne

190

lib. q. 64. ar. 1. ad 4. & q. 106. ar. 4. ad 1. & Eph. 3. lect. 3.

* Lib. 5. ſup Ge. c. 19. circa med. tom. 3.

* Capi. poſt medium.

cognoſcit quod eſt in appetitu ſenſitiuo, uel phantaſia hominis, q cognoſcat id quod eſt i cogitatione uel uolūtate: q̃a intellectus & uolūtas nō ſubiacet appetitui ſēſitiuo & phātaſię, ſed pōt eis diuerſimodè vti.

ARTICVLVS V.

Vtrum Angeli cognoſcant myſteria gratiæ.

B

Ad qvintvm ſic proceditur. Vr, q angeli myſteria gīæ cognoſcat; Quia inter oīa myſteria, excellētiᵉ ē myſteriū incarnationis Chri. Sd hoc angeli cognouerūt à pricipio. dicit .n. Aug.* 5. ſup Ge. ad lite. q ſic fuit hoc myſteriū abſcōditū à ſeculis in Deo, ut nō innoteſceret principib. & ptātib. in cęleſtib. Et dicit Apl̄s. 1. ad Tim. 3. q C apparuit angelis illud magnū ſacrm̄ pietatis. Ergo angeli myſteria gratiæ cognoſcunt.

¶ 2 Pręt. Rōnes oium myſteriorū gīæ, in diuina ſapiā cōtinentur, Sed angeli uidēt ipſā Dei ſapiam, q̃ eſt eius eſſentia. ergo angeli myſteria gīę cognoſcūt.

¶ 3 Pręt. Prophetę p angelos iſtruunt, ut patet p Dion. 4. c. angelicæ Hierar. ſed Prophetæ myſteria gīę cognouerūt. dr̄ n. D Amos. 3. Non faciet dñs uerbū niſi re. ſe. ſuum ad ſeruos ſuos Prophetas. Ergo angeli myſteria gratiæ cognoſcunt.

Sed contra eſt, q nullᵉ diſcit illud, q cognoſcit: ſđ angeli ēt ſupremi q̃rūt de diuinis myſterijs gīę, & ea diſcūt. Dr̄ n.* 7. c. cęle. Hiera. q ſacra Scriptura inducit quaſdā cęleſtes eēntias ad ipſū Ieſū, qōnē faciētes, & addiſcētes ſcientiā diuinæ eius E operationis p nobis, & Ieſū eas ſine medio docētē, ut patet Iſ. 63. vbi q̃rētib. angelis, Quis eſt iſte q uenit de Edō? rñdit Ieſᵉ; Ego q loquor iuſtitiā. Ergo angeli n̄ cognoſcūt myſteria gīę

Respon. Dd̄m, q in angelis ē cognitio duplex. Vna qdē naturalis, ſcḋm q̃ cognoſcūt res, tū p eſſentiā ſuā, tū ēt p ſpēs innatas. Etm̄ hac cognitiōe myſteria gīę angeli cognoſcere non pñt. Hæc. n. myſteria, ex pura Dei uoluntate dependēt. Si. n. unus angelᵉ nō pōt cognoſcere cogitationes alteriᵉ ex uolūtate eiᵉ depēdētes, multò minᵉ pōt cognoſcere ea, quę ex ſola Dei uolūtate depēdēt. Et ſic argumētat Apoſt. 1. Cori. 2. Quæ ſunt hois, nemo nouit niſi ſpūs hois, q in ipſo eſt: ita & q̃ ſunt Dei, nemo nouit niſi ſpūs Dei. Eſt aūt & alia angelorū cognitio, q̃ eos beatos facit, qua vidēt uerbum & res i uerbo. Et hac qdē uiſione cognoſcūt myſteria gīæ, nō qdē omnia, nec æqualiter oēs, ſed ſcḋm q Deus uoluerit eis reuelare ſcḋm illud Apoſt. 1. Cor. 2. Nobis aūt reuelauit Deᵉ p ſpm̄ ſuū: ita tñ, q ſuperiores angeli pſpicaciᵉ diuinā ſapiam cōtemplātes, plura myſteria & altiora in ipſa Dei uiſiōe cognoſcūt, q̃ inferiorib. manifeſtāt, eos illuminādo. Et horū ēt myſteriorū, q̃dā à principio ſuę creationis cognouerūt q̃dā uero poſtmodū, ſcḋm q eorū officijs cōgruit, edocent.

Ad primvm ergo dd̄m, q đ myſterio incarnationis Chri dupliciter cōtingit loqui. Vno mō in gn̄ali: & ſic oib. reuelatū eſt à principio ſuæ beatitudinis. Cuiᵉ rō eſt, q̃a hoc eſt qđdā gn̄ale principiū, ad qđ oīa eorum officia ordinant. Oēs. n. ſunt adminiſtratorij ſpūs, ut dr̄ Heb. 1. in miniſterium miſſi pp eos, q hæreditatē capiunt ſalutis: quod quidē fit per incarnationis myſteriū. Vñ oportuit de hoc myſterio oēs à principio cōiter edoceri. Alio mō, poſſumus loq de myſterio incarnationis q̃tū ad ſpāles cōdōnes. Et ſic, nō oēs angeli à pricipio de oibus ſunt edocti: immò quidam ēt ſuperiores angeli poſtmodū didicerunt, ut patet per authoritatem Dion.* inductā.

Ad II. dd̄m, q licēt angeli beati diuinā ſapiam cōtēplent: nō tñ eamᵉ comprehendunt. Et iō non oportet, q cognoſcant quicquid in ea latet.

¶ Circa hanc concluſionē dubiū occurrit q̃m non ui uerum q angeli cognitiōe beatifica cognoſcāt myſteria gratię. Arguit n. Scot. in 4. di. 10. q. 9. in cōcluſione tertia, cōtra hoc ſic. Beatus non diſtinguitur à non beato, niſi uidendo obiectum beatificū ut ſic, & ea quæ in ipſo includuntur ut ſic: ſed myſteria gratiæ nō claudūtur in obiecto beatifico vt ſic. ergo. Minor patet, quia non ſpectat ad beatitudinem cognoſcere gratiam cōferri huic, vel illi &c. ¶ Præt. Arguo ego ad hoīem ſic. apud S. T. videre plura in diuina eſſentia, infert à poſteriori uidere magis ipſam diuinā eſſentiā, ut patet ex q. 12. Et ruſſus apud ipſum & ueritatem actus beatificus ad minus angelorum (qcquid ſit de aīa ſeparata,) nunquam intenditur eſſentialiter. ergo impoſſibile eſt, angelum in uerbo de nouo aliquid uidere, qđ prius non uiderant. Hoc. n. alteram prædictarum propoſitio nū deſtruit, quonia, ſi de nouo aliquid uidere. ergo aut nō magis uidet uerbum cōtra primam propoſitionem, aut magis videt contra ſecūdam. ¶ Ad hanc dubitationem breuiter dico, q cognoſcere aliqd in verbo, contingit dupliciter: vno mō formaliter, alio mō cauſaliter. Et dicen. q S. T. non intēdit angelos quotcunque de nouo uidere aliquid in verbo formaliter ſed tñ cauſaliter. i. ex diuinis illuminationibus, quæ ſe habent ad uiſionem uerbi, ſicut accidentia, quædam concomitantia, non ſimul ſed ſucceſſiuè, iuxta, ſucceſſiuam diſpo-

Conclu. p

Captu Concluſionis ſecunda.

2. d. 11. q. 2. ar. 4. Et opuſ. 1. c. 26. Et Ep. 3. lect. 3.

d 319

* Arg. ſed contra.

D. 366.

Universidad de Deusto Biblioteca

diſpoſitionẽ ipſorũ ſecundum cõgruẽtiã ad officia ſua exequenda. Cum hoc tñ ſtat, ꝙ quædã myſteria gratiæ Angeli oẽs, uel aliqui ĩ verbo formaliter viderint ab initio beatitudinis ſuæ. Nec tñ oportet hæc pertinere ad obiectũ beatificũ, ut ſic. Iã. n. in q̃ne decimaſecũda declaratũ eſt, ꝙ videre aliqd in verbo formaliter, cõtingit dupliciter, ſ. ꝑ ſe primo, & ſecundario. Et ꝙ ipſe Deus ſit viſus ꝑ ſe primo, creaturæ aũt ſecũdario. Et ꝓpterea ipſe ſolus beatᵘ, iuxta illud Aug. q̃ fecit te & illa nouit: nõ ꝓpter illa beatior, ſed ꝓpter te ſolũ beatᵘ. Vñ iõ Sco. concludit ꝙ gratis cõcedimᵘ, immo qđ edocemus, ſ. qđ aliud à Deo nõ neceſſario ꝑtinere ad obiectum beatitudinis, ſed non infert eſſe impoſſibile in obiecto beatifico multa alia à Deo ſecũdario, & quaſi cõcomitanter videri eadem numero uiſiõe.

* Ho. 16. in Ezec. a medio il lius.

Ad tertium dicẽdũ, ꝙ quicquid Prophetæ cognouerũt de myſterio gratiæ ꝑ reuelationẽ diuinã, multò excellẽtius eſt Angelis reuelatũ. Et licèt Prophetis ea q̃ Deᵘ facturus erat circa ſalutẽ humani gñris, in gñali reuelauerit, quædã tñ ſpẽalia Apoſtoli circa hoc cognouerũt, q̃ Prophetæ nõ cognouerãt, ſecundum illud Eph. 3. Poteſtis legẽtes itelligere prudẽtiã meam in myſterio Chriſti, quod alijs generationibus non eſt agnitũ: ſicut reuelatũ eſt ſanctis Apoſto. eius. Inter ipſos ẽt Prophetas, poſteriores cognouerũt qđ priores nõ cognouerũt, ſecundum illud Pſ. 118. Sup ſenes intellexi, Et Greg.* dicit ꝙ ꝑ ſucceſſiones tẽporum, creuit diuinæ cognitionis augmentũ.

QVAESTIO LVIII.

De modo cognitionis angelicæ, in ſeptem articulos diuiſa.

POST hæc conſiderandum eſt de modo Angelicæ cognitionis.

Et circa hoc, quærũtur ſeptem.

¶Primò, Vtrum intellectus angeli quandoque ſit in potentia, quandoque in actu.

¶Secundò, Vtrum angelus, poſſit ſimul intelligere multa.

¶Tertiò, Vtrũ intelligat diſcurrendo.

¶Quartò, Vtrum intelligat cõponendo & diuidendo.

¶Quintò, Vtrũ in intellectu angeli poſſit eſſe falſitas.

¶Sextò, Vtrum cognitio Angeli poſſit dici matutina & ueſpertina.

¶Septimò, Vtrum ſit eadem cognitio matutina & veſpertina uel diuerſæ.

ARTICVLVS I.

Vtrũ intellectus angeli quandoque ſit in potentia, quandoque in actu.

AD PRIMVM ſic proceditur. Vr, ꝙ intellectus angeli quãque ſit ĩ potẽtia. Motᵘ. n. ẽ actᵘ exiſtentis in potentia. vt dr.* 3. Phy. Sed mẽtes angelicæ intelligẽdoʰ mouent, ut dicit Dion. 4. c. de diu. no. Ergo mẽtes angelicæ quãque ſunt in potentia.

¶2 Præt. Cũ deſideriũ ſit rei nõ habitæ poſſis tñ hri, quicũq; ᵇdeſiderat aliqd intelligere, eſt in potentia ad illud. Sed 1. Pet. 1. dicitur. In quem deſiderant angeli proſpicere. Ergo intellectus angeli quãque eſt in potẽtia.

¶3 Præt. In *li. de cauſis dr, ꝙ itelligẽtia intelligit ſecundum modũ ſuæ ſubſtãtiæ. Sed ſubſtãtia angeli hẽt aliqd de ᵇpotẽtia ꝑmiſtũ. ergo quãque intelligit in potẽtia.

SED CONTRA eſt, qđ Au. dicit.* 2. ſup Gen. ad li. ꝙ angeli ex quo creati ſunt in ipſa verbi æternitate, ſãcta & pia cõtẽplatione perfruunt. Sed intellectᵘ contemplans non eſt in potentia, ſed in actu. Ergo intellectus angeli non eſt in potentia.

RESPON. Dđm, ꝙ ſicut Philoſophus dicit in * 3. de aĩa, & ĩ 8. Phy. intellectus dupliciter eſt ĩ potẽtia. Vno modo, ſicut ante addiſcere uel inuenire. i. anteq̃ hẽat habitũ ſciæ. Alio mõ, dr eẽ ĩ potẽtia, ſicut cũ iã hẽt habitũ ſciæ, ſed nõ cõſiderat. ᵐPrimò igit mõ, ĩtellectus angeli nunq̃ ẽ ĩ potẽtia reſpectu eorũ, ad q̃ eiᵒ cognitio naturalis ſe extẽdere põt. ⁿSicut. n. corpora ſuperiora. ſ. cœleſtia ñ hñt potẽtiã ad eſſe, q̃ nõ ſit cõpleta ꝑ actũ, ita cœleſtes ĩtellectᵘ. ſ. angeli non hñt aliq̃ ĩtelligibilẽ potẽtiã, q̃ nõ ſit totaliter cõpleta ꝑ ſpẽs intelligibiles cõnaturales eis.ᵒ ᵖSed q̃tũ ad ea, q̃ eis diuinitᵘ reuelant, nihil ꝓhibet ĩtellectᵘ eorũ eẽ ĩ potẽtia, ᑫqa ſic ẽt corpora cœleſtia ſũtᵈ ĩ potẽtia q̃nq; ut illuminent à ſole. ˢSecđò uero mõ, ĩtellectᵘ angeli põt eẽ ĩ potẽtia ad ea q̃ cognoſcit naturali cognitione.ᵗ Nõ. n. oĩa q̃ naturali cognitione cognoſcit, ſꝑ actu cõſiderat, ſed ᵘad cognitionẽ verbi, & eorũ q̃ ĩ uerbo uidet, nunquã hoc mõ ẽ ĩ potẽtia, ˣqa ſꝑ actu ĩtuet uerbũ, & ea q̃ in verbo videt. In hac. n. uiſione eorũ beatitudo conſiſtit. Beatitudo aũt nõ conſiſtit in habitu ſed in actu, ut dicit Philoſophus in * 1. Ethic. c. 8.

AD PRIMVM ergo dđm, ꝙ motᵘ ibi nõ ſumitur ſecundum qđ eſt actᵘ ĩperfecti. i. exiſtẽtis ĩ potẽtia, ſed ſecundum qđ eſt actᵘ ꝑfecti. i. exiſtentis in actu. Sic. n. intelligere & ſentire dicunt motus, vt dr in 3. de anima.

AD II. dđm, ꝙ deſideriũ illud angelorũ nõ excludit rem deſideratã, ſed eius faſtidiũ. Vel dicunt deſiderare Dei viſi onẽ, q̃tũ ad nouas reuelationes, quas ꝓ oportunitate negotiorũ à Deo recipiunt.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ in ſubſtantia angeli non eſt aliqua potẽtia denudata ab actu. Et ſimiliter nec intellectus angeli ſic eſt in potentia, quòd ſit abſque actu.

ARTICVLVS II.

Vtrum Angelus ſimul poſſit multa intelligere.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr, ꝙ Angelus nõ poſſit ſimul multa intelligere. Dicit. n. Philo.* 2. Topi. ꝙ cõtingit multa ſcire, ſed ᵇvnũ tm ĩtelligere.

¶2 Præt. Nihil intelligit niſi ſecundum qđ intellectus format ꝑ ſpẽm intelligibilẽ: ſicut corpus format ꝑ figurã. Sed vnũ corpusʰ ñ põt formari diuerſis figuris. Ergo vnus intellectus nõ põt ſimul intelligere diuerſa intelligibilia.

¶3 Præt. Intelligere eſt motus quidã. Nullus ãt motus terminat ad ⁱdiuerſos teminos. Ergo nõ cõtingit ſimul multa intelligere.

SED CONTRA eſt qđ dicit Aug. *4. ſup Gen. ad lit. Potẽtia ſpũalis mentis angelicæ cũcta q̃ voluerit, facillimè ſiĩ cõprehẽdit.

RESPON. Dđm, ꝙ ſicut ad vnitatẽ motᵘ reqrit vnitas termini ita ad vnitatẽ operatiõis reqrit vnitas obiecti. Cõtingit ãt aliqua accipi vt plura, & vt vnum: ſicut partes alicuius cõtinui: ſi. n. vnaquæq; ꝑ ſe accipiat plures ſunt. Vñ & non vna operatione, nec ſimul accipiuntur ꝑ ſenſum & intellectũ. Alio mõ accipiunt ſecundum ꝙ ſunt vnũ in toto. Et ſic ſimul vna operatione cognoſcunturᵉ, tàm ꝑ ſenſum, q̃ per intellectũ, dũ totum continuum conſideratur, vt dicitur in * 3. de Animã. Et ſic etiam intellectus noſter ſimul intelligit ſubiectum & prædicatum, prout ſunt partes vnius propoſitionis, & duo comparata ſecundum quòd conueniunt in vna comparatione. Ex quo patet, ꝙ multa ſecundum ꝙ ſunt diſtincta, non poſſunt ſimul intelligi, ſed ſecundum ꝙ vniuntur in vno intelligibili, ſic ſimul intelliguntur. Vnumquodque autem eſt intelligibile in actu, ſecundum quòd eius ſimilitudo eſt in intellectu. Quæcunque igitur per unam ſpẽm intelligibilem cognoſci poſſunt, cognoſcunt vt vnum intelligibile & ideo ſiĩ cognoſcunt. Quæ verò ꝑ diuerſas ſpẽs intelligibiles cognoſcunt, vt diuerſa intelligi

SVPER Q. LVIII. ART. I.

Ferr. 2. cont. c. 95. 96.

Bannes q. 58. art. 7.

IN titulo hoc ſolũ aduertendũ eſt, ꝙ hic eſt ſermo de actu & potẽtia, ut ſunt modi cognitionis angelicæ, ſiuẽ naturalis, ſiuẽ ſupernaturalis. ¶In corpore duas diſtinctiones ponit. Alterã de intelligere in potentia, ſ. eſſentiali, vel accidẽtali. Alterã de cognitione, naturali. ſ. & ſupernaturali & hac duplici, ſ. per reuelationẽ & ꝑ viſionem verbi. Et examinat oĩa mẽbra huius ſecũdæ diſtinctionis, applicãdo ea ad vtrũque mẽbrũ primæ diſtinctionis ſingillatĩ. Et ita facit. Primo, ponit, & declarat mẽbra primæ diſtinctionis ex tertio de aĩa. Secundò, oñdit quo ſe hẽat cognitio angelica ad potẽtiã eſſentialẽ. Tertiò, quo ſe hẽat ad potẽtiã accidẽtalẽ. Quo ad ſecundum duo dicit. Primũ eſt, ꝙ angeli non ſunt in potẽtia eſſentiali ſecundum cognitionẽ naturalẽ. Secũdũ eſt, ꝙ angeli ſunt in tali potentia ſecundum cognitionẽ per reuelationẽ. Et ꝓbat vtrũque ex ꝓportionalitate inter angelos & corpora cœleſtia ſecundũ potẽtiã ad eſſe permanens ſubſtãtiale uel accidẽtale & ſecundum potentiam ad illuminari. ¶Nota hic ꝙ Sco. in 2. di. 9. q. vlt. iterũ cõtra hanc rõnẽ ex corporibus cœleſtibus ſumptã, inſtat. Et q̃a obiectiones ſuæ coincidũt cũ ſuperius recitatis, ideò eas omitto. ¶Quo ad tertiũ duo dicit. ſ. ꝙ angeli quæ cognoſcunt naturaliter, nõ actu oĩa conſiderant: & ꝙ ſecundũ cognitionẽ in uerbo ſꝑ actu conſiderant: quia beatitudo cõſiſtit in actu, illa aũt eorum beatitudo.

Ferrell. per totũ. 291

12. q. 50. art. 5. cor. Et 2. con. cap. 95. & 96. Et ver. q. 8. art. 5. Et mal. q. 16. arti. 5. cop. Et 6. [illegible] cor. lec. 4. text. 6. 10 mo 2.

* Prop. 8. circa [illegible]

* li. 2. ſup Gen. ad li. c. 8. [illegible]

Coelo.

* li. 1. Ethic. c. 8.

* li. 3. de aĩa. tex. [illegible]

SVPER Q. LVIII. ART. II.

Ferr. 1. cont. c. 55.

Capr. 2. d. 3. quæ. 2. con. 9.

Bannes art. 2.

Ferrell. per totũ. 292

TItulus clarus eſt. ¶In corpore tria [illegible] dei quæſitũ, [illegible] concluſion 3. Prima eſt. Angeli verbo cognoſcunt oĩa ſimul. Secũda eſt angeli poſſunt naturali cognitione oĩa ea ſimul cognoſcere, q̃ per vnã ſpeciẽ repræſentãtur. Tertia eſt. Angeli nõ poſſunt ſimul cognoſcere naturaliter ea, q̃ ꝑ diuerſas ſpecies innatas eis repræſentantur. Pᵒ obãtur aũt hæ oẽs concluſiones eodẽ medio ſic. Multa nõ vt multa, ſed vt vnũ intelligibile, poſſunt vna operatione & ſimul intelligi. Sed repræſentata ꝑ vnã ſpẽm hẽt rõnẽ vnius intelligibilis: repræſentata verò ꝑ plures hñt rõnẽ plurium intelligibilium. ergo. Tunc vltra: cognitio in verbo eſt ꝑ vnã ſpẽm tñ, eſſentiam. ſ. diuinã. ergo. Et cõfirmat hæc concluſio prima, authoritate Aug. Maior primò ꝓbat, quo ad primã partẽ ex hoc, ꝙ vnius operationis debet eſſe vnũ obiectũ, quemadmodũ vnius motᵘ vnus terminus. Secđò declaratur quo ad diſtinctionẽ quã ꝓſupponit. ſ. ꝙ multa poſſunt dupliciter cõparari ad vtrũque ꝑcepti [illegible] vt multa & vt vnũ, & hõc [illegible] reſpõ partiũ continui, & in intellectu noſtro, reſpectu partiũ ꝓpoſitionis. Et vniuerſaliter reſpectu extremorũ cuiuſcunq; cõparationis. Et declarat ſimul veritas totius maioris aſſumpta ex ſenſu, & intellectu noſtro. Minor verò probat ſic. Eſſe intelligibile conuenit repræſentatũ ꝑ ſpẽm intelligibilẽ, qa vnũquodq; eſt intelligibile in actu, ſecundum ꝙ eius ſimilitudo eſt ĩ ĩtellectu. ergo eſſe vnum intelligibile cõuenit eiſdẽ ꝑ vnitatẽ ſpẽi intelligibilis, & tenet ſequela, qa in oĩ gñe, ex eodẽ res habet eſſe & unitatẽ. ¶Circa hũc ꝓceſſum occurrũt duo dubia. Primũ eſt, qa hic nõ diſtinguit inter ſimul cognoſcere & una operatione cognoſcere, cũ tñ hæc multũ ĩter ſe differãt: cũ experiamur ſimul nos ꝑcipere ſonũ & colorẽ, & tñ ñ vna operatiõe, & breuiter ꝑ ſe nõ [illegible] diuerſitas. Qđ ſic hic cõfundit, patet ex eo, ꝙ cõcluſio & q̃ de ſimultate intelligẽdi loquit, Probatio ãt maioris de vnitate operationis ſermonẽ facit, & ſic ꝓceſſus videt eſſe nullus. ¶Secundũ dubiũ ẽ circa ꝓbationẽ minoris q̃ in illa ꝓpoſitio, Vnũquodq; eſt intelligibile in actu ſecundum ꝙ eius ſimilitudo eſt in intellectu, hẽt locũ tñ in his ſenſibilibus quæ ſecundum ſe ſunt intelligibilia in potentia, & nõ in ſeparatis à materia, q̃ ſecundum ſe ſunt intelligibilia vt manifeſtum eſt. Et conſequenter iſta rõ nõ eſt niſi probatio particularis. ſ. ꝙ ſenſibilia repræſentata per vnã ſpẽm, ſunt unũ intelligibile, & per diuerſas diuerſa, & nõ eſt rõ uniuerſalis de oĩbus repræſentatis, q̃d tñ erat ꝓbãdum. ¶Circa ultimã cõcluſionẽ dubiũ ex duplici capite occurrit. Primo ex eo, ꝙ angelus apud S. T. põt ſimul per tres ſpecies intelligere. ſ. per eſſentiã diuinã, ꝑ eſſentiã ꝓpriã, & per aliquã ſpẽm innatã, alioquin cũ ſemper intelligat Deum & ſe, nunquam poſſet intelligere aliud: non [illegible] igitur ſtare quod hic dicitur. Secundò ex eo, quod angelus cognoſcit, & ponit differẽtiã inter cognita ꝑ diuerſas ſpecies, puta inter animal & lapidẽ. ergo ſimul cognoſcit per diuerſas ſpecies: & tenet ſequela ex doctrina [illegible] de anima, in c. de Senſu communi. Et augetur difficultas ex hoc capite, quia non uidet ualere proceſſus factus ad cõcludendũ hanc concluſionẽ, eo ꝙ ſtat aliqua cognoſci ut unũ intelligibile pro quanto cognoſcunt ut comparata ad inuicẽ ſecundum diuerſitatem, & tamen per diuerſas ſpecies. ¶Circa primã & ultimã cõcluſionẽ, dubiũ pulchrũ occurrit ſic. Angelus põt omnia ſimul intelligere ꝑ unam ſpeciẽ ergo poteſt oĩa quorũ ſpecies habet, ſimul intelligere. Antecedens eſt primæ concluſio, conũs uero eſt oppoſitũ ultimæ: conſequentia aũt probatur ſic. Angelus ſimul nouit ſe & oẽs ſuas ꝑfectiones, ſed inter ſuas ꝑfectiones eſt eſſe intelligibilia: immò hæc eſt magis eſſentiæ angelicæ ꝑfectio, ꝙ ſit ipſa & alia tali modo. ergo ſimul ĩtueri ſe eſſe tale ens quodãmodò, & talia entia ĩtẽtionaliter. Sed hoc eſt noſſe oĩa repræſentata ꝑ ſpẽs q̃ ſunt illa eſſe intentionalia. ergo angelᵘ ſimul & vno actu oĩa nouit, quorũ ſpẽs [illegible]. ¶Ad euidẽtiã harũ difficultatũ ſciendũ eſt ſpẽs, ꝑ quas intelligit angelus, nõ eſſe eiuſdẽ rõnis. Nã quædã inter ſe eiuſdẽ ordinis quædã verò ſe hñt ad inuicẽ ordine quodã, quẽadmodũ ẽt in naturalibus. Quædã formæ exiſtentes in materiã, ſunt eiuſdẽ ordinis inter ſe, ut forma leonis, & bouis, & ſimiles. Quædã verò ordine quodã ſe hñt vt vegetatiuũ & ſenſitiuum. Nec intendo ꝑ hoc exẽplũ aliud inſinuare niſi ordinem inter quaſdã ſpẽs intelligibiles in angelo. Hñt aũt inter ſe ordinẽ ſpẽs illæ, q̃ ſe excedũt ĩ repræſentãdo idẽ, q̃uis diuerſimodè, & tales ſunt eſſentia diuina, q̃ cum nulla ſpẽ ponit in numerũ, q̃a eſt oĩum ꝑfectiſſimũ repræſentatiuũ, & eſſentia propria ipſius angeli, cum qua nulla eius ſpẽs ponit in numerũ, quia ipſa eſſentia eſt omnium à ſe intelligibilium ſpecies, imperfecta tñ. Et per ſupradictam intelligibilẽ ſpeciem ꝑficitur, & determinatur quodãmodo, vt ſit diſtinctẽ repræſentãs talia, puta alalia. Species verò illæ eiuſdem inter ſe ordinis ſunt quæ diſparatæ inter ſe ſunt in repræſentãdo, quales ſunt oẽs ſpecies innatæ ſingulis angelis. Rurſus, ſpecies iſtæ diſparatæ dupliciter accipi poſſunt. ſ. ut extrema ſunt in repræſentãdo relationes alicuius, & abſolutè. His aũt ſtantibus, dr quòd q̃uis aliud ſit ſimul intelligere, & aliud ſit una operatione intelligere, in propoſito tñ, eadẽ eſt difficultas de ſimultate & unitate, & notius ẽ ꝓpoſitũ de unitate: eadẽ. n. eſt difficultas, qa totaliter diuerſa intelligibilia ut ſic abſolutè, & repugnat ſimul ĩtelligi & una operatione intelligi, quẽadmodũ repugnat dici, ut & in 4. Meta. tex. 10. dr, ꝙ q unũ nõ intelligit, nihil intelligit, & in 3. de Aĩa, cõtingit multa ſcire, unũ aũt intelligere. Notius aũt eſt, ꝙ uni operationi unũ debet obiectũ, q̃ pluribus eiuſdẽ potẽtiæ ſimul, quis & hoc ſit uerũ. Et ideo S. T. utrũq; explicauit, & ꝓbãdo à notiori tradidit diſciplinã. Et per hæc patet rñſio ad primũ dubiũ. Et ad ultimũ qđ eſt cõtra ultimã cõcluſionẽ: fatemur. n. ꝙ angelᵘ põt ſimul & plures ſpẽs intelligibiles ordinẽ inter ſe hñtes intelligere, qñ intelligibile eorũ nõ ẽ totaliter diuerſum, ſed quadãmodũ ſpẽs excedit & cõtinet ſpẽm quodãmõ ut totũ partem: ita intelligibile uniuſcuiuſq; hẽt ad intelligibile alteriᵘ. Et ſimiliter diſcernere inter intelligibilia diſparatarũ ſpecierũ, eſt unũ intelligere, & nõ ꝑ diuerſas ſpecies abſolutè, ſed ꝑ diuerſas ſpẽs, ut ad unũ relatiuũ intelligibile coeunt. Nec ꝓpterea inſufficiens aut falſus fuit proceſſus, quo unius intelligibilis ex unitate ſpẽi adæquatæ declarata eſt: quia qđ regulariter exigat unitas intelligibilis, tractabat & tractari debet. Exceptio. n. hæc nota eſt, & iõ nihil officit, uniuerſali regulæ, q̃ tradit, & tradẽda ẽ de cognoſcibili abſolutè: et ſimiliter de ſpebᵘ diſparatis abſolutè ſumptis. Reſpectiua nãq; collatio utriuſq; expetere extremũ. Vñ & in q. 6. de ueritate q. 8. ar. 14 ad primum in contrarium, dicit S. Tho. quòd nihil ꝓhibet, multa ut unũ ſimul intelligi, uel per unã formã. ¶Ad ſecũdã dubitationẽ dr, ꝙ aliud eſt eſſe intelligibile actu, & aliud eſſe intelligibile actu huic ĩtellectui. Et ꝙ licet res immateriales & materiales in hoc inter ſe differãt, ꝙ illæ ſunt intelligibiles actu ĩ ſe ipſis: iſtæ uero intelligibiles ĩ potẽtia ſecundum ſe ipſas: in hoc tñ cõueniũt, ꝙ huic aut illi intellectui intelligibiles actu nõ ſũt, niſi ſecundum qđ ſunt ĩ hoc, aut illo intellectu. Supponimᵘ ẽt ſupradictũ, ꝙ ſũt ĩ hoc aut illo, ſi nihil ꝑ ſimilitudinẽ. Et iõ ſeq̃, ꝙ eẽ intelligibile huic ĩtellectui, fortiri unũq̃q; res ꝑ hoc, ꝙ ẽ illo intellectu ſecundum ſuã ſpẽm, & hoc mõ intelligẽdus ẽ hic S. T.

* cap. 4. in declaratione [illegible] loci.

* li. 4. ſup. Gen. ad li. c. 32. [illegible]

¶Ad

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ Ad dubiū, ultimo cōtra primā & tertiā concluſionē motū, reſpondetur, quòd intelligibilia repreſentata per ſpecies, dupliciter poſſunt intelligi. Vno mō abſolutè, alio modo, ut ſunt aliquid intelligentis ſeu intellecti, puta perfectio. Primo mō non ſimul intelliguntur, ſed ſecundò. Nec hoc eſt cōtra determinata. Sed hæc reſpōſio patitur difficultatē. Quia, cum cōe ſit oī ſubſtantiæ ſeparatæ intelligere alia ā ſe p modum ſubſtantiæ ſuæ, nulla intelligentia cognoſcit aliqd aliud à ſe, niſi ſcdm q̄d ipſa eſt illud. Et ſic Gabrielē cognoſcere lapidē abſolutē eſt cognoſcere lapidē, ut eſt in Gabriele aut ſeipſum Gabrielē ſcdm q̄d eſt lapis, q̄d idē eſt. Nō.n. plus cognoſcit de lapide, q̄ ipſe Gabriel ſit intentionaliter. Ad hoc di. q̄ rñſio eſt bona, & q̄ illæ duę cognitiones differunt ſicut uiſio partium in toto, & uiſio partiū ſeorſū. Quāmuis.n. idē uideatur utraq; uiſione, aliqd tñ impedit uiſionē partis ſeorſum quod nō impedit uiſionem eius in toto. Et rurſus, ...

36	
64	
417	

bilia capiūt. Angeli igit̄ ea cognitiōe qua cognoſcūt res per verbū, oīa cognoſcūt vna intelligibili ſpē, q̄ ē eſſentia diuina. Et iō, quātū ad talē cognitionē oīa ſil̄ cognoſcūt: ſicut & i patria nō erūt uolubiles noſtrę cogitatiōes ab alijs ī alia euntes atq; redeūtes, ſed oēm ſcientiā noſtrā ſil̄ vno cōſpectu uidebim⁹ ut Au. dicit. l. 15. de Tr. c. 16. Ea verò cogniōe, qua cognoſcūt res p ſpēs inatas, oīa illa ſil̄ poſſūt itelligere, q̄ una ſpē cognoſcunt, nō aūt illa q̄ diuerſis.

Ad primvm ergo dicendū, q̄ intelligere multa vt vnū, eſt quodammodo vnum intelligere.

Ad II. dicendū, intellectus formāt per intelligibilē ſpēm quā apud ſe hēt. Et ideo, ſic pōt vna ſpē intelligibili multa ſimul intelligibilia intueri, ſicut vnū corpus p vnā figurā poteſt ſil̄ multis corporibus aſſimilari.

Ad III. dicendū, ſicut ad primū.

Articvlvs III.

Vtrum angelus cognoſcat diſcurrēdo.

Ad tertivm ſic procedit. Vī, q̄ angel⁹ cognoſcat diſcurrēdo. Diſcurſus.n. itellect⁹ attēdit̄ ſcdm hoc, q̄ vnū p aliud cognoſcit. Sed angeli cognoſcunt vnū p aliud: cognoſcūt.n. creaturas p verbū. Ergo itellect⁹ angeli cognoſcit diſcurrēdo.

¶ 2 Præt. Quicqd pōt virtus inferior, pōt & uirt⁹ ſupior. Sed itellect⁹ human⁹ pōt ſyllogizare & i effectib. cās cognoſcere, ſcdm q̄ diſcurſus attēdit. Ergo itellect⁹ angeli, q̄ ſuperior ē ordine naturæ, multo magis hoc pōt.

¶ 3 Pręt. Iſid. dicit q̄ demōes p experiētiā multa cognoſcūt. Sed experimētalis cognitio ē diſcurſiua. ex multis.n. memorijs fit vnū experimentū: & ex multis experimentis fit vnum vniuerſale, vt dr̄ in fin. Poſteriorū, & i pricipio metaphyſicę. Ergo cognitio angelorū eſt diſcurſiua.

Sed contra eſt, q̄d Dion. dicit 7. c. de diu. no. q̄ angeli congregāt diuinā cognitionē à ſermonib⁹ diffuſis, neq; ab aliquo cōi ad iſta ſpālia ſimul agunt.

Resp. Dicendū, q̄ ſicut ſæpius dictū ē, angeli illū gradū tenēt in ſubſtantijs ſpalibus, quē corpora cœleſtia i ſubſtantijs corporeis. Nā & celeſtes mētes à Dion. dicūt̄. Eſt āt hæc dr̄ia iter cęle. & terrena corpora, q̄ corpora terrena p mutatione & motū adipiſcunt̄ ſuā vltimā pfectionē, corpora vero cęleſtia ſtati ex ipſa ſua natura, ſuā vltimā pfectionē hñt. Sic igit̄ & iſeriores intellect⁹, ſ. hominum, p quēdā motū & diſcurſū itellectualis operatiōis pfectionē i cognitione veritatis adipiſcunt̄: dū ſcilicet ex vno cognito, i aliud cognitū pcedūt. Si āt ſtati i ipſa cognitiōe pricipij noti, iſpicerēt quaſi notas oēs cōcluſiōes cōſequētes, i eis diſcurſus locū ñ hēret. Et hoc ē i angelis, q̄a ſtati i illis q̄ prio naturalr̄ cognoſcūt, iſpiciūt oīa q̄cūq; i eis cognoſci poſſūt. Et iō dicunt̄ itellectuales, q̄a ēt apud nos ea q̄ ſtatim naturaliter apprehēdunt, itelligi dicunt̄. Vñ itellectus, dr̄ habitus primorū pricipiorū. Aīę vero humanæ q̄ veritatis notitiā p quēdā diſcurſū acqrūt, rōnales vocantur. Quod quidē contingit ex debilitate intellectualis luminis in eis. Si.n. hērēt plenitudinē intellectualis luminis

Ferr. 4. cō. c. 44. q. 1.
S. Bona. 2. 5. d. 1. q. 1. ar. 3.
Mairo. 2. 5. d. 3. q. 1.
Scot. 2. 5. d. 1. q. 6.
Capr. 2. d. 3. q. 2. con. 10.

Svper Q. LVIII. Art. III.

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore articuli vnica eſt concluſio reſpōſiua, dupliciter probata, primò ratione ſic. Angeli inter ſubſtantias ſpirituales eum tenent locum, quem corpora cęleſtia inter ſubſtantias corporeas, ac per hoc differunt à ſubſtantijs ſpiritualibus inferioribus proportionaliter, quemadmodū corpora cœleſtia à corporibus inferioribus. Sed inter hæc corpora ſic differt, vt inferiora p motū ſuas pfectiones vltimas acquirāt. ſuperiora verò ſtatim habent ſuas vltimas perfectiones. Et ſubſtantiæ ſpirituales inferiores, ſcilicet animę humanę, per motū diſcurſiuum pfectionē vltimā, quæ in veritatis contēplatione conſiſtit, acquirunt. ergo relinquitur quod Angeli, ueritatis cōtēplationem cōpletè ſtatim abſq; diſcurſu naturaliter hēant. Prima propoſitio authoritate Diony. firmat̄. Aliæ verò quo ad corpora per ſe notæ ſunt. Quo ad ſubſtantias verò ſpirituales, experimento in nobis patet. Deinde confirmatur concluſio, ex differentia nominū conuenientium ſubſtantijs ſpiritualibus ſuperioribus & inferioribus quia. ſ. illæ dicuntur intellectuales, iſtæ vero rationales. Et omnia clara ſunt.

¶ Sed aduerte, quòd in his declarationibus S. T. miſcet rōnā fundamenti, & proportionalitatem ... ergo eſt earum cōtinua in quocunq; intellectu ab illa paſſione, ergo erit diſcurſus. Aſſū cum prima cōſequentia eſt euidens. Vltima verò, pbatur: q̄a ad rationem diſcurſus nō exigitur ordo temporis, ſed ordo naturæ, & cauſalitatis. ſ. q̄ hoc ſit prius naturaliter notum illo, q̄ per hoc agnoſcamus illud q̄uis ſimul ſpectet.

¶ Occurrit deinde Greg. de Arim. in 2. di. 7. q. 3. dicens, processum S. T. ſup nulla rōne fundari, ſed ſola ſuaſione de corporibus cœleſtibus. & q̄ cōcluſio deducit ad impoſſibile. Qm̄ ſi angel⁹ abſq; diſcurſu cognoſcit viſo aliquo ſubiecto oēs eī paſſiones, ... infinitas intellectiones ſpē diſtinctas, aut vnā æquiualentē infinitis inſtinctis, quorum vtrūq; eſt impoſſibile, ... paſſionibus numeri & figuræ, ... ſicut & ſpēs numeroū & figurarū

¶ Ad hæc breuiter, dr̄, & primo q̄ ratio Scot. quadrupliciter peccat. Quia idem ſupponit eſſe iudicium de re cognita in ſe, & cognita in alio, cum tñ multum interſit. Secundo, quia ſupponit intellectum angelicum & beatum eſſe paſſiuum à re viſa in alio, cum tñ & hoc ſit falſum, & uniuerſaliter intellectus angelicus nō ſit mobilis ab obiecto extrinſeco. Tertio quia diſcurſus eſt effectiua ...

ſicut angeli: ſtati in primo aſpectu principiorum totā virtutē eorū cōprehēderēt intuendo q̄cqd ex eis ſyllogizari poſſet.

Ad primvm ergo dicendū, q̄ diſcurſus quēdā motū noīat. Oīs āt motus eſt de vno priori ī aliud poſterius. Vñ diſcurſiua cognitio attendit̄ ſcdm q̄ ex aliquo prius noto, deuenit in cognitionē alterius poſterius noti, q̄d prius erat ignotū. Si āt vno inſpecto, ſil̄ aliud inſpiciat̄, ſicut in ſpeculo inſpicitur ſil̄ imago rei & res, nō eſt p hoc cognitio diſcurſiua. Et hoc mō cognoſcūt angeli res in verbo.

Ad II dicendū, q̄ angeli ſyllogizare poſſunt tanq; ſyllogiſmū cognoſcētes. Et ī cāis effect⁹ vidēt, & in effectibus cās, non tñ ità, q̄ cognitionē veritatis ignotæ acquirant ſyllogizando ex cāis in cāta, & ex cātis in cās.

Ad tertivm Dicēdū, q̄ experientia in angelis & dæmonibus dr̄ ſcdm quādā ſimilitudinē. p ut ſ. cognoſcūt ſenſibilia pñtia, tamē abſq; omni diſcurſu.

Articvlvs IIII.

Vtrum angeli intelligant componendo & diuidendo.

Ad qvartvm ſic pcedit̄. Vī, q̄ angeli intelligant cōponēdo & diuidendo. Vbi.n. eſt multitudo itellectuū, ibi eſt cōpoſitio intellectuū, ut dr̄ in 3. de Aīa. Sed in intellectu angeli eſt multitudo intellectuū: cū p diuerſas ſpēs diuerſa intelligat & nō oīa ſil̄. Ergo in intellectu angeli eſt cōpoſitio & diuiſio.

¶ 2 Præt. Plus diſtat negatio ab affirmatione, q̄ quæcūque duæ naturæ oppoſitæ, q̄a prima diſtinctio eſt p affirmationē & negationē. Sed aliquas naturas diſtātes angelus nō cognoſcit p vnū, ſed p diuerſas ſpēs, ut ex dictis patet. Ergo oportet q̄ affirmationem & negationē cognoſcat per diuerſa. Et ita videtur quòd angelus intelligat cōponendo & diuidendo.

¶ 3 Præ. Locutio eſt ſignum intellect⁹. Sed angeli hoib. loquētes, pferūt affirmatiuas & negatiuas enūtiationes (q̄ ſunt ſigna cōpōnis & diuiſionis i intellectu) ut ex multis locis ſacrę ſcripturæ apparet. ergo uidetur q̄ angelus intelligat componendo & diuidendo.

Sed contra eſt, quod Diony. dicit 7. c. de diu. nom. q̄ uirtus intellectualis angelorū reſplendet pſpicaci diuinorū intellectuū ſimplicitate, ſed ſimplex intelligentia eſt ſine cōpōne & diuiſione, ut dr̄ in 3. de Anima. Ergo angelus intelligit ſine cōpoſitione & diuiſione.

Respon. Dicendū, q̄ ſicut in itellectu rōcinante cōparat̄ cōclō ad principiū, ita i itellectu cōponēte & diuidēte cōparat̄ pdicatū ad ſubiectū. Si.n. intellect⁹ ſtatim in ipſo principio uideret cōcluſionis uirtutē, nūquā intelligeret diſcurrēdo, uel rōcinādo. Silr intellect⁹ ſtatim in apprehēſiōe qdditatis ſubiecti

... ſa tamē, & non vt modus videndi: ad noſtrū verò, utroq; mō.

¶ Circa maiorē adductæ rōnis, dubiū occurrit q̄m inſufficiēs vī. Ex eo q̄ cauſa illa, nō eſt uniuerſalis cauſa cōponēdi & diuidendi, ſed particularis ... quare nō opus ſit compoſitione & diuiſione, i cognoſcēdis his q̄ p ſe inſunt, vel abſunt ſubiecto. Nō autem in his q̄ ſunt p accidēs, & caſualibus ſeu fortuitis. q̄d dupliciter pbat̄. Primo q̄a ſi ex defectu luminis pueniat, q̄ aliquo ſubiecto cognito, nō uideant̄ ea q̄ ſunt p accidēs vel ſalt̄ caſualia: cū cōtrà, pfectiè cognoſcat ſubiectū aliqd nunquā ex eo videbit accidētalis, cōiunctio, & maximè fortuita. Tū, q̄a ſequēdo pportionalitatē S. T. illa pdicata cognoſcunt̄ ſubiecto viſo q̄ ſe hñt ad ſubiectū vt cōcluſio ad principiū hæc aūt cōſtat, nō oīa, ſed illa tñ eſſe, q̄ uirtualiter clauduntur in ſubiecto, quēadmodū cōcluſio in principijs. qualia nō ſunt accidētalia, & fortuita. Et cōfirmat̄, quia alioquin quilibet effectus hēret aliquā p ſe cauſam, contra Ariſto. 6. Meta. & 2. Phyſicorum.

¶ Circa minorē eiuſdē rōnis, dubiū occurrit, q̄a nō valet cōſequētia hęc, puta, Cōponere, & diuidere, ſeu diſcurrere cōuenit itellectui noſtro ex imperfectione, ergo oppoſita pfectio cōuenit itellectui Angelico. cū poſſit q̄ſpiā dicere, q̄ illa ipſe fectio cōis eſt intellectui no-

... ſarum oculis, & auditu, ſatis dr̄, q̄ rōnabile aliquid dr̄ præſertim q̄ hæc concluſio, cōis animi conceptio philoſophorum videtur eſſe. Ea vero quo arguens obijcit in oppoſitum, facilè ſoluuntur à recolentibus, q̄ non inconueniat vnum indiuiduū ſuperioris ordinis, æquiualere infinitis inferioribus, etiam ſi ſpecie diſtinguerentur, arctatis tñ ad certum aliquod genus. Et adueniens ... q̄ ſi eſſent infinitæ ſpecies colorum nihilominus omnibus illis eminenter præſtaret. Nec tamen eſſet ens infinitum: ſicut nec illæ ſpecies conſtituerent ens infinitum: ſed finitæ perfectionis rōne entis infinitæ verò ſcdm quid in ratione coloris. Et hoc dico, non credo pro nunc angelus poſſit ſimul intelligere diſtinctè omnes ſpecies figurarū & numerorū.

Svper Qvæst. LVIII. Art. IIII.

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore duo facit. Primò reſpondet quæſito vna concluſione negatiua. Secundo, reſpondet cuidā tacitę obiectioni. Concluſio eſt talis: Angeli non cognoſcūt cōponendo & diuidendo. Probat̄ ſic. Intellectus in prima apprehēſione alicuius primi apprehenſi obiecti cognoſcens ſtatim quæcūq; poſſent ſibi attribui intelligi non componendo nec diuidendo. Intellectus angelicus eſt huiuſ. ergo &c. Maior probatur & declaratur. Declarat̄ quidem ex proportionali ſimilitudine, inter principium & cōcluſionē in ordine ad diſcurſum ex una parte, & ſubiectum, & pdicatum ex altera parte, in ordine ad cōpoſitionem & diuiſionem: vtrobiq; n. eadē eſt neceſſitatis rō, quia. ſ. primo apprehenſo nō inſpicit q̄d ſ eius potētia latet. Probat̄ āt ex inferſu ... proportionalitate medio. ... ſublata cā, aufertur effectus, iuxta illud primi poſteriorū, ſi affirmatio eſt cā affirmationis. ſed propria ratio neceſſitatis ad intelligendū componēdo q̄ diſcurrēdo, eſt in ſimplici apprehenſione obiecti non intueri alia: igit̄ intellectus ſtatim in primo apprehēſo cætera videt nec diſcurſu, nec cōpoſitione eget. Minor vero pbat̄ ſic. Q̄d cōuenit intellectui nřo ex defectu intellectualis luminis, nō eſt attribuēdū intellectui angelico, in quo eſt lumen intellectuale pfectū, q̄d pbat̄ per Dio. Sed in primo apprehēſo nō inſpicere annexa, puenit in nobis ex defectu intellectualis luminis, vt de ſe patet. ergo. Deinde explicat̄, q̄mō angel⁹ itelligat enūtiationes, & breuiter dicit q̄ q̄a intelligit mobilia immobiliter & cōpoſita ſimpliciter &c. iō intelligit & compoſitionem nō componendo, & diſcurſum nō diſcurrendo: quod eſt dicere, q̄ compoſitio, & diuiſio, & ſimiliter diſcurſus in actu exercito, puta aīal rōnale ē riſibile, ſortes eſt aīal rōnale &c. cōparant̄ ad intellectū angelicum, ut res viſa tamē, & non vt modus videndi: ad noſtrū verò, utroq; mō.

*ar. 2. huius quæſ.
*ca. 7. inter principium & medium.
*lib. 3. de aīa textu. 21. & 22. tom. 2.
93

Universidad de Deusto Biblioteca

ctui noſtro & Angelico, quoniam conſtat intellectũ Angelicũ, non excludere omnem imperfectionem, & ſic, cũ iſta ratio ſuper hac conſequentia fundetur, inefficax videtur.

¶Ad euidentiam primæ dubitationis ſciendum eſt primo quòd aliqua plura ſimplici & uno intuitu ſimul videri, contingit ſimpliciter. Primo vnũ cũ alio, vt ſi ſimul videantur albedo & rubedo, & quæcunq; duo vel diſparata. Secũdò, vnum cum & in alio, vt quodcunque accidens & vniuerſaliter prædicatũ in ſubiecto. Tertio, cum in & ex alio, vt paſſio propria, & vniuerſaliter effect⁹ quandoque cognoſcitur cum cauſa, in cauſa, & ex cauſa. Sciendum eſt ſecundo, quòd quãmuis quocunque modo ſimul plura abſolutè cognoſcere ſimplici intuitu, atteſtetur perfectioni cognoſcentis: differt tamẽ primus modus ab alijs in hoc, quòd intelligere intuendo vnum cum alio, prouenit ex perfectione intellectus abſolutè. Intelligere verò intuẽdo vnum in alio, prouenit non ſolum ex perfectione intellectus abſolutè: ſed ex perfectione intellectus vt attingentis primum obiectum idest in quo ſeu ex quo aliud cognoſcitur. Tùm, quia ex hoc quòd magis penetrat intellectus cauſam, aut ſubiectum cognitũ prouenit ſimul intueri quæ in eis, aut ex eis ſũt & ſunt, quia quantò magis aliquid cognoſcitur, tantò virtus ſeu potẽtia eius magis penetratur. Nam ex penetratione potentiæ ſcitur ea, ad q̃ ſe extendit proportionaliter, i. quòd ex penetratione potentiæ ſcdm eſſe quidditatiuũ, quidditatiuè quoq; ſciuntur ea, ad quæ ſe extendit. Ex penetratione verò potentiæ ſecũdum eſſe exiſtẽtiæ & indiuiduale cum annexis conditionibus, cognoſcuntur ea, ad quæ ſe extendit ſecundum exiſtentiam, quãdo tamen ſunt. Tùm, quia ad perfectiorem cognitionẽ alicuius obiecti ſpectat, non ſolum potentiam, ſed etiã omnia ad ipſum quomodolibet pertinentia cognoſcere, & conſequẽter ad pfectionem cognitionẽ naturalẽ alicuius obiecti ſpectat cognoſcere oĩa infra latitudinem naturalium, quomodolibet ptinentia ad obiectum illud. His ſtantibus, ad obiectiones in oppoſitum reſpondetur. Et ad primam dicitur, ꝙ ratio aſſignata contra neceſſitatem compoſitionis diuiſionis, & diſcurſus, eſt ratio vniuerſalis & non particularis. Et cum dicitur, quòd non eſt ex defectu luminis, ſed ex natura cognoſcibiliũ patere obiectum & latere cõtingens, vel caſuale negatur hoc vniuerſaliter de lumine intellectuali loquendo & caſualibus, aut contingẽtibus naturalibus: quoniã ex modicitate luminis intellectualis prouenit, ꝙ viſo Sorte qui actualiter inuenitur à debitore in foro, non ſimul videatur inuentio à debitore iam illi coniuncta, ſed oporteat componendo propoſitionem formare, quæ feratur in Sortem vt inuentum à debitore.

¶Ad ſecundam vero obiectionem dicitur quòd, ꝓportio inter ſubiectum & prædicatum, & principium & concluſionẽ, attenditur in propoſito, ſecundum potentiam, non ſcdm virtualem continentiam. Virtus. n. principium actiuum ſeu operatiuum nominat, Potentia autem commune nomen eſt ẽt ad potentiã paſſiuam ad eſſe. Ita quòd ſimilitudo ꝓportionalis cõſiſtit in potentialiter continere per ſe, vel per accidens, & quolibet, infra latitudinem tamen, vt dictum eſt, naturalium. Vel conſiſtit ꝙ ſicut ſe habet diſcurſus ad continentiam virtualem concluſionum in principijs, ita ſe hẽt compoſitio & diuiſio ad cõ-

G H I K

*Li. 18. de Ciui. Dei ca. ... ante mediũ tom. 5.
*Q. 65. a. 2.
Concl. m
144

Universidad de Deusto Biblioteca

vult quod ſcdm Ariſto. oporteret q̄ ponere animatum; ita q aīa vnīat cœlo ut forma: hic dicitur Ariſ. q ſufficit unire ut motorē mobili. *Ad hoc, non uideo rñſionē, niſi alteram duarū. Vel q hic melius dixit, qa & poſterius ſcripſit. Vel q ibi intēdebat, q oporteret ſcdm Ariſ. cœlū eē ꝑ ſe aīatū, ſaltē non repugnaret, eo q doctrina ſua ad hoc tēdit. Quādoq. n. poſſet ſterpretari ut hic fecit ex hīs tñ in ſcdo Cœli dicunt, habem⁹ q aīam ſubſtantiē poſuit: oporteret ergo nō repugnare, q ſit aīatū ſcdm ſubſtātiā. Et hoc ſatis erat cōtra Auerroim, cōtra quē loquebat. Suſſiciebat uerba illa hāc gloſā: qa ſi contra Auer. erat ſermo, ſat erat declinare in oppoſitū, ut Aug. cōtra Pelagianos facit. Poſſet tertio forte dici, q hic ſcdm ꝓpriam opinionē, ibi ſcdm Ariſtotelē & quis adducat Ariſtotelē, nō th aſſerit hanc eſſe eius opinionē: ſed ex dictis eius ſibi ſeruit. In rñſione ad quintū, dubiū eſt quō pōt dici moueri ab itrinſeco, ſi vnitur motor ſolum, vt motor. & eſt hoc dubium tā cōtra Ariſtotelem, quàm Auerroim & cæteros.

*Lib. 2. penult. c. 7. tomo 4.

†Dam. li. 2. c. 6. ad finem, Baſil. homi. 3. in hexa. a me. *Aug. lib. 2. ſuper Gen. c. 18. Et Enchirid. c. 58. ad fine. tom. 3.

574

424

qui dixit ſolē eſſe lapidē ardētē negās utiq; ipſum eſſe Deū, vel aliqd aiatū. Platonici uerò poſuerūt corpora cœleſtia aiata. Silr ēt apud doctores fidei, fuit circa hoc diuerſa Opinio. Origenes * n. poſuit corpora cęleſtia aiata. Hieronym⁹ etidē ſentire vr̄, exponēs illud Eccl. 1. Luſtrās uniuerſa ꝑ circuitū pergit ſpūs. Baſili⁹ verò † & Damaſcen. aſſerūt corpora cęleſtia ñ eē aiata. Auguſtin⁹ uerò ſub dubio dereliquit, in neutrā partē declinās, ut patet i* 2. ſup Geneſim ad lrām, & in Enchiridion. Vbi ēt dicit, q ſi ſūt aiata cęleſtia corpora, ptinēt ad ſocietatē Angelorū, eorū aię. In hac āt opinionū diuerſitate, vt ueritas aliquatenus innoteſcat, cōſiderādū ē, q unio aię & corporis, nō eſt ꝑp corpus: ſed ꝑp aiam. Nō. n. forma eſt ꝑp materiā, ſed ecōuerſò. * Natura aūt & uirt⁹ aię, deprehēdit ex ei⁹ operatione, q̄ ēt quodāmō eſt finis eius. Inuenit aūt corp⁹ nr̄um neceſſariū ad aliq̄ operationē aię, q̄ mediāte corpore exercet: ſicut patet in operib. aię ſenſitiuę & nutritiuę. Vñ neceſſe eſt, tales aīas unitas eſſe corporibus ꝑp ſuas oꝑationes. Eſt āt aliqua operatio aię, q̄ non exercet corpore mediāte, ſed tñ ex corpore aliqđ adminiculū tali operatione exhibet, ſicut ꝑ corp⁹ exhibent aię humanę phātaſmata, qb. indiget ad intelligēdū. Vñ ēt talē aiam neceſſe ē corpori vniri ꝑp ſuā operationē, licèt cōtingat ipſā ſeparari. Manifeſtū eſt āt, q aia cęleſtis corporis nō pōt hr̄e operationes nutritiuę aię, q̄ ſunt nutrire, augere, & gñare: hmōi. n. operationes, nō cōpetunt corpori icorruptibili ꝑ naturā. Silr ēt, nec operationes aię ſenſitiuę corpori cęleſti cōueniunt, qa oē ſens⁹ fundat ſup tactū, q̄ eſt apprehēſiu⁹ qualitatū elemētorū. Oia ēt organa potētiarū ſenſitiuarū, req̄rūt determinatā ꝓportionē ſm cōmiſtionē aliq̄ elemētorū, à quorū natura corpora cœleſtia ponunt remota. Relinquit ergo, q de operationib. aię, nulla pōt cōpetere aię cęleſti, niſi duę intelligere & mouere. Nā appetere, cōſequit ſenſū & intellectū, & cū utroq; ordinat. Intellect⁹ āt operatio, cū nō exerceat ꝑ corp⁹, nō idiget corpore, niſi inq̄tū ei ꝑ ſens⁹ miniſtrant phātaſmata. Operationes aūt ſenſitiuæ aię, corporib. cęleſtibus nō cōueniūt, ut dictū * eſt. Sic igit ꝑp operationē intellectualē, aia cœleſti corpori nō uniret. Relinquit ergo, q ꝑp ſolā motionē. Ad hoc āt q moueat, nō opꝫ q̄ uniat ei ut forma: ſed ꝑ contactū uirtutis, ſicut motor unit mobili. Vñ Ariſt. li. 8. Phyſi. poſtq̄ oñſtit, q primū mouēs ſeipſū, cōponit ex duab. partib. quarū una ē mouēs, & alia mota, aſſignās quō hæ duę partes uniant, dicit, * q ꝑ cōtactū uel duorū adinuicē, ſi utrūq; ſit corp⁹, uel unius ad alterū, & nō ecōuerſò, ſi vnū ſit corp⁹, & aliud nō corp⁹. Platonici ēt, aīas corporibus vniri nō ponebāt, niſi ꝑ cōtactum uirtutis, ſicut motor mobili. Et ſic ꝑ hoc, q Plato ponit corpora cęleſtia aiata, nihil aliud dat intelligi, q̄ q ſubāe ſpūales uniunt corporib. cœleſtib. ut motores mobilibus. Quòd āt corpora cęleſtia moueant ab aliqua ſubā apprehēdēte, & nō ſolū à natura, ſicut grauia & leuia, patet ex hoc, q natura nō mouet, niſi ad unū, quo habito qeſcit. q in motu corporū cęleſtiū, nō apparet. Vñ relinquit, q mouent ab aliqua ſubā apprehēdente. Auguſtinus ēt dicit * 3. de Tri. Corpora oia adminiſtrari à Deo ꝑ ſpūm vitæ. Sic igit patet, q̄ corpora cœleſtia nō ſunt aiata eo mō, quo plātæ, & aialia: ſed ęquiuocè. Vñ inter ponētes ea eſſe aiata & ponētes ea inanimata, parua uel nulla dr̄ia inuenitur in re: ſed in uoce tantū.

*In iſto. art.

573 & 968

*Li. 8. Phyſ. tex. 40. *Lib. 8. phyſ. tex. 42. & 48.

571

*Li. 3. de Trin. c. 4. a princ.

AD PRIMVM ergo dicēdū, q ad ornatū, ptinēt aliqua ſm ꝓpriū motū. Et quantum ad hoc luminaria cœli conueniunt cum alijs, quæ ad ornatum pertinent, quia mouentur à ſubſtantia uiuente.

AD II. dicēdū, q nihil ꝓhibet aliqd eē nobilius ſimplr, q tñ nō ē nobili⁹ q̄ ad aliqd. Forma ergo cęleſtis corporis, etſi ñ ſit ſimplr nobilior aia aialis, eſt tñ nobilior, q̄tū ad rōnē formæ. ꝑficit. n. totaliter ſuā materiā, ut nō ſit in potētia ad aliam formā. quod aia non facit. Quātū ēt ad motū, mouentur corpora cęleſtia à nobilioribus motorib.

AD III. dicēdū, q corpus cęleſte, cū ſit mouēs motum, habet rōnem inſtri, quod agit in virtute principalis agentis. Et ideò ex uirtute ſui motoris, qui eſt ſubſtantia uiuens, poteſt cauſare uitā.

AD QVARTVM dicēdū, q motus corporis cęleſtis eſt naturalis, non ꝑp principiū actiuū: ſed ꝑp principium paſſiuum: quia ſ. habet in ſua natura aptitudinem, ut tali motu ab intellectu moueatur.

AD V. dicēdū, q cęlū dr̄ mouere ſeipſū, inq̄tū cōponit ex motore & mobili, ñ ſicut ex forma & materia, ſed ſm cōtactū uirtutis, ut dictū eſt. Et hoc ēt mō pōt dici, q eius motor ē principiū itrinſecū, ut ſic ēt motus cœli poſſit dici naturalis ex parte principij actiui, ſicut mot⁹ uolūtari⁹ dr̄ eſſe naturalis aiali, inquantum eſt aial, ut dr̄ in * 8. Phyſico.

*In corp. art. *Li. 8. Phy. tex. 27.

QVAESTIO LXXI.

De opere quintæ diei.

DEINDE cōſiderādū eſt, de opere quintę diei. Et vr̄, q incōueniēter hoc op⁹ deſcribat. Illud. n. aq̄ ꝓducūt, ad cui⁹ ꝓductionē ſufficit uirt⁹ aq̄: ſed uirt⁹ aq̄ nō ſufficit ad ꝓductionē oium piſciū, & auiū, cū uideamus plura eorū gñari ex ſemine. Nō ergo cōueniēter dr̄, ꝓducāt aq̄ reptile aię uiuētis, & uolatile ſup terrā.

¶ 2 Prtr. Piſces & aues nō tm̄ ꝓducunt ex aqua, ſed in eorū cōpoſitione vr̄ magis terra dñari q̄ aqua: quia corpora eorū naturaliter mouentur ad terram. Vnde & in terra quieſcunt. Non ergo conuenienter dr̄, piſces & aues ex aqua produci.

SVPER Q. LXXI. Titulus clarus eſt. In corpore duo. Primo rñdet affirmatiuè, quia dies quinta rñdet ſecūdo. Secūdo ſcdm Aug. & alios qualis ſit ꝓductio piſciū & auiū, actu uel uirtute.

Perfecta per rerum. 354 Supra q. 70.

¶ 3 Prtr. Sicut piſces hñt motum in aquis, ita & aues in aere. Si ergo piſces ex aquis producunt, aues non deberent produci ex aquis: ſed ex aere.

¶ 4 Prtr. Non omnes piſces reptant in aquis, cū quidam habeant pedes, quibus gradiuntur in terra: ſicut vituli marini. Non ergo ſufficienter productio piſcium deſignatur in hoc quod dicitur, Producant aquæ reptile animæ uiuentis.

¶ 5 Prtr. Aialia terreſtria ſunt pfectiora auib. & piſcib. q patet ex hoc, q hñt mēbra magis diſtincta, & pfectiorē gñationē. gñant. n. animalia. Sed piſces & aues generant oua. perfectiora aūt præcedunt in ordine naturæ. Non ergo quinta die debuerunt fieri piſces & aues ante aialia terreſtria.

*Q. 70. art. 1.

IN CONTRARIVM ſufficit authoritas Scripturæ.

RESPON. Dicēdū, q ſicut ſupra dictū eſt, opus ornatus ꝑ ordinē rñdet ordini diſtinctionis. Vndè ſicut inter tres dies diſtinctioni deputatos, media (quę eſt ſcd'a) deputat diſtinctioni medij corporis ſ. aquæ: ita inter dies deputatos ad op⁹ ornat⁹, media, i. quinta, deputat ad ornatū medij corporis ꝑ ꝓductionē auiū & piſciū. Vñ, ſicut Moyſes i quarta die noīat luminaria & lucē, vt deſignet, q quarta dies rñdet primæ, in qua dixerat lucē factā: ita in hac quinta die facit mētionem de aqs & de firmamēto cęli, ut deſignet, q quita dies rñdet ſcdę.

Conſ.

Sed ſciēdū eſt, q ſicut in ꝓductione plātarum differt Aug. ab alijs: ita & in ꝓductione piſciū & auiū. Alij. n. dicūt, piſces & aues quinta die eſſe productos in actu. Aug. autem dicit * 5. ſuper gene. ad lit. quod quinta die aquarum natura produxit piſces & aues potentialiter.

358

*Lib. 5. ſuper Gene. ad lit. c. 5. tom. 3.

AD PRIMVM ergo dicendū, q Auicē. poſuit oia aialia poſſe gñari ex aliquali elemētorū cōmiſtione abſq; ſemine, ēt ꝑ via naturę. Sed hoc vr̄ incōueniēs: qa natura determinatis medijs ꝓcedit ad ſuos effect⁹. Vñ illa q̄ naturaliter gñant ex ſemine, nō pñt naturaliter ſine ſemine gñari. Et iō dicēdū eſt aliter, q in naturali gñatione aialiū, principiū actiuum eſt virtus formatiua, q̄ eſt in ſemine in ijs, q̄ ex ſemine gñant. loco cui⁹ virtutis in ijs, q̄ ex putrefactione gñant, eſt virt⁹ cœleſtis corporis. Materiale aūt principiū in vtroruq; aialiū gñatione eſt aliqđ elemētū, vel elementatū. In prima aūt rerū inſtitutione fuit principiū actiuū verbum Dei, qđ de materia elemētari ꝓduxit aialia, vel in actu ſm alios ſctōs, vel uirtute ſm Aug. ñ q aqua aut terra hēat in ſe virtutē ꝓducēdi oia aialia, vt Auic. poſuit: ſed quia hoc ipſum, q ex materia elemētari virtute ſeminis, vel ſtellarū poſſunt animalia produci, eſt ex virtute primitus elemētis data.

*Lib. 1. de Gene. ad lit.

AD II. dicēdū, q corpora auiū & piſciū, pñt dupliciter cōſiderari. Vno mō ſm ſe. & ſic neceſſe eſt, q in eis magis terreſtre elemētū dñet, qa ad hoc, q fiat cōtēperatio mixtionis in corpore aialis, neceſſe eſt, q q̄titatiuè abūdet in eo elemētū, qđ eſt minus actiuū. ſ. terra. Sed ſi cōſiderent ſm q ſūt nata moueri talibus motibus ſic habent affinitatem quandam cum corporibus in quibus mouentur. Et ſic eorum generatio hic deſcribitur.

AD III. dicēdū, q aer, qa inſenſibilis eſt, nō ꝑ ſe ipſum cōnumerat, ſed cū alijs, partim quidē cum aqua, quantū ad inferiorē partē, q̄ exhalationib. aquæ ingroſſatur, partim ēt cum cœlo quantū ad ſuperiorem partem: aues aūt motum habent in inferiori parte aeris. Et ideò ſub firmamēto cœli volare dicunt, ēt ſi firmamētū ꝑ nebuloſo aere accipiatur. Et ideò productio auium aquæ aſcribitur.

351 & 147

AD IIII. dicēdum, q natura de uno extremo ad aliud trāſit ꝑ media. Et iō inter cęleſtia & aquatica aialia ſunt quædā media, q̄ cōicant cū vtriſque & cōputant cū illis cū qbus magis cōicant, ſm id, quod cum eis cōicant, non ſm id, qđ cōicāt, cum alio extremo. Tñ ut includantur omnia huiuſmodi, quæ habent aliquid ſpeciale inter piſces, ſubiūgit poſtquam dixerat, Producant aquæ reptile animæ viuentis: Creauit Deus cete grandia &c.

AD V. dicendum, Productio horum aialium ordinatur ſm ordinē corporū, q̄ eis ornant magis q̄ ſm propriam dignitatem. & tñ in uia gñationis ab imperfectioribus ad perfectiora ꝑuenit.

QVAESTIO LXXII.

De opere ſextæ diei.

DEINDE q̄rit de opere ſexti diei. Et vr̄, q in cōueniēter dſcribat. Sicut. n. aues & piſces hñt viuentē aīam: ita ēt & aialia terreſtria. Non āt terreſtria aialia ſunt ipſæ aiæ viuēs. Ergo incōuenienter dr̄, Producat terra animam viuentem: ſed debuit dici, Producat terra quadrupedia animæ uiuentis.

SVPER Q. LXXII. Titulus clarus eſt. In corpore duo. Primo rñdet affirmatiuè, quia ſextus dies rñdet tertio. Secūdo ſcdm Auguſtini, & aliorū, qualis ſit ꝓductio aialiū terreſtriū actu uel uirtute.

Perfecta per rerum. 355 Supra q. 70. ar. 1. co.

¶ 2 Pr. Gen⁹ ñ dēt diuidi cōtra ſpēm. Sed iumēta & beſtię ſub quadrupedib. cōputant. Incōueniēter ergo quadrupedia cōnumerāt iumentis & beſtijs.

¶ 3 Prtr. Sicut alia aialia ſunt in determinato gñe & ſpē, ita & homo: ſed in factione hominis non fit mentio de ſuo gñe, uel ſpecie. Ergo nec in ꝓductione aliorū aialiū debuit fieri mentio de gñe uel ſpē, cum dicitur: In genere ſuo uel ſpecie ſua.

¶ 4 Prtr. Aialia terreſtria magis ſunt ſimilia hoi q̄ à Deo dicitur benedici, quàm aues & piſces. Cum igitur aues & piſces dicantur benedici, multò fortius hoc dici debuit de alijs animalibus.

¶ 5 Prtr. Quędam aialia gñant ex putrefactione, quæ eſt corruptio quædam. Corruptio autem nō cōuenit primæ inſtitutioni rerū. Non ergo aialia debuerunt in prima rerū inſtitutione produci.

¶ 6 Prtr. Quędā aialia ſūt uenenoſa & hoi noxia. Nihil āt debuit eē hoi nociuū ante pctm̄. Ergo hmōi aialia, uel oino fieri à Deo nō debuerūt, q eſt bonorū author, uel non debuerūt fieri ante peccatū.

IN CONTRARIVM ſufficit authoritas Scripturæ.

RESPON. Dicēdū, quod ſicut in die quinto ornatur medium corpus, & rñdet ſecundæ diei: ita in ſexto die ornat ultimū corpus ſ. terra ꝑ productionē aialium terreſtriū & reſpōdet tertię diei vnde utrobique fit mentio de terra. Et hic etiā ſm Aug. animalia terreſtria producuntur potentialiter

351

Concil. in *Lib. 5. ſuper Gene. c. 5. to. 3.

liter

Univerſidad de Deuſto Biblioteca

liter:ſecundũm uerò alios ſanctos, in actu.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝗ Baſi.dicit*, Diuerſus gradus uitæ, q in diuerſis uiuentib. inuenit, ex mõ loquẽdi Scripturę colligi põt. Plãtæ.n.hñt impfectiſſimã vitã & occultã. Vñ in earũ ꝓductione nulla mẽtio fit de uita, ſed ſolũ de gñatione: quia ſm hãc ſolũ inuenit act⁹ uitæ in eis. Nutritiua.n.& augmẽtatiua gñatiuę deſeruiũt, vt infra dicet.* Inter alia uero aĩalia pfectiora ſunt (cõiter loquendo) terreſtria, auib⁹ & piſcib. nõ ꝗ piſces memoria careãt, ut Baſi.dicit* & Au.improbat: ſed pp diſtinctionẽ mẽbrorũ, & pfectionẽ gñationis. Quãtũ aũt ad aliquas ſagacitates, ẽt aliqua aĩalia impfecta magis uigẽt; vt apes & formicę. & iõ piſces vocat nõ aĩam uiuẽtẽ: ſed reptile aĩæ uiuentis. Sed terrenã aĩalia uocat aĩam viuẽtẽ pp pfectionẽ vitę in eis, ac ſi piſces ſint corpora hñtia aliqd aĩę, terreſtria verò aĩalia pp pfectionẽ uitę, ſint quaſi aĩæ dñantes corporib⁹. Perfectiſſimus aũt gradus vitæ eſt in hoĩe. Et iõ uitam hoĩs nõ dicit produci à terra uel aqua, ſicut cęterorũ aĩalium: ſed à Deo.

*ex hom. 8. ſui hexam. — * Q. 78. art. 2. — *Baſi. ho. 7. in hexamer. aliquantulũ à prin. — *Li. 3. Ge. ad lit. ca. 8.

AD II. dicẽdũ, ꝗ p iumẽta vel pecora ĩtelligũtur aĩalia domeſtica, q hoĩ ſeruiũt qualitercũque. Per beſtias aũt ĩtelligunt aĩalia ſęua, ut urſi & leones. Per reptilia uerò, aĩalia q uel ñ hñt pedes qb. eleuent à terra, ut ſerpẽtes, uel hñt breues, qb. parũ eleuant, ut lacertę & formicę. Sed qa ſũt qdam aĩalia q ſub nullo horum cõprehenduntur, ut cerui & caprei, vt etiam iſta comprehenderentur, addidit quadrupedia.* Vel quadrupedia pmiſit quaſi genus, & aĩalia ſubiunxit, quaſi ſpecies. Sunt.n.qdam reptilia quadrupedia, ut lacertę & formicæ.

AD III. dicẽdũ, ꝗ ĩ alijs aĩalib. & plãtis mẽtionẽ fecit de gñe & ſpẽ, ut deſignaret gñationes ſiſiũ ex ſiſib. In hoĩe ãt nõ fuit neceſſariũ ut hoc diceret: qa ꝗ pmiſſũ fuit de alijs, ẽt de hoĩe ĩtelligi pt. *Vel qa aĩalia & plãtæ ꝓducunt ſm gen⁹, & ſpẽm ſuã, quaſi lõgè à ſiſitudine diuina remota: hõ aũt dr formatus ad imaginem & ſimilitudinem Dei.

Secunda reſponſio

AD IIII. dicẽdũ, ꝗ bñdictio Dei dat virtutẽ multiplicãdi p gñationẽ. Et iõ ꝗ poſitũ eſt in auib. & piſcib. q primò occurrũt, nõ fuit neceſſariũ repeti in terrenis aĩalib. ſed ĩtelligit. In hoĩb. aũt iteratbñdictio, qa ĩ eis ẽ qdã ſpãlis multiplicationis rõ, pp cõpletũ numerũ electorum. & ne quiſq̃ diceret in officiũ gignẽdi filios aliqđ eſſe pctm. Plantę uerò nullũ hñt ꝓpagandę ꝓlis affectũ, ac ſine ullo ſẽſu gñant. uñ idigñę iudicatę ſunt, bñdictionis uerbis.

Secunda reſponſio

AD V. dicẽdũ, ꝗ cũ gñatio vni⁹ ſit corruptio alterĩ⁹, ꝗ ex corruptione ignobiliorũ gñent nobiliora, nõ repugnat primę rerũ inſtõni. Vñ aĩalia, quę gñant ex corruptione rerũ inaĩatarũ, uel plãtarũ, potuerũt tũc gñari: nõ aũt q gñant ex corruptiõe aĩaliũ, tũc potuerũt produci, niſi potentialiter tm̃.

AD VI. dicẽdũ, ꝗ Au. dicit i 1. ſup Ge.* cõtra Manichęos, ꝗ ſi in alicui⁹ opificis officina imperitus intrauerit, uidet ibi multa inſtrũ, quorũ cãs ignorat. & ſi multũ eſt inſipiẽs, ſupflua putat. Iã uero ſi in fornacem intus ceciderit, aut ferramẽto aliquo acuto ſe uulnerauerit, noxia exiſtimat ibi eſſe multa, quorũ uſũ, qa nouit artifex, inſipiẽtiã ei⁹ irridet. Sic ĩ hoc mũdo qdã audẽt multa reprehẽdere quorũ cãs nõ uidẽt. Multa.n. etſi domui nr̃æ ñ ſũt neceſſaria, in eis tñ cõplet uniuerſitatis integritas. Hõ aũt antè pctm ordinatè fuiſſet uſus reb. mundi. Vndè animalia uenenoſa ei noxia nõ fuiſſent.*

* Li. 1. de Gene. c. 16. Manichę. c. 16. parũ à principio, tom. 1.

QVAESTIO LXXIII.

De ijs, quæ pertinent ad ſeptimum diẽ, in tres articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandũ eſt de ijs, q pertinent ad ſeptimum diem.

ET circa hoc quæruntur tria.

¶ Primò, de cõpletione operũ.

¶ Secundò, De requie Dei.

¶ Tertiò, De benedictione, & ſanctificatione huius Diei.

SVPER Q. LXXIII. ART. I.

Titulus clarus eſt. *In corpore vna concluſio reſpõſiua. Prima pfectio uniuerſi congruæ ſeptimæ diei aſcribit, vltima aũt cõſumationi ſeculi. Declarat primo terminũ in cõ. diſtinguendo duplicẽ pfectionẽ, primã & ſecundam, & hãc duplicitter, ordinando cæter. Probatur deinde, & quo ad ſcdam partẽ, qa illa beatitudo ſctorũ pfecta, & quo ad primã, qa cõſiſtit ĩ integritate vniuerſi.

ARTICVLVS PRIMVS

Vtrum completio diuinorum operum, debeat ſeptimo diei aſcribi.

AD PRIMVM ſic ꝓcedit. Vr, ꝗ cõpletio diuinorũ operũ ñ dẽat ſeptimo diei aſcribi. Oĩa.n.q ĩ hoc ſeculo agunt, ad diuina opa ptinẽt. Sed cõſumatio ſeculi erit in fine mundi, ut hr Mat. 13. tps ẽt incarnationis Chriſti eſt cuiuſdã cõpletionis tps. vñ dr tps plenitudinis. Gal. 4. & ipſe Chrus moriẽs dixit, Cõſũmatũ eſt, vt dr Io. 19. Nõ ergo cõpletio diuinorũ opũ cõpetit diei ſept.

¶ 2 Pr. Quicunq; complet opus ſuum, aliquid fãcit. Sed Deus non legitur ſeptimo die aliquid feciſſe quinimmo ab omni opere quieuiſſe. Ergo completio operum, non competit ſeptimo diei.

¶ 3 Prę. Nõ dr aliqd ẽẽ cõpletũ, cui multa ſupadduntur, niſi ſint illa ſupflua, qa pfectũ dr cui nihil deeſt eorũ q dẽt hre. Sed poſt ſeptimũ diẽ multa ſunt facta, & ꝓductio multorũ indiuiduorũ, & ẽt quarũdã nouarũ ſpẽrũ q frequẽter apparẽt, pcipue ĩ aĩalib. ex putrefactione gñatis, quotidie ẽt Deus nouas aĩas creat. Nouũ ẽt fuit ĩcarnatiõis op⁹. De quo dr Hie. 31. Nouũ faciet dñs ſup terrã. Noua ẽt ſunt miraculoſa opa. de qb. dr Eccl. 36. In noua ſigna, & ĩmuta mirabilia. Innouabunt ẽt oĩa in glorificatione ſctõrũ, ſm illud Apoc. 21. Et dixit q ſedebat in throno, Ecce noua facio oĩa. Cõpletio ergo diuinorũ operũ non dẽt attribui ſeptimo diei.

Perreſia per totum. 356 1. d. 15. q. 3. art. 1.

SED CONTRA eſt, quod dicitur Gen. 2. Compleuit Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat.

RESP. dicẽdũ, ꝗ duplex eſt rei pfectio, prima & ſcda. Prima qdẽ pfectio eſt, ſm ꝗ res in ſua ſubã eſt pfecta. Quę qdẽ pfectio ẽ forma toti⁹, q ex integritate partiũ cõſurgit. Perfectio ãt ſcda ẽ finis, finis ãt uel ẽ opatio, ſicut finis cithariſtæ ẽ citharizare, vl ẽ aliqd ad qđ p opationẽ puenit, ſicut finis ædificatoris eſt dom⁹, quã ædificãdo facit. Prima aũt pfectio, eſt cã ſecundæ, qa forma eſt principiũ operationis. Vltima aũt perfectio, q eſt finis totius uniuerſi, eſt perfecta beatitudo ſctõrũ, quæ erit in ultima cõſummatione ſeculi.* Prima aũtẽ perfectio, q eſt in integritate uniuerſi, fuit in prima rerũ inſtõne. Et hæc deputatur ſeptimo diei.*

Concl.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝗ ſicut dictum eſt,* perfectio prima, eſt cã ſecundæ. Ad beatitudinem aũt cõſequendam, duo reqrunt, natura, & gratia. Ipſa ergo beatitudinis pfectio erit in fine mundi, ut dictũ eſt.† Sed iſta cõſummatio pceſſit cauſalr, quãtum ad naturã quidẽ in prima rerũ inſtitutione, quãtũ ad gratiã uerò, incarnatione Chriſti: qa gratia & ueritas per Ieſum Chriſtum facta eſt, ut dr Ioan. 1. Sic igitur in ſeptima die fuit conſumatio naturæ, in incarnatione Chriſti conſummatio gratiæ, in fine mundi conſumatio gloriæ.

*In corp. ar. — †In corp. ar.

AD II. dicẽdũ, ꝗ ſeptima die Deus aliqd operatus eſt, non nouam creaturam condendo, ſed creaturã adminiſtrãdo, & ad ꝓpriam operationẽ eam mouendo. quod iã aliqualr ptinet ad inchoationem quandam ſecundæ pfectionis. Et iõ conſumatio operum ſm noſtram translationem, attribuit diei ſeptimæ: Sed ſm aliam translationem, attribuit diei ſextæ: & utrunque poteſt ſtare, qa cõſumatio quæ eſt ſm integritatẽ partium uniuerſi, competit ſextæ diei: conſumatio quæ eſt ſm operationem partium, competit ſeptimæ.* Vel poteſt dici, ꝗ in motu continuo, quandiu aliquid poteſt moueri ulterius, non dicitur motus perfectus ante quietem: quies.n. demonſtrat motum conſumatum. Deus autem poterat plures creaturas facere, præter illas quas fecerat ſex diebus. Vñ hoc ipſo ꝗ ceſſauit nouas creaturas condere in ſeptima die, dicitur opus ſuum conſummaſſe.

a. reſpon.

AD III. dicendum, ꝗ nihil poſtmodũ à Deo factũ eſt totalr nouum, quin aliqualr in operib. ſex dierũ pceſſerit. Quędam.n. pextiterunt materialr, ſicut ꝗ De⁹ de coſta Adę formauit mulierẽ. Quędam uerò pextiterunt in operibus ſex dierũ, non ſolũm materialiter, ſed ẽt cauſalr: ſicut indiuidua, q nunc gñantur, præceſſerũt in primis indiuiduis ſuarum ſpecierum. Species ẽt nouæ, ſi q apparẽt, pextiterũt in quibuſdam acquiſitis uirtutibus: ſicut & animalia ex putrefactione gñata, ꝓducunt ex uirtutibus ſtellarũ & elemẽtorũ, quã à principio acceperũt, ẽt ſi nouæ ſpecies taliũ aĩaliũ ꝓducant. Animalia ẽt quædam ſm nouam ſpeciẽ, aliquando oriunt ex commiſtione animalium diuerſorũ ſm ſpeciem: ſicut cum ex aſino & equa gñat mulus, & hæc ẽt pceſſerũt cãliter in operibus ſex dierum. Quædam uerò pceſſerunt ſecundũm ſimilitudinem, ſicut animæ quæ nunc creant.* Et ſimiliter incarnationis opus: quia ut dicitur Phil. 2. Filius Dei eſt in ſimilitudinem hominum factus. Gloria ẽt ſpiritualis ſecundũm ſimilitudinem pceſſit in angelis, corporalis uerò in cœlo pcipuẽ empyreo.* Vndè dicit Eccle. 1. Nihil ſub ſole nouum. Iã enim præceſſit in ſeculis, quæ fuerunt antè nos.

414 161. a — 313

SVPER Q. LXXIII. ART. II.

Titulus clarus eſt. *In corpore tria. Primò, quomodo requies dupliciter inuenitur in ſpiritualibus, ſicut & motus, cui prima opponit: ꝑ ceſſatione, & ꝑ impletione deſiderij. Secũdò, rñdet una concluſione bimembri. De⁹ utroq. mõ requieuit ſeptimo die. Ꝓbat quo ad primum: qa ceſſauit à nouis: quo ad ſecundũ, qa in ſeipſo quieuit. Tertiò, excludit obiectiõ cõtra hoc ſecũdum: quia. ſ. non dẽt hoc mõ magis ſeptima die, q̃ alia die quieſcere: quia ſemp hoc mõ quieuit, & nunquã habuit motum oppoſitũ. Et hoc excludit, ꝗ ſatiari ſeipſo nõ abſolutè: ſed poſt cõdita opera, attribuit ſeptimo diei. Et hoc nõ ſemp conuenit, quãmuis nec oppoſitum motus. Et explicauit hoc ſcriptura ut oſtenderet Deũ nõ egere factis.

Perreſia per totum. 317 1. d. 15. q. 3. art. 1.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus ſeptima die requieuit ab omni opere ſuo.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr ꝗ Deus ſeptima die nõ requieuit ab omni ſuo opere. dicitur enim Ioã. 5. Pater meus vſque modo operatur, & ego operor. Non ergo ſeptima die requieuit ab omni opere.

¶ 2 Prę. Reqes, motui opponitur, uel labori, q interdũ cauſat ex motu. Sed Deus immobiliter & abſq; labore ſua opa ꝓduxit. Nõ ergo dicendũ eſt, ſeptima die à ſuo ope reqeuiſſe.

Si dicat, ꝗ Deus requieuit die ſeptima, quia fecit hominẽ reqeſcere: 3. cõtra, requies cõtraponit eius operationi. Sed quod dr, Deus creauit, uel fecit hoc uel illud, nõ exponitur, ꝗ Deus hominẽ fecit creare, aut facere. Ergo nec conuenienter exponi poteſt, ut dicatur Deus requieuiſſe, quia fecit hominem requieſcere.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Geneſ. 2. Requieuit Deus die ſeptimo ab omni opere quod patrarat.

RESPON. Dicendum, ꝗ quies, ꝓpriè opponitur motui. & p conſequens labori, qui ex motu conſurgit. Quãmuis aũt motus ꝓpriè acceptus ſit corporũ, tñ nomẽ motus, ẽt ad ſpũalia deriuat dupliciter. Vno mõ ſm ꝗ omnis operatio, motus dicit: ſic.n. & diuina bonitas quodammõ mouet & ꝓcedit in res, ſm ꝗ ſe eis communicat, ut Dionyſ.* dicit 2. cap. de diui. nomi. Alio modo, deſiderium in aliud tendens, quidam motus dicit. Vndè, & requies dupliciter accipit. Vno modo, pro ceſſatione ab operibus. Alio modo, ꝓ impletione deſiderij: & utroque modo, dr Deus requieuiſſe die ſeptima.* Primo quidem, quia die ſeptima ceſſauit nouas creaturas condere: nihil.n. poſtea fecit, qđ non aliquo modo pceſſerit in primis operibus, ut dictum eſt.* Alio modo, ſm ꝗ rebus conditis ipſe non indigebat, ſed ſeipſo fruendo beatus eſt. Vndè poſt conditionem omnium operum, non dicit, ꝗ in ſuis operibus requieuit, quaſi eis ad ſuã beatitudinem indigens, ſed ab eis requieuit utique in ſeipſo, quia ſufficit ſibi, & implet deſiderium ſuũ. Et quamuis ab æterno in ſeipſo requieuerit, tñ, ꝗ poſt opera condita in ſeipſo requieuit, hoc pertinet ad ſeptimum diem: & hoc eſt ab operibus requieſcere, ut Aug.* dicit ſuper Geneſ. ad lit.

* Cap. 2. par. 1. & æ medio. — *Conclu.* — * q. 69. ar. ulc. 1. — * Libr. 4. ca. 15.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝗ Deus uſque modo operat, conſeruando, & adminiſtrando creaturã conditam, non aũt nouam creaturã condendo.

AD II. dicendum, ꝗ requies non opponit labori, ſiuè motui, ſed productioni nouarum rerum, & deſiderio in aliud tendenti, ut dictum eſt.*

* In cor. 1

AD III. dicẽdũ, ꝗ ſicut Deus in ſolo ſe requieſcit, & ſe fruendo beatus eſt: ita & nos p ſolã Dei fruitionẽ beati efficimur. Et ſic ẽt facit nos à ſuis & noſtris operibus in ſeipſo requieſcere. Eſt ergo conueniens expoſitio, ut dicat Deus requieuiſſe, quia nos requieſcere facit. Sed nõ eſt hæc ſola ponenda, ſed alia expoſitio eſt principalior & prior.

Parrella per totum.

SVPER Q. LXXIII. ARTIC. III.
Aegi. 2. ſ. d. 15. q. 2. a. 1
Ric. d. 15. q. 9.

358 Titu. clarus eſt. ¶ In corpore duo. Primo enumerat duos dies ſeptimo. Secundo reſpondet quæſito affirmatiuè. Bñdictio debetur diei ſeptimo. Probatur quia ſeo ſcilicet administratio, & requies in Deo poſt operationi quæ aũt debet bñdictio & ſanctificatio, prima primo, & ſecundũ ſecundo, ut patet.

2. 1. 15. q. 3. ar. 3.

ARTICVLVS III.

Vtrum benedictio & ſanctificatio debeatur Diei ſeptimæ.

AD TERTIVM ſic procedit. Vr, ꝙ benedictio & ſanctificatio nõ debeat diei ſeptimę. Tps. n. aliqđ cõſueuit dici bñdictũ, aut ſanctũ, pp aliqđ bonũ qđ in illo tpe euenit: aut pp hoc ꝙ aliqđ malũ uitatur. Sed Deo nihil accreſcit, aut đperit, ſiuè opet, ſiue ab operãdo ceſſet. Nõ ergo ſpãlis bñdictio & ſãctificatio debet diei ſeptimę.

¶ 2 Præt. Bñdictio à bonitate dr. Sed bonũ eſt diffuſiuum & cõicatiuum ſui, ſm Dion. Ergo magis debuerũt bñdici dies in quibus creaturas ꝑduxit, q̃ ille dies, in quo à producẽdis creaturis ceſſauit.

¶ 3 Præt. In ſingulis creaturis quædã bñdictio commemorata eſt, dũ in ſingulis operibus dictum eſt: Vidit Deus ꝙ eſſet bonum. Non oportuit igit ꝙ poſt omniũ productionẽ, dies ſeptima bñdiceret.

SED CONTRA eſt, quod dicitur Gen. 2. Benedixit Deus diei ſeptimo, & ſanctificauit illum, quia in illo ceſſauerat ab omni opere ſuo.

Ar. præced.

RESPON. Dicẽdũ, ꝙ ſicut ſupra dictũ eſt, * reqes Dei in die ſeptima dupľr accipitur. Primò quidem quantũ ad hoc, ꝙ ceſſauit à nouis operibus condẽdis, ita tñ ꝙ creaturam conditam cõſeruat & adminiſtrat. Alio mõ, ſm ꝙ poſt opera requieuit in ſeipſo. Quantum ergo ad primũ, competit ſeptimæ diei bñdictio: quia ſicut ſupra dictũ eſt, * benedictio ad multiplicationẽ pertinet. Vñ dictum eſt creaturis quas benedixit, Creſcite & multiplicamini. Multiplicatio aũt rerum fit per adminiſtrationem creaturæ, ſm quam ex ſimilibus ſimilia generantur. Quantum uerò ad ſecundum, cõpetit ſeptimæ diei ſanctificatio. maximè. n. ſanctificatio cuiuslibet attenditur in hoc, ꝙ in Deo requieſcit. Vndè & res Deo dedicatæ, ſanctæ dicuntur.

Conclu. * q. 62. ad 4. arg.

Conclu.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ non pp hoc dies ſeptimus ſanctificatur, quia Deo poſſit aliqđ accreſcere, uel decreſcere, ſed quia creaturis aliqđ accreſcit per multiplicationem & quietẽ in Deo.

AD II dicendum, ꝙ in primis ſex diebus, ꝑductæ ſunt res in ſuis primis cauſis. Sed poſtea ex illis primis cauſis res multiplicant & cõſeruant: qđ ẽt ad bonitatẽ diuinã pertinet. Cuius ẽt perfectio in hoc maximè oſtenditur, ꝙ in ipſa ſola, & ipſe requieſcit, & nos requieſcere poſſumus, ea fruẽtes.

AD III dicendum, ꝙ bonum quod in ſingulis diebus commemoratur, pertinet ad primam naturæ inſtitutionem: benedictio autem diei ſeptimæ pertinet ad naturæ propagationem.

SVPER Q. LXXIIII. ART. I.
Alb. Mag. 2. d. 13. a. 4.
Titulus clarus eſt. ¶ In corpore tria. Primò, ſidet quæſito in cõi. Secũdò, in ſpeciali ſecundũ alios. Tertiò, ſecũdũ Aug. Concluſio affirmatiue, Sex dies ſufficienter numerantur. Quæ concluſio probatur: quia in eis oportuit opus diſtinctionis, & ornatus partium mundi fieri: Secundum alios, tres corporeæ partes ſunt mundi ſingulæ duobus diebus, altero diſtinguẽte, altero ornante egent. ergo. Sed ſecundum Augu. creatura ſpiritualis admittetur & conſumatur primo die, ſecundo corporalis ſuperior, tertio inferior, in reliquis conuenitur.

QVAESTIO LXXIIII.

De omnibus ſeptem diebus in communi, in tres articulos diuiſa.

DEINDE quærit de omnibus ſeptem diebus in communi.

Et quæruntur tria.

¶ Primò, De ſufficientia horum dierum.

¶ Secundò, Vtrũ ſint unus dies, uel plures.

¶ Tertiò, De quibuſdã modis loquẽdi, quibus Scriptura utit enarrando opera ſex dierũ.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrũ ſufficienter iſti dies enumerẽtur.

Parrella per totum.

359 Vasq. 1. ar. 16. con. Ergo q. 4 ar. 1. & 2. Ex Heb. ia. ſ. Eſ. 10 ...

AD PRIMVM ſic ꝑcedit. Vr ꝙ nõ ſufficiẽter iſti dies enumerent. Nõ minus. n. diſtinguitur opus creationis ab opib. diſtictionis & ornat⁹, q̃ hæc duo opera abinuicem. Sed alii dies deputantur diſtinctioni, & alij ornatui. Ergo ẽt alij dies debẽt aſſignari creatiõi.

¶ 2 Præt. Aer & ignis ſunt nobiliora elementa, q̃ terra & aqua. Sed unus dies deputatur diſtinctioni aquæ, & alius diſtinctioni terræ. Ergo alij dies debent deputari diſtinctioni ignis & aeris.

¶ 3 Præt. Non minus diſtant uolucres & piſces, q̃ uolucres & terreſtria animalia. Homo ẽt plus diſtat ab alis animalibus, q̃ alia quæcunque animalia ab inuicem. Sed alius dies deputatur productioni piſcium maris, & alius productioni animalium terræ. Ergo & alius dies debet deputari ꝑductioni auium cœli, & alius productioni hominis.

4 SED CONTRA videtur, ꝙ aliqui dies ſuperfluè aſſignentur. Lumen enim ad luminaria ſe habet ut accidẽs ad ſubiectum. Simul autem producitur ſubiectum cum proprio accidente. Non ergo alia die debuit produci lux, & alia luminaria.

¶ 5 Præt. Dies iſti deputantur primæ inſtitutioni mũdi. Sed in ſeptima die nihil primitus eſt inſtitutũ. Ergo ſeptima dies non debet aliis cõnumerari.

RESP. dicendũ, ꝙ rõ diſtinctionis horũ dierum ex ꝑmiſſis põt eſſe manifeſta.* Oportuit. n. primo diſtingui partes mũdi, & poſmodũ ſingulas ptes ordinari ꝑ hoc, ꝙ quaſi ſuis habitatorib⁹ replent. Secũdũ ergo alios ſanctos, i creatura corpali tres partes deſignant. Prima, q̃ ſignificat noie cęli. Media, q̃ ſignificat noie aquæ. Infima, q̃ ſignificat nomine terræ. Vñ & ſm Pythagoricos, pfectio in tribus ponit. principio, medio, & fine: ut dr 1 de Cęlo.* Prima ergo pars diſtinguit prima die, & ornatur quarta. Media diſtinguit ſecũda die, & ornat quinta. Infima diſtinguit tertia die, & ornat ſexta. Auguſt. uerò conuenit qdẽ cũ eis in ultimis tribus diebus, differt aũt in tribus primis. Quia ſm eũ, in primo die format creatura ſpiritualis, i duob. aliis creatura corporalis: ita ꝙ in ſecundo corpora ſuperiora, in tertio corpora inferiora. Et ſic ꝑfectio diuinorũ operũ rñdet perfectioni ſenarij numeri, q conſurgit ex ſuis partibus aliquotis coniũctis, q̃ quidem partes ſunt, unum, duo, tria. Vna. n. dies deputatur formationi creaturę ſpiritualis, duæ formatiõi creaturę corpalis, & tres ornatui.

* q. 70. & 71. & 72.

* Lib. 1. de cęlo. tex. 2.

Conclu.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ſecundũ Auguſt. opus creationis pertinet ad productionem materiæ

materiæ informis, & naturæ ſpiritualis informis. Quę qdem duo ſunt extra tempus, vt ipſe dicit in 12. confeſ.* Et ideò creatio vtriuſq;, ponitur antè omnem diem. Sed ſm alios ſanctos poteſt dici, ꝙ opus diſtinctionis & ornatus attẽditur ſm aliquã mutationẽ creaturæ q tẽpore menſuratur. Opus autem creationis, conſiſtit in ſola diuina actione in inſtanti rerum ſubſtantiã producentis. Et ideò quodlibet opus diſtinctionis & ornatus dicitur factum in die, creatio autem dicitur facta in principio: quod ſonat aliquid indiuiſibile.

Li. 12. cõf. ca. 12. & 7. 10. 1.

351

B. 413.

AD II dicẽdũ, ꝙ ignis & aer, qa nõ diſtinguunt à vulgo, inter partes mũdi nõ ſunt expreſſe nominata à Moyſe: ſed cõputant cũ medio, ſ. aqua, maximè quãtũ ad inferiorẽ aeris partẽ. Quãtũ verò ad ſuperiorẽ, cõputantur cũ cęlo *: vt Aug. dicit.

Li. 2. ſup Gen. c. 13. & 3.

AD III dicendũ, ꝙ ꝑductio aialiũ recitat, ſm ꝙ ſunt in ornatum partium mũdi. Et ideò dies ꝑductionis animalium diſtinguũtur, vel vniuntur, ſm hanc conuenientiam, vel differentiã, qua cõueniunt vel differunt in ornando aliquã partẽ mũdi.

AD IIII dicẽdũ, ꝙ prima die facta eſt natura lucis in aliquo ſubiecto. Sed quarto die facta ſunt luminaria: non quia eorum ſubſtantia ſit de nouo producta, ſed quia ſunt in aliquo modo formata, quo prius non erãt, vt ſupra dictum eſt. *

* q. 70. ar. 1.
* Li. 4. ſup Gen. c. 15. & 3.

AD V dicẽdũ, ꝙ ſeptimæ diei ſm Aug. * deputat aliqđ poſt oĩa, q̃ ſex diebus attribuũtur, ſ. ꝙ Deus à ſuis operibus in ſeipſo reqeſcit. Et ideò oportuit poſt ſex dies fieri mentionem de ſeptimo. Secundum verò alios poteſt dici, quòd in ſeptimo die mundus habuit quendam nouum ſtatum, vt ſcilicet ei nihil adderet de nouo. Et ideò poſt ſex dies ponitur ſeptima, deputata ceſſationi ab opere.

Parrella per totum.

SVPER Q. LXXIIII. ART. II.
Egid. 2. ſ. diſt. 15. q. 1. art. 2.
D. Bon. d. 15. ar. 2. q. 3.
Ric. d. 15. q. 8.

360 Titulus clar⁹ eſt. ¶ In corpore quatuor. Primò, diuerſitatẽ opinionũ Aug. & aliorũ: ſ. quia ille unũ multipliciter pſentauit, iſti multos. Scdõ diuerſitatẽ opinionũ ad literã Gen. ubi ex Aug. quoq; Primò, dies eſt cognitio in mẽte angelica: qa lux ꝓpriè in angelo. Scdõ, dies primus, cognitio illa reſpectu primi operis: ſecundus reſpectu ſecũdi: tertius tertij &c. Tertio, fieri in die, quia oĩa pſuus in mente angelica. Quarto, unitas diei: qa oĩa ſimul in uerbo. Quia tñ, diſtinctio eorum nõ ſucceſſiu cognitionis, aut ꝑductionis, ſed ordine naturę: iter res cognitas & Dei opera. Ex alijs uerò, ſucceſſio, & tẽpo-

Locis ſupra allegatis ... 5 ar. 2. & 3.

ARTICVLVS II.

Vtrum omnes iſti dies, ſint vnus dies.

AD SECVNDVM ſic ꝑceditur. Vr, ꝙ oẽs iſti dies, ſint vn⁹ dies. Dr enim Gen. 2. Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ, qñ creatæ ſunt in die quo fecit dominus cœlũ & terrã, & oẽ uirgultum agri antequã oriret in terra. Vnus ergo eſt dies, in quo fecit cœlũ & terrã, & oẽ uirgultũ agri. Sed cœlũ & terrã fecit i prima die, vel poti⁹ ante oẽm diẽ, virgultũ aũt agri tertia die. Ergo vnus eſt prim⁹ dies & tertius: & pari ratione, omnes alij.

¶ 2 Præt. Eccl. 18. dr, Qui viuit i æternũ, creauit oĩa ſimul. Sed hoc nõ eſſet, ſi dies horũ operũ eſſent plures, qa plures dies non ſunt ſimul. Ergo non ſunt plures dies, ſed vnus tantum.

¶ 3 Præt. Die ſeptimo ceſſauit De⁹ à nouis operib⁹ cõdẽdis. Si ergo ſeptima dies eſt alia ab alijs diebus, ſequit ꝙ illã diẽ nõ fecerit. Quod eſt inconueniẽs.

¶ 4 Præt. Totũ opus qđ vni diei aſcribit, in inſtanti pfecit, cũ in ſingulis operibus dicat, Dixit, & factũ eſt. Si igit ſequẽs opus in diẽ aliũ reſeruaſſet, ſequeret ꝙ i reſidua parte illius diei ceſſaſſet ab opere. qđ eſſet ſuperfluũ. Nõ igit eſt alius dies ſequẽtis opis, à die operis ꝑcedẽtis.

SED CONTRA ẽ, ꝙ Gen. 1. dr: Factũ eſt veſpere & mane dies ſecũdus, & dies tertius, & ſic de alijs. Secũdũ aũt & tertiũ dici non poteſt, vbi eſt unum tãtũ. Ergo non fuit vnus dies tãtum.

RESPON. Dicẽdũ, ꝙ i hac q̃ſtione Aug. ab alijs expoſitoribus diſſentit. Aug. * enim vult 2. ſup Gen. ad lit. & 11. de ciui. † Dei, & ad Oroſiũ, ꝙ oẽs q dñr ſeptẽ dies, ſunt vn⁹ dies, ſeptẽpliciter reb⁹ pſentatus. Alij verò expoſitores, ſentiunt ꝙ fuerũt ſeptẽ dies diuerſi, & nõ un⁹ tm. Hæ aũt duæ opiniones ſi referãtur ad expoſitionẽ literę Gen. magnã diuerſitatẽ habẽt. Nã ſm Aug. p diẽ intelligit cognitio mẽtis angelicę, ut ſic primus dies ſit cognitio primi diuini operis: ſecũdus dies, cognitio ſecũdi operis: & ſic de alijs. Et dr unũquodq; opus eſſe factũ in aliqua die: qa nihil Deus ꝑduxit in rerũ natura, qđ non impreſſerit mẽti angelicæ *. q qdẽ multa ſimul põt cognoſcere, ꝑcipuè in uerbo, in quo oĩs angelorũ cognitio pficitur, & terminat. & ſic diſtinguit dies, ſm naturalẽ ordinẽ rerũ cognitarũ: nõ ſm ſucceſſionẽ cognitionis, aut ſm ſucceſſioem ꝑductionis rerũ. Cognitio aũt angelica ꝓpriè & verè, dies nominari põt, cũ lux q eſt cã diei, ꝓpriè in ſpũalibus, ſm Aug. inueniat. Scđm uerò alios, p iſtos dies & ſucceſſio dierũ tẽporaliũ oſtẽditur, & ſucceſſio ꝑductionis rerũ. Sed ſi iſtæ duæ opiniones referant ad modũ ꝑductionis rerũ, nõ inuenitur magna differẽtia. Et hoc, pp duo, in qbus exponendo, diuerſificat Aug. ab alijs, vt ex ſupradictis * patet. Primò qdẽ, qa Aug. p terrã & aquam prius creatã, intelligit materiã totaliter informẽ. pfectionẽ aũt firmamẽti, & cõgregationẽ aquarum, & apparitionẽ aridæ, intelligit impreſſionẽ formarũ in materiã corporalem. Alij verò ſancti p terrã & aquã primo creatas, intelligunt ipſa elemẽta mũdi, ſub ꝓprijs formis exiſtẽtia. Per ſequẽtia aũt opera, aliquã diſtinctionem in corporibus prius exiſtẽtibus, vt ſupra dictum eſt.* Secũdò aũt differunt quantum ad productionem plantarũ &

raliũ dierũ, & ꝑductionis rerũ. Tertiò, diuerſitatem opinionũ ad modũ productionis rerũ: ubi duo dicit. ſ. ꝙ eſt differentia, & ꝙ non magna. Et qdem ꝙ non magna, tũ ex opere formationis, ſeu diſtinctionis: quia conueniũt, dum ponũt elemẽta primo ꝑducta. Tũ, ex opere ornat⁹, qa cõueniunt, ꝙ primo uirtualiter, deinde actualiter producta ſunt animãlia & plantæ. Quòd uerò dña ſeſtat, i quatuor manifeſtat. Primò, quia poſt primã ꝑductionẽ, fuit tẽpus ſine luce, ſecũdo, ſine firmamento formato: tertio ſine apparitione terræ: quarto, ſine formatione luminarium iuxta primos quatuor dies. Quartò, reſpondet quæſito dicens neutri præiudicãdũ eſſe. ¶ Nota ꝙ S. T. differẽtiã inter Aug. & alios nõ poſuit, niſi i quatuor primis diebus, & nõ i quinto & ſexto. Quia ut ex conuenientia apparet, utrique conueniunt in hoc, quòd uegetabilia & animalia fuerunt ordine temporis facta in actu poſt primam inſtitutionem rerum: quamuis applicando ad literam Geneſ. illi dicant quòd tertio, quinto & ſexto die. Augu. non: ſed cum in principio temporis hæc uirtualiter fecerit, poſt, actu facta ſunt.

Conclu.

* Li. 4. ſup Gẽ. c. 8. & 22. & 34. tom. 3.
Conclu. m.
† Li. 11. de ciui. Dei. c. 5. 7. 10.
5. in dialo. q. 65. ad Oroſiũ ca. 16. tom. 4.
296

284

† Li. 4. ſup Gen. c. 28 tom. 3.
341
344

* q. 16. ar. 1. & 69. art. 1.

* q. 67. ar. 1. & 4. q. 69. ar. 1.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

animalium, quæ alij ponũt in opere ſex dierũ eſſe F ꝓducta ĩ actu. Aug. verò potẽtialiter tñ. † In hoc ergo, ꝙ Aug. ponit opera ſex dierũ eſſe ſimul facta, ſequiť idem modus ꝓductionis rerũ. Nam ſm̃ vtroſq; , ĩ prima rerũ ꝓductione materia erat ſub formis ſubſtãtialibus elementorũ, * & ſm̃ vtroſq;
347 in prima rerũ inſtitutione nõ fuerũt aĩalia & plã-
349 tæ in actu. * Sed remanet differẽtia quãtũ ad qua-
350 tuor: qa ſm̃ alios ſanctos, poſt ꝓductionẽ creatu-
355 ræ, fuit aliquod tẽpus in quo nõ erat lux. Itẽ ĩ quo nõ erat firmamẽtũ formatũ. Item in quo nõ erat terra diſcooperta aquis. & ĩ quo nõ erãt formata
349 cęli luminaria: qđ eſt quartũ. * Quę nõ oportet po G nere ſm̃ expoſitionẽ Aug. Vt igiť neutri ſentẽtiæ ꝑiudiceť, vtriuſq; rationibus reſpondendum eſt.

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ in die in quo creauit Deus cœlum & terram, creauit etiã omne virgultum agri non in actu, ſed antequã oriretur ſuper terram, ideſt potentialiter, quod Aug. aſcribit tertiæ diei: alij verò primæ rerum inſtitutioni.

Ad II dicẽdũ, ꝙ Deus creauit oĩa ſimul quantũ ad rerũ ſubſtãtiã quodãmodo informẽ: ſed quãtũ ad formationẽ q̃ facta eſt per diſtinctionẽ & ornatũ, nõ ſimul. Vñ ſignãter utitur verbo creationis.

Ad III dicendũ, ꝙ in die ſeptimo ceſſauit Deus H à nouis operibus condendis, non autem propagãdis qbuſdam alijs: ad quam propagationem pertinet, quòd poſt primum diem alij ſuccedunt.

Ad IIII dicẽdum, ꝙ nõ eſt ex impotentia Dei quaſi indigẽtis tẽpore ad operãdũ, ꝙ oĩa nõ ſunt ſimul diſtincta & ornata: ſed vt ordo ſeruareť ĩ rerũ inſtitutione: & ideò oportuit vt diuerſis ſtatib⁹ mũdi diuerſi dies deſeruirẽt. Semper aũt ꝑ ſequẽs opus, nouus perfectionis ſtatus mũdo eſt additus.

Ad V dicendum, quòd ſecundum Auguſt. * ille ordo dierum referendus eſt ad naturalem ordinẽ operum, qui diebus attribuitur.

* In locis citatis in princip. corp. art.

Porrecta per totum.

SVPER Q. LXXIIII. ARTIC. III.

Titulus clarus eſt. ¶ In corpore rñdet dupliciter. Primò ſecũdũ Aug. pſona filij exprimitur ĩ oĩ opere, diuerſimodè tñ. ſ. vt principiũ & ut uerbũ in creatione & alijs duob⁹, qa illa ad informitatẽ, hæc ad formationem pertinẽt. ſecundũ alios verò primo creat, deinde impcrat iam facto p ly dixit. Nota ꝙ cũ qſtio ſit de oĩbus, in corpore ſ qñ eſt ẽt rãſio ad primũ ſ. T. rñdet de cõmunibus ad creationẽ & alia, inquantum Deũ reſpiciunt. ¶ In rñſionibus verò argumẽtorum ad alia uerba deſcendit.

361 1.d.13.q. 1.ar.4.

Articvlvs III.

Vtrum Scriptura vtatur conuenientibus verbis ad exprimendum opera ſex dierum.

Ad tertivm ſic ꝓcedit. Vr, ꝙ Scriptura nõ vtať cõuenientibus verbis ad exprimendũ opera ſex dierũ. Sicut. n. lux, & firmamẽtũ, & hmõi opera per Dei verbũ ſunt facta, ita cœlũ & terra: qa oĩa per ipſum facta K ſunt, vt dicitur Ioan. 1. ca. Ergo in creatione cœli & terræ, debuit fieri mẽtio de uerbo Dei, Sicut [h] in alijs operibus.

¶ 2 Prẽt. Aqua eſt creata à Deo: quæ tamen creata non [h] cõmemoratur. Inſufficienter ergo, rerum creatio deſcribitur.

¶ 3 Præt. Sicut diciť Gen. 1. uidit De⁹ cũcta q̃ fecerat: & erãt valde bona. In ſingulis ergo operibus debuit [h] dici, Vidit De⁹ ꝙ eſſet bonũ. Incõueniẽter ergo ꝑtermittiť in opere creationis, & in opere [h] ſecũdæ diei.

¶ 4 Præt. Spiritus Dei eſt Deus. Deo aũt non cõpetit [h] ferri, nec ſitum habere. Inconuenienter ergo dicitur quòd ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas.

¶ 5 Præt. Nullus facit qđ iã factum eſt. Incõueniẽter [h] ergo poſtquã dictum eſt, Dixit Deus, fiat firmamẽtum, & factũ eſt ita: ſubditur, Et fecit Deus firmamentum. & ſimiliter in alijs operibus.

¶ 6 Præt. Veſpere & mane non ſufficienter diuidũt diem [h], cum ſint plures partes diei. Ergo inconuenienter dicitur, quòd factum eſt veſpere & mane dies ſecundus, vel tertius.

¶ 7 Præt. Secundo & tertio nõ cõuenienter correſpõdet vnum, ſed primũ. Debuit [h] ergo dici, Factũ eſt veſpere & mane dies primus, vbi dř dies vnus.

Respon. Dicendũ, ad primũ, ꝙ ſm̃ Aug. * pſona filij cõmemorať tã ĩ prima rerũ creatione, q̃ in rerum diſtinctione & ornatu, aliter tñ & aliter. Diſtinctio. n. & ornatus ptinet ad rerũ formationẽ. Sicut aũt formatio artificiatorũ eſt ꝑ formã artis, q̃ eſt in mẽte artificis: q̃ põt dici intelligibile uerbũ ipſius, ita formatio toti⁹ creaturæ eſt ꝑ verbũ Dei. & ideò ĩ opere diſtinctionis & ornatus fit mẽtio de uerbo. In creatione aũt commemorať filius H vt principiũ, cũ dř, In principio creauit Deus: qa ꝑ creationẽ intelligiť ꝓductio informis materię. Secũdũ * verò alios q ponũt primo creata elemẽta ſub ꝓprijs formis, oportet aliter dici. Baſili⁹. n. dicit, * ꝙ ꝑ hoc qđ dř, Dixit De⁹: importať diuinũ imperiũ. Prius aũt oportuit ꝓduci creaturam quę obediret, quàm fieri mẽtionẽ de diuino imperio.

* Li. 1. ſu. Gen. ad li. c. 3.

1. reſpon.

* Homil. 3. Hexa. poſt medium.

Ad II dicẽdũ, ꝙ ſm̃ Aug. * ꝑ cœlũ intelligitur ſpiritualis natura informis, ꝑ terram aũt materia informis omniũ corporũ. Et ſic nulla creatura eſt ꝑtermiſſa. Secũdũ Baſiliũ † verò ponunť cœlũ & terra tanquã duo extrema, vt ex his intelligantur I media, ꝑcipuè qa omniũ mediorũ motus, uel eſt ad cœlũ, vt leuiũ, vel ad terrã, ut grauiũ. Alij verò dicunt, ꝙ ſub nomine terræ comprehendere ſolet Scriptura omnia quatuor elementa. vnde in Pſa. 148. poſtquam dictum eſt, Laudate dominum de terra, ſubditur, Ignis, grando, nix, glacies.

* Li. 1. de ciui. Dei, ca. 33. circa finem. tom. 5.

† Homil. 1. ſu. Hexam. poſt medium illius.

Ad III dicẽdũ, ꝙ in opere creationis poniť aliqđ correſpõdẽs ei, quod dř in opere diſtinctionis & ornatus: Vidit Deus hoc, vel illud eſſe bonum.

Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt, ꝙ ſpiritusſanct. amor eſt. Duo autem ſunt, vt Augu. * dicit primo ſuper Gen. ad lit. propter q̃ Deus amat K creaturam ſuam, ſ. vt ſit, & vt permaneat. Vt ergo eſſet quod permaneret dicitur ꝙ ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas, ſecundum ꝙ per aquam materia informis intelligitur, ſicut amor artificis fertur ſuper materiam aliquã, ut ex ea formet opus. vt autẽ maneret quod fecerat, dicitur, Vidit Deus ꝙ eſſet bonum. In hoc enim ſignificatur quædam cõplacentia Dei opificis in re facta, nõ ꝙ alio mõ cognoſceret, aut placeret ei creatura iã facta quã antequã faceret. Et ſic in vtroq; opere creationis & formationis, trinitas pſonarũ inſinuať. In creatione qdem perſona patris per Deum creantem: pſona filij per principiũ, in quo creauit: ſpiritusſancti, q̃ ſupferť aquis. Informatione uerò, pſona A Pñs ĩ Deo dicẽte: pſona uerò filij, ĩ uerbo, quo dř: pſona ſpũſſancti, ĩ cõplacẽtia, qua uidit De⁹ eẽ bonũ qđ factũ erat: in ope uerò ſecũdæ diei nõ poniť, Vidit Deus ꝙ eſſet bonũ: qa opus diſtinctionis aquarũ tũc inchoať, & in tertio die pficiť. Vñ qđ ponit in tertia die, refert ẽt ad ſecundam. Vel qa diſtinctio q̃ poniť ſecũda die, eſt de his quæ nõ ſunt manifeſta populo: iõ huiuſmodi approbatione ſcriptura nõ utiť. Vel iterũ pp hoc, ꝙ firmamẽtum ſimpľr, intelľr aer nubiloſus, q non eſt de partibus pmanẽtibus in uniuerſo, ſeu de partib. principalibus mundi. & has tres rõnes Rabbi Moyſes B ponit. * Quidam aũt, aſſignant rationem myſticã ex parte numeri: quia binarius ab unitate recedit. Vndè opus ſecundæ diei non approbatur. *

* Li. 1. ſup Gen. c. 8. circa pñ. tom. 3.

* In ſua perplexi.

* In eodẽ loco.

Ad IIII dicẽdũ, ꝙ Rabbi Moyſes ꝑ ſpiritũ dñi intelligiť aerẽ uel uentũ: ſicut & Plato intellexit: & dicit ꝙ dř, ſpiritus dñi ſm̃ ꝙ ſcriptura cõſueuit vbiq; flatũ uentorum Deo attribuere. Sed ſm̃ ſanctos, ꝑ ſpiritum dñi intelľr ſpiritusſanctus, qui dř ſupferri aquæ, * ĩ. materiæ informi ſm̃ Aug * ne faciendo opera ſua pp indigentiæ neceſſitatem, putareť Deus amare. Indigentiæ. n. amor, rebus quas diligit ſubiiciť. Cõmodè aũt factũ eſt, ut prius inſi C nuareť aliquid inchoatũ, cui ſupferri diceret. Nõ enim ſupferť loco, ſed ꝑexcellẽte potentia, ut Auguſt. * dicit 1. ſup Geneſ. ad lit. Secũdũ Baſiliũ † verò, ſupferebať elemento aquę. ĩ. fouebat & uiuificabat natura aquæ ad ſiľitudinẽ gallinæ cubantis, vitalẽ uirtutẽ his, q̃ fouent, iniiciẽs. nẽt. n. aqua ꝑcipuæ uitalẽ uirtutẽ, qa plurima animalia gñant in aqua. & oĩum animaliũ ſemina ſunt humida. Vita ẽt ſpiritualis dať ꝑ aquã baptiſmi. unde dř Io. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu.

h 357

* Li. 1. ſup Gen. c. 7. l ſue. to. 3.

* Li. 1. ſup Gen. c. 7 l ſue. to. 3.

† Baſil. Homil. 2. in Hexam. a medio illius.

* Li. 2. ſup Gen. ad li. ca. 8. to. 3.

Ad V dicẽdũ, ꝙ ſm̃ Aug. * ꝑ illa tria, deſignať triplex eſſe rerũ. Primò qdẽ eſſe rerũ ĩ uerbo, ꝑ hoc D qđ dixit, Fiat. Secũdò, eſſe rerũ in mẽte angelica, ꝑ hoc qđ dixit, Factũ eſt. Tertiò, eſſe rerũ in ꝓpria natura, ꝑ hoc qđ dixit; Fecit. Et quia in primo die deſcribiť formatio angelorũ, ñ fuit neceſſe ut ibi adderet, fecit. Scđm alios uero pt dici, ꝙ ĩ hoc qđ dicit, dixit Deus, fiat, importať imperiũ Dei de faciẽdo: ꝑ hoc aũt quod dicit, factum eſt, importať complementũ operis. Oportuit autem, ut ſubdereť quomodo factum fuit: præcipuè pp illos q dixerunt omnia uiſibilia per angelos facta. & ideò ad hoc remouẽdum ſubdiť, quod ipſe Deus fecit. Vndè in ſingulis operibus, poſtquã dř, & factum E eſt, aliquis actus Dei ſubditur, uel fecit, uel diſtinxit, uel uocauit, uel aliquid huiuſmodi.

2. reſpon.

Ad VI dicẽdũ, ꝙ ſm̃ Aug. * per ueſpere, & mane intelľr ueſpertina & matutina cognitio in angelis: de quibus dictum eſt ſupra. † Vel ſm̃ Baſiliũ * totum tpš conſueuit denominari à principaliori parte, ſ. à die: ſecundũm ꝙ dixit Iacob, Dies peregrinationis meæ: nulla mentione facta de nocte. Veſpere autem & mane ponunť ut termini diei, cuius mane eſt principiũ, ſed ueſpere finis. Vel qa ꝑ ueſpere deſignať principium noctis, per mane principium diei. Cõgruum autem fuit, ut ubi cõmemorať prima diſtinctio rerũ, ſola principia tẽporum deſignarent. Præmittiť aũt ueſpere: qa cũ à luce dies inceperit, prius occurrit terminus lucis, qđ eſt ueſperẽ, q̃ terminus tenebrarũ & noctis, qđ eſt mane. Vel ſm̃ Chryſoſt. * ut deſignetur ꝙ dies naturalis non terminatur in ueſpere, ſed in mane.

* Li. 4. ſup Gen. c. 22. & 23. † q. 58. ar. 6 & 7. * Baſil. Homil. 2. Hexam. nõ multum remota à fine.

* Hom. 5. in Geneſ. circa medium, ſed clari⁹ Homil. 5. a medio, t. 1.

Ad VII dicendũ, ꝙ dř unus dies in prima diei inſtitutione, ad deſignãdũ ꝙ uiginti quatuor horarũ ſpatia ptinẽt ad unum diem. vndè ꝑ hoc qđ dř Vnus, præfigitur mẽſura diei naturalis. uel pp hoc, ut ſignificaret diẽ conſumari ꝑ redditũ ſolis, ad unum & idẽ punctum. uel quia cõpleto ſepte B nario dierũ, rediť ad primũ diem, qui eſt unus cum octauo. & has tres rationes Baſilius * aſſignat.

* Baſi. Homi. 2. Hexam. non remota à fine.

QVAESTIO LXXV.

De homine qui ex ſpirituali & corporali ſubſtantia componitur, & primò quantum ad eſſentiam animæ, in ſeptem articulos diuiſa.

AD SECVNDVM dicēdū, ꝙ aīæ intellectiuæ non debet corp⁹ ꝓp ipſam itellectualē operationē ſm ſe: ſed ꝓp ſenſitiua uirtutem, q̄ requirit organum æqualiter cōplexionatū. Et ideò oportuit aīam intellectiuam tali corpori vniri, & non ſimplici elemēto uel corpori miſto i quo excederet ignis ſm quantitatem: quia non poſſet eſſe æqualitas cōplexionis ꝓp excedentem ignis actiuam uirtutē. Hēt aūt hoc corpus æqualiter complexionatum quandam dignitatem, ꝑ hoc, ꝙ eſt remotū à contrarijs.

c 455

AD TERTIVM dicēdū, ꝙ partes aīalis, ut oculus, manus, caro, & os, & hmōi, nō ſunt i ſpē: ſed totū. & iō non pōt dici propriè loquendo, ꝙ ſint diuerſarū ſpecierū: ſed ꝙ ſint diuerſarum diſpoſitionū. Et hoc competit aię intellectiuæ, quæ quamuis ſit vna ſm eſſentiam, tñ ꝓp ſui perfectionem eſt multiplex in virtute. Et ideò ad diuerſas operationes indiget diuerſis diſpoſitionibus in partibus corporis cui unitur. Et propter hoc uidemus, quòd maior eſt diuerſitas partium in animalibus perfectis, quā in imperfectis, & in his, quàm in plantis. 378

AD QVARTVM dicendum, ꝙ aīa intellectiua, qa eſt vīum cōprehēſiua, hēt uirtutē ad infinita. Et iō non potuerunt ſibi determinari à natura vel determinatæ exiſtimationes naturales, vel ēt determinata auxilia, uel defenſionū uel tegumentorū: ſicut alijs animalibus, quorum animæ habent apprehenſionem & virtutem ad aliqua particularia determinata. Sed loco horū oīum, hō habet naturaliter rōnē & man⁹: quæ ſunt organa organorū: quia per ea homo poteſt ſibi præparare inſtr̄a infinitorum modorum, & ad infinitos effectus.

b 63

457 b

In rñſione ad tertium nota, quòd rñſio, redarguit argumentum, quòd peccat ſecundum non cauſam ut non, n. immediatè vniri materiæ primæ infert imperfectionem formæ, ſed dare illi primum ſm perfectionis gradum. Vndè hinc habes ꝙ eſſe formam propinquam materiæ primæ cōtingit dupliciter. Vno modo quo ad vnionem, & ſic omnis forma ſubſtantialis eſt æque propinqua materiæ primæ, quia in ipſa immediate recipitur, & penes hanc propinquitatem non attēditur perfectio vel imperfectio formarū ſubſtantialium. Alio modo, quo ad graduale perfectionem, & ſic non omnis forma eſt æque propinqua materiæ primæ. Sed quāto aliqua forma ē ꝓpinquior materiæ, tanto imperfectior, & quanto magis elōgata, tāto perfectior. Et ſic formæ elementorum dicuntur imperfectiſſimæ & immediatæ materiæ, & primæ formæ eius, & deinde miſtorum & ſic deinceps, vocatur āt forma propinquior materiæ ſecūdum perfectionem, quæ primum ordine gñationis gradū perfectionalem dat tantum: remotior verò quæ primum & ſecūdum & ſic procedēdo, data latitudine in quolibet gradu.

¶ In rñſione ad quartum, vbi miſtio elementorum tractatur, longius eſſet habendus ſermo, ſi cuncta adducenda eſſent obiecta. Vndè in loco proprio in primo de generatione requirantur: hic ſat ſit rationes has tractare. Tria ergo ſunt in hac rñſione. Primo, opinio Auicen. quæ ſatis efficaciter impugnat. Secūdò, opinio Auerrois in 3. cœli: comm. 67. Cuius rationes ſunt, quia, ſi corrumperentur totaliter, non ſaluaretur ratio elementi, nec materia reciperet formas miſtorum medijs elementis: ſed primo & eſſentialiter om. Ad quas nos dicimus, ꝙ optimè ſaluatur ratio elementi, quia elementū eſt, ex quo fit aliquid cum inſit actu vel virtute. Et ꝙ materiam recipere formas miſtorum immediatè, poteſt dupliciter intelligi. Primo quo ad vnionem formæ cum materia, & ſic eſt neceſſarium: alio mō quo ad traſmutationem, & ſic mediant elementa, ita ꝙ elementa media ſunt in tranſmutatione, non in informatione. Vel dicatur, ꝙ non ſolū in fieri, ſed in eſſe elemēta ſunt media, nō formaliter, ſed virtualiter: ſicut & manent nō formaliter: ſed virtualiter. Sed aduerte hic, ꝙ Auerroiſtæ deridens ſecundam rationem S.T. contra Auerroim, quia manifeſtè patet in cōmento illo, ꝙ Auerr. poſuit formas elemētorū eſſe ſubſtantias, medias aūt iter ſubſtantias pfectas, & accidentia, & ex earū imperfectione q̄ ꝓximæ ſunt accidētibus, poſſunt ſuſcipere magis & minus, & non poſuit aliqd mediū inter ſubſtantiā & accidēs. Sed iſti dum derident, q̄ ſe deriſibiles exhibeāt ſi viderent, tacerent. Non penetrant ſubtilitatem formalitatemq; S.T. qui ad philoſophos loquebatur, non ſciolos. Ad cuius euidentiā ſciendum eſt, ꝙ rō San. Tho. non tendit contra concluſionem, ſed contra rationem Auer. Suſtentatur.n. Auer. ſuper ratione medij, vt expreſſe patet in commēto illo, ita ꝙ ideo dicit eſſe poſſibile, formas elemētorū ſuſcipere magis & minus, quia eſſe earum eſt medium inter formas ſubſtantiales perfectas, & accidētia. Contra hāc rationem arguit S.T. quia inter ſubſtantiam & accidens, impoſſibile eſt eſſe aliquid habens uerè rationē medij. Et verificatur hoc nō ſolum accipiēdo totum genus ſubſtantiæ ex una parte, & accidentium ex alia, ſed ſumendo quancunque ſubſtantiam ex vna parte: quia, vt patet. 10. Meta. mediū oportet eſſe eiuſdem gñis cū extremis, nulla aūt ſubſtantia eſt eiuſdem gñris cū accidente. Si dicatur ꝙ Auer. non loquitur de uerè medio per participationē, hoc eſt, quod volumus quia ex hoc habetur quòd nulla ſuit rō ſua ex ratione medij vt medium eſt: & hoc intendebat Sanctus Thomas. Et confirmatur: quia aut ratio ſua fundatur ſuper ratione medij, & tunc, aut per participationē: hoc non, vt patuit. Aut ꝑ abnegationē, & hoc non, vt de ſe patet. Aut per comparationem: & hoc non, quia forma elementi non eſt accidens in reſpectu ad ſubſtantiam, & ſubſtantia in reſpectu ad accidēs, ſed eſt abſolutè ſubſtācia. Et ſimiliter non verificatur, ꝙ ſuſcipit magis & minus in reſpectu ad ſubſtantiam & non ſuſcipit in reſpectu ad accidens: quia apud ipſum abſolutè ſuſcipit magis & minus, & ſecundum veritatem non ſuſcipit abſolutè. Aut ꝑ appropinquationem, de hoc proculdubio intendit. Sed nihil infert, quia aut ratio fundatur ſuper ratione medij, & nulla eſt, quia non eſt verè mediū. Aut ſuper ipſa appropinquatione naturæ, & tūc nihil aliud eſt dicere, niſi ꝙ quia formæ elementares ſunt imperfectiſſimæ, & viciniſſimæ accidentibus, iō ſuſcipiunt magis & minus. Et apparet tunc duplex defectus. Primò, ꝙ rō medij non eſt ad propoſitum, vt ſubtiliter excluſit S.T. Secundò, ꝙ ratio aſſignata eſt nulla, quia ex hoc ꝙ aliquid eſt imperfectiſſimum, & infimum in aliquo gñe, non excluditur à communibus conditionibus ſui gñis, ſed potius eo ipſo ꝙ infra genus continetur, illas habet: conſtat ꝙ ſuſcipere magis & minus communis eſt conditio generis ſubſtantiæ, ut patet in prædicamentis. Taceant ergo, & voluntariè fateantur Auerroim eſſe locutū, & nō ex medij rōne, vt ſic loqui ſe credidit.

Porrecta per totum

373 2. d. 8. q. 1. art. 3. & d. 2. Et 2. d. 1. q. 1. art. 3. Et ma. 9. 5. art. 3. co. Et ſpi. art. 7. Et de anima art. 8.

¶ Tertiò in hac reſponſione S. Th. ponit opinionē propriam, ꝙ elementa remanent nō actu, ſed uirtute. Sed aduerte, ꝙ elementa remanere virtute pōt dupliciter intelligi. Vno mō in forma ſubſtantiali miſti, eo modo quo vegetatiuum eſt in forma ſenſitiua, & hæc eſt opinio Scot. in 2. Sen. d. 15. Alio mō in qualitate quæ eſt propria diſpoſitio ad formam miſti, & hæc eſt opinio S.T. Et quāmuis opinio Sco contra viam S. T. ſit, & rationi aduerſetur, quia non eſt eadem proportio formæ ꝑfectionis puta ſenſitiuæ ad formas ſpecificas elemētorū & ad gradus genericos, vt quēadmodum hos continet, ita illas contineat, qm̄ illarum prædicatio ſibi repugnat, non autem horum. Et ſenſui contradicit, quia operatio elementi non æquè perfectè, aut perfectius eſt in forma miſti: ſed lōgè imperfectior: cuius oppoſitionē videmus in omnibus virtualiter clauſis in formis poſterioribus. ſenſitiuum enim perfectiori modo operatur opera vegetatiui, quàm purè vegetatiuum: quia tamen non eſt contra præſentem intentionem, in qua pluralitatem formarum excludimus, diſcutienda relinquatur in loco proprio: ſed hæc ſint ad differentiam opinionis Sancti Thomæ dicta.

SVPER QVAEST. LXXVI. ART. V.

Cap. 2. d. 32. q. 1. con. 1.

TItulus clarus eſt.

¶ In corpore duo. Primò, reſpondet quæſito vna concluſione affirmatiuē. Secūdò, ex concluſione deducit duo corollaria. Concluſio reſponſiua eſt. corpus cui vnitur anima intellectiua oportet ꝙ ſit miſtum, & maximè ad æqualitatem reductū, qualeeſt noſtrū. Probatur ſic. Anima intellectiua exigit corpus habens has duas conditiones: ergo. Probatur conſequentia, quia ex forma accipitur rō materiæ, quoniam materia eſt ꝓp formā, & nō econuerſo. Antecedēs verò quoad primā partē. ſ. ly miſtum, pluraliter, Aīa intellectiua non hēt inditā cognitionem intellectiuā: ergo exigit corpus organum tactus: ergo medium inter contraria, ergo miſtum. Antecedens huius probationis ꝓbatur, ex eo ꝙ tenet infimum gradū in ordine intelligētiā, ac per hoc eſt in pura potentia, ut patet ex ſupradictis. Prima conſña probat, quia natura nō deficit in neceſſarijs, requiſitum autem necuſ in aīa oportet ꝙ ſiat ex ſenſibus, vt patet, & Dio. cōfirmat. Secūda verò conſña ꝓbatur, quia oēs ſenſus fundant ſuper tactū, vt patet in 3. de Aīa. Tertia aūt probatur, quia organū tactus debet eſſe in potētia ad contraria calidū & frigidū, & reliqua tangibilia. Quarta aūt relinquitur per ſe nota, quia conſtat corpus aīalis non poſſe eſſe mediū per abnegationē, immò nullum corpus pōt eſſe in potentia ad tangibilia, vt medium per abnegationem. Secūda aūt pars antecedentis, ſ. maximè reductum ad æqualitatē, probatur ſic: aīa intellectiua hēt perfectiſſimè uirtutē ſenſitiuā, ergo exigit corpus maximè ad æqualitatem reductū. Antecedens probat, quia inferius perfectius cōtinetur in ſuperiori: vt patet per Diony. conſequentia probatur eadem radice, quia ſ. vt ſenſitiua fundat ſuper tactū: conſtat. n. ꝙ quantò organum tactus fuerit æqualius, tantò melius percipiet, qa ab excellentijs remotus melius diſcernit.

Lib. 2. de aīa tex. 4. & 5. to. 2.

449 368

¶ Corollaria ſūt duo. Primū, ꝙ ex hoc homo præſtat tactu cæteris aīalib. Secūdum, iter hoīes meliorem hñs tactum, eſt melioris ingenij. Patet ſequela huius de primo ad ultimū, & declarat ſigno ex 2. de Anima.

ARTICVLVS VI.

Vtrum anima intellectiua uniatur corpori, mediantibus diſpoſitionibus accidentalibus.

AD SEXTVM ſic proceditur. Vr, q anima intellectiua vniatur corpori mediantib. aliquibus diſpoſitionibus accidentalibus. Oĩs.n.forma, eſt in materia ſibi propria & [h] diſpoſita. Sed diſpoſitiones ad formã ſũt accidentia qdã. Ergo oportet p̃ intelligi accidẽtia aliqua in materia ante formam ſubſtãtialẽ: & ita ante animam, cum aĩa ſit quędam ſubſtantialis forma.

¶ 2 Pręt. Diuerſę formæ vnius ſpẽi, requirũt [h] diuerſas materię partes. diuerſæ aũt partes nõ pñt intelligi niſi ſm diuiſionem dimenſiuarum quantitatum [c]. Ergo oportet intelligere dimẽſiones in materia, antẽ formas ſubſtãtiales, quę ſunt multæ unius ſpęciei.

¶ 3 Præt. Spirituale [h] applicatur corporali per contactũ virtutis. Virtus autem aĩæ eſt eius potentia. Ergo vr, quòd anima vnitur corpori mediante potẽtia, quæ eſt quoddam accidens.

SED CONTRA eſt, q accidens eſt poſterius ſubſtantia & tpe, & rõne, vt dr in * 7. Meta. Non ergo forma accidẽtalis aliqua, põt intelligi i materia antè animã, quæ eſt forma ſubſtãtialis.

RESPON. Dicendum, quòd ſi anima vniretur corpori ſolũ vt motor, nihil prohiberet, immò magis neceſſarium eſſet, eſſe aliquas diſpoſitiones medias inter animam & corpus: potentiã.ſ. ex parte aĩæ, per quam moueret corpus, & aliquam habilitatem ex parte corporis, per quã corpus eſſet ab aĩa mobile. Sed ſi aĩa intellectiua vnit corpori vt forma ſubſtãtialis, ſicut iã.ſ. dictum eſt *: [m] impoſſe eſt, q aliqua diſpoſitio accidẽtalis cadat media inter corpus & aĩam, vel inter quancũq; formã ſubſtantialem & materiã [n] [d] ſuã. Et huius rõ eſt: quia cum materia ſit in potentia ad oẽs actus ordine quodam, oportet q id quod eſt primum ſimpliciter in actib. primo in materia intelligatur. Primum autem inter oẽs actus, eſt eſſe. Impoſſibile eſt ergo intelligere materiã prius eſſe calidã vel quantã, q̃ eſſe in actu. Eſſe aũt in actu hẽt per formã ſubſtãtialẽ, q̃ facit eſſe ſimpliciter: vt iã dictũ eſt. * Vñ impoſſibile [d] eſt, q quæcunq; diſpoſitiones accidẽtales p̃exiſtant in materia ante formã ſubſtãtialẽ, & p cõſñs neque antè animam.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q ſicut ex prædictis * patet, forma perfectior, virtute continet quicquid eſt inferiorũ formarũ. Et iõ una & eadẽ exiſtens, perficit materiam ſm diuerſos pfectionis gradus. Vna.n. & eadem forma eſt per eſſentiam, per quam hõ eſt ens actu, & per quam eſt corpus, & per quã eſt viuũ, & per quam eſt animal, & per q̃ eſt homo. Manifeſtũ eſt autem, q unumquodq; genus, conſequuntur propria accidentia. Sicut ergo materia præintelligitur perfecta ſm eſſe, antè intellectũ corporeitatis, & ſic de alijs, ita præintelliguntur accidentia, quæ ſunt propria entis, antè corporeitatem. Et ſic præintelliguntur diſpoſitiones in materia ante formam, non quantum ad omnem eius effectum: ſed quantum ad poſteriorem.

SVPER QVÆST. LXXVI. ART. VI.

Ferr. 2. cont. c. 71. Capr. 2. d. 13. q. 1. con. 3. & d. 18. q. 1. con. 5.

IN titulo, hoc ſolum aduerte, quòd hic eſt ſermo de mediatione informationis, non autem tranſmutationis tantùm. Itaquòd quæſtio eſt: vtrum in inſtanti quo anima recipitur in materia, medient inter ipſam & materiam accidentia aliqua, quibus prius natura, etſi nõ tpe, materia informetur, q̃ ipſa forma ſubſtantiali. Et eſt quæſtio contra Auerr. & vniuerſaliter contra omnes ponentes idem numero accidẽs, in genito & corrupto ſaluari.

¶ In corpore duo facit. Primò tradit, quid ſecundùm Platon. reſpondendum eſſet, ſcilicet affirmatiuè. Secundò, quid ſecundum determinata, quia negatiuè. Primum de ſe patet. Secundum eſt concluſio reſponſiua. Anima & uniuerſaliter omnis forma ſubſtantialis recipitur in materia, nullo mediante accidẽte. Probatur ſic. Materia eſt in potentia ad omnes act[us] ordine quodam. ergo primò ad eſſe in actu. ergo ad formam ſubſtantialem. ergo prius recipitur forma ſubſtantialis, ac per hoc anima, quàm quodcunque accidens. Antecedens patet ex 7. Metaphyſico. prima cõſequentia probatur: quia eſſe in actu eſt actus primus ſimpliciter. ſecunda verò, quia ſola & omnis forma ſubſtantialis facit eſſe ſimpliciter. tertia relinquitur p ſe nota.

¶ Circa hanc rationem aduerte, quòd dupliciter cauillari poteſt. Primò quantum ad ordinem, dicẽdo, quòd materia eſt primò in potentia ad eſſe ſubſtantiale primitate intentionis, non autem primitate executionis, quia primũ in intentione, eſt vltimum in executione: & ideò prius ordine generationis recipit diſpoſitiones accidentales, q̃ formam ſubſtantialem. Secundò, quantum ad ſecundam conſequentiam: quia conceſſo, q eſſe in actu eſt prius ordine generationis, non ſequitur. ergo eſſe datum à forma ſubſtantiali, eſt prius ordine generationis, ſed q eſt ſophiſma conſequentis: quia eſſe in actu commune eſt omnibus prædicamentis, vt patet 3. Phyſi. text. 4. ac per hoc clauditur intrinſecè in eſſe accidẽtali, & conſequenter faciendo eſſe quantum, aut quale, fit eſſe in actu. Et ſic nihil aliud concluditur ex hoc, q eſſe eſt primus actus ordine generationis, niſi q prius fit eſſe in actu, quã eſſe tale, quod ſaluatur et in forma accidentali, quia dum calor fa F cit eſſe calidum, prius natura dat ly eſſe, quam ly calidum. Non ergo ex hoc põt inferri. ergo prius recipit formam ſubſtantialem. Sed ad hæc breuiter, & ſimul dr, q ſermo præſens principaliter eſt de ordine gñationis, ita q materia eſt in potentia ad oẽs actus ordine generationis, ac per hoc ad actum primũ ex natura ſua ordine generationis eſt primo ordine generationis in potentia: & conſequẽter prius recipit illum, ordine executionis. Quòd autem forma ſubſtantialis ſit prior accidẽte ordine generationis, probatur ſufficienter in litera ab effectib[us] earum formalibus: quia ſcilicet eſſe in actu, eſt prius quàm eſſe tale: quod nõ ſolum verificatur, pro ptera quia in quolibet eſſe, prius intelligitur eſſe, quã ſpecificatio eius, vt obij ciendo tactum eſt, quod eſt extra propoſitum: ſed neceſſario eſt verum, & intentum in propoſito, propterea quia nulla res poteſt ſuſcipere eſſe tale, niſi prius natura de ipſa verificetur abſolutè, quòd habet eſſe. Impoſſibile eſt.n. imaginari domum ſuſcipere eſſe album, aut pulchrum, niſi imaginemur, quòd domus ipſa eſt abſolutè, ſeu ſine additione aliqua. Si ergo materia ſecundùm ſe nullum eſſe in actu habet, impoſſibile eſt imaginari, quòd fit tale, ſi non prius natura de ea verificetur, quòd habet eſſe abſolutè, & ſine additione aliqua: ſed dare eſſe ita quòd ſine additione aliqua verificetur de aliquo quòd eſt, eſt proprius effectus formalis formæ ſubſtantialis, vt ſuperius declaratum fuit. ergo impoſſibile eſt, materiam prius recipere accidens quod facit ſolum eſſe tale, quàm formam ſubſtantialem, quæ facit eſſe ſimpliciter, id eſt ſine additione aliqua. Nullum eſt ergo ſophiſma arguere ex hoc, quòd eſſe ſimpliciter, id eſt ſine additione aliqua, eſt primus actus ordine generationis, ergo forma ſubſtantialis, quia hoc non clauditur intrinſecè in forma accidẽtali, ſed præſuppoſitiuè, ſed in forma ſubſtantiali tantùm, & ideò iſta eſt prior ordine generationis. Eſt autem ratio apparentiæ in argumento, quia eſſe poteſt dici abſolutè, dupliciter. Vno modo per abſtractionem & ſimpliciter, & ſecundum quid, & hoc modo ſimpliciter dicimus, quòd eſſe dicitur de eſſe in omnibus generibus, & ſic accipiebatur in arguẽdo, & hoc modo eſſe nec excludit, nec includit ſimpliciter, aut ſecundùm quid. Alio modo, per excluſionẽ ſecundum

Porrecta per totum.
374
2. cõtra. c. 71. Et veritas q. 15. ar. 4. cor. Et ma. q. 4 artic. 4. cor. Et ſpi ritu. ar. 3. Et de aĩa ar. 9. & ar ti. 10. cor. Et 2. li. de anima. lec. 1. fin.
368
* Li. 7. Meta. text. 4. tom. 3.
* Art. 1. huius quæſt. Concl. in D. 542.
* Art. 4. huius quæſt. D. 578.
* Art. 4. & 4. huius quæſt.

AD II dicendum, q dimẽſiones quantitatiuæ ſunt accidentia conſequẽtia corporeitatẽ, quæ toti materiæ conuenit. Vndè, materia iam intellecta ſub corporeitate & dimẽſionibus, poteſt intelligi, ut diſtincta in diuerſas partes: ut ſic accipiat diuerſas formas, ſecundum ulteriores perfectionis gradus. Quàmuis enim eadem forma ſit ſecundum eſſentiam, quę diuerſos perfectionis gradus materiæ attribuit, ut dictum eſt: * tamen ſecundùm conſiderationem rationis differt.

AD III dicendum, q ſubſtãtia ſpiritualis, quæ unitur corpori ſolùm ut motor, unitur ei per potentiam uel uirtutẽ. Sed anima intellectiua corpori unitur, ut forma per ſuũ eſſe. * Adminiſtrat tamen ipſum, & mouet per ſuam potentiam & uirtutem.

ARTICVLVS VII.

Vtrũ anima uniatur corpori animalis, mediante aliquo corpore.

AD SEPTIMVM ſic proceditur. Vr, q anima uniatur corpori animalis, mediante aliquo corpore. Dicit.n. Aug. 3. * ſuper Geneſim ad literam, q [b] anima per lucem.i.ignem & aerẽ, quæ ſunt ſimiliora ſpiritui, corpus adminiſtrat. Ignis autẽ & aer ſunt corpora. Ergo anima unitur corpori humano, mediante aliquo corpore.

¶ 2 Præt. Id, quo ſubtracto, ſoluitur unio aliquorũ unitorum, vr eſſe [h] medium inter ea. Sed deficiente ſpiritu, aĩa a corpore ſeparat. Ergo ſpiritus, q eſt quoddã corpus ſubtile, medium eſt in unione corporis & animæ.

¶ 3 Præt. Ea, q̃ ſunt multum [h] diſtantia, non uniunt niſi per medium. Sed anima intellectiua diſtat à corpore, & qa eſt incorporea, & qa eſt icorruptibilis. Ergo vr, q uniatur ei mediante aliquo, qđ ſit corpus incorruptibile. & hoc uidet eſſe aliqua lux cœleſtis, quæ conciliat elementa, & redigit in unum.

SED CONTRA eſt, quod Philoſophus dicit in * 2. de Anima, q non oportet quęrere ſi unum eſt anima & corpus: ſicut neq; ceram & figurã. Sed figura unitur cerę nullo corpore mediante. ergo & anima corpori.

RESPON. Dicẽdum, q ſi anima ſecundùm Platonicos corpori uniret ſolũ ut motor, [e] conueniẽs eſſet dicere, q inter animam hominis uel cuiuſcunque aĩalis & corpus, aliqua alia corpora media interuenirẽt. cõuenit.n. motori, aliquid diſtans p media magis ppinqua, mouere. Si uerò aĩa unit corpori ut forma, ſicut iã dictũ * eſt: [m] impoſſibile [d] eſt, q uniatur ei aliquo corpore mediãte. * Cui[us] rõ eſt, quia ſic dr aliquid unum, quõ & ens. Forma aũt per ſeipſam facit rem eſſe in actu, cum p eſſentiam ſuam ſit actus, nec dat eſſe p aliquod medium. Vñ, unitas rei compoſitę ex materia, & forma ẽ p ipſam formã, q̃ ſm ſeipſam unitur materię, ut actus ei[us]. Nec eſt aliqđ aliud uniens niſi agẽs, quod facit materiam eſſe in actu: ut dicit in * 8. Metaphyſic. Vnde, patet eſſe falſas opiniones eorum, qui poſuerũt aliqua corpora eſſe media inter animã & corp[us] hominis. Quorũ, quidam Platonici dixerunt, q anima intellectiua habet corpus incorruptibile ſibi naturaliter unitũ, à quo nunquã ſeparatur, & eo mediante vnitur corpori hoĩs corruptibili. Quidã uero dixerunt, q unitur corpori mediante ſpiritu corporeo. Alij uerò dixerũt, q unit corpori mediãte luce, quã dñt eẽ corp[us], [e] & de natura quintę eſſentię. ita q anima uegetabilis unit corpori mediãte luce cęli ſiderei, anima uerò ſenſibilis mediãte luce cęli cryſtallini: aĩa uerò intellectualis, mediante luce cęli empyrei. Qđ fictitiũ & deriſibile apparet. Tũ, qa lux nõ eſt corpus, * Tũ, qa quinta eſſentia nõ uenit materiałr i cõpoſitionẽ corpis miſti: cũ ſit

ſecundum quid, & incluſionẽ ſimpliciter: & hoc mõ, dicimus ſ actu A ſignato, q forma ſubſtantialis dat eſſe ſimpliciter, & in actu exercito, q per formã ſubſtantialẽ ignis eſt, p calorẽ uerò ignis non eſt, ſed eſt calidus. Et ſic uſus eſt S. Tho. eſſe ſimpliciter ſeu abſolutè in ppoſito. Vñ patet q diuerſimodè ſumit eſſe, cũ dr, q calor faciẽdo eſſe calidũ, dat pri[us] eſſe, q̃ calidum: & cũ dr, q forma ſubſtantialis dat eſſe. Et utrobique ſumit ly eẽ abſolutè: quã ibi eſſe dicat actũ cõfuſẽ & potentiale ad ſimpliciter & ſecũdũ qd: hic verò, dicat actũ excludẽ ſecundum quid.

¶ In rñſione ad primũ, aduerte pp inſtantiam, quę poſſet fieri de ordine reali, q forma exigit materiam realiter diſpoſitã, & nõ ſolũ ordine rõnis. Aduerte igitur, q formã uniri materiæ diſpoſitæ, poteſt quadrupliciter intelligi. Primò, diſpoſitionibus præcedentibus ordine durationis. Et ſic uerificat: qa immediatè añ inſtans gñationis, materia erat ſummẽ diſpoſita p formã itroducta. Secũdò, diſpoſitionib. ſimultaneis: & hoc mõ ẽt eſt verũ qa in inſtanti introductionis formę ſubſtantialis, adſunt ẽt oẽs diſpoſitiones requiſitæ in ipſa materia. Tertiò, diſpoſitionibus ſimultaneis, p̃ſuppoſitis in reali ordine naturę. Et ſic eſt falſum, formam uniri materiæ diſpoſitę: qa ipſa forma præcedit reali naturę ordine, oĩa accidentia: ut in corpore articuli probatũ eſt. Quartò, diſpoſitionibus ſimultaneis & p̃ſuppoſitis ordine naturæ, ſecundũ intellectum. Et hoc mõ eſt uerum, non de ipſa forma ſubſtantiali abſolutè, ſed de ipſa ſecundũ poſteriorem eius gradum & effectum. Non eſt quidẽ uerum de ipſa: quia materia ſecundũ ſe ipſam nulla eget diſpoſitione ad hoc, vt ſuſcipiat formã ſubſtantialẽ ſi nihil addatur, quia eſſe tale diſpoſitionẽ ut recipiat formã ſubſtantialẽ talẽ. Eſt aũt uerum de ipſa, quantũ ad ulteriorẽ gradum: quia, ut in litera dicitur, formã ſubſtantialẽ ut ſic, intelligit cõmitari proprietates entis & ſub ſtantiæ: ac per hoc capacẽ eſſe corporeitatis, quam comitantur dimenſiones &c. Et ſic intelligitur capax mixtionis, quã ſua accidentia comitantur: & ſic ſp forma ſecundũ ulteriorẽ gradũ, & effectũ formalẽ, & accidentia propria, perfecta intelligit aduenire materiæ diſpoſitæ. Vñ patet, q propoſitio illa maxima, Forma & actus ſit in materia diſpoſita, uniformiter uerificatur: duobus modis, realiter. ſ. diſpoſitionibus præcedentibus & ſimultaneis, loquẽdo utrobique de ordine durationis: & uno mõ ſecundùm rationem, loquẽdo de ordine naturæ: & hunc nõ poſuit hic S. Tho. quia erat obſcurus. Et hæc bene memoria, in tota hac materia. De qua & materia ſequentis articu. uide in Cõmentariis de ente & eſſentia, ſi noſtra uideris.

SVPER Q. LXXVI. ART. VII.

Ferr. 2. cont. c. 72.

TItulus clarus eſt. ¶ In corpore tria. Primò, rñdet ſecundũ poſitionẽ Platonis, & dicit q conueniẽs eſſet ponere aliquod medium pp diſtantiam naturæ animæ à natura corporis: quoniam illa motor incorruptibilis, hoc mobile corruptibile: & ideò medium aliud cõuenit. Secundò, quid ſecundùm poſitionẽ determinatũ. concluſio rñſiua, Aĩa nõ uniri poteſt, mediãte aliquo corpore. Probatur dupliciter. Primò, rõne. Forma ſeipſa immediatè facit formaliter cõpoſitũ ex ſe, & materia ens in actu. ergo & vnũ. Añcedẽs probatur. qa forma p eſſentiã ſuã eſt actus. conſequẽtia pbatur: qa unũquodque eodẽ mõ eſt ens & unũ. Secundò, probatur authoritate 8. Metaphy. Tertiò, excludit opiniones oppoſitas, enumerans tres earũ, & tertiã triplicẽ excludẽs. oĩa clara ſunt in litera.

¶ In rñſione ad tertiũ, aduerte, q reſpõſio innuit hãc diſtinctionem, q multum diſtantia dupliciter: diſſimilitudine cõditionum, uel proportione coniunctionis. primo modo, forma & materia multũ diſtant, non ſecundò. Et inter multum diſtantia primo modo tantùm, nõ oportet eſſe

* Art. 4. huius quæſt.
b 471
Porrecta per totum.
375
Locus ſupra art. 6. inducta.
* Li. 3. ſup Gene. c. 5. tom. 3.
* Lib. 2. de aĩa tex. 7. tom. 2.
471
* Ar. præcedẽti. Et ar. 1. hui[us] quæſt. Conclu. in D. 542.
* Li. 8. Meta. tex. 15. in fi. to. 3.
455 b
342 b

eſſe medium: ſed inter diſtãtia utroq; nõ oportet eſſe media.

SVPER QV. LXXVI ARTIC. VIII.

Aegi. 1. 5. d. 8. q. 3. a. prin. Alb. Mag. 1. d. 8. art. 26.

TItulus clarus eſt. ¶ In corpore. Primò, quid ſecundũ poſitionẽ Platonis diceretur, ſ. negatiuè reſpondendũ eſſet. Secundò, ſecundũ veritatem dicẽdo, rñdet quæſito affirmatiuè. Tertiò, oſtẽdit differẽtẽ modũ, quo anima eſt in toto & partibus, i fine articuli. ¶ Primũ eſt clarũ, qd non ſolũ repetitum toties eſt à S. Thoma, ut quaſi opinio Platonis ut dubia ſit tractaretur, ſed ut oſtendat continuè, quãta oritur diuerſitas ex illa radice, & confirmetur intẽtũ, ex differentia inter unionẽ ꝑ modũ motoris, & ꝑ modum formæ. ¶ Quoad ſecundũ, cõcluſio rñſiua eſt. Anima eſt tota in toto, & tota in qualibet parte. Et probatur tali ordine. Primò, ꝓbat q anima in toto & i qualibet parte eſt. Secundò, q in toto, & qualibet parte, eſt tota. Primũ probat dupliciter, ſeu tripliciter. Primo ex differẽtia inter formã ſubſtantialẽ & accidẽtalem, ſic. Dare eſſe formale toti, & non partibus ſingulis, eſt cõditio propria formæ accidentalis. ergo nõ cõuenit animæ, quæ eſt forma ſubſtãtialis. Antecedẽs declaratur in formis, quæ ſunt cõpoſitio & ordo. Secundò ex effectu, ſic. Recedẽte anima, nec totũ nec partes remanẽt, niſi æquiuocè. ergo anima eſt actus toti° & partiũ. Antecedẽs probatur authoritate Philoſophi 7. Metaph. & ratione, quæ poteſt eſſe tertia probatio ſeorſum à ſigno, ſic. Recedente anima, nulla pars corporis retinet proprium opus. ergo non remanet eiuſdem ſpeciei. ergo anima erat in eis. Antecedẽs patet ad ſenſum: prima conſequentia patet, quia retinẽs ſpeciẽ, retinet operationem. ſecũda uerò, quia actus eſt in eo cuius eſt actus, ac per hoc, cum anima recedens ſit ille actus partiũ, quo habebãt illa opera, ergo in eis erat. Secundum uerò probat tali ordine. Primò, diſtinguit triplicem totalitatem. Secundò, comparat eas ad formas in communi. Tertiò, applicat quæſtionem propoſitã ad formas habẽtes oẽs totalitates, & ſoluit eã. Quartò, deſcendit ad intentum reſpondendo quæſito diſtinctẽ.

¶ In primo horum ponitur triplex totalitas: quãtitatiua, eſſentialis & poteſtatiua, iuxta triplex genus totius & partium.

¶ In ſecundo ponitur differentia inter totalitatem quãtitatiuã & alias, reſpectu formarum quoad hoc quòd illa non inuenitur in formis, niſi per accidens, iſtæ per ſe: illa in ſolis formis, quæ indifferenter reſpiciunt totum & partes, illæ non ſic: quia perfectio eſſentiæ, & rationis, & eſſe principium operationis per ſe, conuenit formæ. Ex his ſequitur tertia differentia, quòd illa non inuenitur in anima, præcipuè animalium perfectorũ, ſic. & tenet ſequela, quia anima non eadem habitudine reſpicit totum & partes, quia requirit manifeſtè diuerſitatem in partibus corporis.

¶ In tertio dicit tria. Primum eſt, q ſi fiat hic qõ de albedine, & forma habente oẽs illas totalitates, oportet diſtinguere de totalitate quantitatiua &c. Secũdũ, q de duabus totalitatibus ſ. quantitatiua & uirtuali, rñdendum eſt negatiuè, quia una pars eſt extra aliã: & in maiori quãto, eſt maior uirt°. Tertiò, q de totalitate eſſentiali reſpondendum eſt affirmatiuè.

¶ In quarto, dicit tria. Primò, quòd nõ oportet diſtinguere i aĩa, de oĩbus totalitatibus, ſed eſſentiali & uirtuali tñ. probatur: quia nõ eſt quãta per ſe, nec per accidens. Secundò, reſpõdet quæſito affirmatiuè, quoad totalitatem eſſentiæ. Anima ſecundũ eſſentiã eſt tota in toto, & tota i qualibet parte. Tertiò, ſecundum totalitatem uirtualẽ, negatiuè. ſ. q nõ eſt tota in qualibet parte, ſed ſecundũm unam potẽtiam in una parte, & aliam in alia.

¶ Quoad tertiũ principale, ponit differentiam inter modũ eſſendi totam animã i toto, & in qualibet parte. In hoc modo enim differt aĩa, q quamuis toti & cuilibet parti conueniant in hoc, q anima eſt in eis ut actus, differunt tamen in modo, quia anima eſt actus totius, ut per ſe primò perfectibilis: ſingularum uerò partium, ut partium primò perfectibilis.

¶ Circa hæc dicta, ſunt multa dubia. Primum eſt, circa totalitatem quantitatiuam, quid ſit differẽs habitudo formæ ad totum & partes, quæ comitatur in extenſionem formæ. Aut enim diuerſa illa habitudo attenditur penes diſtinctionem primi perfectibilis à non primo perfectibili in actu, & hoc nõ, quia ſic omnis forma eſſet inextenſa; quoniam omnis forma reſpicit totum ut primum perfectibile in actu, partes uerò non ut primum perfectibile, ſed ut partes primi. aut penẽs diſtinctionem primi perfectibilis à non primo, tam actu, quàm potentia: ita q pars nec ſit, nec eſſe poſſit primum perfectibile à tali forma. Et hoc non, quia ſic anima uegetatiua eſſet inextenſa: quoniam ſic differẽter reſpicit totum & partes, quòd totum eſt eius primo perfectibile, & nulla pars eius poteſt ei reſpondere ut primo perfectibile, quoniam nulla pars plantæ, habet omnia organa plantæ, ſine quibus non habetur ratio primi perfectibilis, ut patet ex diffinitione animæ. aut penẽs diſtinctionem perfectibilis à non perfectibili, ita q pars ſic perficiatur in toto à forma, q extra totum non poſſit eſſe perfectibilis tali forma. & hoc nõ, quia ſic forma minimi naturalis eſſet inextenſa: quoniam nulla eius pars poteſt tali forma ſeorſum perfici. Nullo igitur modo, uidetur poſſe intelligi differentem habitudinem ad totum & partes comitari inſeparabiliter negationem totalitatis quãtitatiuæ in forma.

b 455 369 74

* In li. de motu animaliũ, c. 6. non remote a fi. tom. 4

369 c

Porrecta per totum. 376

1. diſt. 8. q. 5. ar. 3. Et 2. vſ. c. 72 & li. 4. ca. 67. fin. Et de ſpiritu ar. 4. Et d aĩa, ar. 10. Et opu. 60 ca. 47.

inalterabilis: ſed uirtualr tãtũ. Tùm ẽt, quia anima immediatè corpori unit ut forma materiæ.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q Aug. loquitur de anima inquatũ mouet corpus. vnde utit uerbo adminiſtrationis. Et uerum eſt, q partes groſſiores corporis per ſubtiliores mouet. Et primũ inſtrũm uirtutis motiuæ eſt ſpũs, ut dicit Philoſophus in libro de cã motus * animalium.

AD II dicendum, q ſubtracto ſpiritu, deficit unio animæ ad corpus, non quia ſit mediũ, ſed quia tollitur diſpoſitio, per quam corpus eſt diſpoſitum ad talem unionem. Eſt tamen ſpiritus medium in mouendo, ſicut primum inſtrumentum motus.

AD III dicendum, q anima diſtat à corpore plurimum, ſi utriuſque cõditiones ſeorſum conſiderentur. Vndè, ſi utrumque ipſorum ſeparatim eſſe haberet, oporteret q multa media interuenirẽt. Sed inquantũ anima eſt forma corporis, non habet eſſe ſeorſum ab eſſe corporis: ſed per ſuum eſſe corpori vnitur immediatè. Sic.n. & quælibet forma, ſi conſideretur ut actus, habet magnam diſtantiam à materia, quæ eſt ens in potentia tantum.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum anima ſit tota in qualibet parte corporis.

AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur, q anima non ſit tota i qualibet parte corporis. Dicit.n. Philoſophus in * lib. de cã motus animalium. Nõ opus eſt in unaquaq; corporis parte eſſe animã: ſed in quodã principio corporis exiſtẽte aĩa viuere: eo q ſimul nata ſunt facere ꝓprium motum ꝑ naturam.

¶ 2 Præt. Aĩa eſt in corpore cuius eſt actus. Sed eſt act° corporis organici. Ergo nõ eſt niſi in corpore organico. ſed nõ quælibet pars corporis hominis eſt corpus organicũ. ergo aĩa nõ ẽ i qualibet parte corporis tota.

¶ 3 Præt. In * 2. de Anima dr, q ſicut ſe hẽt pars animæ ad partẽ corporis, vt viſus ad pupillã, ita aĩa tota ad totũ corpus animalis. Si igit tota aĩa eſt in qualibet parte corporis, ſeqt q quælibet pars corporis ſit anima.

¶ 4 Præt. Oẽs potẽtiæ animæ, in ipſa eſſentia aĩæ fundant. Si igitur anima tota eſt in qualibet parte corporis, ſequit q omnes potẽtiæ animæ ſint in qualibet corporis parte: & ita uiſus erit in aure, & auditus in oculo. quod eſt inconueniens.

¶ 5 Præt. Si i qualibet parte corporis eſſet tota aĩa, quælibet pars corporis immediatè depẽderet ab aĩa. Nõ ergo una pars depẽderet ab alia, nec una pars eſſet principalior q alia, qd eſt manifeſtè falſum. nõ ergo anima eſt i qualibet parte corporis tota.

SED CONTRA eſt, quòd Aug. dicit in * 6 de Tri. quòd anima

* Cap. 7. parum a prin. to. 4

* Lib. 2. de aĩa tex. 9. tom. 2.

* Lib. 6 de Trin. c. 6. tom. 3.

¶ Dubium

in quocunque corpore, & in toto eſt tota, & in qualibet eius parte tota eſt.

RESPON. Dicẽdum, q ſicut in alijs iã dictum * eſt: ſi anima vniretur corpori ſolum vt motor, poſſet dici, q non eſſet in qualibet parte corporis, ſed in vna tñ, per quã alias moueret. Sed quia aĩa vnitur corpori vt forma, neceſſe eſt, q ſit i toto, & in qualibet parte, corporis. non.n. eſt forma corporis accidẽtalis, ſed ſubſtãtijs. Subſtãtialis autem forma nõ ſolũ eſt ꝑfectio totius, ſed cuiuſlibet partis. Cũ.n. totũ conſiſtat ex partibus, forma totius, q non dat eſſe ſingulis partib° corporis, eſt forma, q eſt cõpoſitio & ordo, ſicut forma domus, & talis forma eſt accidẽtalis. aĩa verò eſt forma ſubſtãtialis. Vñ oportet, q ſit forma & actus nõ ſolum totius, ſed cuiuſlibet partis. Et ideò recedente aĩa, ſicut nõ dr animal, & homo niſi æquiuocè, quemadmodũ & animal pictum vel lapideũ, ita eſt de manu & oculo, aut carne & oſſe, vt Philoſophus * dicit. Cuius ſignum, eſt q nulla pars corporis hẽt proprium opus anima recedente: cũ tñ oẽ qd retinet ſpeciem, retineat operationẽ ſpeciei. Actus aũt eſt in eo cuius eſt actus. Vñ oportet aĩam eſſe in toto corpore, & in qualibet eius parte. * & q tota ſit in qualibet parte ei°, hinc cõſiderari põt: qa cũ totũ ſit qd diuidit in partes ſm triplicẽ diuiſionẽ, eſt triplex totalitas. * Eſt.n. quoddã totum, quod diuiditur in partes quãtitatiuas, ſicut tota linea, vel totũ corpus. Eſt ẽt quoddam totum, qd diuiditur in partes rõnis & eſſentiæ: ſicut diffinitũ i partes diffinitionis, & cõpoſitum reſoluitur in materiã & formam. Tertiũ aũt totum eſt potentiale, qd diuiditur i partes virtutis. primus aũt totalitatis mod° ñ cõuenit formis, niſi fortè ꝑ accidẽs: & illis ſolis formis, q habẽt indifferẽtẽ habitudinem ad totum quãtitatiuũ & partes eius. Sicut albedo quãtũ ẽ de ſui rõne, æqualiter ſe habet, ut ſit i tota ſuperficie, & in qualibet ſuperficiei parte. Et ideò diuiſa ſuperficie diuidit albedo ꝑ accidens. Sed forma, q reqrit diuerſitatẽ in partib°, ſicut eſt aĩa, & pcipuè animaliũ pfectorũ, ñ æqualiter ſe hẽt ad totũ, & partes. vnde non diuiditur ꝑ accidẽs, ſ. per diuiſionẽ quantitatis. Sic ergo totalitas quãtitatiua, non põt attribui aĩæ, nec ꝑ ſe, nec ꝑ accidẽs. Sed totalitas ſcda, q attẽdit ſm rõnis & eſſentiæ pfectionẽ, ꝓpriè & ꝑ ſe cõuenit formis. Similiter aũt & totalitas virtutis, qa forma eſt operationis principiũ. Si ergo qrerẽt de albedine, vtrũ eſſet tota in tota ſuperficie, & i qualibet ei° parte: diſtinguere oporteret, qa ſi fiat mẽtio

¶ Dubium ſecundo eſt circa eandẽ totalitatem: quia S. T. a communi opinione diſcordare vt hoc in loco, eo q ponat præter animã intellectiuã, aliquã aliam formã in materia inextenſam, ſ. animam ſenſitiuã animaliũ pfectorum, cum tñ vix poſſit ſuſtineri: q aĩa intellectiua deforis veniens, informet ſecundũ eſſe, & ſit inextenſa. Tũ, quia ſequitur idem diuiſibile ſimul moueri & queſcere. Tum quia ſequeretur, q manus intelligeret, exiſtẽte ibi eſſentia aĩæ, & conſequenter intellectu. Voluntariè quoq; & abſq; probatione aliqua dicit hoc, vt patet litera, & in 2. contra Gent. ca. 72. quod non decet Philoſophum.

¶ Dubiũ tertiò eſt circa totalitatẽ eſſentialẽ, quia male dr illam conuenire formis & aĩæ ꝑ ſe. Qualia aut intendit poſitiuè, & ſic conſtat eſſe falſũ, quia nõ habet partes eſſentiales, cũ ſit ſimplex. Aut negatiuè, & ſic ei cõtingit totalitas quãtitatiua animæ intellectiuæ, nã caret partibus quantitatiuis, quẽadmodũ & eſſentialibus, ipſi pari rõne dicendũ erat, q nõ hẽt eſſentialẽ totalitatẽ, ſicut nec quãtitatiuã.

¶ Ad primũ horũ di. q intelligitur ſecundũ ſtã differens habitudo. Sed oportet q ſubintelligatur de totaliter differenti, & non ſecundum quid. Ad cuius euidentiam ſciendum, triplex eſſe gen° formarũ. Quædã omnino æqualiter reſpiciẽt totũ & partes, vt primũ pfectibile, & tales ſunt formæ mere naturales, vt aq. ignis, & aliorũ huiuſ modi. Et loquimur de formis quarũ eſt ex parte ſui, & de toto & partibus abſolutè, & nõ de tãto toto, aut tãta parte: liquet enim q forma aquæ quantũ eſt ex ſe, indifferenter reſpicit vt primũ pfectibile materiã bicubitã & cubitalem, quæ ſunt totum & pars, & ſic de alijs. Nec inſtãtia de partibus minimi mouere debet, quia mutatur totum in tñ, & pars in partem tantam: quod eſt ſophiſma figuræ dictionis. minimum.n. ſignificat totum tñ, & ſimiliter pars eius. Iam aũt diximus q ſermo noſter eſt abſolutè comparãdo formã ſpecificã ad totũ & partes, vt primo pfectibile. Quædã verò ſunt omnino inæqualiter reſpicientes totum & partes. Et hæc ita totum ſibi vendicant ut primum perfectibile, q nulla pars ſeorſum põt habere rõnem, non ſolum primi perfectibilis, ſed nec perfectibilis: hmõi aũt eſt proculdubio aĩa intellectiua, & vt videbitur, aĩæ animaliũ perfectorũ. Nec te moueat q abſciſſa tibia aut brachio, anima perficit reliquã partem. quia ſecundũ veritatẽ, reliquũ corpus, in quo membra principalia reſtãt, nõ propriè vocat pars, ſed totũ imperfectũ qd in tñ differt à parte rõne q in 5. Met. Ariſt. fecerit ꝓpriũ capitulũ de colobon, i. truncato. Quædã aũt ſunt mediæ formæ, q partim æqualiter, & partim inæqualiter reſpiciũt totũ & partes: & hæ ſunt, quæ ſic totum reſpiciunt vt primo perfectibile, q partẽ poſſunt habere nõ ut primũ pfectibile ſimpliciter, ſed ſecundũ quid. Et tales ſunt aĩa vegetatiua & ſenſitiua animaliũ imperfectorum: hæ enim ita totum animatum corpus ex omnibus organis ex propria rõne ſibi uendicant vt primo pfectibile, q tñ in partib° eius ſeorſum ſaluari poſſunt, nõ vt in primo pfectibili ſimpliciter, vt accidit in formis naturalibus, ſed ſecũdũ qd. Et inter has eſt latitudo. nã vegetatiua ſaluatur in parte, vt in primo pfectibili ſecundum qd, ideſt virtualiter: qm pars in eis eſt totũ corpus organicum uirtualiter. Sẽſitiuũ aũt imperfectorũ eſt in parte, ut in primo pfectibili ſecũdũ qd, ideſt ſecũdũ quãdã rõnem particularẽ, ſ. ſecũdũ rõnẽ corporis. Eſt.n. pars deciſa uiuẽs, uerè quoddã corp° animatũ totum, non tñ eſt uerè quoddã totum animal. Vñ cũ in litera dr, q totalitas quãtitatiua inuenit ꝑ accidens in ſolis formis, q indifferẽtẽ habent habitudinẽ ad totũ & partes, intelligitur ut ad primũ pfectibile, ſiuè ſimpliciter, ſiue ſecundum quid. Et per oppoſitũ, cũ dr illas formas eſſe inextenſas, quæ differentem habẽt habitudinem ad totũ & partes, intelligitur ut ad primũ pfectibile, excludẽdo tñ ſimpliciter q ſecũdũ quid: ita q, illa tñ pars totũ differenter reſpicit, q nec põt eſſe talis formæ primum perfectibile ſimpliciter, nec ſecũdũ qd: & ſic eſt totaliter differẽs habitudo formæ ad totum & partes. In cæteris uero ẽ aliquo modo cõueniens, & aliquo modo differens. Et per hoc patet reſponſio ad primum dubiũ.

¶ Ad ſecundũ dubiũ dicitur, q doctrina hic tradita, eſt quidem contra modernorum communem phantaſiam, ſed non contra philoſophicas rationes: parum eſt autem de horum authoritate curandum. Cum autem dr, q ſine ratione hoc eſt dictum, reſpondetur q ratio inſinuata eſt à poſteriori. quia ſcilicet diuerſam totaliter habet habitudinem ad totum & partem ipſa forma ex propria ratione. Si enim habet totaliter diuerſam habitudinem ad totum & ad partes, hoc prouenit ex indiuiſibilitate formæ. Quia ſi diuideretur forma ad diuiſionẽ totius, iã pars formæ proportionaretur parti corporis, & cũ pars quantitatiua formæ ſit tota eſſentia formæ. ergo ipſa forma ſecundum rationem ſuæ eſſentiæ nõ habet totaliter diuerſam habitudinem ad totum & ad partes: ſed utrumq; ſcilicet tam totum quàm partem reſpicit ut proportionatum perfectibile. Et confirmari põt iſta ratio, quia, forma extenſa ex ui ſolius diuiſionis, non deſinit eſſe ſecundum illam partẽ quã habet in parte deciſa: immò q quodammodo erat per modũ potentiæ perficiens, & fit actu ſeorſum, ut patet in formis naturalibus. ergo a deſtructione cõſequẽtis, ſi ex ſola diuiſione pars deciſa non poteſt retinere eandem ſpeciem, ergo non erat extẽſa & diuiſibilis ad diuiſionem ſubiecti. Poteſt quoq; principalis hæc concluſio de animabus animalium perfectorũ probari

* Ar. præc.

369

* Lib. 2. de aĩa tex. 9. tom. 2.

Eod. m

577

40 c

40

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

per hoc, q̶ forma extenſa in maiori eſt maior, & in minori minor, ſecũdum virtutẽq; in maiori quãtò eſt maior virtus, loquendo de virtutibus extenſis. In aĩalibus verò, videmus ſæpe totũ oppoſitum, eo q̶ aĩalia magni corporis ſcdm rõnẽ ſpeciei ſuæ, videmus debiliora illis eiuſdẽ ſpeciei, q̃ ſunt cõmẽſuratæ magnitudinis, ſiquam aĩa nõ ſufficiente ad tantam corporis molem fouendũ. Nõ eſt ergo ſine rõne dictũ, q̶ aĩæ aliquæ præter intellectiuã ſunt tantæ pfectionis, quòd ſunt inextẽſæ, tam p ſe, q̃ p accidens: quãquã potẽtiæ oẽs earũ ſint extẽſæ p accidẽs: qualitates.n. ſũt corporis partibus accõmodatæ. Ad ea, q̃ cõtra indiuiſibilitatem aĩæ intellectiuæ adducunt, facilè rñdet, negãdo cõſequẽtias: primã quidẽ, quia aĩa nõ mouet neq; p ſe, neq; per accidẽs ad motũ unius tñ partis, ſed totius: & rõ ẽ: quia i nulla parte eſt diffinitiuè, ideſt, ita in ea q̶ nõ i alia. Spirituale aũt nõ mouetur p accidẽs, niſi ad motũ illi⁹ in quo eſt diffinitiuè. Et ꝓpter hanc eandem rationem, angelus nõ mouetur ad motum cœli, quãmuis moueretur ad motum eius, ſi totum cœlũ mutaret locũ ſubiecto. Secũdã verò: quia plus requiritur ad hoc, q̶ corpus aliquod denominet̃ intelligẽs, q̃ q̶ ſit compoſitũ ex anima itellectiua & corpore: exigitur.n. q̶ ly, corpore, ſupponat pro corpore primo perfectibili ab ipſa aĩa: q̃ñ oportet eſſe animal & ſuppoſitum quoddã, id qđ intelligit. Tale autẽ nulla eſt pars, ſed Sortes tantum.

¶ Ad tertium dubiũ duppliciter rñdet̃. Primò, q̶ totalitas eſſentialis eſt duplex, ſ. ex partibus ſecundum rẽ: & hæc non conuenit formæ, ſed eſſentiæ cõpoſitæ, & ex partibus ſecũdũ rõnẽ ſuæ diffinitionis: & hæc cõuenit formis: ita q̶ ſic totalitas eſſentialis ſumit̃ poſitiuè, ſed diſtribuit̃ p partibus diffinitionis, non rei: & eſt dicere q̶ eſt totũ eſſentialiter, i. ſecundum omnes partes ſuæ diffinitionis intrinſecas. Secũdò dicitur, q̶ ſicut totum idem eſt quod perfectum, ita totalitas eſſentialis ſumitur pro perfectione eſſentiali. Vtraq; autem totalitas, per ſe conuenit formis: quoniam & diffinitur unumquodq; & perfectionem habet, ratione formæ. Et vtraq; reſpõſio tangitur in litera: prima, vbi dicitur quoddam totum eſſe quod diuiditur in partes rationis & eſſentiæ, vt diffinitum & econuerſo. Secunda ubi dicitur, quòd iſta totalitas attenditur, ſecundum rationis & eſſentiæ perfectionem. Et ſecundum vtranque reſponſionem, dicitur forma tota poſitiuè.

* In iſto art.

de totalitate quantitatiua, quã habet albedo per accidens, nõ tota eſſet ĩ qualibet parte ſuperficiei. & ſimiliter dicẽdũ eſt, de totalitate virtutis. magis.n. põt mouere viſum albedo, q̃ eſt in tota ſuperficie, q̃ albedo, quæ eſt ĩ aliqua eius particula. Sed ſi G fiat mẽtio de totalitate ſpeciei & eſſentiæ, tota albedo eſt in qualibet ſuperficiei parte. Sed qa aĩa totalitatẽ quãtitatiuam nõ hẽt, nec p ſe nec p accidẽs, vt dictum eſt,* ſufficit dicere, q̶ aĩa tota eſt i qualibet parte corporis ſcdm totalitatẽ pfectionis & eſſentiæ, nõ aũt ſcdm totalitatem virtutis: qa non ſcdm quamlibet ſuam potentiã eſt in qualibet parte corporis: ſed ſcdm viſum in oculo, ſcdm auditũ in aure, & ſic de alijs. Tñ attẽdendũ eſt, q̶ qa aĩa requirit diuerſitatẽ in partibus, nõ eodẽ mõ cõparat ad totũ, & ad partes: ſed ad totũ qdẽ primò & p ſe, ſicut ad proprium & proportionatum perfectibile: ad partes autem per poſterius ſcdm quòd partes habent ordinem ad totum.

Ad primvm ergo dicendũ, q̶ Philoſophus loquitur de potentia motiua animæ.

Ad ii dicẽdũ, q̶ aĩa eſt actus corporis organici, ſicut ꝓportionati & primi perfectibilis.

Ad iii dicendum, q̶ animal eſt quod componitur ex anima & corpore toto, qđ eſt primũ & proportionatum eius perfectibile. ſic autem, anima nõ eſt in parte. Vnde non oportet q̶ pars animalis ſit animal.

Ad iiii dicẽdũ, q̶ potentiarum animæ q̃dã ſunt in ea ſcdm q̶ excedit totam corporis capacitatẽ, ſ. intellectus & uolũtas.* Vnde hmõi potentiæ in nulla parte corporis eſſe dicuntur. Aliæ uerò potentiæ ſunt communes animæ & corpori. Vnde talium potentiarum non oportet q̶ quælibet ſit in quocunq; eſt anima, ſed ſolũ in illa parte corporis, quæ eſt proportionata ad talis potẽtiæ operationẽ.

Ad v dicẽdũ, q̶ vna pars corporis dicit̃ eſſe principalior q̃ alia, ꝑp potẽtias diuerſas, quarum ſunt organa partes corpo- H ris. quæ enim eſt principalioris potẽtiæ organũ, eſt principalior pars corporis: vel q̃ ẽt eidẽ potẽtiæ principaliꝰ deſeruit.

QVAESTIO LXXVII.

De his, quæ pertinent ad potentias animę in generali, in octo articulos diuiſa.

I DEinde cõſiderãdũ eſt de his, q̃ ꝑtinẽt ad potentias animæ. Et primo i generali. Scđò in ſpeciali.

Circa primũ quæruntur octo.

¶ Primò, Vtrum eſſentia animę ſit in eius potentia.

F probata. concluſio eſt. Impoſſibile eſt aĩæ ſubſtantiã, eſſe ſuam potentiã. Rõ prima eſt. Operatio aĩæ non eſt in genere ſubæ: ergo nec potentia operatiua. Et ſic nõ eſt ſubſtantia. Antecedens probatur: quia hoc eſt proprium Dei, q̶ operatio ſit ſubſtantia. conſequẽtia probatur: Potẽtia eſt in eodem genere in quo eſt actus. ꝓbat̃: quia actus & potẽtia diuidũt ens & quodlibet genus entis. Et quia rõ extendit ſe ad potẽtiã operatiuam cuiuſq; creaturæ, ideò ſequit̃ corollariũ, in mõ extẽſiue, q̶ in ſolo Deo eſſentia ſit potentia: ſicut operatio eſt ſubiecta in eo ſolo. Secunda rõ eſt ducens ad impoſſibile: circa quã ſic proceditur. Primò, ponitur ipſa cõſequentia, cũ eius ꝓbatione. Si eſſentia aĩæ eſſet immediatũ principiũ ſuæ operationis, ſemp habens animã, haberet actu opera uitæ: ſed hoc eſt falſum. ergo et conſequẽtia ꝓbatur dupliciter: primò, quia aĩa ſecundum eſſentiã eſt actus. ſecundo à ſimili, ſicut ſemp eſt viuũ. Deinde excluditur obiectio, q̃ poſſet contra ꝓbationẽ conſequentiæ adduci: dicendo, q̶ anima eſt actus talis, id eſt ordinat⁹ ad vlteriorẽ actum: quia eſt actus primus, ut dr in 2. de aĩa. Et hoc excludit dupliciter: primò interimendo, q̶ hoc conueniat animæ ſecundum eſſentiam: quod probat: quia ſecundum eſſentiam eſt ultimus terminus generationis: ergo non ordinatur ad vlteriorẽ actũ. Secundò, oſtendendo quomodo hoc cõuenit animæ, ſ. ſecũdũ quod ſubeſt ſuæ potentiæ. Deinde probat falſitatem conſequentis, dupliciter, primo experientia. ſecundo ex diffinitione animæ: deinde inferi intentam cõcluſionem principalem. Et demum, exprimit radicem rationis pro concluſione intenta: quia ſcilicet, nihil eſt in potentia ſecundum actum, inquantum eſt actus.

K ¶ Cõtra primam rationem arguit Scotus in 2. diſt. 16. quæſt. 1. ſic. Potentia ſpectans ad idem genus cum actu, eſt potentia quæ eſt differentia entis, ſcilicet potentia obiectiua. ergo æquiuocè infertur ex hac radice de potentijs animæ. Antecedens probatur: quia de potentia obiectiua eſt uniuerſaliter vera illa maxima: de receptiua uerò, eſt quaſi ſemper falſa: quia excepto genere ſubſtantiæ, ut plurimum ſubiectum formæ alicuius prædicamenti, non eſt ex illius, ſed alterius generis. conſequentia patet. quia potentiæ animæ ſunt potentiæ operatiuæ, & receptiuæ, vt in pluribus. Et confirmatur. Tum, quia aliter eſſet proceſſus in infinitum niſi ueniretur ad ſubſtantiam, quæ eſſet immediatum receptiuum accidentis. Tum, quia 7. Meta. proprium eſt ſubſtantiæ non fieri niſi ſubſtantia præſuppoſita: quantum autem uel quale fit nullo quantò, aut quali præexiſtente, niſi in potentia. ergo ſubſtantia eſt immediatũ principiũ accidẽtis. Tũ, quia apud te, anima eſt immediatum principium ſuarum potentiarum, quæ ſunt accidentia, ut dicis. Et

365
385
394

SVPER QV. LXXVII. ARTIC. I.

S. Bona. 2. 5. d. 16. q. 1. *Scot. 2. 5. d. 16. q. 1.*
Ricar. 2. 5. d. 16. q. 1. *Egi. 1. 5. d. 3. q. 1. art. 2.*
Alb. Mag. p. diſt. 5. art. 14.

IN titulo nota, ly ſit ſecundum rem.

¶ In corpore vna eſt cõcluſio reſpõſiua negatiuè, dupliciter

ſimiliter apud te, aĩa eſt immediatũ receptiuũ aliquarũ potentiarũ, puta intellectus & uolũtatis, nõ ergo ꝑximũ principium actiuũ ſiuè paſſiuũ: & actus, ſunt eiuſdẽ gñis etiam apud te.

¶ Contra ſecundam rõnem arguitur multipliciter. Primò arguit Scot. ibidẽ cõtra illã ſimilitudinẽ ſic. Anima eſt principiũ viuẽdi formale, operãdi uerò effectiuũ. ergo nõ eſt ſimilis rõ de eſſe uiuo & operatiua actu. Antecedẽs patet: conſequentia probatur ex differentia inter hæc genera cauſarum: quia cauſa actiua poteſt eſſe i primo tñ abſque ſecundo actu, formalẽ uerò implicat eẽ abſq; effectu formali. Secundo arguo contra probationem ſic. Negatio formalis nõ infert identicam, ſed iſtiũ, actus vt ſic nõ eſt in potentia, & vltimus terminus generationis vt ſic, non ordinatur ad vlteriorem actum: nõ eſt negatio niſi formaliter ergo ex eis nõ ſequit̃: ergo res, quę eſt act⁹. ergo res quæ eſt terminus generationis, nõ ordinatur ad vlteriorem actũ, ubi eſt negatio identica: qđ tamẽ in litera infertur, alioquin non haberet intentum.

Ad II. dicēdū, φ circa effectū luminis, eſt duplex opinio. Quidā .n. dicunt, φ lumē requirit̃ ad viſum, vt faciat colores actu viſibiles. Et ſm hoc ſiſr requirit̃, & pp idē intellect⁹ agēs ad intelligēdū, pp quod lumen ad vidēdū. Scdm alios verò, lumē G requirit̃ ad videndū, nō pp colores ut fiant actu uiſibiles: ſed ut mediū fiat actu lucidū, vt Cōm. dicit in * 2. de aia. Et ſm hoc, ſimilitudo qua Ariſ. aſſimilat itellectū agētē lumini, attēdit̃ quātū ad hoc, φ ſicut hoc eſt neceſſariū ad uidendum, ita illud ad intelligendum: ſed non propter idem.

Ad III. dicēdū, φ ſuppoſito agēte, bñ cōtingit diuerſimodè recipi ei⁹ ſimilitudinē in diuerſis pp eorū diſpoſitionē diuerſam. Sed ſi agēs nō pexiſtit, nihil ad hoc faciet diſpoſitio recipiētis. Intelligibile āt i actu nō eſt aliqd exiſtēs in rerū natura q̃tū ad naturā rerū ſenſibiliū, q̃ non ſubſiſtūt pter materiā. Et iō ad H itelligēdū ñ ſufficeret imaterialitas itellect⁹ poſſ, niſi adeēt intellect⁹ agēs, q faceret itelligibilia i actu p modū abſtractiōis

F te fiunt lumen in phantaſma, & φ phātaſma illo ſuffultū lumine producat ſpēm, quemadmodū corpus illuminatū mouet viſum. Sed φ ipſe intellectus agens eſt lumē, quo ſplēdet obiectiuē phātaſma ſcdm quidditatē in eo exiſtētē, & ſic producit̃ ſpēs ab utroq;, ita φ ab intellectu agēte immediatē pcedit vtrūq; ordine tñ quodā: q̃a prius natura illuſtratur phātaſma, quàm à ſe, & à phātaſmate actuet̃ intellect⁹ poſſibilis, & eſt ſimile, ſi fingam⁹ lucē corporis lucētis nō diffundere lumē i medium ſed approximatū corpori ipſū illuſtrando viſibilem redderet ac ſic videri. Vñ S. T. in 2. cōtra Gen. c. 77. expreſſè dicit, φ actio intellectus agētis in phātaſmate, pcedit receptionē intellect⁹ poſſibilis. Et in eodē c. exprimēs quid ſit actio iſta, dicit in aia intellectiua eſt virtus actiua in phātaſmata, faciens intelligibilia in actu &c. Colonāt quoq; huic poſitioni dicta eiuſdē in eodem li. c. 63. vbi dicit. Ari. attribuit poſſibili intellectum pati ab intelligibili: ſuſcipere ſpēs intelligibiles eſſe in potētia ad eas &c. Vbi patet φ contra ſpēs intelligibiles diuidit intelligibile in actu: non .n. pati pōt intellectus ab intelligibili niſi in actu. In quæſtione quoque de anima q. 15. dicit, φ intellectus agens per phantaſmata facta ab eo intelligibilia in actu, cauſat ſcientiam in intellectu poſſibili.

* Li. 3. de aia textu 18. to. 2.

ctionis procedendum eſt. effectus luminis duplex eſt .ſ. formalis & obiectiuus: Formalis qdē eſt, eſſe luminatiuum, vt patet in diaphano. Obiectiu⁹ verò eſt, apparere, vt patet in colore, color .n. non apparet niſi illuſtratus. Abſtractio autem in qua non eſt mendaciū, cū cōſiſtat in acceptione unius & non alterius ſibi coniuncti, eius proprius quaſi effectus eſt, apparere unū, nō apparendo aliud, vt de ſe patet. Vndè in propoſito imaginor, φ cū in phantaſmate ſit natura hæc adueniente lumine intellectus agentis, phantaſma illuſtratur nō formaliter, vt diaphanum, ſed obiectiuè, ut color, quia illuſtratione ſplendet atque relucet in phantaſmate non totū quod eſt in eo: ſed quidditas ſeu natura tñ, & non ſingularitas illius ei coniuncta, ita φ iſta illuminatio eſt abſtractiua, quia facit apparere unum .ſ. quodqd eſt, non apparendo aliud .ſ. principiū indiuiduantia: ac per hoc ſplēdet in phantaſmate intelligibile in actu, natura .ſ. abſtrahēs ab hic & nunc, & tale intelligibile in actu mouet intellectū poſſibilem. Et ſi quæritur, cur non relucet ēt ſingularitas, in promptu cauſa eſt. Quia ſingularitati materiali, de qua eſt ſermo, repugnat eſſe intelligibile in actu, quidditati autem non, niſi rōne talis ſingularitatis. Vndè ſicut lumen corporeū facit colorē pomi apparere, & non ſaporem, aut odorē, quia repugnat his reddi apparibiles lumine, non aūt coloritāta quidditas rei ſenſibilis poteſt reddi apparibilis lumine, non autem illius ſingularitas. Quod ex eo patet, φ ſpecies intelligibiles non poſuimus generari tales, φ ſint ſimilitudines ſingulariū. Nec ex hoc ſequit̃, φ ſingularitas materialis à nullo intellectu ſit per ſe intelligibilis, q̃m intelligi eam poſſe per ſpeciem non ab ipſa, ſed aliundè habitam, nihil obſtat prædictis: non .n. ſic ipſa ſingularitas eſt actu intelligibilis, niſi extrinſeca denominatione ab illa ſpecie ſumpta. Nec ex his pono, φ phantaſma ſit ens intelligibile: ſed φ in phantaſmate illuſtrato relucet actu intelligibile, ipſum autem phantaſma eſt de genere ſenſibilium. Nec hoc eſt mirabile, contemplantibus vim abſtractionis, & perſpicuè videntibus φ hoc nihil aliud eſt, q phantaſma illuſtrari quo ad unū, & nō quo ad aliud. Nec ſuperfluit propterea ſpecies intelligibilis, ſicut non ſuperfluit ſpecies viſibilis, & tamen color eſt actu viſibilis. Nec propterea intellectus agens minus principaliter aut mediatè concurrit ad ſpeciei productionē: immo cum unum quodq; agat ſcdm φ eſt actu, & phantaſma non hēat intelligibile in actu, niſi lumine intellectus agentis, confiteor, φ ipſum lumen ſit primū agens, & immediatū, nullum .n. inter ipſum & ſpēm mediat agens. Non .n. eſt imaginādū, φ ab intellectu agē-

I ¶ Ad obiecta vero in oppoſitum facile rñdetur, notando, φ intelligibile in actu inuenimus dupliciter, formaliter & obiectiuè. Formaliter, eſt ſpēs intelligibilis cum reliquis immaterialibus. Obiectiuè verò, eſt quidditas relucens in phantaſmate, lumine intellectus agentis. Dña autem multipliciter eſt inter utrumq; quia formale eſt immateriale ſcdm eſſe, obiectiuū verò ſcdm relucentiam tñ. Et ideò formale abſtrahit ab hic & nūc ſcdm eſſe: obiectiuum uerò, ſecundùm relucentiam tñ. Formale, qd eſt ſpecies intelligibilis, ſecundùm ſe totum, non eſt niſi ſimilitudo quidditatis: obiectiuum verò vt ſic, quidditatis tantū eſt imago, ſecundùm tñ totum quod eſt, repræſentat ſingularitatem materialem, quia in eſſendo materiale eſt. Et iō diligenter ac cautè oportet attendere in hac re vocabula quid formaliter importēt, ut formaliter loquamur. Phātaſma .n. ſonat imaginē ſingularē, & iō ſimpliciter concedat̃, φ eſt de genere ſenſibiliū & materialiū, & non abſtrahentium ab hic & nunc. Et φ eſt intelligibile in potētia, & φ poteſt comprehendi à cogitatiua &c. ¶ Sed quidditas in phātaſmate illuſtrata lumine intellect⁹ agētis, ſonat aliquid à ſenſibus eleuatū, & abſtractum per relucentiam ipſius & non relucentiam indiuiduantium ſenſibiliū materialium &c. Et ppea concedo, φ ei⁹ intelligibilia in actu. Et cū

K di, ergo una res .ſ. phantaſma eſt in duobus generibus .ſ. ſenſibili & intelligibili, concedit̃ ſcdm diuerſa eſſe, quia ſcdm reale eſt ſenſibilis, & ſcdm eſſe relucentiæ eſt intelligibilis. Et hoc conſonat connexioni uniuerſi, qua ſic ſupremū infimi, attingit infimū ſupremi. Nec oportet cogitatiuam comprehendere ui eo mō, quo phantaſma repræſentat qualitercūq; ſumptū: ſed ſufficit, φ adequet phantaſma ut phātaſma: nō aūt ut illuſtratum ſuperiori lumine, q̃m hoc ſortitur in hoīe, vt miniſtrat intellectui, & nō abſolutè. Vñ phantaſma dormientis non eſt actu intelligibile: ſed tunc tantùm, cum actualiter relucet lumine intellectus agentis. Et iuxta hanc viam omnia facilè ſaluant̃, & dicta peripathetica diuerſa concordant̃, & gloſſantur cū prædicto fundamento, ſuiſq; diſtinctionibus, optimeq; ac planè ſenſum interpretamur huius articuli, ſcdm vere ponimus intelligibile in actu, & effectū itellect⁹ agētis, et motiuū itellectus poſſibilis. ¶ In reſponſione ad primum, eſt quæſtio de ſenſu agente propter Auerr. in ſecundo de anima, comm. 60.

SVPER Q. LXXIX. ART. IIII.

Perr. 2. cont. c. 76. 78.

Titulus clarus.

329 ¶ In corpore qnq; facit. Primo, proponit cōcluſionē reſponſiuam affirmatiuē. Scdo ponit occaſionem diuerſitatis opinionū. Tertio ponit opinionem oppoſitā. Quarto improbat eā ſimul pbando intētā, tripliciter. Quinto, ad bonitatē doctrinæ addit, quid ſentiendum ſit de uno ſolo intellectu.

Ibid. c. 78. & 78. Et de anima art. 5.

* Lib. 3. de aia textu 18. to. 2.

¶ Quo ad primū conclu eſt iſta. Intellectus agens, de quo Philoſophus loquit̃ eſt aliqd aiæ noſtræ. Vbi nota, φ non abſolute, ſed cum determinationē illa .ſ. de quo Philoſophus loquitur, proponit concluſionem: q̃m, ut in quæſtionibus diſputatis patet, multi per intellectum agentem intelligunt Deū glorioſum, q verißimè eſt intellectus ſimpliciter, & ſummè agēs: ſed extra ppoſitū noſtrū quia nobis propria inquirimus.

*Lib. 3. de aia textu 19. to. 2.

¶ Quo ad ſcdū occaſio diuerſitatis eſt, q̃a oportet ponere intellectū quendam ſuperiorem noſtro, à quo noſter intelligendi uim hēat. Probat̃ triplici medio. Tum, q̃a ante participās, eſt p eſſentiam tale. Tū, q̃a ante mobile, eſt immobile. Tū, quia ante imperfectum, eſt pfectum. Conſtat .n. φ aia noſtra quo ad primū, eſt intelligens per participationem in cuius ſignum non tota totalitate poteſtatum eſt intellectua hīs: ſed ſcdm aliquas ſuas vires eſt intellectiua & ſcdm aliquas ſenſitiua. Et quo ad ſcdm eſt mobilis, dū intelligit cum diſcurſu, diſcurſus .n. ſ intellectualibus eſt, ut motus in mobilibus ad acquiſitionē termini. Et quo ad tertiū eſt imperfecta. Tum, quia non oīa, ſ. p proprias ſpēs intelligit. Tum, quia procedit de potentia ad actū. A tali aūt p eſſentiā & immobili & perfecto, dubiū non eſt, emanare qd tale p participationē mobile & imperfectum, eſt igitur aliquis ſuperior intellectus, à quo noſtra anima dependet in intelligendo.

*Lib. 3. de aia textu 17. & 18. tom. 2. Comm. m

Articulus IIII.

Vtrū intellectus agens ſit aliqd aiæ.

A Ad quartum ſic pcedit̃. Vr̃ φ intellectus agens non ſit aliqd aiæ noſtræ. Intellectus .n. agentis effectus, eſt illuminare ad intelligendū. Sed hoc fit per aliqd, qd̃ eſt altius aīa: ſm illud Ioā. 1. Erat lux vera, q̃ illuminat oēm hoīem venientē ī hūc mūdum. Ergo vr̃, φ intellectus agens, non ſit aliquid animæ.

B ¶ 2 Præt. Phūs in * 3. de aīa, attribuit intellectui h agenti, φ non aliqñ intelligit, & aliqñ non intelligit. Sed anima noſtra non ſemper intelligit: ſed aliqñ intelligit, & aliquando non intelligit. Ergo intellectus agens nō eſt aliquid animæ noſtræ.

C ¶ 3 Prę. Agēs & patiēs h ſufficiūt ad agendum. Si igit̃ intellectus paſſiuus eſt aliqd aiæ nr̃æ q eſt uirtus paſſiua: & ſiſr intellectus agens qui eſt virtus actiua, ſequitur, φ hō ſemper poterit intelligere cū voluerit, qd̃ patet eſſe falſum. Nō eſt ergo intellectus agens aliquid aiæ noſtræ.

¶ 4 Præt. Phūs dicit in * 3. de aia φ intellectus agens eſt ſubſtantia actu ens. Nihil āt eſt reſpectu h eiuſdē in actu, & in potentia. Si ergo intellectus poſſibilis qui eſt in potentia ad oīa intelligibilia, eſt aliquid animæ noſtræ, vr̃ impoſſibile, φ intelle- D ctus agens ſit alqd aiæ noſtræ.

¶ 5 Præt. Si intellectus agens eſt aliqd aiæ noſtræ, oportet, φ ſit aliqua potētia: nō eſt .n. nec paſſio, nec habitus. Nā habit⁹ & paſſiones, non hñt rōnē agētis reſpectu paſſionum aiæ: ſed magis paſſio eſt ipſa actio potētię paſſiuæ, habitus āt eſt aliquid, qd̃ ex actibus conſequitur. Oīs aūt potentia fluit ab eſſentia aiæ: ſequeretur ergo, φ intelle- E ctus agens ab eſſentia aię h procederet. Et ſic non ineſſet aiæ p participationē ab aliquo ſuperiori intellectu, quod eſt inconueniens. Non ergo intellectus agēs eſt aliquid animæ noſtræ.

Sed contra eſt, qd̃ Phūs dicit * 3. de aia. φ neceſſe eſt in anima has eſſe dr̃ias .ſ. intellectum poſſibilem & agentem.

Respon. Dicendū, φ m intellectus agens, de quo Philoſophus loquitur, eſt aliquid aiæ. Ad cuius euidentiam cōſiderandum eſt, φ ſupra aiam intellectiuā humanā, neceſſe eſt ponere aliquem ſuperiorē intellectum, à quo aia uirtutē intelligēdi obtineat. Sp .n. φ participat aliqd, & qd̃ eſt mobile, & φ ē impfectū pexigit añ ſe aliquid, qd̃ eſt p eſſentiā ſuā tale, & qd̃ eſt immobile & pfectum. Aīa āt humana intellectiua dr̃ p participationē intellectualis virtutis. Cuius ſignū eſt, quòd nō tota eſt intellectiua, ſed ſm aliquam ſui partē. Pertingit ēt ad intelligentiam veritatis cū quodā diſcurſu & motu arguēdo. Habet ēt imperfectam intelligentiam. Tùm, quia nō oīa intelligit. Tùm, quia in his q̃ intelligit, de potētia procedit ad actū. Oportet ergo eſſe aliquē altiorem intellectum, quo aia iuuetur ad intelligendū. Poſuerunt ergo quidā hūc intellectū ſm ſubſtātiam ſeparatum, eſſe intellectum agentē: qui quaſi illuſtrādo phātaſmata facit ea intelligibilia actu. e Sed dato, φ ſit aliquis talis intellectus agēs ſeparatus, nihilominus tñ oportet ponere in ipſa aia humana aliquā uirtutē ab illo itellectu ſuperiori participatā, p quam aia humana facit intelligibilia in actu. Sicut & i alijs rebus naturalibus pfectis, pter vniuerſales cāſ agētes, ſunt pprię virtutes inditæ ſingulis rebus pfectis ab vlibus agentibus deriuatæ. Non .n. ſolus ſol gñat hoīem ſed eſt in hoīe virtus gñatiua hoīs: & ſiſr in alijs animalibus pfectis. Nihil autē eſt pfectius in inferioribus rebus aīa humana. Vñ oportet dicere, φ ī ipſa ſit aliqua virtus deriuata à ſuperiori itellectu, p quā poſſit phātaſmata illuſtrare. Et hoc ex pimēto cognoſcimus, dū pcipim⁹ nos abſtrahere formas vl̃es à cōditionibus particularibus, quod eſt facere actu intelligibilia. Nulla autem actio cōuenit alicui rei, niſi per aliquod principiū formaliter ei inhærens, ut ſupra dictum * eſt cū de itellectu potētiali agerer̃. Ergo oportet, virtutē q̃ eſt principiū huius actionis, eſſe aliqd in aīa. et iō Ariſt. * cōparauit intellectū agentē lumini, quod eſt aliquid receptum in aere. Plato aūt intellectū ſeparatum imprimētem in animas noſtras, com-

* q. 79. ar. 1.

* Lib. 3. de aīa textu 18. to. 2.

¶ Quo ad tertiū opinio multorum fuit, φ ille intellectus ſuperior & ſeparatus, eſt intellectus agens illuſtrans phātaſmata &c. Et hæc opinio eſt Auer. & eſt platonis, ut in litera dicit̃. ¶ Quo ad quartum pbat̃ φ dato φ iſte intellectus illuſtraret phantaſmata, adhuc oportet ponere aliū intellectū agentē, qui ſit aliquid aiæ noſtrę quod eſt concluſio ppoſita. Et pbat̃ tripliciter. Primo, rōne tali in oī natura pfecta, pter agentia vniuerſalia, inditæ ſunt virtutes actiuæ pprię ad pficienda ppria illius opera: ſed anima humana eſt natura pfecta, immo pfectiſſima oīum inferiorū: ergo pter agentia vniuerſalia, ſunt in ea uirtutes pprię quaſi uniuocæ ad opera propria perficienda.

¶ Circa hanc rōnem dubiū occurrit, quia vr̃ petere principiū in minori: ſubſumit .n. vel ſupponit, φ facere intelligibilia in actu, ſit opus aiæ humanæ: hoc .n. eſt de quo diſputat̃ cum ponentibus intellectū agentem ſeparatum. 369

¶ Ad hoc dī, φ (vt apparet ex ſcdo contra Gen. cap. 76. in. 4. ratione cōtra Auer. & Alex.) iſta rō nō ſupponit neq; ſubſumit, φ facere intelligibilia in actu, ſit noſtrū opus: ſed pbat hoc: ſubſumit āt, φ intelligere ſit opus humanū, & cōſiſtit in agere intellecta in actu, & pati ea. ergo principiū pprium agendi & patiendi eſt in ea, alioquin impfectiorē habuiſſent oia principia neceſſaria ad ſua opa, & humana aīa pfectiſſima, non

Universidad de Deusto Biblioteca

¶Scđo ſic, experimur nos abſtrahere vniuerſalia à phātaſmatib. ergo intellect⁹ agēs eſt aliqd nri. cōſtia ,pbat, quia actio nō cōuenit alicui, niſi principiũ illi⁹ q eſt tō agēdi, inſtilli, cui attribuiſ actio. Antecedēs uerò liquet ex eo, q ad libitũ quęcũque oblata intelligimus in cōi, hoc.n. abſque abſtractione fieri nequit.

*q.106.ar tic.1.

¶Tertiò, ,pbaſ autho ritate Ariſt. q cōpara uit ipſum lumini ad dīam Platonis, q cōparauit ſoli.

*In corp. art.

*Lib.3.de aïa textu. 19.10.3.

275 *Secundare ſponſio.*

¶Quo ad quintũ qa diuerſæ ſunt opiniones de illo intellectu ſeparato, dũ aliq tenēt illũ eſſe vltimam intelligentiã, vt Auice. aliq penultimã, vt Auerrois: aliq Deũ, vt doctores catholici. Et qa magni refert ad fidē: qm in illius cōſequutione tāq̃ in ,ppriæ cauſę adeptione cōſiſtit beatitudo: idō S.T. ſolicit⁹ de his q̃ ſunt fidei, ſtatim ſubdidit, q ſcđm fidei documēta, intellectus ille hēs illas tres, quas diximus conditiones, eſt De⁹ glorioſus, in quo ſolo beaſ aïa, & à quo ſolo ē ſignatũ lumē ĩ nobis.

parauit ſoli, vt Themiſtius dicit in comm. tertij de aïa. Sed intellectus ſeparat⁹ ſm nr̃æ fidei documenta, eſt ipſe Deus, qui eſt creator aïæ, & in quo ſolo beatificatur, ut infra patebit*. Vndē ab ipſo aïa humana lumē intellectuale participat, ſm illud Pſal. 4. Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui Domine.

F

Ad primvm ergo dicendũ, q illa lux uera, illuminat ſicut cã vl'is, à qua anima humana participat quandam particularem virtutem, ut dictum eſt*.

G

Ad secvndvm dicendũ, q* Phĩs illa uerba nō dicit de intellectu agēte, ſed de intellectu in actu*. Vñ ſ. de ipſo p̃miſerat, idē aũt eſt ſm actũ ſcia rei: vel ſi itelligaſ de intellectu agēte, hoc dr̃, qa non eſt ex parte intellectus agentis hoc, qđ q̃ñq; intelligimus, & quandoque nō intelligimus: ſed ex parte intellectus, qui eſt in potentia.

H

Ad iii. dicēdũ, q ſi intellectus agēs cōpararet ad intellectũ poſſem, ut obiectũ agens ad potētiã, ſicut uiſibile in actu ad uiſũ, ſequereſ, q ſtatim oĩa intelligerem⁹, cũ intellect⁹ agens ſit, quo eſt oĩa facere: nũc ãt nō ſe hēt vt obiectũ: ſed ut faciens obiecta in actu, ad qđ requirſ p̃ter p̃ntiã intellect⁹ agentis p̃ntia phātaſmatũ, & bona diſpō uiriũ ſenſitiuarũ, & exercitiũ in hmōi opere: qa p vnũ itellectũ, fiũt ēt alia intellecta, ſicut p terminos, ,ppoſitiones, & per prima principia, concluſiones. Et quantum ad hoc non differt, utrum intellectus agens ſit aliquid animæ, uel aliquid ſeparatum.

I

Ad qvartvm dicēdũ, q aïa intellectiua eſt qdē actu ĩmaterialis: ſed eſt in potētia ad determinatas ſpēs rerũ. Phātaſmata ãt ecōuerſo, ſũt qdã actu ſimilitudines ſpērũ, quarũdã, ſed ſũt potētia immaterialia. Vñ nihil ,phibet unã & eãdē aïam inq̃tũ ē ĩmaterialis ĩ actu hr̃e aliq̃ uirtutē, p q̃ faciat immaterialia ĩ actu, abſtrahēdo a cōdōnib. indiuidualis materię, q̃ qdē uirt⁹ dr̃ itellect⁹ agēs: & aliã uirtutē receptiuã hmōi ſpērũ, quæ dr̃ intellect⁹ poſſibilis, inquantum eſt in potentia ad hmōi ſpecies*:

K

395

Ad v. dicēdũ, q cũ eſſentia aïæ ſit immaterialis, à ſupremo itellectu creata, nihil ,phibet virtutē q̃ à ſupremo itellectu participaſ, p q̃ abſtrahiſ à materia, ab eſſentia ipſi⁹ procedere: ſicut & alias eius potentias.

Svper q. lxxix. Art. v.

Portella per totum

T Itulus clarus, vnus numero.

¶In corpore uidet q̃ ſtio iuxta utrãq; viã .ſ. q ſi intellect⁹ agēs eſt ſubſtãtia ſeparata, eſt vnus numero,

393 ¶Quamma tr.5.

Articvlvs v.

Vtrũ intellectus agēs ſit unus in oïb.

Ad qvintvm ſic ,pcedit. Vr̃, q intellect⁹ agēs ſit vn⁹ in oïb. Nihil.n. qđ eſt ſeparatum à corpore multiplicatur ſecundũ multiplicationem corporum. Sed intellectus agens eſt ſeparatus, ut dr̃ in * 3. de anima. Ergo non multiplicatur in multis corporibus hominum: ſed eſt vnus in omnibus.

ſi aliqd aïę, multiplicaſ cũ ea, ut patet.

*Li.3.de aïa textu. 19. & 20. tom. 2.

¶2 Prę. Intellectus agens facit vl'e, quod eſt vnũ in multis. Sed illud, quod eſt cã vnitatis, magis eſt vnũ. Ergo intellectus agens eſt vnus in omnibus.

¶3 Prę. Oēs hoies cōueniunt in primis cōceptionibus intellectus. His aũt aſſentiũt p intellectum agētē. Ergo cōueniũt oēs in vno itellectu agēte.

Sed contra eſt, q Phĩs dicit in *3. de anima, q intellectus agens eſt ſicut lumen: non autem eſt idem lumen in diuerſis illuminatis. Ergo non eſt idem intellectus agens in diuerſis hominibus.

*Lib. 3.de aïa textu. 18. tom. 2.

Respon. Dicendũ, q ueritas huius q̃onis dependet ex p̃miſſis*. Si.n. intellectus agēs. nō eſſet aliqd aïæ, ſed eſſet q̃dã ſubſtãtia ſeparata, un⁹ eſſet intellectus agēs oium hoium: & hoc itelligũt q poſuit unitatē intellect⁹ agentis. Si aũt intellectus agens ſit aliqd aïæ, vt q̃dã virtus ipſius, neceſſe eſt dicere, q ſint plures intellect⁹ agētes, ſm pluralitatē aïarũ, q̃ multiplicãtur ſm multiplicationē hominum, ut ſ. dictum eſt.* Non.n. poteſt eſſe, q una & eadem virtus ſit diuerſorum ſubiectorum.

*Ar. præced.

Contl.

*q.76.art. 2.

D. 1171.

Ad primvm ergo dicēdũ, q Phĩs ,pbat itellectũ agētē eſſe ſeparatũ p hoc, q poſſis eſt ſeparat⁹. qa (vt ipſe*dicit) agēs eſt honorabili⁹ patiēte. Intellect⁹ ãt poſſis dr̃ ſeparat⁹, qa nō eſt act⁹ alicui⁹ organi corporalis. & ſm hunc modũ, ēt intellect⁹ agēs dr̃ ſeparat⁹, nō quaſi ſit aliqua ſubſtãtia ſeparata.

*Lib. 3.de aïa textu. 19. tom. 2.

Ad secvndvm dicēdũ, q intellect⁹ agēs cauſat vl'e abſtrahendo à materia. Ad hoc autem non requirit, q ſit unus in omnibus habentibus intellectum: ſed q ſit unus in omnibus ſm habitudinem ad omnia, à quibus abſtrahit uniuerſale reſpectu quorum, uniuerſale eſt unum. Et hoc competit intellectui agenti in quantum eſt immaterialis.

Ad tertivm dicendum, q oïa quæ ſunt unius ſpeciei, cōicant in actione conſequente naturam ſpeciei: & per conſequens in virtute, q̃ eſt actionis principium, non q ſit eadem numero in oïb. Cognoſcere autem prima intelligibilia eſt actio cōſequens ſpēm humanam. Vndē oportet, q oēs homines cōicent in uirtute, quæ eſt principiũ huius actionis. & hæc eſt uirtus intellectus agentis. Non tũ oportet, q ſit eadē numero in omnibus: oportet tamen, q ab uno principio in omnibus deriuetur. Et ſic illa cōicatio hominum in primis intelligibilibus, demonſtrat unitatem intellectus ſeparati, quem Plato comparat ſoli, non aũt unitatem intellectus agentis, quem Ariſt. * cōparat lumini.

*Lib. 3.de aïa textu. 18. tom. 2. Portella per totum

Articvlvs vi.

Vtrum memoria ſit in parte intellectiua animæ.

Ad sextvm ſic proceditur. Videtur, quòd memoria non ſit in parte intellectiua animæ. Dicit.n. Aug. *12. de Trin. q ad partem ſuperiorem animæ pertinent quæ non ſunt homi-

Svper q. lxxix. Art. vi.

Ferr. 2. cont. c. 74. Scot. 1.5. d.3. q.6.

T Itulus clarus.

¶Memoria ut patet inde memoria & reminiſcentia ſignificat vim conſeruatiuam cognitorũ p̃teritorũ ut p̃terita ſunt. Et patet hoc ex

394

*12.c.5.& 8. Et 10.de Trin. q.10.a.3. *C.3. & ſ. dica plu.

ex communi vſu loquentium: nullus enim dicit ſe recordari alicuius, niſi ſub ratione alicuius p̃teriti actus & loci.

¶In corpore, ſub inlleſa diſtinctione duorum quæ inueniũtur in memoriæ ratione, quæ ſunt conſeruatio ſpecierũ ac rerum apprehenſarũ, & p̃teritio rei apprehenſæ, duo principaliter facit; Primo, reſpondet quæſito iuxta primã memoriæ cōditionē .ſ. cōſeruatē. Et ſcđo, iuxta ſcđam rationē obiecti.

*Li. 12. de Trin. c.2. in prin. tom. 3.

¶Quoad primũ, primo refert opinionē Aui. ſcđo ridet ſecũdum propriam opinionē. Ex Auicen. refert tria: radicē opinionis, opinionem ipſam & concomitãs ipſam. Et ſic quarto applicando ad propoſitum reſpōdetur quæſito negatiuè ſecundum Auicen.

¶Circa radicem opinionis aduerte, q ſatis profunda eſt. Ad cuius euidentiã ſciēdum eſt, q aliquid eſſe in aliquo, contingit dupliciter .ſ. cognoſcibiliter, & realiter. Cognoſcibiliter vocaſ eē ĩ aliquo, qđ eſt in eo vt cognitũ in cognoſcente, realiter vero quod eſt in eo, vt res in re, quo quęlibet forma eſt in eo qđ informat. Hac ãt diſtinctiōe ueriſſima ſuppoſita, vlterius. Auic. vtēs alia ppoſitione .ſ. Vis cognoſcitiua non recipit niſi cognoſcibiliter, ſub ea ſubſumebat: ſed intellectus eſt vis cognoſcitiua. ergo non recipit niſi cognoſcibiliter. Tūc vltra: ſed retinere ſpecies abſq; cognitione, eſt habere eas ñ cognoſcibiliter, ſed realiter, quia non p modum cogniti, ſed rei retinētur, vt quælibet forma in ſubiecto: ergo nulla uis cognoſcitiua retinet ſpecies, q̃ primum deſinit habere cognitum vt cognitum. Vndē, ut in parte ſenſitiua conſeruarenſ ſpēs, diſtinxit vires ſenſitiuas, in cognoſcitiuas, & hæ nō ſeruant: & in theſauros ſpērum, in quibus apprehēſa conſeruanſ. Et qm̃ talis diſtinctio virium ſenſitiuarũ p̃mittiſ, qa tota pars ſenſitiua eſt organica, ex hoc hēt, q retineat aliquid per modum rei, cōicans in hoc cũ materia corporali, & intellectiua pars, qa ab oī corpore eſt eleuata, cōſequēs eſt, q pars intellectiua recipiat tm̃ cognoſcibiliter & conſequēter q non conſeruet & ſic patet radix opinionis Auic. Ipſa aũt opinio conſiſtit in hac negatiua .ſ. q non conſeruat, & in affirmatiua .ſ. quod quoties intelligit, fluit in ipſum ab intellectu agente ſpecies intelligibilis. Comitatur autē ipſam, q apud ipſum doctus differt ab inſcio, habilitate ſe cōuertendi ad intellectum agentem. Et ſic patet reſponſio ad quæſitum apud illũ.

*Lib. de Trin. c.11. parũ ante medium tom. 3.

nibus pecoribusq;, cōia. Sed memoria eſt hoibus pecoribusque cōis. Dicit.n. ibidē q poſſunt pecora ſentire p corporis ſenſus corporalia & ea mãdare memoriæ. Ergo memoria non p̃tinet ad partē aïæ itellectiuã.

¶2 Præ. Memoria, p̃teritorũ ē. Sed p̃teritũ dr̃ ſm aliqđ determinatum tp̃s. Memoria igiſ eſt cognoſcitiua alicuius ſub determinato tp̃e qđ eſt cognoſcere aliquid ſub hic, & nunc. hoc ãt nō eſt intellectus, ſed ſenſus. memoria igiſ ñ eſt in parte itellectiua ſed ſolũ ĩ parte ſēſitiua.

B

¶3 Præt. In memoria cōſeruanſ ſpēs rerũ, quæ actu non cogitantur. Sed hoc nō eſt poſſibile accidere in intellectu, qa intellectus ſit in actu p hoc, q informatur ſpē intelligibili. Intellectum ãt eſſe in actu, eſt ipſum intelligere ĩ actu. & ſic intellectus oïa itelligit in actu quorũ ſpēs apud ſe hēt. non ergo memoria eſt in parte intellectiua.

C

Sed contra eſt, q Aug. dicit. *10. de Trin. q memoria, intelligētia, & uolutas, ſũt vnã mens.

Respon. Dicendum, q cum de ratione memoriæ ſit conſeruare ſpēs rerum, q̃ actu nō apprehenduntur, hoc primum cōſiderari oportet: vtrũ ſpēs intelligibiles ſic in intellectu conſeruari poſſint. Poſuit.n. Aui. hoc eſſe impoſſibile. In parte.n. ſenſitiua dicebat hoc accidere quãtũ ad aliquas potētias, inquatũ ſũt actus organorũ corporaliũ in quibus cōſeruari poſſunt aliq̃ ſpēs abſq; actuali apphēſione. In itellectu ãt q caret organo corporali, nihil exiſtit niſi intelligibiliter. Vñ oportet itelligi ĩ actu illud, cui⁹ ſiſitudo in itellectu exiſ it. Sic ergo ſm ipſum, q̃ cito aliqs actu deſinit intelligere aliquã rē, deſinit eſſe illius rei ſpēs in intellectu: ſed oportet ſi denuo vult illã rē intelligere, q cōuertat ſe ad itellectũ agētē, quē ponit ſubſtam ſeparatã, vt ab illo effluãt ſpēs intelligibiles ĩ itellectũ poſſibilē. Et ex exercitio & uſu cōuertēdi ſe ad intellectũ agētē, relinquit ſm ipm̃ q̃dam habilitas in itellectu poſſibili cōuertēdi ſe ad intellectũ agentē, quē dicebat eſſe habitũ ſcientiæ. Scđm igiſ hãc poſitionē, nihil cōſeruaſ in parte intellectiua, qđ nō actu intelligaſ. Vñ nō poterit poni memoria in parte intellectiua ſm hũc modum. Sed hæc opinio manifeſtè repugnat dictis Ariſt. Dicit.n. in* 3. de aïa q cũ intellectus poſſibilis ſic fiat ſingula, vt ſciens dr̃ qs ſm actũ & q hoc accidit cũ poſſit operari p ſeipſum: eſt quidē igiſ & tunc potētia quodãmodo, nō tñ ſimplr̃ vt ante addiſcere aut ĩuenire. Dr̃ ãt intellectus poſſibilis fieri ſingula, ſm q recipiſ ſpēs ſingulorũ. Ex hoc ergo, q recipit ſpēs intelligibiliũ, hēt q poſſit operari cũ voluerit, non ãt q ſemper operetur: qa & tunc eſt quodãmodo in potētia: ſed aliter q̃ ante intelligere eo .ſ. modo quo ſciens in habitu eſt in potētia ad cōſiderãdũ in actu. Repugnat ēt prædicta poſitio rationi. Quod.n. recipiſ in aliquo, recipiſ in eo ſm modum recipientis. Itellectus autē eſt magis ſtabilis naturæ, & immobilis, q̃ materia corporalis. Si ergo materia corporalis formas, quas recipit, nō ſolũ tenet dum per eas agit in actu, ſed ēt

D

E

A Ex propria opinione S.T. arguiſ contra Auic. primo authoritate Ariſt. ſecundo ratione. tertio concludit reſponſionem ad quæſitum affirmatiue: omnia clara ſunt in litera, & habes hoc diffuſius in ſecundo contra Gent. ca.74.

¶Aduerte hic, q Aui. in hoc vi deceptus, q nō ſubtiliter diſtinxit latitudinē act⁹ & potentię. Conceſſo ſi quidē toto ſuo pceſſu, & concluſione q̃ ſequitur .ſ. q intellectus nihil recipit niſi intelligibiliter, vlterior conſequentia .ſ. ergo non recipit niſi quandiu actu cognoſcit, ſupponit unũ falſum .ſ. q recipere cognoſcibiliter cōtingat uno tm̃ mō .ſ. in actu: cum ſit contingat duobus .ſ. in actu puro, & in actu, permiſto potentiæ .ſ. in actu ſcđo, & in actu primo. Vñ in diffinitione aïę ponitur, q eſt actus primus ſicut ſomnus, qđ nō ſaluaretur ſi tunc tm̃ non operaretur cum eſt in potentia: cũ hoc ſit ſcđe oïbus paſſiuis principiis: ſed optimē ſaluatur cum aïa ponitur talis natura, q eſt actu q̃ñq;, vt ſomnus, q̃ñq; ut uigilia. Conſtat autem, q eſſe actu ut ſomnus, eſt eſſe in actu primo, & rurſus conſtat, quòd eſſe actũ p̃mum præcipue cōuenit animæ intellectiuę. igitur non ex hoc quod organica eſt pars ſenſitiua, ſed ex alia ratione, in qua communicat cum intellectiua, habet quod retineat ſpecies, & actu non cognoſcat. Nec ſpecies conſeruari eſt eſſe p modum rei ſed eſt eſſe cognoſcibiliter non actu, nec potentia, ſed medio mō inter actum & potentiã .ſ. partim in actu, & partim in potentia. Cognoſcitiuum enim tripliciter pōt ſe habere ad cognitũ .ſ. in pura potentia. Et tũc, nec eſt cognoſcibile in actu, nec cognitum in actu, ſed vtrũq; in potentia. Vel partim in actu & partim in potētia: & tunc eſt cognoſcibile in actu, & nō eſt cognitũ in actu, ſed eſt in potentia vt ſit cognitum in actu. Vel totaliter in actu, & tũc eſt ipſum cognitum in actu. Vnde cum ſpecies conſeruaſ, obiectum eſt in cognoſcitiuo cognoſcibiliter, quia ut cognoſcibile, quãmuis nō ut cognitum. Et quia obiectũ eſſe cognoſcibiliter utroq; modo .ſ. vt cognoſcibile, & cognitũ, non aduertit Auic. ideo putauit ſpeciem remanere per modũ rei. Et ipſum ſequiſ multa illuſtrium virorum turba, in hoc, tamen minus p̃ſpicacium. Et ideo tu bene nota hæc quoniam ex hac radice multæ ſoluũtur q̃ſtiones, & nobilitas cognoſcitiuæ naturæ ſuſtinetur. ¶Quo ad ſcđm, reſpōdet iuxta ſcđam conditionem memoriæ negatiue,

419

*Li.3.de aïa, text. 8.

poſtquã agere ceſſauerit, multò fortius intellect⁹ immobiliter & iamiſſibiliter recipit ſpẽs intelligibiles, ſiue à ſenſibilib⁹ acceptas, ſiue ab aliquo ſuperiori intellectu effluxas. Sic igit̃ ſi memoria accipiat̃ ſolũ pro vi cõſeruatiua ſpẽrum, oportet dicere memoriã eſſe in intellectiua parte. Si uerò de rõne memorię ſit, q̃ eius obiectũ ſit pręteritũ vt præteritũ, memoria in parte intellectiua nõ erit: ſed ſenſitiua tñ, quæ eſt apprehenſiua particularium. Pręteritũ.n. vt præteritum, cum ſignificet eſſe ſub determinato tempore, ad cõdõnẽ particularis ptinet.

Ad primvm ergo dicendũ, q̃ memoria, ſm̃ quod eſt cõſeruatiua ſpecierum, nõ eſt nobis pecoribuſque cõis ſpecies.n.cõſeruantur non in parte animæ ſenſitiua tantum: ſed magis in coniuncto, cũ vis memoratiua ſit actus organi cuiuſdã. Sed intellectus ſm̃ ſeipſum eſt conſeruatiuus ſpecierum præter concomitantiã organi corporalis. Vñ Philoſophus dicit in * 3. de aĩa, q̃ anima eſt locus ſpecierũ non tota: ſed intellectus.

Ad secvndvm dicẽdũ, q̃ pręteritio põt ad duo referri .ſ. ad obiectũ, quod cognoſcit, & ad cognitionis actum. Quæ quidẽ duo ſimul coniunguntur in parte ſenſitiua, quæ eſt apprehenſiua alicuius per hoc, q̃ immutat̃ à pñti ſenſibili. Vnde ſimul aĩal memorat̃ ſe pri⁹ ſenſiſſe in pterito, & ſe ſenſiſſe quoddam præteritũ ſenſibile. Sed quantũ ad partẽ intellectiuã ptinet pteritio accidit, & nõ p ſe cõuenit ex parte obiecti intellectus. Intelligit .n. intellectus hoiem inquãtũ eſt hõ. Homini autem inquantũ eſt hõ accidit, uel in pñti, uel in præterito, uel in futuro eſſe. Ex parte uerò actus, pteritio per ſe accipi põt, ẽt in intellectu, ſicut in ſenſu: quia intelligere aĩæ nr̃æ eſt quidã particularis actus in hoc, vel in illo tp̃e exiſtens: ſm̃ quod dr̃ homo intelligere nunc, vel heri, vel cras. Et hoc non repugnat intellectualitati: quia hmõi intelligere, q̃uis ſit quoddã particulare, tñ eſt immaterialis actus, vt ſ. de intellectu dictum eſt. * Et iõ ſicut intelligit ſeipſum intellectus, quãmuis ipſe ſit quidã ſingularis intellectus, ita intelligit ſuũ intelligere, quod eſt ſingularis actus uel in præterito, vel in pñti, vel in futuro exiſtens. Sic igit̃ ſaluat̃ rõ memorię, quãtum ad hoc, q̃ eſt præteritorũ in intellectu, ſm̃ q̃ intelligit ſe prius intellexiſſe, non autem ſecundùm quòd intelligit præteritum, prout eſt hic, & nunc.

Ad tertivm dicẽdũ, q̃ ſpẽs intelligibiles aliqñ ſunt in intellectu in potentia tñ. Et tũc dr̃ intellectus eſſe in potentia. Aliqñ autem ſm̃ ultimam cõpletionẽ actus: & tunc intelligit actu. Aliqñ medio modo ſe hẽt inter potentiã & actum: & tũc dr̃ eſſe intellectus in habitu *. Et ſecundùm hunc modum intellectus conſeruat ſpecies, etiam quando actu non intelligit.

Articvlvs VII.

Vtrum alia potentia ſit memoria intellectiua, & alia intellectus.

Ad septimvm ſic proceditur. Vr̃, q̃ alia potentia ſit memoria intellectiua, & alia intellectus. Aug.n.in * 10. de Trinit. ponit in mente memoriã, intelligentiam, & uoluntatẽ. Manifeſtum eſt aũt, q̃ memoria eſt alia potentia à uoluntate. Ergo ſimiliter eſt alia ab intellectu.

¶ 2 Pręt. Eadem rõ diſſinitionis eſt potentiarũ ſenſitiuę partis & intellectiuę. Sed memoria in parte ſenſitiua eſt alia potentia à ſenſu, vt ſupra dictum eſt. †Ergo memoria partis itellectiuæ ẽ alia potẽtia ab intellectu.

¶ 3 Pręt. ſm̃ Augu. * Memoria, intelligentia, & uoluntas ſunt ſibi inuicẽ æqualia & unum eorũ ab alio oritur. Hoc autem eſſe nõ poſſet, ſi memoria eſſet eadẽ potentia cum intellectu. Non eſt ergo eadem potentia.

SVPER Q. LXXIX. ARTIC. VII.

Sed contra de rõne memoriæ, ẽ q̃ ſit theſaurus vel locus cõſeruatiuus ſpẽrum. Hoc aũt Philoſophus i † 3 de aĩa attribuit itellectui, vt dictũ eſt. * Nõ ergo i parte intellectiua, ẽ alia potẽtia memoria ab intellectu.

Respon. Dicendum, q̃ (ſicut ſupra dictum eſt *) potẽtiæ aĩæ diſtinguuntur ſm̃ diuerſas rõnes obiectorum eo q̃ rõ cuiuſlibet potentiæ conſiſtit in ordine ad id, ad qđ dr̃, qđ ẽ eius obiectum. Dictum eſt ẽt ſupra, q̃ ſi aliqua potentia ſm̃ ꝓpriã rationẽ ordinet̃ ad aliquod obiectũ ſm̃ cõem rõnem obiecti ñ diuerſificabit illa potẽtia ſm̃ diuerſitates particulariũ dr̃iarũ. Sicut potẽtia viſiua, q̃ reſpicit ſuũ obiectũ ſm̃ rõnẽ colorati, nõ diuerſificat̃ ſm̃ rõnem albi & nigri. Intellectus aũt, reſpicit ſuũ obiectũ ſm̃ cõem rõnẽ entis, eo q̃ intellectus poſſibilis eſt, qđ ẽ oĩa fieri. Vñ, ſm̃ nullã dr̃iam entiũ, diuerſificat̃ dr̃ia intellectus poſſibilis. Diuerſificat̃ tñ potẽtia intellectus agẽtis, & intellectus poſſibilis: q̃a reſpectu eiuſdem obiecti aliud principiũ oportet eſſe potẽtiã actiuã, q̃ facit obiectũ eſſe in actu, & aliud potentiã paſſiuã q̃ mouet̃ ab obiecto in actu exiſtẽte & ſic potẽtia actiua cõparatur ad ſuũ obiectũ, vt ens in actu ad ens i potẽtia. Potẽtia aũt paſſiua cõparat̃ ad ſuũ obiectũ ẽ conuerſo, vt ens in potẽtia ad ens in actu. Sic igit̃, nulla alia dr̃ia potentiarum in intellectu eẽ põt, niſi poſſibilis & agẽtis. Vñ patet, q̃ memoria nõ eſt alia potentia ab intellectu. Ad rõnẽ.n. potẽtiæ paſſiuæ ptinet conſeruare, ſicut & recipere.

Ad primvm ergo dicendũ, q̃ q̃uis in tertia diſtinctiõe primi ſententiarum dicatur, q̃ memoria, intelligentia, & uolũtas ſint tres uires, tñ hoc nõ eſt ſm̃ intentionẽ Aug. q̃ expreſſe dicit in 14. de Tri. * q̃ ſi accipiant̃ memoria intelligẽtia, & uolũtas, ſm̃ q̃ ſemp pſto ſunt aĩæ ſiue cogitentur, ſiue non cogitẽtur, ad ſolã memoriã pertinere vident̃. Intelligentiam aũt nunc dico, qua intelligimus cogitantes: & eã uolũtatẽ ſiuè amorẽ, vel dilectionẽ, q̃ iſtam prolem parentemque coniũgit. Ex quo patet, q̃ iſta tria nõ accipit Auguſt. p illis tribus potentijs, ſed memoriã accipit pro habituali aĩæ retentione: intelligentiam aũt pro actu intellectus, uoluntatem aũt pro actu uoluntatis.

Ad II. Dicendum, q̃ pteritũ & pſens, poſſunt eſſe ꝓpriæ dr̃iæ potẽtiarũ ſenſitiuarũ, ſm̃ diuerſitatem obiectorum, non autem potentiarum intellectiuarum, ratione ſupra dicta *.

Ad III. dicendum, q̃ intelligentia oritur ex memoria, ſicut actus ex habitu. Et hoc mõ etiam æquatur ei, non autem ſicut potentia potentiæ.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum ratio ſit alia potentia ab intellectu.

AD OCTAVVM ſic proceditur. Vr, quod rõ ſit alia potẽtia ab intellectu. In li.n. de ſpũ & aiã dr: Cũ ab inferiorib. ad ſuperiora aſcẽdere uolum⁹, pri⁹ occurrit nobis ſenſus, deinde imaginatio, deinde rõ, deinde intellect⁹. Eſt ergo alia potẽtia rõ ab ĩtellectu, ſicut ĩaginatio à rõne.

¶2 Pręt. Boet. † dicit in li. de cõſo. quod intellectus cõparat ad rõnem, ſicut æternitas ad tps. Sed non eſt eiuſdẽ uirtutis, eſſe in æternitate, & eſſe ĩ tpe. Ergo ñ eſt eadẽ potẽtia rõ, & ĩtellect⁹.

¶3 Pręt. Hõ cõicat cũ angelis in intellectu, cũ brutis vero, ĩ ſenſu. Sed rõ, quæ eſt propria hominis, qua animal rõnale dicit, eſt alia potentia à ſenſu. Ergo pari rõne eſt alia ab intellectu, qui proprie conuenit angelis. Vndè & intellectuales dicunt.*

SED CONTRA eſt, quod Au. dicit 3. ſuper Gen.* ad literã, quod illud quo hõ irrõnabilib. aialib. antecellit, eſt rõ, vel mẽs, uel intelligẽtia, vel ſi quo alio uocabulo cõmodi⁹ appellat. Rõ ergo & itellect⁹, & mẽs, ſũt una potẽtia.

RESPON. Dicendum, quod rõ & intellect⁹ in hoĩe, nõ pñt eſſe diuerſę potẽtię.* Quod manifeſtè cognoſcit, ſi utriuſq; act⁹ cõſideret. Intelligere.n. eſt ſimpliciter veritatẽ intelligibilẽ apprehẽdere. Rõcinari aũt, eſt ꝓcedere de vno intellecto ad aliud, ad ueritatẽ intelligibilẽ cognoſcẽdã.* Et ideò angeli, qui ꝑfectè poſſident ſm modum ſuæ naturæ cognitionẽ intelligibilis veritatis, non hñt neceſſe ꝓcedere de uno ad aliud: ſed ſimpliciter & abſq; diſcurſu veritatẽ rerũ apprehendunt, ut Dion.* dicit 7. c. de di. no. Hoĩes aũt ad intelligibilem ueritatẽ cognoſcendam perueniunt, procedẽdo de uno ad aliud, ut ibidẽ dr: & ideò rõnales dicuntur*. Patet ergo, quod rõcinari comparat ad intelligere, ſicut moueri ad quieſcere, uel acquirere ad habere: quorum unum eſt perfecti, aliud aũt imperfecti. Et quia motus ſemper ab immobili ꝓcedit, & ad aliqđ quietum terminatur; indè eſt, quod ratiocinatio humana, ſm viã acquiſitionis uel intentionis, procedit à quibuſdã ſimpliciter intellectis, quæ ſunt prima principia. Et rurſus, in uia iudicij reſoluẽdo redit ad prima principia, ad quę inuẽta examinat. Manifeſtum eſt autẽ, quod quieſcere & moueri nõ reducunt ad diuerſas potentias, ſed ad vnam & eandem etiam in naturalibus rebus: quia per eandẽ naturã aliqđ mouet ad locum, & quieſcit in loco. Multò ergo magis ꝑ eandẽ potentiã intelligim⁹, & ratiocinamur. Et ſic patet, quod in homine eadem potentia eſt ratio & intellectus.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod illa enumeratio fit ſm ordinẽ actuum, non ſm diſtinctionem potentiæ, quãmuis liber ille non ſit magnę authoritatis.

AD SECVNDVM patet rñſio ex dictis*. Aeternitas.n. cõparat ad tps, ſicut imobile ad mobile. Et iõ Boet. cõparauit intellectum æternitati, rõnẽ uerò tempori.

AD TERTIVM dicẽdũ, quod alia aĩalia ſunt ita ĩfra hoĩem, quod nõ poſſunt attingere ad cognoſcẽdam ueritatẽ, quam rõ inqrit. Homo uerò attingit ad cognoſcẽdã intelligibilem ueritatẽ, quã angeli cognoſcunt, ſed imperfectè. Et ideò uis cognoſcitiua angelorum, non eſt alterius generis à vi cognoſcitiua rationis, ſed comparatur ad ipſam, vt perfectum ad imperfectum.

ARTICVLVS IX.

Vtrum ratio ſuperior & inferior ſint diuerſæ potentiæ.

AD NONVM ſic proceditur. Vr, quod rõ ſuperior & inferior ſint diuerſæ potentiæ. Dicit.n. Aug.* 12. de Tri. quod imago trinitatis eſt in ſuperiori parte rationis, non autẽ in inferiori. Sed partes animæ ſunt ipſæ eius potentię. ergo duæ potẽtiæ ſũt rõ ſuperior & inferior.

¶2 Pręt. Nihil orit à ſeipſo. Sed rõ inferior oritur à ſuperiori, & ab ea regulatur & dirigitur. Ergo ratio ſuperior, eſt alia potentia ab inferiori.

¶3 Præt. Philoſophus dicit in 6. Ethic. † quod ſcientificum animæ, quo cognoſcit anima neceſſaria, eſt aliud principium, & alia pars animæ ab opinatiuo & ratiocinatiuo, quo cognoſcit cõtingẽtia. Et probat † per hoc, quia ad ea, quæ ſunt genere altera, altera genere particula animæ ordinatur.

Cõtingẽs aũt & neceſſariũ ſũt altera gñe: ſicut corruptibile & ĩcorruptibile. Cũ aũt idẽ ſit neceſſariũ qđ æternũ: & tpale idẽ qđ cõtingẽs: vr quod idẽ ſit qđ Philoſophus uocat ſciẽtificũ, & ſuperior pars rõnis, quæ ſm Aug.* intẽdit æternis cõſpiciẽdis & cõſulẽdis: & quod idẽ ſit qđ Philoſophus uocat ratiocinatiuũ, vel opinatiuũ, & inferior rõ, quæ Secundũm Aug. † intẽdit tẽporalibus diſponẽdis. Eſt ergo alia potentia animę, ratio ſuperior, & ratio inferior.

¶4 Pręt. Damaſ.* dicit quod ex imaginatione fit opinio, deinde mens diiudicãs opinionem ſiuè uera ſit, ſiuè falſa, diiudicat ueritatẽ. vndè & mens dr à metiẽdo. De quibus igitur iudicatum eſt iã & determinatum, verè dr intellectus. Sic igit opinatiuũ, quod eſt ratio inferior, eſt aliud à mente & intellectu, per quod poteſt intelligi ratio ſuperior.

SED CONTRA eſt, qđ Aug. dicit 12. de Tri.* quod rõ ſuperior & ĩferior ñ niſi ꝑ officia diſtinguũtur. Nõ ergo ſunt duę potẽtię.

RESPON. Dicendum, quod rõ ſuperior & inferior ſm quod ab Aug. accipiunt, nullo mõ duæ potẽtiæ aiæ eſſe poſſunt. Dicit enim* qđ rõ ſuperior eſt, quæ intẽdit æternis cõſpiciẽdis, aut conſulendis. Conſpiciẽdis qdẽ ſm quod ea in ſeipſis ſpeculat, conſulendis verò ſm quod ex eis accipit regulas agendorũ. Rõ uerò inferior ab ipſo dr, quæ intendit tẽporalibus rebus. Hęc aũt duo.ſ. temporalia & æterna cõparantur ad cognitionẽ noſtrã hoc modo, quod unum eorum eſt medium ad cognoſcendum alterum. Nam ſm uiam inuẽtionis, per res tẽporales in cognitionem deuenimus æternorum ſm illud Apoſt. ad Rom. 1. Inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. In uia uerò iudicij, per æterna iam cognita de tpalibus iudicamus, & ſm rõnes æternorũ, tpalia diſponimus. Põt aũt cõtingere quod medium & id ad quod per mediũ puenitur, ad diuerſos habitus ptineãt, ſicut principia prima indemõſtrabilia ptinẽt ad habitũ intellectus: cõcluſiones verò ex his deductæ ad habitũ ſciẽtiæ. Et iõ ex principiis Geometriæ cõtingit aliqđ cõcludere in alia ſcientia, puta in ꝑſpectiua. Sed eadẽ potentia rõnis eſt, ad quã ptinet & medium & ultimũ. Eſt.n. actus rõnis quaſi quidã motus de uno in aliud ꝑueniẽs. Idem aũt eſt mobile qđ pertranſiens medium pertingit ad terminũ. Vñ* una & eadem potẽtia rõnis eſt rõ ſuperior & inferior, ſed diſtinguuntur ſm Aug.* per officia actuũ, & ſm diuerſos habitus.* Nam ſuperiori rationi attribuitur ſapientia, inferiori uerò ſcientia.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quod ſm quamcunq; rõnẽ participationis põt pars dici: inquantum uerò ratio diuiditur ſm diuerſa officia, rõ ſuperior & inferior partitiones dicuntur, & nõ quia ſunt diuerſæ potentiæ.

AD II Dicẽdum, quod ratio inferior dr à ſuperiori deduci, vel ab ea regulari, inquantũ principia, quibus utitur inferior rõ, deducuntur & diriguntur a principiis ſuperioris rationis.

AD III Dicendum, quod ſciẽtificũ, de quo Philoſophus loquit, non eſt idem quod rõ ſuperior. nã neceſſaria ſcibilia inueniunt ẽt in rebus tpalibus, de quibus eſt ſcientia naturalis & mathematica. Opinatiuũ aũt & rõcinatiuũ, in minus eſt quam rõ inferior, quia eſt cõtingẽtiũ tm. Nec tñ eſt ſimpłr dicẽdũ, quod ſit alia potẽtia qua intellectus cognoſcit neceſſaria, & alia qua cognoſcit cõtingẽtia: quia utraque cognoſcit ſm eadẽ rõnẽ obiecti, ſ. ſm rõnem entis & veri.

Universidad de Deusto Biblioteca

Vndè & neceſſaria ꝙ habēt pfe F ctū eſſe in ueritate, pfectè cognoſcit: utpote ad eorū qdditatē ptingēs, p quā ꝓpria accidētia de his demōſtrat. Cōtingentia uerò impfectè cognoſcit, ſicut & habēt impfectū eſſe & ueritatē. Perfectū aūt & impfectū in actu, nō diuerſificāt potētiā, ſed diuerſificāt actus quātū ad modū agēdi: & p cōſequens principia actuū & ipſos habit⁹. Et iō Philoſophus poſuit duas G particulas aiæ, ſcietificū, & ratiocinatiuū: nō qa ſunt duæ potētię, ſed qa diſtinguunt ſm diuerſam aptitudinē ad recipiendū diuerſos habitus, quorū diuerſitatē ibi inqrere intendit. Contingentia.[d] ꝙ, & neceſſaria etſi differāt ſm ꝓpria genera, cōueniūt tñ in cōi rōne entis, quā reſpicit intellectus, ad quā diuerſimodè ſe habent, ſm perfectum, & imperfectum.

Ad IIII dicēdū, ꝙ illa diſtinctio Damaſ. eſt ſm diuerſitatē actuū, nō ſm diuerſitatē potentiarū. Opinio.n. ſignificat actū intellectus, qui fertur in unam partē contradictionis cum formidine alterius. Diiudicare uerò uel mēſurare eſt actus intellectus applicātis principia certa ad examinationē ꝓpoſitorū. Et ex hoc ſumit nomē mentis. Intelligere āt ē cū quadā ap I probatione diiudicatis inhǽre.

ARTICVLVS X.

Vtrum intelligentia ſit alia potentia ab intellectu.

AD DECIMVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ intelligentia ſit alia potentia ab intellectu. Dr̄.n. in lib. de ſpiritu & anima,* ꝙ cū ab īferiorib. ad ſuperiora aſcēdimus, prius occurrit ſenſus, deinde imaginatio, deinde rō, poſtea intells, & poſtea[h] K intelligētia. Sed imaginatio & ſenſus ſunt diuerſæ potētiæ. Ergo & intells, & intelligentia.

¶2 Præt. Boet.* dicit in 5. de cōſo. ꝙ ipſum hominē, aliter ſenſus, aliter imaginatio, aliter ratio, aliter [h] intelligentia intuetur. Sed intellectus eſt eadē potētia cū rōne. Ergo vr̄ ꝙ intelligentia ſit alia potentia q̃ intellectus: ſicut ratio eſt alia potentia quàm imaginatio & ſenſus.

¶3 Præt.[h] Actus ſunt ꝓprij potētis, ut dr̄ in 2. de Anima.* ſed intelligentia eſt quidā actus ab alijs actibus, q̃ attribuuntur intellectui, diuiſus. Dicit.n. Damaſ.† ꝙ primus motus[h] intelligētia dr̄: q̃ uerò circa aliqd eſt intelligentia, intentio uocatur: q̃ permanens & figurās animā ad id quod intelli̇r, excogitatio dr̄. Excogitatio uerò in eodem manens, & ſeipſam examinans, & diiudicās, phro G neſis dicitur.i. ſapientia. phroneſis aūt dilatata, facit cognitionem.i. interius diſpoſitū ſermonē. Ex quo ait ꝓuenire ſermonē p linguā enarratum. Ergo uidet̄ ꝙ intelligentia ſit quædā ſpālis potētia.

SED CONTRA eſt, quod Philoſophus dicit in 3. de Anima,* ꝙ intelligentia indiuiſibilium eſt, in quibus non eſt falſum. Sed huiuſmodi cognoſcere pertinet ad intellectum. Ergo intelligentia nō eſt alia potentia præter intellectum.

RESPON. Dicendum, ꝙ hoc nomen intelligētia, propriè ſignificat ipſum actum intellectus, q̃ eſt intelligere. In quibuſdam tamen libris de Arabico H translatis, ſubſtantiæ ſeparatæ, quas nos angelos dicimus, intelligentiæ uocantur, fortè pp hoc ꝙ huiuſmodi ſubſtantię ſemper actu intelligunt. In libris tamen de Græco translatis, dicuntur intellectus, ſeu mentes. Sic ergo [m] intelligentia ab intellectu non diſtinguitur ſicut potentia à potentia, ſed ſicut actus à potentia.* inuenitur.n. talis diuiſio ēt a Philoſophis. Quandoq;.n. ponūt quatuor intellectus.ſ. intellectum agentem. poſſibilem, & in habitu, & adeptū: quorum quatuor, intellectus I agēs & poſſibilis ſunt diuerſæ potentię: ſicut & in oibus eſt alia potentia actiua, & alia paſſiua. Alia uerò tria diſtinguuntur ſm tres ſtatus intellectus poſſibilis, qui qñq; eſt in potētia tm̄: & ſic dr̄ poſſibilis. Qñq; aūt in actu primo qui eſt ſciētia. & ſic dr̄ intellectus in habitu. Quandoque aūt in actu ſecundo: qui eſt conſiderare. & ſic dicitur intellectus in actu,* ſiue intellectus adeptus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſi recipi debet illa authoritas, [c] intelligentia ponitur ꝓ actu intellectus. & ſic diuiditur contra intellectum ſicut actus contra potentiam.

AD II Dicendum, ꝙ Boet. accipit intelligentiā pro actu intellectus, qui tranſcendit actum ratio- K nis. Vndè ibidem dicit,* quòd ratio tantum humani generis eſt ſicut intelligentia ſola Dei: propriū enim Dei eſt quòd abſque omni inueſtigatione omnia intelligat.

AD III Dicendum, ꝙ omnes illi actus, quos Damaſc. enumerat, ſunt unius potentiæ, ſcilicet intellectiuæ, quæ primò quidem ſimpliciter aliqd apprehendit. Et hic actus dicitur intelligentia. Secūdo uerò id quod apprehendit, ordinat ad aliquid aliud cognoſcendū uel operandū: & hic uocatur intētio. Dū uerò perſiſtit in inquiſitione illius qđ intēdit, uocat̄ cogitatio. Dū uerò id qđ eſt excogitatū examinat ad aliqua certa, dr̄ ſcire uel ſapere

quod

non eſt ut motus progreſſus de potentia actiua in effectū: ſed eſt potius conuerſio patientis ad agēs, aut econuerſo. ergo.

¶ Ad hoc hi, ꝙ cognitio medij ad notitiā concluſionis duplicē hēt habitudinē, ſ. illationis & cōcluſiōis. Et quo ad uim illatiuā non hēt rōnē medij motus, ut argumētū eſt. Sed quoad conditionē cōcluſionis quā hēt, ut mediū motus ſe hēt. Nā notitia medij, notitia cōfuſa cōcluſionis eſt: & p hoc ſullectio [illegible] p medium ad cōcluſionē incipit à pura potētia, mediati cognitione cōfuſa cōcluſionis i medio: & cōſequēter naturaliter media inter potētiā & actū ut in motu cōtingit. Et hoc mō uſus eſt hic S. Th. notitia medij, & nō primo. Et iō rō eſt efficax. Si ſignanter non dixit, ꝙ mediū ſyllogiſmi ſit mediū mot⁹ quāuis fuiſſet verū quoad cōditionē cōcluſionis: ſed ad excludēdas calūnias, dixit ꝙ ipſe act⁹ rōnis.ſ. diſcurſus de uno in aliud perueniēs, eſt quaſi mot⁹, ut inſinuaret ex hoc, ꝙ de cōditione ipſi⁹ cognitionis, ut pgredit̄ de impfecto ad pfectū, de cōfuſo ad diſtinctū, loquebat̄.

SVPER Q. LXXIX. ART. X.

Titulus occaſionatus ex dictis theologorū, ꝓpter q hoc uocabulo vti pulcra uidemur.

¶ In corpore rñdet q̃ſtio unica cōcluſione habēte duas partes ſic. Intelligētia diſtinguit̄ ab intellectu nō ſicut potētia à potētia, ſed ſicut actus à potentia. Et declarat̄ dupliciter. primò ex qđ nominis intelligētię: ſecūdò ex eo ꝙ hæc diſtinctio cōſonat dictis Philoſophorū. Et i primo ponit̄ duplex ſignificatio ly intelligentia, ſ. ꝓpria, & ꝓ actu ſecūdo; & tranſumptiua, particularis. ſ. apud Arabes, nō Grecos. In ſecūdo ponit̄ diſtinctio intellectus ſ quatuor clarè: & hī ex Alexan. Themiſtio, Auerroi, & aliis antiquis: & iu nota eam,

D. 923.

365

Porrecta per totum.

398 .di.3.q.4 art. 1.

*Lib. 1. de ſpi. & ani. cap. 11.

*Lib. 5. de conſol. proſa 1.

*Lib. 2. de Aia. tex. 1 tom. 2. †Damaſ. L. 2. orth. fidei. c. 22

ut intelligas terminos in talis Animam. ¶In diſſione eſt ſecūdū aducrtēs, ꝙ intelli[illegible] parōnis uocabulu largè hic accipit̄ pxcqdi[illegible] tione qualiſcūque. Et ſimiliter in diſſione ad ſermō, intentionis nomē, non propriè, ſed extenſiuè accipit potius cāliter q̃ formaliter, ut patet ex prima ſecundę.

Opiniō est.

*Lib. 3. de Aia. tex. 21. to. 2.

Concl. [m]

*Lib. 5. de conſol. proſa 4. circa medium

qđ ē phroneſis vel ſapiētia. Nā ſapiētiæ ē iudica- A re, vt dr̄ in 1. Met.* Ex quo aūt hēt aliqd ꝓ certo, quaſi examinatū, cogitat quomō poſſit aliud alijs manifeſtare: & hæc eſt diſpoſitio interioris ſermonis, ex qua ꝓcedit exterior locutio. Nō.n. oīs differētia actuū potētias diuerſificat, ſed ſola illa, q̃ nō pōt reduci in idē principiū, vt ſupra dictum eſt [e].

ARTICVLVS XI.

Vtrū intellectus ſpeculatiuus & practicus, ſint diuerſæ potentiæ.

AD VNDECIMVM ſic ꝓcedit. Vr̄, ꝙ intellectus ſpeculatiuus & practicus ſint diuerſæ potētiæ. Apphēſiuū.n. & motiuum[b] ſunt diuerſa gña potētiarū, ut patet i 2. de Aia.* Sed itellect⁹ ſpeculatiu⁹ ē apphēſiuus tm̄, itellect⁹ aūt practicus ē motiu⁹. ergo ſunt diuerſæ potētię.

¶2 Præt. Diuerſa[b] rō obiecti diuerſificat potētiā. Sed obiectū ſpeculatiui intellectus eſt verū: practici aūt bonū, q̃ differūt rōne. Ergo itellect⁹ ſpeculatiu⁹ & practic⁹, ſunt diuerſæ, potētię. C

¶3 Præt. In parte itellectiua intellectus practicus cōparat̄ ad ſpeculatiuum, ſicut æſtimatiua ad imaginatiuā in parte ſenſitiua. Sed æſtimatiua differt ab imaginatiua, ſicut potētia à potētia, vt ſupra dictū ē.* Ergo[b] & itellect⁹ practic⁹ à ſpeculatiuo.

SED CONTRA eſt, quod dicitur in 3. de Aia, * ꝙ intellectus ſpeculatiuus, ꝑ extēſionem ſit practicus. Vna autem potentia D non mutatur in aliam. Ergo intellectus ſpeculatiuus & practicus non ſunt diuerſæ potētiæ.

RESPON. Dicēdū, ꝙ intellectus[m] practicus & ſpeculatiuus nō ſunt diuerſæ potētiæ.[n] Cuius rō eſt qa vt ſupra dictū eſt, id * qđ accidentaliter ſe hēt ad obiecti rōnē, quam reſpicit aliqua potētia, nō diuerſificat potētiā. Accidit.n. colorato ꝙ ſit hō, aut magnum, aut paruū. Vñ E oia hmōi, eadē viſiua potentia apprehenduntur. Accidit autē alicui apphenſo ꝑ intellectū, ꝙ ordinet̄ ad opus, vel nō ordinetur. Secūdū hoc aūt differūt intellectus ſpeculatiuus & practicus. Nā intellectus ſpeculatiu⁹ eſt, q̃ qđ apphēdit, nō ordinat ad opus, ſed ad ſolam veritatis conſiderationē. Practicus vero intellectus dr̄ qui hoc qđ apprehendit, ordinat ad opus. Et hoc eſt quod Philoſophus dicit in 3. de Anima,* ꝙ ſpeculatiuus differt à practico, fine. vnde & à fine denominatur vterq;. Hic quidem ſpeculatiuus, ille verò practicus, i. operatiuus.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ intellectus practicus eſt [d] motiuus non quaſi exequens motum, ſed quaſi dirigens ad motum. Quod conuenit ei ſecundum modum ſuæ apprehenſionis.

AD II dicendū, ꝙ verum & bonum ſe inuicem includunt.[e] Nam verum eſt quoddam bonū, alioquin non eſſet appetibile. & bonum eſt quoddam verū, alioquin non eſſet intelligibile. Sicut igitur obiectū appetitus pōt eſſe verum, inquantum ha- B bet rōnem boni, ſicut cum aliquis appetit veritatē cognoſcere, ita obiectū intellectus practici eſt bonum ordinabile ad opus, ſub rōne veri. Intellectus enim practic⁹ veritatē cognoſcit, ſicut & ſpeculatiuus, ſed veritatē cognitā ordinat ad opus.

AD III dicendum, ꝙ multæ differentiæ diuerſificant ſenſitiuas potentias, quæ non diuerſificant potentias intellectiuas: vt ſupra dictum eſt.†

ARTICVLVS XII.

Vtrum ſynderesis ſit quædam ſpecialis potentia ab alijs diſtincta.

AD DVODECIMVM ſic ꝓcedi tur. Vr̄, ꝙ ſynderesis ſit q̃dam ſpecialis potentia ab aliis diſtincta. Ea enim quæ cadunt ſub una diuiſione, uidētur eſſe vnius generis. Sed in gloſ. Hieron. * Ezech. 1. diuiditur ſynderesis contra iraſcibilem, & cōcupiſcibilem, & rationalem: q̃ ſunt quædam [h] potentiæ. Ergo ſynderesis eſt quædam potētia.

¶2 Præt. Oppoſita [h] ſunt unius gñis: ſed ſynderesis & ſenſualitas opponi vr̄, quia ſynderesis ſemper inclinat ad bonum, ſenſualitas autem ſemper ad malū: vnde per ſerpentem ſignificatur: vt patet per Augu. 12. de Trin.* Videt̄ ergo ꝙ ſynderesis ſit potētia, ſicut & ſenſualitas.

¶3 Præt. Aug.† dicit in lib. de libero arbit. ꝙ in naturali iudicatorio adſunt quædā regulæ & ſemina virtutum, & vera & incommutabilia. hæc autem dicimus ſynderesim. Cum ergo regulæ incōmutabiles q̃bus iudicamus, pertineant ad rōnem ſecundū ſui ſuperiorē partem, vt Augu. dicit 12. de Trin.* videtur quòd ſynderesis ſit idem ꝙ ratio. & ita eſt quædam potentia.

SED CONTRA. Potentiæ rōnales ſe habēt ad oppoſita ſm Philoſophum.† Synderesis autem non ſe habet ad oppoſita, ſed ad bonum tantum inclinat.

SVPER Q. LXXIX. ART. XI.

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore vna cōcluſio ſimus negatiue. Intellect⁹ ſpeculatiuus & practic⁹ nō ſunt diuerſæ potentiæ. Probat̄ ſic. Diuiſæ ꝑ accidēs obiecti, nō diuerſificāt potētiā. ergo ordinari & nō ordinari ad opus, non diuerſificant intellectū. ergo intellect⁹ ſpeculatiuus & practicus nō ſunt diuerſæ potentiæ. Antecedēs & eſt per ſe notū. & declarat in differētijs obiecti viſus. Prima verò cōſequētia ꝓbat̄: qa apprehenſo ꝑ intellectū accidit ordinari, aut non ordinari ad opus. Secūda aūt ꝓbat: quia iſtę differētiæ ſunt penes quas differūt intellectus ſpeculatiuus & practicus. Qđ dupliciter declarauit: primò, ex officijs eorū, ſecūdò ex authoritate Ariſto. in 3. de Aia.

¶ Circa hāc rōnē t aduerte duo. Primò, ꝙ ꝑ ordinari, & nō ordinari ad opus, nō ſumit̄ actualiter tantū, ſed aptitudinaliter, & nō ꝑ accidēs, ſed ꝑ ſe: itaq; intellect⁹ ſpeculatiu⁹ diſtat à practico i hoc, ꝙ hic verſat̄ circa id qđ ex ſe eſt aptū natū ordinari ad op⁹ alterius potentiæ, q̃ intellectus: ille verò circa id quod ex ſe opus hoc non hēt, ſed ſolum veritatis cognoſcēdæ gratiā à natura inſtitutū eſt. quia ꝑ accidēs aliꝙ ordinet ad opus: vt ſi q̃s triāguli ſpeculationem ordinet ad diuitias, aut honorē. Scdo, ꝙ nō eſt hic ſermo de quibuſcūq;, ſed de primis diſſ. inter intellectū ſpeculatiuū & practicū: diſtāt.n. primò ꝑ hās diſſ., à quibus & nomē ſumpſerūt. Et propterea accuſat, iſte nullam patitur calumniam.

SVPER Q. LXXIX. ART. XII.

S. Bona. 2. 3. d. 39. q. 1. art. 1. Scot. 2. 5. d. 39. q. 1. Riccar. 2. 5. d. 39. q. 4. Duran. 2. 5. d. 39. q. 4. Egid. 2. 5. diſt. 39. q. 2. art. 1.

IN titulo, Synderesis, idest, inſtigatoriū ad bonū, & murmur, quē ſentimus i nobis de malo moris. Specialis, contra cōmunē. Potētia, cōtra actū & habitum. Ita ꝙ duo q̃runtur an hic murmur ſpectet ad quādā ſpecialē potentiā aiæ, an ad cōmunē iam dictam, ſcilicet intellectū. Et ſiuē ſpectet ad intellectum, ſiue ad aliā potentiam, an ſit ipſa potentia, an non.

¶ In corpore tria. Primò, proponit reſpōſionē oppoſitis duabus opinionibus cōtrarijs. Secundò, præmittit quoddā præſuppoſitum neceſſarium ad ueritatem habendam. Tertiò, probat propoſitā cōcluſionem.

¶ Quo ad primum, determinatio eſt, ꝙ ſynderesis nō eſt potentia, ſed habitus. Prima opinio tenet, quòd eſt potentia & ſpecialis, altior, ſ. ratione. Secūda, quòd eſt quidem potētia, ſed non ſpecialis, ſed ſub ſpirituali ratione: tenet.n. quòd eſt ratio, non ut ratio, ſed ut natura.

¶ Quo ad ſecundum præſupponit, ꝙ no-

Ll 2

bis

Opiniō. eſt.

*Li. 2. nō ſpecul. à Plin. to. 3

185 Porrecta per totum.

399 1. d. 2. q. 3. 2. 2. art. 5. q. 3. Et veri. q. 3. art. 3. Et 3. de Anima. lect. 14.

*Text. 17. tom. 2.

*q. 78. ar. 4.

*Vi colligi à docto illius ex n. 43.

Concl. [m]

*q. 77. ar. 3.

*Lib. 3. de Aia, tex. 49. to. 2.

D. 780.

410

† In iſto art. Et 7. Et q. 77. ar. 3.

Porrecta per totum.

400 2. d. 24. q. 2. ar. 3. Et Veri. q. 16. a. 1. Et ar. 2. ad 4.

* Super illud quatuor facies uni, tom. 5.

* Li. 12. de Tri. c. 12. & 13.

† Li. 2. de lib. arbi. c. 10. poſt medium. tom. 1.

* Li. 12. de Tri. ca. 2. circa finē, to. 3.

† Ariſ. li. 9 Met. text. 3. tom. 3

Ergo ſynderesis nõ eſt potẽtia. F Si enim eſſet potentia, oporteret ꝙ eſſet rationalis potentia. Non enim inuenitur in brutis.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ ſynderesis nõ eſt potẽtia, ſed habitus: licet quidã poſuerint ſynderesim eſſe quandã potẽtiã rõne altiorem: quidam uerò dixerint eam eſſe ipſam rationem, non ut eſt ratio, ſed ut eſt natura.

Ad huius aũt euidẽtiã conſiderãdũ eſt, ꝙ ſicut ſupra dictũ G eſt*, rõcinatio hominis, cũ ſit quidã motus, ab intellectu pgreditur aliquorũ, ſ. naturaliter notorũ abſq; inueſtigatione rõnis: ſicut à quodã principio immobili: & ad intellectũ ẽt terminatur, inquãtũ iudicamus p principia p ſe naturaliter nota de his, q̃ rõcinãdo iueniunt. Cõſtat aũt ꝙ ſicut rõ ſpeculatiua rõcinatur de ſpeculatiuis, ita rõ practica rõcinatur de operabilibus. Opor H tet igitur naturaliter nobis eſſe indita, ſicut principia ſpeculabiliũ, ita & principia operabiliũ. Prima aũt principia ſpeculabiliũ nobis naturaliter indita nõ ptinẽt ad aliquã ſpecialẽ potẽtiã, ſed ad quẽdã ſpecialẽ habitũ, q dr̃ intellect⁹ principiorũ, ut patet in *6. Ethic. Vñ & principia operabiliũ nobis naturaliter indita, nõ ptinẽt ad ſpecialẽ potẽtiã, ſed ad ſpecialẽ habi I tũ naturalẽ, quẽ dicimus ſynderesim. Vñ & ſynderesis dr̃ inſtigare ad bonum, & murmurare de malo, inquantum per prima principia pcedimus ad inueniẽdum, & iudicamus inuenta. Patet ergo ꝙ ſynderesis[m] non eſt potentia, ſed habitus naturalis[n].

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ illa diuiſio Hiero. attenditur ſecundum diuerſitatem actuum, nõ ſecundum diuerſitatem potentiarum. Diuerſi autem actus poſſunt eſſe vnius potentiæ.

Ad ii dicendum, ꝙ oppoſitio ſenſualitatis & K ſynderesis, attenditur ſm oppoſitionem actuum, non ſicut diuerſarum ſpecierum unius generis.

Ad iii dicẽdũ, ꝙ hmôi incõmutabiles rõnes, ſunt prima principia operabilium, circa quæ nõ contingit errare: & attribuuntur rationi ſicut potentiæ, & ſynderesi ſicut habitui. Vnde & utroq; ſcilicet rõne & ſynderesi naturaliter iudicamus.

Articvlvs xiii.

Vtrum conſcientia ſit quædã potentia.

Ad tertivmdecimvm ſic pcedit. Vr̃, ꝙ cõſciẽtia ſit quædã potentia. Dicit. n. Orig.* ꝙ conſcientia eſt[h] ſpiritus correctòr & pędagogus aiæ ſociat⁹, quo ſeparatur à malis, & adhęret bonis. Sed ſpiritus in aia nominat potẽtiam aliquã, uel ipſam mentem, ſm illud Epheſ. 3. Renouamini ſpiritu mẽtis ueſtræ: vel ipſam imaginationẽ. Vnde & imaginaria viſio ſpiritualis vocatur: vt patet per Augu. 12. ſuper Geneſ. ad lit.* Eſt ergo conſcientia quædam potentia.

¶2 Præt. Nihil eſt peccati ſubiectũ niſi potentia animæ. Sed cõſciẽtia eſt[h] ſubiectũ peccati. dicitur enim ad Tim. 1. de quibuſdã, ꝙ inquinatæ ſunt eorũ mentes & conſcientia. Ergo uidetur ꝙ conſcientia ſit potentia.

¶3 Præt. Neceſſe ẽ ꝙ cõſciẽtia ſit actus uel habitus, uel potentia. Sed non eſt actus, q̃a nõ ſp̃[h] maneret in homine. nec ẽt habitus: nõ. n. eſſet[h] vnũ qd cõſcientia, ſed multa. Per multos. n. habit⁹ cognoſcitiuos dirigimur i agẽdis. Ergo conſcia ẽ potẽtia.

Sed contra, Conſcientia deponi poteſt, non autẽ potentia. Ergo conſcientia non eſt potentia.

Respon. Dicendum, ꝙ[m] conſcientia propriè loquendo, non eſt potẽtia, ſed actus[n]. Et hoc patet, tum ex rõne nominis: tum ẽt ex his q̃ ſecundũ cõmunem vſum loquendi conſcientiæ attribuuntur. Conſcientia enim ſecundum proprietatem uocabuli, importat ordinem ſcientiæ ad aliquid, nam conſcientia dr̃ cum alio ſcientia. Applicatio autẽ ſcientiæ ad aliqd, fit p aliquem actum. Vñ ex iſta rõne nominis, patet, ꝙ conſcientia ſit actus. Idem aũt apparet ex his, q̃ conſcientiæ attribuuntur. Dr̃ enim conſcientia teſtificari, ligare, uel inſtigare, vel ẽt accuſare, uel ẽt remordere ſiue reprehendere. Et hæc oĩa conſequuntur applicationem alicuius noſtræ cognitionis uel ſciẽtię ad ea, q̃ agimus. Quæ qdẽ applicatio fit tripliciter. Vno mõ ſecundũ qđ recognoſcimus aliqd nos feciſſe, uel non feciſſe, ſecũdũ illud Eccl. 7. Scit conſcientia tua te crebrò maledixiſſe alijs. Et ſecundũ hoc conſcientia dicitur teſtificari. Alio modo, applicatur ſecundum ꝙ per noſtram cõſcientiã iudicamus aliquid eſſe faciendum, vel non faciendum. Et ſecundum hoc dicitur cõſcientia ligare, vel inſtigare. Tertio modo applicatur ſecundũ quod per cõſcientiam iudicamus, ꝙ aliquid quod eſt factum, ſit benefactum, uel non benefactum. Et ſecundum hoc, conſcientia dr̃ excuſare uel accuſare, ſeu remordere. Patet aũt ꝙ omnia hæc conſequuntur actualẽ applicationem ſcientiæ ad ea quæ agimus. Vnde ꝓpriè loquendo, conſcientia nominat actum. Quia tñ habitus eſt principium actus, qñq; nomen conſcientiæ attribuit primo habitui naturali, ſcilicet ſynderesi: ſicut Hiero.* in glo. Ezech. 1 ſynderesim con-

Margin and commentary, left page:

his ſunt indita principia operabiliũ ſicut & ſpeculabiliũ. qđ pbat ſic. Oĩs rõ cũ motus ſit, à naturaliter notis eſt, & terminatur reſolutiuẽ ad illa. ergo & ratiocinatio de operabilibus. ergo naturaliter ſunt nobis indita operabilium principia. omnia patent.

¶ Quo ad tertiũ conclusio reſiũ dũ, Synderesis nõ eſt potentia, ſed naturalis habitus intellectus reſpectu principiorum in operabilibus. Probatur ſic, Indita cognitio principiorũ ſpeculabiliũ, non eſt potẽtia: ſed naturalis habit⁹ intellectus ſpeculatiui. ergo indita cognitio principiorũ operabilium, non eſt potẽtia, ſed naturalis habit⁹: ſed ſynderesis eſt talis prædicta cognitio operabiliũ principiorum. ergo. Proceſſus totus ẽ notus: & minor pbatur ab actu, ſ. inſtigare & murmurare: nõ enim hi actus à principijs naturaliter notis, ac p hoc ad unũ determinatis, & immobilibus, pueniẽtes. Et ſic patet quomodo etiã illæ falſæ opiniones aliqualiter verum dixerunt: ẽ. n. synderesis altior rõne: q̃a immobilis ad bonum, determinata eſt ẽtrõ ut natura, idest ut determinata naturaliter ad uerũ operabile, quia tamen utrunq; horũ indito habitu ſit, ideò errarunt.

συντήρησις Hieron. Ezec. c. 1.

*Ar. 8. huius queſt.

* Lib. 6. Ethi. c. 6. tom. 5.

Concl. m

Perrectta per totum. 401

2. d. 24. q. 2. ar. 4. Et veri. q. 17 artis. 1. Et Roma. 2. le. 3.

* Nõ muſ tũ remoto aũ medio lib. 2. in epiſ. ad Rom. c. 3.

Super Q. LXXIX. Art. III.

Cap. 2. d. 39. q. 1. a. 2.

Titulus clarus. ¶ In corpore duo, iuxta duo mẽbra im plicitæ diſtinctionis, ſ. conſcientiæ nomen ſumitur ſupliciter, ſ. propriè & communiter. Primò, qđ ſit propriè. Secundò, quid communiter.

¶ Quo ad primũ concluſio, conſciẽtia ppriè eſt act⁹, nõ potẽtia, aut habitus. Probatur dupliciter. Primò ex quid nominis. Secũdo, ex tributis hiis actũ ei attributorum, ſ. teſtificationis, quo ad præterita, & ligationis, quo ad futura, & excuſationis, quo ad bene uel male, & omnia clara ſunt.

¶ Quo ad ſecũdum, conſcientia cõiter ſumit p habitu primo, ſcilicet ſynderesi, q eſt cõſciẽtię principalis radix & regula. Declaratur authoritatibus Hieronymi, Damaſ. & Baſilij: & redditur cauſa: quia conſueta eſt, ut cauſas effectuum nominibus appellemus, & habit⁹ ab actibus nũcupemus.

*Li. de Tri. c. 14 medium tom. 3.

† Hier. c. 1. Ezech.

Concls. m

* Super ſed qua ſtione ſup. ces uel. tom. 5.

QVÆST. LXXX. ARTIC. I.

cõſciẽtiã noiat: & Baſilius* naturale iudicatoriũ, A Et Damaſ.† dicit, ꝙ eſt lux intellectus nr̃i. Cõſuetũ. n. eſt, ꝙ cauſæ & effectus p inuicẽ nominẽtur.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ conſcientia dicitur ſpiritus, ſecundum quod ſpiritus pro mẽte ponitur, quia eſt quoddam mentis dictamen.

Ad ii dicendum, ꝙ inquinatio dicitur eſſe in conſcientia non ſicut in ſubiecto, ſed ſicut cognitum in cognitione: inquantum ſcilicet, aliquis ſcit ſe eſſe inquinatum.

Ad iii dicendum, ꝙ actus, etſi nõ ſp maneat, ſp tñ manet in ſua cã, quę eſt potentia, & habitus. Habitus aũt, ex quibus conſcientia informatur, etſi B multi ſint, oẽs tñ efficaciam habẽt ab uno primo principio, ſ. ab habitu primorum principiorũ, qui dr̃ ſynderesis. Vndè ſpecialiter hic habitus interdum conſcientia nominatur, ut ſupra dictum eſt.*

QVAESTIO LXXX.

De potentijs appetitiuis in communi, in duos articulos diuiſa.

Deinde conſiderãdum eſt de potẽtijs appetitiuis. Et circa hoc, cõſiderãda ſũt quatuor. C Primò, de appetibili in communi. Secũdò, de ſenſualitate. Tertiò, de uoluntate. Quartò, de libero arbitrio.

Circa primum, quærunt duo.

¶ Primò, Vtrũ dẽat poni appetit⁹ aliqua ſpãlis potẽtia aię.

¶ Scđò, Vtrũ appetit⁹ diuidatur i appetitũ ſẽſitiuũ & itellectiuũ, ſicut i potẽtias diuerſas.

Articvlvs primvs.

Vtrum appetitus ſit aliqua ſpecialis animæ potentia. D

Ad primvm ſic procedit. Vr̃, ꝙ appetitus nõ ſit aliqua ſpecialis animæ potẽtia. Ad ea enim, quæ ſunt[h] communia animatis & inanimatis, non eſt aliqua potentia animæ aſſignanda. Sed appetere eſt cõe animatis & inanimatis, quia bonũ eſt quod omnia appetunt, ut dicit in 1. Ethic.* Ergo appetitus nõ eſt ſpecialis potentia animæ. E

¶2 Præt. Potẽtiæ diſtinguuntur ſm[h] obiecta. Sed idẽ eſt qđ cognoſcimus & appetimus. Ergo vim appetitiuã nõ oportet eſſe aliã præter uim apprehenſiuã.

¶3 Præt. Cõe[h] non diſtinguitur cõtra propriũ. Sed quęlibet potẽtia animę appetit quoddam particulare appetibile. ſ. obiectũ ſibi conueniẽs. Ergo reſpũ huius obiecti qđ eſt appetibile in cõi, non oportet accipi aliquam potentiam ab aliis diſtinctam, quæ appetitiua dicatur.

Sed contra eſt, quod Philoſophus in 2. de Anima.* diſtinguit appetitiuũ ab aliis potentiis. Damaſ.† ẽt in 2. li. diſtinguit uires appetitiuas à cognitiuis.

Respon. Dicendum, ꝙ neceſſe eſt ponere quandam potẽtiã animæ appetitiuam. Ad cuius euidentiam conſiderandũ eſt, ꝙ[d] quãlibet formam ſequitur aliqua inclinatio.* Sicut ignis ex ſua forma inclinatur in ſuperiorẽ locũ, & ad hoc ꝙ generet ſibi ſimile. Forma aũt in his, q̃ cognitionẽ participãt, altiori mõ inuenitur q̃ in his, quæ cognitione carẽt.* In his. n. quæ cognitione carẽt, inuenitur tantũmodo forma ad unũ eſſe ꝓpriũ determinans unũquodq;, quod ẽt naturale uniuſcuiuſque eſt. Hanc igitur formã naturalem C ſequitur naturalis inclinatio, quę appetit⁹ naturalis vocatur. In habentibus aũt cognitionem, ſic determinatur unumquodque ad propriũ eſſe naturale p formã naturalem, ꝙ tamen eſt receptiuũ ſpecierum aliarum rerum, ſicut ſenſus recipit ſpẽs omniũ ſenſibiliũ, & intellectus omniũ intelligibilium. Et ſic anima hominis ſcit omnia quodãmodo ſecũdũ ſenſum & intellectum, D in quo quodãmõ cognitionem habẽtia ad Dei ſimilitudinẽ appropinquãt, in quo oĩa præexiſtũt, ſicut Dion. dicit. Sicut igitur formæ altiori mõ exiſtũt in habentibus cognitionẽ ſupra modũ formarũ naturaliũ, ita oportet ꝙ in eis ſit inclinatio ſupra modũ inclinationis naturalis, q̃ dr̃ appetitus naturalis. Et hæc ſuperior inclinatio pertinet ad uim animæ appetitiuã, p quam E animal appetere põt ea, q̃ apprehẽdit, nõ ſolũ ea ad q̃ inclinatur ex forma nãli. Sic igit,[m] neceſſe eſt ponere aliquã potẽtiã aię appetitiuam.[n]

Ad primvm ergo dicendum, quod appetere inuenitur in habentibus cognitionem ſupra modum communem, quo inuenitur in omnibus, ut dictum eſt.* Et ideò oportet ad hoc determinari aliquam potentiam animæ.

Ad ii dicendum, ꝙ id quod apprehenditur, & appetitur, eſt idem ſubiecto, ſed differt rõne.* Apprehenditur enim ut eſt ens ſenſibile, uel intelligibile, appetitur uerò, ut eſt conueniens, aut

Margin and commentary, right page:

* Baſil. in prin. Prouerb.

† Damaſ. li. 2. de fi. cap. 22.

* In corp. ar.

Super Q. LXXX. Artic. I.

Titulus clarus. ¶ Et aũt rõ eſt, q̃a cũ omnibus rebus attribuatur appetere ſuũ bonum, animalibus ſpecialiter attribuitur, ꝙ appetunt.

¶ In corpore, una cõcluſio reſiua affirmatiuẽ. Neceſſe ẽ ponere quãdã aiæ potẽtiã appetitiuã. Probatur. In cognoſcẽtib⁹ inuenitur forma altiori mõ, q̃ in cognitione carẽtibus. ergo in iſtis inuenitur inclinatio altior q̃ in iſtis. ergo appetitiua potentia. Añtecedẽs pbatur: q̃a & reliqu. forma determinat unũquodque ad propriũ & naturale eẽ: in cognoſcentibus aũt nõ ſolũ ad hoc, ſed ad aliẽ nũ & intẽtionale eẽ ſe extendit. declaratur, q̃a ſcĩa eſt quodãmõ oĩa. Prima conſequẽtia fundatur ſuper hoc, ꝙ oẽm formã ſequitur ꝓportionaliter inclinatio aliqua, qđ patet tã in appriis ut formã ignis ſequitur inclinatio ſurſum, q̃ ſaltem ut pfecta ſequitur inclinatio ad generationẽ ſimiliũ. Secũda uerò cõſequentia fundatur ſup hoc, ꝙ talis ſuperior inclinatio ad appetitiuã potẽtiã ptinet, cuius probatio inſinuatur ex eo ꝙ p appetitiua potẽtiã, aial põt appetere ñ ſolũ ꝓpria & naturalia ſed apphẽſa.

¶ Aduerte hic, ꝙ rõ iſta S. T. ſubtiliſſima eſt, & à priori oſtendit neceſſitatẽ quare appetitiuã ponit ſpecialẽ potẽtiã, ſeu uirtutẽ diſtinctã contra alias potẽtias in habẽtibus cognitionẽ, i aliis uerò non. Cõ. n. appetere nihil aliud ſit q̃ inclinari in aliquid, & appetitus inclinatio ipſa ſit, & unãquãq; naturã, immo unãquãq; rẽ cõmitetur inclinatio ſua, ad aliqđ ſibi proportionatũ, cõſequẽs ẽ, ut quẽadmodũ rerũ naturæ ꝓportionaliter inueniuntur & non unius rõnis pfectionẽ habent, ita ẽt proportionaliter conueniuntur inclinationes, ita ꝙ quẽadmodum forma excedit formam, non ſecundũ gradũ pfectionis tm̃, ſed ſecundũ rerũ ordinẽ, q̃a ſ. una eſt in altiori rerũ ordine quàm alia, ita inclinatio ſit ſuperior inclinatione, & in hoc fundatur prima conſequentia literæ. Videmus aũt duos rerũ ordines in toto uniuerſo. Vnũ eorũ, quorũ naturæ hoc ſolũ hñt, ꝙ ſint tñ ipſemet, ut patet in omnib⁹ inanimatis & ẽt uegetabilib. tñ, alterũ uerò eorum, quorũ naturis non ſufficit ut ſint ipſemet, ſe extendunt ſe ad hoc, ut ſint ẽt alia ut patet in ſentiẽntibus & intelligentib⁹. Si igit unãquãque naturã, proportionaliter ſequitur inclinatio, primi ordinis naturas ſequetur inclinatio ad naturalia & propria tm̃: ſecũdi uerò ordinis naturas, ſequetur inclinatio nõ ſolum ad naturalia, ſed ad apprehenſa: ſunt. n. ipſę & apprehenſa, illæ uerò ſunt tm̃ ipſæ. Et ex hoc ulterius ſequitur, ꝙ inclinatio rerũ primi ordinis multiplicatur in eodẽ, iuxta multiplicationẽ rerũ, quẽadmodũ & eẽ ꝓpriũ & naturale cuiuſq; eſt reipſa multiplicatur. Et

Perrectta per totum.

402 Ethic. c. 1. tom. 5.

* Lib. 1. Ethic. ca. 1. tom. 5.

2. d. 24. q. 1. art. 2. Et veri. q. 25. art. 1.

* Lib. 2. de Aia, text. 27. tom. 2

† Damaſ. lib. 2. ortho fid. c. 22.

D. 615. 223 223 223

80 298 383

Concls. m

* In corp. ar.

b 199

Et proportionalis ei eſt naturalis appetitus leuis ad eſſe ſurſum, & ... ad generandum ſibi ſimile &c. ille enim eſt ... hic autem calor, vel quicquid eſt ſui productiua. Inclinatio verò conſequens naturas ſecundi ordinis, non multiplicatur in eodem, extra rerum multiplicationem: ſed eſt una quædã ſpecialis ... aliòquin proportionata non eſſet naturæ a qua fluit. Natura enim ipſa una eſt ... eſt ipſa, & alia: ergo & inclinatio ſi proportionalis eſt, debet ſe extendere ad utraque, naturalia. ſ. & apprehenſa. Ex amplitudine ipſius naturæ, qua non ſolũ eſt ipſa, ſed alia, oritur ꝙ appetitus eius ſit unus reſpectu vtrorũque, ac ꝓ hoc ſit ſpãlis ... poteſtasq; naturæ. Et hoc fuit fundamentũ ſecundæ conſequẽtię, ut patet in litera.

399

385

¶ In reſponſione ad ſecundum, memento ꝙ ea rõne dr ens intelligibile, aut ſenſibile apprehẽſionis obiectũ, qua in 2. de Anima, dicitur uiſibile obiectum uiſus. Nõ enim intenditur in litera, quòd ens ſub ratione intelligibilitatis aut ſenſibilitatis, ſit obiectum apprehẽſionis, ſicut nec color ſub ratione uiſibilitatis eſt obiectum uiſus, ſed intendimus quòd obiectum apprehenſionis eſt ipſum ens, intelligibile quidem reſpectu intellectiuæ, & ſenſibile reſpectu ſenſitiuæ: ita quòd diſtinctio apprehenſiuæ via appetitiua in hoc ſtat, quòd ratio obiecti illius eſt entitas, illius uerò eſt bonitas, ſiuè conuenientia.

¶ In reſponſione ad tertium, nota hinc, ꝙ in cognoſcentibus quemadmodum eſt utriuſque rõ. ſ. naturæ cognoſcitiui, ita eſt utrumq; appetitus naturalis: ꝙ nihil aliud eſt, ꝙ ipſa naturalis potentia cuiuſq; ad ſuam perfectionem, & animalis ꝙ nõ fertur niſi ad actum cognitum. Et proptorea uidere, audire, & alia huiuſmodi, & etiam ipſum appetere, dupliciter appetimus. Naturaliter, ſecundum partem. i. ſecundũ illam potentiam cuius eſt perfectio, & animaliter, cum apprehenſum uiſionis aut uolitionis bonum concupiſcimus, & conſeruare conamur.

bonum. Diuerſitas autem rationum in obiectis, requiritur ad diuerſitatem potentiarum, non autẽ materialis diuerſitas.[g]

Ad III dicendum, ꝙ unaquæque potentia animę eſt quædã forma, ſeu natura, & habet naturalẽ inclinationem in aliqd. Vndè, unaquęque appetit obiectum ſibi conueniens naturali appetitu, ſupra quẽ eſt appetitus animalis conſequens apprehenſionem quo appetitur aliquid non ea rõne, qua eſt conueniens ad actũ huius, uel illius potẽtię, utpote uiſio ad uidendũ, & auditio ad audiendũ, ſed quia eſt cõueniẽs ſimpl'r aiali.

ARTICVLVS II.

Vtrum appetitus ſenſitiuus & intellectiuus, ſint diuerſæ potentiæ.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd appetitus ſenſitiuus & intellectiuus, non ſint diuerſæ potẽtię. Potẽtiæ. n. non diuerſificantur per[h] accidentales differẽtias, ut ſupra dictum eſt. * Sed accidit appetibili ꝙ ſit apprehenſum per ſenſum, uel intellectum. Ergo appetitus ſenſitiuus & intellectiuus non ſunt diuerſę potentię.

¶ 2 Prętereà. Cognitio intellectiua, ẽ vlium, & ſm hoc diſtinguitur à ſenſitiua, quę eſt ſingulariũ. Sed iſta diſtinctio nõ hẽt locum ex parte appetitiuæ. Cũ. n. appetitus ſit motus ab aĩa ad res, quæ ſunt ſingulares, oẽs appetitus videntur eſſe rei[k] ſingularis. Non ergo appetitus intellectiuus, debet diſtingui à ſenſitiuo.

¶ 3 Præt. Sicut ſub apprehẽſiuo ordinatur appetitiuum, vt inferior potentia, ita & motiuum. Sed non eſt aliud motiuum in homine cõſequens intellectũ, quàm in alijs animalibus cõſequens ſenſum. Ergo pari ratione, neq; eſt aliud appetitiuum.

SED CONTRA eſt, ꝙ Philoſophus in 3. de Aia* diſtinguit duplicẽ appetitũ, & dicit ꝙ appetitus ſuperior mouet inferiorẽ.

RESPON. Dicẽdũ, ꝙ[m] neceſſe eſt dicere appetitum intellectiuũ eſſe aliã potẽtiã à ſenſitiuo.[n] Potentia. n. appetitiua eſt potẽtia paſſiua, quę nata eſt moueri ab apprehenſo. Vñ appetibile apprehẽſum eſt mouẽs nõ motũ, appetitus aũt mouẽs motũ, vt dr in tertio de Aĩa, & 12. Met.* Paſſiua aũt & mobilia diſtinguuntur, ſm diſtinctionem actiuorum & motiuorum, quia oportet motiuum eſſe proportionatum mobili, & actiuum paſſiuo, & ipſa potentia paſſiua propriam rationem habet

Poteſtas per [illegible]

340 Ver. q. 22. art. 4. & [illegible]

*Lib. 3. de Aĩa, text. 57. to. 2.

*Lib. 3. de Aĩa, text. 54. to. 2. Et 12. Meta. tex. 35. com. 3.

Conclu. in [illegible]

fictio eſt ponere tale ens præuium, ut patet ex diuiſione facta. 6 Ethic. de his, quæ ſunt in anima. Tũ, quia ipſum apprehenſum eſt ſufficiens rõ appetendi ipſi appetitui. Nec actũ ipſum, qa aut ut agens totale & ſufficiẽs, & hoc, non, quia tunc periret libertas, uolũtate purè paſſiuè cõcurrente ad actum ſuũ, aut ut agẽs partiale, & hoc vt inconueniens. Tũ, quia effectus totaliter liber, qualis ẽ electio, ſi eſſet totaliter ſed partialiter liber, quia ab una cã partiali naturali, ſ. obiecto, & alia libera ſ. voluntate. Tũ, quia ſcrutandum reſtat, an iſtæ duę cauſæ, obiectũ. ſ. & appetitus, ſe hẽant ſicut cauſæ, quarum neutra aliquid ab altera recipit in ſeipſa, ſed conueniunt tantum in uno effectu: an ſicut illę, quarum altera à reliqua ſuſcipit. & ſi ſic, dicẽdum eſt, quid & quomodo. Si autem nõ mouet actiuè, falſum eſt in primis, ꝙ appetitus ſit potentia paſſiua. Nulla quoq; erit efficax uia ad probãdum aliquid pati ab alio, ſi appetitus, quẽ experimur ab appetibili moueri, negamus pati ab ipſo, dicẽtes ꝙ ipſe ſeipſum agit ad preſentiam appetibilis, & non appetibile mouet ipſum: hoc n. mõ dicemus quoq; de intellectu reſpectu obiecti, hoc de ſenſu reſpectu ſenſibilis, quin & de ligno reſpectu comburentis. In doctrina uerò S. Tho. ſpecialiter eſt hoc difficile: quia hic expreſſè ponit uoluntatẽ in gñe potẽtię paſſiuæ ut diſtinguitur contra actiuã, & apprehenſum in gñe actiui ut diſtinguitur contra paſſiuum. Et tamen inferius q. 82. art. 4. cum arguiſſet, ꝙ ſi uolũtas mouet intellectum, mouens moueretur à moto, quod eſt impoſſibile per ſe loquendo: Reſpõdendo, dicit has motiones eſſe diuerſorum generum, quia apprehenſum mouet in genere cauſæ finalis, uoluntas effectiuè. Vbi expreſſè negare uidetur quæ hic dicit: quia ſi appetitus ab apprehenſo mouetur ut agens à fine, ergo appetitus non eſt in genere potentiæ paſſiuæ, ut diſtinguitur cõtra actiuam, ut hic dicit. Et rurſus, ergo appetibile non mouet appetitum, ut actiuũ paſſiuum. Et rurſus ergo rõ hic facta, cum hoc articulo perit.

¶ In hac dubitatione multa poſſent dici, breuiter tamen ac radicaliter tractando rem, tria faciam. Primò, opiniones perſtringam. Secundò, ueritatem. Tertiò, obiectis reſpondebo.

¶ Quo ad primum, opiniones ſimpliciter ſunt tres. Alij tenent ſolũ appetitum eſſe cãm actiuã uolitionis, & in his ſunt Scot. in 2. di. 25. Henric. & Capreol. quis fortè de cauſalitate obiecti differant, quia aut ponitur cã ſine qua nõ, uel remouens prohibens, ſ. puta ignorantiam, aut ẽt cã formalis & finalis. Alij uerò, tenent ſolum obiectũ eſſe cãm actiuam, & in his dr Godofredus. Alij autem tenent utrumq;, obiectum, ſ. & appetitum actiuè concurrere. Et in his Herueus, Greg. & Adam uidentur. Opiniones uerò in uia S. Tho. ſunt duæ. Capreolus. n. Bernardũ de Gannaco ſequens, tenet apud S. Th. obiectum nõ actiuè, ſed formaliter & finaliter tantum concurrere. Alius autem uidetur, ꝙ ẽt apud S. T. actiuè concurrat, particulariter tamen.

¶ Quo ad ſecundum ſciendum eſt, ꝙ cũ in appetitione duo ſint, ſ. exercitium ipſius & ſpecificatio, & utrumq; inueniatur ꝑ ſe & de nouo, oportet utriuſq; ponere aliquam cauſam in genere cauſæ efficiẽtis, alioquin daretur aliquid aliud à Deo inuentum per ſe & de nouo, abſque per ſe efficiente, quod eſt impoſſibile omnino. Exercitij autem appetitionis ſi libera eſt, procul dubio appetitus ipſe cauſa eſt actiua: liberum enim eſt quod ſui cauſa eſt, ſeruit autem omne, quod agitur. Et uniuerſaliter ſi ag... cum appetitus mouens ſit animalia motu locali effectiuè, ſi appetere non eſſet aliquo modo agere, non eſſet mouere aial. ſed potius quo moueretur animal. Et in hoc ferè omnes conueniunt. Sed de ſpecificationis cauſa quæſtio eſt: oportet enim appetitum uel obiectum talem eſſe cauſam: præter. n. hæc duo, nihil per ſe requirit ad appetendum, ſuppoſito uniuerſali agẽte Deo glorioſo, de quo non eſt ſermo, cũ ꝓprias cauſas actionũ noſtrarũ quærimus. Quòd aũt appetitus nõ ſit ꝑ ſe cauſa ſufficiente effectiua, ad ſpecificationem ſui actus, patet ex eo quod

SVPER QV. LXXX. ARTIC. II.

Titulus clarus.

¶ In corpore una concluſio reſponſiua affirmatiuè, Appetitus intellectiuus, & ſenſitiuus, ſunt diuerſæ potentię. Probatur. Paſſiua & mobilia diſtinguuntur ſecundum diſtinctionẽ actiuorum & motiuorum: appetitus eſt potentia paſſiua ab apprehenſo, ergo appetitus diuerſitas, eſt ſecundũ diuerſitatẽ apprehẽſi: ſed apprehẽſum ꝑ intellectum diuerſi eſt gñis ab apprehẽſo per ſenſum, ergo appetitus intellectiuus alia eſt potentia ab appetitu ſenſitiuo. Maior probatur dupliciter, primò: mobile oportet eſſe proportionatũ motori. Secundò, quia ipſa potentia paſſiua, rationem habet ex ordine ad ſuũ actiuum. minor verò probatur, quia appetibile apprehenſum ſolum eſt mouẽs nõ motũ, ut patet in 3. de Anima, reliqua ꝑ ſe nota relinquuntur.

¶ Circa maiorem & illius probationẽ nota duo. Primo, ꝙ quis debeat eſſe mutua proportio inter motiuum & mobile, & ſimiliter inter actiuum & paſſiuum, quia tamen materia eſt ꝑ formam, & non econuerſo, ut patet 2. phyſi. paſſiuum autẽ & mobile materialiter ſe habeant reſpectu actiui & motiui, quæ ratione formæ agunt & mouent, diſtinctio paſſiuorum & mobilium ex actiuis & motoribus eſt à priori, econuerſo verò aſſignaretur à poſteriori. Vñ rõ iſta, eſt à priori. Et ex hoc hẽs ſecũdũ, differentiam inter primã probationẽ & ſecundã: prima. n. ſumpta eſt ex proportione mutua inter actiuum & paſſiuum: ſecunda verò ex proprijs potentiæ paſſiuæ, ſ. ꝙ diffinitionem ſuam ſortitur ex ordine ad ſuum actiuũ, ſicut materia ex ordine ad formam. De hoc autẽ multa ſuperius ſcripta ſunt, quomodo. ſ. huiuſmodi entia diffiniuntur in ordine ad extrinſeca.

¶ Circa minorem, dubium non paruum occurrit, an appetibile moueat appetitum in genere cauſæ efficientis. Habet n. hoc difficultatem ſimpliciter, & in uia S. Tho. Simpliciter quidem, quia ſi mouet actiuè, aut efficit in appetitu aliquid præuium actui, aut actum ipſum, Non aliquid præuium. Tum, quia

ꝙ omnes actus eius, eſſent vnius ſpeciei, ſicut ipſe vnius eſt naturæ, & ſicut oẽs actiones à calore & quauis alia forma immediatè prouenientes: relinquitur igitur, ꝙ ab obiecto effectiuè ſit ſpecificatio actus. Nec video, quomodo poſſit ſatiſfaciẽdo tũ dari huic rõni. Decepti quidẽ mihi apparẽt, ꝙ aſſignãtes actũ ſpecificari ex obiecto, vt termino, forma & fine, crediderũt ſatis dixiſſe. Manifeſtè. n. poſuerunt ſpecificationẽ actus abſq; cauſa effectiua. voluntatẽ. n. negãt illius ſpecificationis cauſam. Quẽadmodũ enim motus, vt eorũ vtar exemplo, à termino ſpecificatur, & tamẽ ipſa motus ſpecificatio cauſam aliquam per ſe actiuã exigit, ita & volitionis ſpecificatio. ergo obiectũ eſt effectiuè ſpecificãs ipſam appetitionem. Et ſic appetibile apprehenſum eſt actiuum non totale, ſed partiale appetitiõis. Nec cauſat aliquid præuium actui: ſed actum ipſum non totaliter: ſed quo ad aliquid eius, ſ. quo ad ſpecificationem eius. Nec concurrit cum appetitu ex æquo ad cauſandum actum: ſed appetitus eſt cauſa actiua principalis, obiectum verò ſecundaria: immò ſi rectè loquendum eſt, appetitus eſt vere cauſa actiua, & obiectum non eſt propriè alia cauſa actiua, ſed ipſi appetitui ratio cauſandi effectiuè ſpeciem ipſius actus. Quoniam ab appetitu quaſi in formato obiecto prouenit actiuè & ſufficiẽter appetitio talis, puta ambitio, quæ inquantum ab appetitu eſt, appetitio eſt: inquantum uerò eſt ab obiecto, talis eſt. cõſtat. n. ꝙ prius natura eſt ſubſtãtia actus, quàm eius qualitas, etiam ſpecificans. Nec obſtat ꝙ appetibile dicatur in 3. de Anima, & in 12. Met. primum mouẽs & immobile, appetitus verò, ſecundarium & mouens motum. Quoniã de appetibili, vt efficiens eſt loquẽdo, ſecluſa cauſalitate finali formaliter, non radicaliter, quia efficientia obiecti finalitatẽ rõnem cõſequitur, dicendũ eſt, ꝙ appetibile, & appetitus poſſunt dupliciter comparari, ſ. in ordine ad actum appetitionis, communem vtriuſq; effectum, & inter ſe. Si comparentur ad communẽ effectum, ſic appetitus inuenitur cauſa prior ꝓp dictam rõnem, ſemper enim quod eſt prius in effectu, reſpondet priori cauſæ, & quod eſt poſterius poſteriori. cõſtat aũt ꝙ ſpecificatio actus, poſterius quid eſt, quàm ſit ſubſtãtia actus ſpecificati, & ꝙ ſpecificatio rñdet obiecto, & ſubſtãtia actus appetitui, igitur appetitus prior inuenitur cauſa efficiens in ordine ad actũ. Si autẽ comparentur inter ſe, ſic appetibile inuenitur cauſa prior, quia appetibile reducit appetitum de potentia ad actũ ſpecificationis, & non econuerſo: & ideò etiam in genere cauſæ efficientis appetibile obtinet primatum, & eſt mouens immobile, appetitus aũt mouens motum ab ipſo appetibili: oportet enim appetitũ ſpecificatũ ab obiecto mouere, quodcunq; appetendo mouet. Similiter non obſtat, ꝙ ineſt appetitui: oportet enim iuxta naturarũ diuerſitatem, diuerſimodè & diffinitiones, & proprietates aſſignare. Singulare aũt eſt hoc in appetitu, ꝙ ratio agendi in appetente quidem non mediante appetitu, ſed apprehenſiua vi, eſſe debet. Et merito, qui appetere opus eſt utriuſq; virtutis, nec ſibi, ſed appetenti animali appetitus appetit: ſuo enim naturaliter appetitu appetit, ſicut & cæteræ potentiæ. Vnde appetibile mouere appetitum, dupliciter genere cauſæ 12. Meta. com. 36. optimè dixit Auer. ſ. effectiuè ſecũdum quod eſt apprehenſum, & finaliter ſecũdũ qd eſt extra animã. Et utroq; modo, ſpecificat actũ. Et ſic appetitus eſt potentia verè paſſiua ab obiecto, quia reducitur ab eo de potentia ad actum ſpecificationis, recipitq; ab eo actum ſpecificatũ, inquantũ ſpecificatum. Verum, quia iſta reductio de potentia ad actum fit ab obiecto (vt dictum eſt) multipliciter, ſ. in rõne finis, & termini, & rõnis agendi, cautũ oportet eſſe ad intelligendum doctorũ dicta, & ſingulariter S. T. in primis. n. quia cauſalitas finalis manifeſtiſſime conuenit appetibili, ideo illa ſæpius nominatur, illa ſæpius Philoſophi vtuntur, vt patet in Ariſto. Deinde, quia, cauſare effectiuè cõtingit nõ vno, ſed multis modis, ſ. primo, vt ipſa cã, & principaliter, [illegible] verò cauſandi, & ſecũdariò, vt inſtrumẽta cauſandi &c. Et medium quoq; diſtinguitur contra extremũ, inde eſt, ꝙ cauſare actiuè per modum rõnis agendi quoq; diſtinguitur cõtra cauſare cauſæ efficientis, quẽadmodum etiam diſtinguitur contra ipſam cauſam efficiẽtẽ. Et hoc modo S. T. in prima ſecundæ q. 9. diſtinguit cauſalitatẽ obiecti, à cauſalitate appetitus: hãc efficiẽtis, illam formæ vocans, quia illa eſt primo agentis, illa non agentis, ſed rationis agendi. Et confirmatur hæc interpretatio: quia aliòquin oporteret ponere quintũ genus cauſæ. non. n. ſufficit verbo dicere, cauſat ꝑ modum formæ: ſed cũ certũ ſit, ꝙ loquit de forma quę eſt rõ agendi, & illã cõſtat habere cãlitatẽ pertinentẽ ad genus cauſæ effectiuæ, conſequens eſt, ꝙ illius cauſalitatẽ, nõ contra totum genus cauſæ effectiuæ, diſtinxit, vt malè intellectus fuit, ſed contra propriiſſimũ & primũ illius generis modum. Propter hãc autem rationem, & unam aliam, ſ. quia hic efficiendi modus eſt annexus finali cauſæ nõ qualitercunq;, ſed ut radici, nam appetibile quia finis eſt, ideo ratio eſt appetendi ipſi appetitui: ideò ad utrunq; reſpiciens Diuus Thomas, ſ. ad diminutũ modum agendi, & ad radicem illius, dixit, inferius ꝙ intellectus non mouet voluntatem, eo modo quo voluntas mouet intellectum, quia hæc effectiuè, ille ut finis, i. quia hæc ut cauſa efficiens, ille ut cauſa finalis, ac ꝑ hoc non ut efficiens, ſed ut efficiẽdi rõ. Inſeparabiliter enim ſe concomitantur eſſe finem, & eſſe rõnẽ agendi non inhærentẽ potentiæ agendi. Ex hac quoq; radice ſaluatur ꝙ Ariſt. non æquiuocauit, ordinem mouentiũ ad unum reducens mouentem immotũ, quia ad appetibile. Seruatur nãq; idẽ genus cauſæ hoc mõ, ut patet ex dictis. Et breuiter oĩa conſonant. Quod autem hæc ſit mens S. T. doctrina eius hic, & in prima ſecundæ diligenter perſpecta teſtatur, ponderãdæq; potiſſimè ſunt duæ rõnes ipſius. Altera, ꝙ appetitus eſt in potentia ſecũdum ſe ad hmõi ſpecificationem, & nõ reducitur in actũ talẽ à ſeipſo: ex hoc. n. ſequitur: ergo, aut à nullo effectiuè, quod eſt ſtultũ, aut ab obiecto, quod eſt intentum. Altera ex parte obiecti, ꝙ verbũ ꝓducit amorẽ in gñe cauſæ efficiẽtis. Ex hoc arguit ſic, Subſiſtentia adiũcta alicui cauſæ, nõ variat cauſalitatẽ illius de uno gñe cauſandi in aliud, quia variet modũ cauſandi, ſicut & modum eſſendi: quia dat illi eſſe & cauſare ut quod, quæ abſq; ſubſiſtẽtia cauſabat ut quo, quia erat ut quo. ergo ſubſiſtentia adiuncta uerbo cordis, non uariat genus cauſalitatis reſpectu appetitus, ſed modum cauſandi tñ. Ergo eodem gñe cauſæ, quamuis non eodem modo cauſat amorem uerbum cordis abſolutè, & uerbum ſubſiſtens: ſed uerbum ſubſiſtẽs apud S. T. cauſat actiuè amorem, ergo & verbum abſolutè ſed illud ut quod, hoc ut quo. Conſtat autem uerbum cordis nihil aliud eſſe, quàm obiectum apprehenſum. ergo & ſic benedictus Deus.

¶ Circa propoſitionem ſubſumptam, ſ. ꝙ appetibile per intellectum & ſenſum eſt diuerſi generis, aduerte, ꝙ quia diuerſitas ſpecifica ex parte obiecti non ſufficit ad diuerſificandum potẽtias, quia cuilibet potentiæ obiectum eſt genus aliquod quia diuerſitas potentiæ eſt diuerſitas generis phyſici dicẽte Philoſo. 5. Met. ꝙ eadem genere ſunt, quorum materia eſt una, ideò diuerſitatem potentiarum inferre rectè volens San. Thomas ex obiecto, diuerſitatem genericam obiecti aſſumpſit. Conſtat autem, diuerſum genus eſſe intelligibilium & ſenſibilium.

¶ In reſponſione ad primũ, occurrerent, non dubitatio, ſed argumentationes eorũ, qui paralogizant appetitũ poſſe appetere non apprehenſum. Sed quia de appetitu animali, de quo eſt ſermo, loquendo, fatuum eſt hoc uertere in dubium, cum aſſiduè id experientia doceat, & quilibet proferente cõtraria ſolicitum eſſe ſtultum eſt, idcirco uide apud Capreolũ hæc, ſi uacat.

¶ In reſponſione ad ſecundum, dubiũ duplex occurrit. Primò, quo ad primam differentiam aſſignatã dudum, inter appetitũ ſenſitiuũ, & intellectiuũ in hoc, ꝙ intellectiuus fert in res ſingulares ſecundũ aliquã rõnẽ uniuerſalem, ſicut cũ appetit aliquid, quia eſt

Universidad de Deusto
Biblioteca

bonū. Hoc enim cōmune eſt omni appetitui, immò, & omni potentiæ, tendere in res ſecundū aliquam rōnem vniuerſalē. Viſus enim fertur in oīa ſub ratione colorati, & ſimiliter concupiſcibilis appetit ſub rōne delectabilis ſecūdū ſenſum, vnde iſta differentia, nulla videtur. Secundò, dubitatur circa idem, à quo, ſ. mouetur appetitus intellectiuus, cū fertur in iſtas res ſingulares ſenſibiles. Siue enim mouetur ab ipſo ſingulari apprehenſo, cū apprehenſio iſta fiat p ſenſum, ſ. p cogitatiuā, cui ratio facta in corpore articuli: q̄ fundata eſt ſuper hoc, q̄ quia apprehenſum p intellectū, eſt diuerſi generis ab apprehenſo per ſenſum, oportet mobilia ab iſtis eſſe diuerſa, ſi enim alē ponetur moueri ab vtroq;. Si aūt mouet ab vniuerſali, nūquā appetet hoc ſingulare ſignatum determinate, quia uniuerſale non determinat magis ad hoc q̄ illud: ſed aut ad oīa ſimul ſingularia diſtribuit,

D. 228. 230

ex ordine ad ſuū actiuū. Quia igitur[d] eſt alterius generis apprehenſum per intellectum, & apprehenſum per ſenſum, conſequēs eſt q̄ appetitus intellectiuus ſit alia potētia à ſenſitiuo.

Ad primum ergo dicēdū, q̄ appetibili nō accidit eſſe apphēſum p ſenſum, uel itellectū, ſed p ſe ei cōuenit. Nā appetibile nō[d] mouet appetitū, niſi iquā tū eſt apphēſum. Vñ differentię apprehenſi, ſunt p ſe differētiæ appetibilis. Vñ potētiæ appetitiuæ, diſtinguuntur ſecundum differētiā apprehēſorum, ſicut ſecundum propria obiecta.

D. 223. 228

Ad II dicendū, q̄[d] appetitus intellectiuus, etſi feratur in res, q̄ ſunt extra animā ſingulares, fert tñ i ea ſm aliquā[d] rōnē uniuerſalē, ſicut cū appetit aliqd, q̄a eſt bonū. Vñ Philoſoph[*] dicit in ſua Rhetorica,* q̄ odium pōt eē de aliquo uniuerſali, puta cum odio habemus oē latronū genus. Similiter ēt p appetitū intellectiuū appetere poſſumus immaterialia bona, q̄ ſenſus nō apprehēdit, ſicut ſcientiā, virtutes, & alia huiuſmodi.

D. 222.

Ad III dicēdū, q̄ ſicut dr̄ in 3. de Aīa, * Opinio vniuerſalis non mouet niſi mediante particulari, & ſimiliter appetitus ſuperior mouet mediāte iſeriori. Et ideò nō ē alia vis motiua cōſequens intellectum & ſenſum.

D. 228. 231. 229

*Lib. 2. Rhetoric. c. 4. a fin. [illegible]

*Lib. 3. de aīa text. 57. & 58. com. 2.

aut nullum determinat in actu, ſed confuſè & in potentia omnia offert. Experimur tamen nos per appetitum intellectiuum appetere hoc ſingulare ſenſibile, & nunc & hic determinatè, ut patet, cum eligimus ſectionem alicuius membri, aut aliā paſſionem, parti ſenſitiuæ contrariam.

¶ Ad euidētiam primi dubij, duas oportet recolere diſtinctiones. Prima eſt, quòd in termino alicuius actus ſunt duo, ſcilicet terminus, & ratio terminandi. terminus eſt res ipſa, ad quā cognitio uel appetitio terminatur, quæ ſcilicet, cognoſcitur & appetitur. Ratio autem terminandi, iuxta nomen ſuum eſt id, quo formaliter terminus ipſe habet q̄ terminet actum illum. uerbi gratia, cum uideo hoc album, terminus eſt res viſa, ſcilicet hoc album, ratio terminādi eſt eius albedo, ex ea enim formaliter habet hoc album, quòd uiſionem terminet. Et in propoſito, cum appetimus ſanari, res appetita eſt corpus ſanum, ratio uero terminandi appetitum, eſt ſanitatis bonitas.

¶ Secūda diſtinctio eſt. natura aliqua dupliciter ſumitur in cōmuni, ſcilicet aduerbialiter & nominaliter. Aduerbialiter quidem, vt cum dicitur quòd color in communi eſt obiectum uiſus: non enim color communis autem uniuerſalis, ſed color communiter & uniuerſaliter eſt obiectū uiſus: quoniam uiſio non terminatur ad colorem uniuerſalem, hoc enim ſolo intellectu attingitur, ſed ad colorem uniuerſaliter, idest in quocunque, quandocunque, & vbicunque inuenitur. Nominaliter autem, cum dicitur, quòd color in communi intelligitur, ſcitur, diffinitur &c. Quoniam color vniuerſalis, idest abſtractus ab indiuiduantibus conditionibus hic terminat.

¶ His ſtantibus dicitur, quòd obiectum appetitus noſtri quadrupliciter poteſt uariari, diuerſimode combinando terminū appetitus, & rationem terminandi. Quia, aut vterq; eſt uniuerſalis, vt cum appetimus aliquod uniuerſale, puta omnes homines ſaluari. Aut vterq; ſingularis, ut cum appetimus hanc uindictā, quia nunc, hic, in hoc, &c. conuenientē ui. Aut terminus eſt ſingularis, & rō terminādi eſt uniuerſalis, ut cū appetimus aliquid impertinēs ſcire, quia oē ſcire, perfectionis eſt. Aut terminus eſt ſingularis, & ratio terminandi eſt communis communiter, ita q̄ ly communiter, ſit conditio diminuens. Et hic videtur frequentiſſimus noſter appetitus, communiē enim appetimus aliquod ſingulare utile, delectabile, aut honeſtum, ꝓp aliquam conditionem cōmuniter inuentam in pluribus, quæ moueret etiam non minus nos ad appetendum, ſi in illo alio ſingulari ꝑſentaretur. Nihil. n. refert, ut appetenti hunc potum, alter ſolo numero differēs, tribuatur. Inter hęc aūt appetibilia iſti diſtat, q̄ duo tm̄ appetitum ſenſitiuum terminant, ſecundū, ſ. & quartum, quibus nihil vniuerſalitatis admiſcetur. Ad appetitum verò intellectiuum, omnia referri poſſunt, prout experientia docet. In litera tamen, duo tantum nominantur, primum in quo utrūq; eſt uniuerſale, ex authoritate Ariſt. & tertium, in quo appetibile eſt ſingulare, & rō terminandi uniuerſalis, in quo inchoat differentia inter intellectiuū, & ſenſitiuū appetitum. Qui ſenſitiuus fertur in ſingulare rōne cōditionis aut ſingularis, aut cōmunis vniuerſaliter, non uniuerſalis: q̄a nec ſenſus nec potentia aliqua, niſi intellectiuæ partis, ad uniuerſale terminatur. Intellectiuus aūt, extēdit ſe ad ſingulare ratione cōditionis uniuerſalis cōſideratæ, & præter hoc ad uniuerſale ipſum, & præter hoc immateriale omnino bonum, vt in ſecunda differentia dicitur.

¶ Ad ſecundam dubitationē dr̄, q̄ appetitus intellectiuus, ſi mouet ab intellectu practico, cuius eſt & apprehēdere ſingularia ſenſibilia, ſiue directè, ſiue reflexè, nō eſt curæ: nō. n. oportet q̄ apprehenſum reflexè, ſit appetitum reflexè, multa n. reflexè intelligimus, vt q̄ ī anima ſunt, & directè uolumus. Nec obſtat ſi intellectu practico, oporteat quandoq; immiſceri apphēſum per cogitatiuā ad perfectè mouendum; quoniā apprehenſum per ſenſum, excluſum eſt à motione appetitus intellectiui virtute propria, & ſecundū ſe, non autem ut adiungitur apphēſo per intellectum. Itaq; ex hoc diuerſificatur appetitus intellectiuus & ſenſitiuus, quia illius ſecundum ſe, & propria uirtute motiuum eſt apprehenſum per intellectum, huius autem per ſe & propria uirtute motiuum eſt apprehenſum per ſenſum. Cum hac tamen differentia penes diuerſitatem motiuorum ſecūdum ſe, ſtat quòd per adiunctionem & colligationem tam virium, quàm obiectorū ſenſatum vt coniunctum intellecti, compleat quandoq; motiuum intellectiui appetitus. Seorſum autem & ſecundum ſe ipſum ſenſatum, ſit proprium motiuū ſolius appetitus ſenſitiui.

¶ In reſponſione ad tertium, dubiū occurrit: quia quāuis appetitus ſuperior quandoq; moueat mediante inferiori, non tamen ſemper. Non enim eſt ſimile de parte apprehenſiua & appetitiua. oportet enim partem ſenſitiuam eſſe in actu, quando intellectus eſt in actu, quia oportet intelligentē phantaſmata aliquod ſpeculari, ſed non oportet q̄ quicquid appetimus uolūtate, id appetam[*] ſenſitiuo appetitu, ut patet. Nec rurſus oportet, vt ſi appetitus intellectiuus ad appetitum à ſe moueri debet, q̄ illud appetibile appeti faciat ab appetitu ſenſitiuo, cum contingat illud eſſe ſupra ordinē appetibilium per ſenſum, uel cōtrarium appetibili ſecūdum ſenſum. Dupliciter ergo peccare vr̄ reſponſio iſta. primò, quia hoc falſum dicit. Secundò, q̄a reſtat ita argumētū, q̄ oportet diuerſificare uim motiuā iuxta appetitiuæ diuerſitatē, ex quo īmediatè uterq; appetitus mouet.

¶ Ad hoc dr̄, q̄ q̄a abſolutè loquendo potētia ſecūdū locū motiua, cōmunis eſt intellectiuo puro, ut credimus de corporibus celeſtibus, ſi ſunt animata, & ſenſitiuo puro, ut patet in brutis, & cōpoſito ex intellectiuo & ſenſitiuo, ut patet in homine: idcirco, dato ēt q̄ appetitus ſuperior immediatè moueret corpus, nō vr̄ neceſſario ſequi, q̄ multiplicetur potentia motiua localis. enim habilitat aptum poteſt eſſe corpus ad obedientiā appetitui ſuperiori & inferiori ſimul, & vtriq; ſingillatim. Hæc ideò dixerim, quia nullā rōnem ex proprijs cogentē ad hoc uideo, q̄ ſuperior appetitus moueat ſemper mediāte inferiori, cū cōtingat appetitū ſuperiorem ferri cōpletè in aliquod appetibile ſingulare, ſecundum certū locum & tempus &c. abſq; appetitu inferiori. conſtat enim, q̄ ad appetitū completum ſingularium ſequitur motus, ſi impedimentum nō adſit ex parte corporis. Ex ōibus tñ rōnabile vr̄, q̄ appetitus ſuperior ſemp moueat mediāte inferiori, q̄a ordo naturæ habet, ut infima ſuprema p media moueantur. Et quia vt in pluribus hoc accidere vr̄, ideò in litera innuitur hoc, nō expreſſè dr̄. Nam de parte apprehēſiua in litera ſit excluſiua, cū dr̄, q̄ rō vniuerſalis nō mouet niſi mediante particulari. de parte uerò appetitiua abſq; excluſione, dicitur, q̄ appetitus ſuperior mouet mediante inferiori. & fortè diſparitas ita fuit ad inſinuādum hoc eſſe uerum, ut in pluribus, & non ſemper, ſicut de parte apprehenſiua. Quia

ergo

QVAESTIO LXXXI.

De Senſualitate, in tres articulos diuiſa.

Deinde conſiderandū eſt de ſenſualitate. Circa quam quærūtur tria.

¶ Primò, Vtrum ſenſualitas ſit vis appetitiua tantùm.

¶ Secūdò, Vtrum diuidatur ſenſualitas in iraſcibilem & cōcupiſcibilem, ſicut in diuerſas potentias.

¶ Tertiò, Vtrū iraſcibilis & concupiſcibilis obediāt rationi.

ARTICVLVS I.

Vtrum ſenſualitas, ſolum ſit appetitiua.

Ad primum ſic proceditur. Videtur, q̄ ſenſualitas non ſolùm ſit appetitiua, ſed etiam cognitiua. Dicit. n. Auguſ. 12. de Trinit.* quòd ſenſualis aīæ motus, qui in[h] corporis ſenſu intēditur, nobis pecoribuſque communis eſt. Sed corporis ſenſus ſub ui cognitiua continetur. ergo ſenſualitas ē uis cognitiua.

¶ 2 Pręt. Quæ cadunt ſub[h] una diuiſione, uidētur eſſe unius generis. Sed Aug.* in 12. de Trin. diuidit ſenſualitatem cōtra rōnē ſuperiorē & inferiorem, q̄ ad cognitionē pertinent. ergo ſenſualitas etiā eſt vis cognitiua.

¶ 3 Pręt. Senſualitas in tentatione hōis, tenet locum[h] ſerpētis. Sed ſerpens in tentatione primorū parentū ſe habuit, vt nuntians & proponens peccatum, quod eſt uis cognitiuæ. ergo ſenſualitas eſt uis cognitiua.

Sed contra eſt, q̄ ſenſualitas diffinitur eſſe appetitus rerum ad corpus pertinentium.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q intellectus dupliciter cõſiderari poteſt. Vno modo, ſecundum qđ intellectus eſt apprehẽſiu[us] entis[d] & veri vniuerſalis. Alio

Margin: 4*3 · * Li. 2. Orth. fidei, ca. 22. ad finem. · Conclu. in. · * In lib. de ſimil. li. c. 2. · 3* · Conclu. [illegible] · D. 7[illegible]

talis intellectiõis nõ ſtererunt, ſed efficaces & impetuoſas q̃d à ſuperiore emanate oportet natura, ceſſãtibus paſſionibus & habitib. & uoluntate. Verũ, quia anima nr̃a coniũgit motui phantaſmatũ & tẽporũ &c. idcirco has motiones diuina exercet prouidentia, ſecundũ naturã rerũ pſens diuerſimodè: modo excitatione aut cõpoſitione phãtaſmatum: mõ confortatiõe luminis intellectualis: mõ interiori impulſu, & cætera. Conſonã quippe his ẽt quæ dicuntur 12. Meta. text. 52. eſt, ut ſingulari mõ habeat Deus prouidentiã de intellectualibus ut ſic, (q̃a ſunt in uniuerſo ut filij) q̃ de aliis. Quãmuis noſtri animi in hoc parũ à aliis minorẽtur, & temporum uariationibus immiſcentur & propterea caſus aliquis mõ in eis hẽat locũ. Non tñ propterea totaliter excludũtur à filiis: ſed rõne immaterialis naturæ, ſuperiores influxus intellectualiũ aliquo mõ recipiũt. Et quamuis magis ab his corporalibus receſſit, vt in eodẽ Ariſt. dicitur & ſic patet ad quæſita. Et natura nõ ſufficit ad primos actus nec potentius miraculis ſed generaliter influens, & nõ ſolum in corporibus, ſed in ordine intellectiuorum, & ſpecialem de eis prouidentiam.

SVPER Q. LXXXII. ART. V.

Titulus clarus.

¶ In corpore unica concluſio reſponſiua q̃ſito negatiua. Appetitus intellectiuus, ſeu voluntas, nõ diſtinguitur p iraſcibilẽ & cõcupiſcibilẽ. Probatur. Potẽtia ordinata ad bonũ ſecundũ cõem rõnẽ, nõ diuerſificatur penes differentias ſpeciales illius rõnis: ſed appetitus intellectiuus reſpicit cõmune bonũ ſub rõne. ergo non diſtinguitur penes ſpeciales differentias boni. Tũ ſic: iraſcibilis & concupiſcibilis diſtinguuntur penes ſpeciales differentias. ergo uoluntas non diſtinguitur p cõcupiſcibile & iraſcibile. Maior pbatur dupliciter. Primò ex uerificatione ipſius ſeductiuè in potẽtia viſiua, & cõſequẽter ĩ aliis. ſecũdò, ex oppoſito, q̃a. ſ. ſi uiſus eſſet albi, vt ſic, eſſet alius à uiſu nigri. Et ſic igitur hic pbatio illa, ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, &c. Si. n. reſpicere rõnem ſpecialẽ eſt cã diuerſitatis, ſi reſpicere ſpecialem, erit cauſa non diuerſitatis. Minor uerò ẽ per ſe nota, quia bonum intellectum eſt uniuerſale. Propoſitio & ſubſumpta alteriũs probatur: concupiſcibilis reſpicit rõnẽ cõuenientis, iraſcibilis rationem nocumenti ppellendi.

¶ Aduerte hic, q licet ad literam ſm malerõnis pconcluſione ſufficerent hæc, q̃ ex litera ad hanc formã reducta ſunt, ad claritatẽ tñ & bonitatẽ doctrinæ, in litera inſeruntur duæ aliæ manifeſtationes nõ ſeorſum, ſed mixtæ: una eſt ex oppoſito, ſeu ex differentia inter appetitum ſenſitiuũ & intellectiuũ, nõq; de appetitu ſenſitiuo minus ſufficiẽter dictum fuerit in qõne pcedẽte, ſed ut oſtendatur ex eadẽ radice procedere, q ille diuerſificetur p has differẽtias, & iſte nõ: & ſic rõ illa firmior reddatur. Vnde duas maximas poſuit, ſe habẽtes ſicut ſe habẽt affirmatio ad affirmationẽ, & negatio ad negationẽ, prima de cõitate obiecti, ſecũda de ſpecialitate eiuſdẽ, & conſequẽtes duo deduxit, unitatẽ ſuperioris, & diuerſitatẽ inferioris appetitus, q̃a nõ habet obiectũ illud cõe, q̃a nec ſenſus illud apphendit.

¶ Altera

modo ſm q eſt quædam res & A particularis potẽtia, habẽs determinatũ actũ. Et ſiſr uolũtas dupliciter cõſiderari põt. Vno mõ, ſm cõitatẽ ſui obiecti, put ſcilicet, eſt apprehenſiua boni cõis. Alio modo, ſm q eſt quædam determinata animæ potentia, habẽs determinatũ actum. Si ergo comparẽtur intellectus & uoluntas ſm rõnem communitatis obiectorũ utriuſque, ſic dictũ eſt ſupra*, q intellectus B eſt ſimplr altior & nobilior voluntate. Si aũt conſideret intellectus ſm cõitatem ſui obiecti, & uoluntas ſecundũ q eſt q̃dam determinata potentia, ſic iterum intellectus eſt altior & prior uolũtate, q̃a ſub rõne entis & veri, quã apprehẽdit intellectus, cõtinet uoluntas ipſa & actus eius, & obiectũ ipſius. Vnde, intellectus intelligit uolũtatẽ, & actũ eius, & obiectum ipſius, C ſicut & alia ſpecialia intellecta, ut lapidẽ, aut lignũ: q̃ continẽtur ſub cõi rõnem entis & ueri. Si uerò conſideretur uolũtas ſecundũ communem rationẽ ſui obiecti, quod eſt bonũ, intellectus aũt ſecũdũ q eſt quædã res & potẽtia ſpecialis, ſic ſub communi rõne boni cõtinet, uelut quoddam ſpeciale, & intellectus ipſe, & ipſum intelligere, & obiectũ eius, quod D eſt uerum, quorũ quodlibet eſt quoddã ſpeciale bonũ. Et ſecũdũ hoc uoluntas eſt altior intellectu, & põt ipſum mouere. Ex his ergo apparet rõ, quare hæ potẽtiæ ſuis actib. inuicẽ ſe includũt: q̃a intells, intelligit uolũtatẽ uelle, & uolũtas, uult intellectũ itelligere*. Et ſiſr rõne boni cõtinet ſub uero, inquantũ eſt quoddã uerũ intellectũ, & uerũ cõtinet ſub bono, iquãtũ eſt quoddã bonũ deſideratũ.

AD II dicendum, q intellectus alio modo mouet uoluntatem, quam voluntas intellectũ, ut iam dictum eſt*.

AD III dicendũ, q nõ oportet procedere in infinitum, ſed ſtat ĩ intellectu, ſicut in primo. Omnem. n. uoluntatis motum neceſſe eſt q[d] præcedat apprehenſio: ſed non omnẽ apprehẽſionẽ præcedit motus uolũtatis: ſed principium conſiliandi & intelligendi, eſt aliqđ intellectiuũ principium altius intellectu noſtro, quod eſt Deus, ut ẽt Ariſt. dicit in 8. Ethi. Et per hũc modum oſtendit, quòd non eſt procedere in infinitum.

ARTICVLVS V.

Vtrum iraſcibilis, & concupiſcibilis, diſtingui debeant in appetitu ſuperiori.

AD QVINTVM ſic procedit. Vr, q iraſcibilis & concupiſcibilis diſtingui debeant in appetitu ſuperiori, q̃ eſt uoluntas. Vis. n. concupiſcibilis dicit à[h] concupiſcendo: & iraſcibilis ab[h] iraſcendo. Sed aliqua cõcupiſcentia eſt q̃ non põt pertinere ad appetitum ſenſitiuũ: ſed ſolũ ad intellectiuũ, qui eſt uoluntas: ſicut concupiſcentia ſapientiæ, de qua dr Sapien. 6. Concupiſcẽtia ſapiẽtię pducit ad regnũ perpetuũ. Eſt ẽt q̃dã ira, quæ non põt pertinere ad appetitum ſenſitiuum, ſed intellectiuum tñ: ſicut cũ iraſcimur cõtra uitia. Vnde & Hier.* ſuper Matth. monet, ut odium uitiorũ poſſideamus in iraſcibili. Ergo iraſcibilis & cõcupiſcibilis diſtingui debẽt ĩ appetitu itellectiuo, ſicut & ĩ ſenſitiuo.

¶ 2 Præt. Secundũ q cõiter dr, charitas eſt[a] in concupiſcibili, ſpes aũt in[b] iraſcibili. Non aũt poſſunt eſſe in appetitu ſenſitiuo, q̃a non ſunt ſenſibilium obiectorũ, ſed intelligibiliũ. Ergo concupiſcibis & iraſcibilis, ſunt ponẽda ĩ parte itellectiua.

¶ 3 Præt. In libro de ſpiritu & anima dr,* q has potentias. ſ. iraſcibilem, & concupiſcibilẽ, & rõnalem, habet anima antequã corpori miſceatur. Sed nulla potentia ſenſitiuæ partis eſt animæ tñ, ſed coniuncti, ut ſupra dictũ eſt.† Ergo iraſcibilis & cõcupiſcibilis ſunt in uoluntate, q̃ eſt appetit[us] intellectiu[us].

SED CONTRA eſt, quod Greg. Niſſenus dicit,* q rationalis pars animæ, diuiditur in deſideratiuum & iraſcitiuum. Et idem dicit Damaſc.† in lib. 2. & Philoſophus dicit in tertio de Anima,* q uoluntas in ratione eſt. In irrationali autem parte animæ, cõcupiſcentia & ira, uel deſideriũ & animus.

RESPON. Dicẽdũ, q iraſcibilis & cõcupiſcibilis nõ ſunt partes intellectiui appetitus, qui dr uolũtas: quia, ſicut ſupra dictum eſt,* potentia quæ

Margin: * Ar. pre. · Porrecta per totum. · 411 · Sup. q. 59. ar. 4. Et 3. di. 27. art. 1. q. 3. Et ver. q. 25. ar. 3. Et 3. de anima lec. 14. · * In Matth. ca. 14. ſup illud, Simile eſt regnũ cœlorũ fermẽto, t. 9. · * ca. 13. a medio, tomo 3. · † q. 77. ar. 5. & 8. · * Lib. 4. de [illegible] animæ, c. 9. · † Dã. li. 2. Ortho. fidei, c. 12. ad fin. · * Ariſt. 3. de anima tex. 42. & 3. · q. 77. ar. 3. & q. 79. art. 7.

¶Altera eſt, ex apprehenſiua parte, quā in calce ponit, q quãd modũ uis apprehenſiua in parte ſuperiori nõ multiplicat, ita nec appetitiua. Oppoſitũ aũt eſt in parte inferiori, quia & apprehẽſiuæ, & appetitiuæ multiplicantur: licèt non æquali numero, ſatis eſt ppoſito noſtro differentia inter partẽ inferiorẽ & ſuperiorẽ in multiplicatione & non multiplicatione, tã apprehenſiuarum q̃ appetitiuarũ, quicquid ſit de numero, quẽ conſtat nõ oportere eſſe æqualẽ, qa non ponitur appetitus primò ppter apprehẽſiuarum potẽtiarũ bona ppria: ſed pp ipſius animalis bonũ, ut dictũ eſt. Nec apprehẽſorum per ſe differentiæ cõſtituunt, aut pariunt totidẽ p ſe differẽtias genericas appetibiliũ: immò omnia ſẽſu percepta, duabus tantũm boni per ſe differentijs quas mõ diximus, in cõ pced. cõprehenduntur. & iõ duas tñ appetitiuas potẽtias i parte ſenſitiua diſtinxit ſupius.

350 · 301 · 410 · *Conclu. ro*

SVP. Q. LXXXIII. ART. I.

Titulus clarus. ¶In corpore una eſt cõcluſio reſponſiua q̃ſito affirmatiuẽ: circa quã tria facit. Primò ponit eam, & probat ducendo ad impoſſibile: ſecundò manifeſtat: tertiò pbat à priori.

¶Quoad primũ, cõcluſio eſt: Homo eſt lib. arb. probatur ducendo ad impoſſibile, quia fruſtra eſſent ſex. conſilia &c.

b 301 · D. 978.

¶Quo ad ſecũdũ gradũt res in triplici ordine, quo ad hoc: q̃dã operãtur ſine iudicio, quædã cũ iudicio, nõ collatiuo, ſed naturali: quædã cum iudicio libero. prima ſunt inanimata: ſecunda ſunt bruta, tertia rõnalia, ſicut q̃ eſt homo. Vbi nota, q iudicium ſeu arbitriũ liberũ, diſtinguit cõtra naturale naturale ãtẽ, qd eſt determinatũ ad unũ: agere ergo iudicio naturali, nihil aliud eſt q̃ agere iudicio ñ indifferẽti ad hoc & oppo

b 361

ordinatur ad aliqđ obiectũ ſm̃ cõem rõnem, non diuerſificat p drias ſpeciales ſub illa rõne cõi cõtentas. Sicut, qa uiſus reſpicit uiſibile ſm̃ rõnem colorati, non multiplicantur uiſiuæ potentiæ, ſm̃ diuerſas ſpecies colorum. Si aũt eſſet aliqua potentia quæ eſſet albi inquatum eſt albũ, & non inquantum eſt coloratũ, diuerſificaret à potẽtia quæ eſſet nigri, inquantum eſt nigrũ. Appetitus aũt ſenſitiuus, non reſpicit cõem rõnẽ boni: quia nec ſenſus apprehendit uniuerſale. Et iõ ſecũdũ diuerſas rões particulariũ bonorũ, diuerſificantur partes appetitus ſenſitiui. Nam concupiſcibilis reſpicit propriã rõnẽ boni, inquantum eſt delectabile ſm̃ ſenſum, & conueniẽs naturæ. Iraſcibilis aũt reſpicit rationẽ boni, ſm̃ q eſt repulſiuũ & impugnatiuum eius, qđ infert nocumentum. ſed uolũtas reſpicit bonũ ſub cõi rõne boni. Et iõ non diuerſificantur in ipſa quæ eſt appetitus intellectiuus, aliquæ potentiæ appetitiuæ, ut ſit in appetitu intellectiuo aliã potẽtia iraſcibilis, & alia concupiſcibilis, ſicut ẽt ex parte intellectus nõ multiplicantur vires apphenſiuæ, licèt multiplicentur ex parte ſenſus. G

AD PRIMVM ergo dicendũ, q amor, cõcupiſcentia, & huiuſmodi, dupliciter accipiuntur. Quãq; quidem, ſm̃ q ſunt quædam paſſiones: cum quadam. ſ. concitatione animi prouenientes: & ſic cõiter accipiuntur: & hoc mõ ſunt ſolum in appetitu ſenſitiuo. Alio mõ, ſignificant ſimplicẽ affectum abſq; paſſione uel animi cõcitatione. & ſic ſunt actus uoluntatis. & hoc ẽt mõ attribuuntur angelis & Deo. Sed prout ſic accipiunt, non pertinent ad diuerſas potẽtias: ſed ad unam tantum potentiam, quæ dicitur uoluntas. I K

AD II dicẽdũ, q ipſa uoluntas põt dici iraſcibilis, put vult impugnare malũ, non ex impetu paſſionis, ſed ex iudicio rationis, & eodẽ mõ põt dici cõcupiſcibilis propter deſideriũ boni. Et ſic in iraſcibili & cõcupiſcibili ſunt charitas & ſpes. ſ.

in uoluntate, ſm̃ q habet ordinẽ ad huiuſmodi actus. Sic ẽt põt intelligi, quod dr̃ in libro de Spiritu & Anima, q iraſcibilis & concupiſcibilis ſunt animæ, antequã uniat̃ corpori: ut tñ intelligat̃ ordo naturæ & nõ tpis, licèt nõ ſit neceſſariũ verbis illius libri fidem adhibere. Vndè patet ſolutio ad tertium.

QVAESTIO LXXXIII.

De Libero arbitrio, in quatuor articulos diuiſa.

DEINDE quæritur de Libero arbitrio.

Et circa hoc quærũtur quatuor.

¶Primò, Vtrum homo ſit liberi arbitrij.

¶Secundò, Quid ſit liberũ arbitrium, Vtrum ſit potentia, vel actus, uel habitus.

¶Tertiò, Si eſt potentia, Vtrum ſit appetitiua, uel cognitiua. H

¶Quartò, Si eſt appetitiua, Vtrum ſit eadem potẽtia cũ voluntate, vel alia.

ARTICVLVS I.

Vtrum homo ſit liberi arbitrij.

AD PRIMVM ſic proceditur. Vr̃, q homo non ſit liberi arbit. Quicunque.n. eſt liberi arbitrij, facit quod vult. Sed homo non facit quod vult. Dr̃.n. Rom.7. Non.n. qđ uolo bonum hoc ago: ſed qđ odi malũ, illud facio. Ergo hõ non eſt lib. arb.

¶2 Præ. Quicũque eſt liberi arbi. eius eſt uelle & non uelle, operari & nõ operari. Sed hoc nõ eſt hominis. dr̃.n. ad Rom.9. Non eſt uolentis. ſ. uelle, neque currẽtis. ſ. currere. Ergo homo non eſt liberi arbitrij.

¶3 Præt. Liberũ eſt qđ ſui cauſa eſt: ut dr̃ in 1. Met. quod ergo mouet̃ ab alio, non eſt lib. Sed De' mouet uolũtatẽ. Dr̃.n. Prou.21. Cor regis i manu Dei: & quocũque uoluerit uertet illud. & Phil.2. Deus eſt q operat̃ in nobis uelle & pficere. Ergo homo non eſt liberi arbitrij.

¶4 Præt. Quicũq; eſt lib. arb. eſt dñs ſuorũ actuũ: ſed hõ nõ eſt dñs ſuorũ actuum: qa ut dr̃ Hier.10. nõ eſt in hoie uia eius, nec uiri eſt ut dirigat greſſus ſuos. Ergo homo non eſt liberi arbitrij.

¶5 Præt. Philoſ. dicit in 3. Ethic. Qualis unuſq;ſq; eſt, talis finis vr̃ ei. Sed nõ eſt in poteſtate nrã aliqualis eẽ, ſed hoc nobis ẽ à natura. Ergo naturale ẽ nobis, q aliquẽ finẽ ſequamur. ñ ergo ex lib. ar.

ſitũ: ſed determinato ad alterũ oppoſitorũ: hoc mõ bruta agũt, agere aũt ex iudicio libero, eſt agere iudicio ſdeterminato ad hoc, & oppoſitũ. Nec attẽdit̃ iſta differentia in hoc, q q' agit, iudiciũ liberũ eſt indeterminatũ, & naturale determinatũ, qa qñ exit in actum, oportet q' iudicium determinatũ eſſe ad unũ, ſed attẽditur penẽs hoc, q iudicium brutorũ ſcdm ſe, nõ eſt idifferẽs ad hoc & oppoſitũ: rõnalium uero ſic potẽtię.n. rõnales, ut dr̃ in 9. Met. ſe habẽt ad oppoſita: irrõnales uerò, ad unum tantum oppoſitorũ.

b 301 · Aug. 11. 2. mẽdo, to. 4. · a 384

¶Quo ad tertiũ, pbatur cõcluſio à priori ſic. Rõ circa cõtingẽtia, hẽt uiã ad oppoſita. ergo circa particularia operabilia, ergo nõ hẽt iudiciũ determinatũ ad unũ. ergo hẽt iudiciũ liberũ. Antecedẽs patet, & in dialecticis, i. probabilibus, q̃ in rhetoricis, quæ ſunt minus probabilia, ut patet & rẽ ſtimulo. Prima conſequentia patet, quia particularia operabilia à nobis, manifeſtè ſunt contingentia. Secunda uerò, patet ex terminis: determinatũ.n. ad unũ oppoſitũ, & poſſe in utrũq; oppoſitorum, econtrario diuiduntur. Tertia quoque patet ex terminis: quoniam nihil aliud eſt iudicium liberum quãm indifferẽs: ex quo cõcludit̃ de primo ad ultimũ, q ex hoc q homo eſt rationalis, ſequitur, eſt lib. arb.

Porrecta per totum. · 412 · 2. q. 13. ar. 6. uel 3. & 14. ar. 5. & art. 3. ro. Et mal. q. 6. ar. uni. co.

¶Circa hanc rõnem aduerte, q hinc habes, q prima radix libertatis eſt ratio, ita q ex hoc primo inẽſt libertas alicui, qa iõ indeterminata eſt, & indifferẽs ad hoc & oppoſitũ: & quoniã hæc eſt ante omnem actum uoluntatis,

Lib. 1. Meta. c. 2. circa medium. to. 3.

tatis, conſequens eſt q minus bene Scot' in 1. diſt. 38. dixerit libertatẽ primò quærendam in uoluntate. Quãmuis poſſit diſtingui q primò eſt in uolũtate formaliter, & primo in rõne radicaliter. Vñ ad rationem Scoti ibidẽ. ſ. quicquid ītelligitur ante omnẽ actũ uolũtatis, intelligitur mere naturaliter. ergo nulla eſt ibi libertas, Reſpõdetur, q antecedẽs quocunq; modo formetur, poteſt habere duplicem ſenſum. Prim' eſt, quòd omnis actus intellectus ante uoluntatis actum, eſt merè naturalis elicitiuẽ. & ſic ẽ verum: qñ ante uoluntatis actũ, quemcunq; actum intellectus elicit, à natura, non ab electione elicit. Secundus ſenſus eſt, q ois actus intellectus præueniens uoluntatẽ, eſt merè naturalis obiectiuẽ. Et in hoc ſenſu poteſt dupliciter intelligi, vel quo ad conditiones poſitiuas, uel quo ad conditiones negatiuas, ſeu negatiuè mõſtratas. Si intelligamus de conditionibus poſitiuis, uerum eſt: ſi de negatiuis, uniuerſaliter nõ eſt uerum. Qñ actus intellectus pueniens uolũtatem, etſi obiectum habeat à natura oblatũ, & quicqd in eo cognoſcit & iudicat, naturaliter cognoſcat & iudicet; habet tñ reſpectu cõtingentium operabilium, hanc negatiuã conditionem. ſ. indeterminationẽ, & indifferentiam iudicij reſpectu utriuſq; partis contradictionis, q̃ opponit' directè naturæ, qñ natura determinat ad unũ. Et hęc cõditio, eſt radix libertatis. Si enim iudicium tale eſſet determinatum, uoluntas nõ poſſet ad quã uellet cõtradictionis partẽ declinare, ſed neceſſitaret à determinato iam iudiciõ de uolendo, uel non uolẽdo hoc. Quia uero rõnis iudiciũ circa hoc amandum, uel non amandum antẽ uolũtatis actum indifferẽs ẽ, & utrũq; rõnes habens, ſuſpen

Gloſa interlinea. ibi. Eccl. 15. · q. 82. ar. 2. ad 2. a · 774 · Liber 1. cõ. Iulia. c. 4. & 10. 7.

SED CONTRA eſt, qđ dr̃ Eccl. 15. Deus ab initio cõſtituit hominẽ, & reliqt eũ i manu cõſilij ſui. Gloſ. i in libertate arbitrij. A

RESP. Dicẽdũ, q hõ eſt liberi arbitrij: alioquin fruſtra eſſent cõſilia, exhortationes, pcepta, phibitiões, pmia, & penæ.

Ad cuius euidentia cõſiderãdũ ẽ, q q̃dã agũt abſq; iudicio. ſicut lapis mouet̃ deorſum: & ſimiliter oĩa cognitione carentia. Quędam aũt agũt iudicio, ſed ñ libero, ſicut aĩalia bruta. Iudicat.n. ouis vidẽs lupũ, eum eſſe fugiẽdũ naturali iudicio, & nõ libero, qa nõ ex collatione, ſed ex naturali inſtinctu hoc iudicat. & ſimile eſt de quolibet iudicio brutorum aĩaliũ. Sed hõ agit iudicio: qa p vim cognoſcitiuã, iudicat aliqd eſſe fugiẽdũ uel pſequẽdũ. Sed qa iudiciũ iſtud nõ eſt ex naturali inſtinctu i particulari operabili, ſed ex collatione quadã rõnis, ideò agit libero iudicio, potẽs in diuerſa ferri. Rõ.n. circa contingentia hẽt viã ad oppoſita, vt patet in dialecticis ſyllogiſmis, & Rhetoricis pſuaſionib'. Particularia aũt operabilia, ſũt q̃dam cõtingẽtia: & ideò circa ea iudiciũ rationis ad diuerſa ſe habet, & non eſt determinatũ ad vnum. Et pro tanto neceſſe eſt, q homo ſit liberi arbitrij, ex hoc ipſo, q rationalis eſt. B C

AD PRIMVM ergo dicendũ, q ſicut ſupra dictum eſt: appetitus ſenſitiu', etſi obediat rõni, tñ põt in aliquo repugnare, cõcupiſcendo contra illud qđ rõ dictat. Hoc ergo eſt bonum, q homo non facit cum vult, ſcilicet nõ concupiſcere cõtra rõnem, vt glo. Aug. ibidem dicit.

AD II dicẽdũ, q verbũ illud Apoſtoli nõ ſic eſt intelligẽdũ, quaſi hõ non uelit, & non curat libero arbitrio: ſed qa liberũ arbitriũ ad hoc nõ ẽ ſufficiẽs niſi moueat̃ & iuuetur à Deo. D

AD III dicendũ, q liberum arbitriũ eſt cã ſui motus: qa hõ p liberũ arbitriũ ſeipſum mouet ad agẽdũ. Nõ tñ hoc eſt de neceſſitate libertatis, q ſit prima cã ſui, id qđ liberũ eſt: ſicut nec ad hoc, q aliquid ſit cauſa alterius, requirit̃ q ſit prima cã eius. Deus igit̃ eſt prima cauſa mouens & naturales cauſas, & volũtarias. Et ſicut naturalibus cauſis mouẽdo eas, non aufert quin actus earũ ſint naturales ita mouẽdo cauſas uolũtarias, non aufert quin actiones earũ ſint volũtarię: ſed potius hoc i eis facit. operatur enim in unoquoque ſm̃ eius proprietatem. E

AD IIII dicendũ, q dr̃ non eſſe in homine via eius, quantũ ad executiones electionum: in qb' hõ ipediri põt, uelit, nolit. electiões aũt ipſę ſunt i nobis, ſuppoſito tamẽ diuino auxilio.

AD V dicẽdũ, q qualitas hominis eſt duplex. Vna naturalis & alia ſupueniẽs. Naturalis aũt qualitas accipi poteſt, uel circa partẽ itellectiuã, uel circa corpus & uirtutes corpori annexas. Ex eo igit̃ q hõ eſt aliqualis qualitate naturali, q̃ attẽdit̃ ſm̃ itellectiuã partẽ, naturaliter hõ appetit vltimũ finẽ, ſcilicet beatitudinẽ. Qui qdẽ appetitus naturalis eſt, & non ſubiacet libero arbitrio, vt ex ſupra dictis patet. Ex parte uero corporis & uirtutũ corpori annexarũ, põt eſſe hõ aliqualis naturali qualitate, ſm̃ q eſt talis cõplexionis, uel talis diſpoſitionis ex quacũq; impreſſione corporearũ cãrũ, q̃ nõ poſſunt in intellectiuã partẽ imprimere, co q nõ eſt alicui' corporis act'. Sic igit̃ qualis vnuſq;ſq; eſt ſm̃ corporeã qualitatẽ, talis finis vr̃ ei: qa ex hmõi diſpoſitione, hõ inclinat̃ ad eligẽdũ aliquid vel repudiãdũ. Sed iſtæ inclinationes ſubiacẽt iudicio rõnis, cui obedit inferior appetitus, ut dictũ eſt. vñ p hæc libertati arbitrij nõ pĩudicat̃. Qualitates aũt ſupueniẽtes ſunt ſicut habitus & paſſiones, ſm̃ quas aliqs magis inclinat̃ in unũ, q̃ in alterũ, tñ iſtæ ẽt inclinationes, ſubiacẽt iudicio rõnis. Et hmõi etiã qualitates ei ſubiacent inquãtũ i nobis eſt, tales qualitates acquirere, uel cãliter vel diſpoſitiuẽ, uel à nobis excludere. Et ſic nihil ẽ qđ libertati arbitrij repugnet.

ARTICVLVS II.

Vtrum liberum arbitrium ſit potẽtia.

AD SECVNDVM ſic procedit. Vr̃, q liberũ arbitriũ non

ſum ſtat, nec naturæ, nec electione determinatum ſecũdum ſe. hunc iudicium tale & naturale nõ eſt, quo ad talem indifferẽtiam, immo naturæ repugnat, & libertatem fundat. Et ſic patet q diſtinctio antecedente Scoti, iuxta ſenſum in quo uerificatur antecedens, neganda eſt conſequentia: in alio verò ſenſu, antecedens eſt negandum, quia falſum eſt, ut patet. Et ſi inſtetur, q ant ind ifferẽtia iudicij eſt naturalis aut libera: reſpõdendũ eſt, q neutra ẽ formaliter, ſed eſt radicaliter libera. i. libertatis radix. Eſt. n. implicatio in adiectio, dicere determinato naturalis, quia ſi naturalis, ergo determinatũ ad unum, & ſi indifferens. ergo non naturalis. Inhæſio itaq; talis indeterminati iudicij eſt naturalis, ut de libertate formaliter eius dicet̃ in ſequenti articulo.

a b 515

SVPER Q. LXXXIII. ARTIC. II.

Egid. 2. ſ. diſt. 24. q. 1. art. 1. Th. arg. d. 24. q. 1. ar. 3. Cap. 2. diſt. 24. q. 1. con. 1. & 2.

q. præ. art. 2.

Titulus clarus. ¶In corpoř duo. primo diſtinguit ſignificationẽ huius nominis, liberum arbitrii. Secũdo rñdet q̃ſito unica concluſione affirmatiuẽ.

¶Quo ad primũ duplicitet ſumitur. pprie, & ex accommodatione uſus. Primo mõ ſignificat actum. Secundo, principiũ hui' actus, & de hoc eſt quæſtio.

568

¶Quo ad ſecundum concluſio rñſiua eſt. Liberum arbitriũ eſt potentia. Probat̃ ſic. Aut eſt habitus aut potẽtia, aut potentia cũ habitu: ſed nec habitus, nec potẽtia cũ habitu eſt. ergo potẽtia. Aſſumptum probatur, qa principiũ actus in nobis, aliqđ horũ eſt: probatur, quia his dicimur ut principijs cognoſcere. minor uero probatur dupliciter. primò ſic. Si eſſet habitus, ergo eſſet habit' naturalis. Sed hoc eſt impoſſibile, quia naturalitas eſt cõtra rationem

406 · q. 51. ar. 1 · *Porrecta per totum.* · 419 · 2. d. 24. q. 1. art. 1 & 2. Et veri. q. 24. ar. 4

ſionē libertatis, & eſſe habitum, eſt contra ratonē naturalitatis liberi arbit. conſequentia patet: quia liberum arbitrium nō acquiritur aut infunditur, ſed connaſcitur nobiſcum. Deſtructio conſequentis quo ad primam probationem patet, quia ſi eſt naturale, ergo non ſubeſt libero arbitrio, & ſi ſub eſt libero tur ſũ contra potentias naturales, & dicitur potentia libera ſecundum rationem potentiæ. Sed adhuc non quieſcit animus. Cur ſimpliciter dicitur quòd libero arbitrio repugnat eſſe habitũ naturalem, & non naturalem potentiam cum utriuſque naturalitas, quo ad rationem, repugnet, quòd quo ad inhæſionem conueniat? Ad hoc dicitur, quòd in habitu

arbitrio, ergo nō eſt naturale, vt patet de aſſenſu principiorũ & appetitu beatitudinis.

❡ Circa hanc partem duo dubia parantũr. Primum eſt, quia uidetur cōtradictio in eodem contextu literæ, dum dicitur, & quòd rōni liberi arbitrij repugnat naturalitas, & ſimul dicitur quòd eſt naturalis. Secũdum eſt, quia ſi liberũ arbitrium nō ponitur habit⁹ naturalis, ponitur tamen potentia naturalis, vt patet. ponitur enim in ſecunda ſpecies qualitatis. ergo cōtra rōnem eius non eſt naturalitas. Ad hęc duo ſimul dicitur, quòd naturale hic ſumit vt diſtinguitur cōtra liberũ: ita quòd naturale vocamus determinatũ ad vnũ: cuius oppoſitũ conuenit libero. Pōt aũt cadere naturalitas ſupra duo: vel ſupra rōnem rei de qua eſt ſermo, uel ſupra inhæſionem illius rōnis ī ſubiecto. Et ſi quidē determinet inhæſionem, omnia q̃ cōgenerantur alicui, naturalia ſũt, qa nō libere inſunt: ſed à natura determinantur ad habenda illa, & hoc modo liberũ arbitriũ eſt naturale, quia ineſt nobis à natura, ut in litera dr. Et ex hac naturalitate ſecũdũ inhæſionē infertur in litera, quòd ſi eſſet habitus, eſſet naturalis ut patet. Si uerò determinet ipſam rōnem rei, ſic nō oīa congenita ſunt naturalia: ſed aliquid naturale, & aliqd liberũ: quia aliquid eſt determinatum ad unum, aliquod indifferens ad hoc, & oppoſitum: & ſic naturalitas repugnat libero arbitrio. Et ideò notāter in litera di: Contra rōnē liberi arbitrij eſt naturalitas, ſ. determinans rōnē, non inhęſionem, & p hoc patet etiam rōſio ad ſecũdum dubium: quia ſcilicet uocatur potētia naturalis ratione inhæſionis, diſtingui

ſit potentia. Arbitrium enim liberũ nihil eſt[h] aliud quàm liberum iudicium. Iudicium autem non nominat potentiam, ſed actum. Ergo liberum arbitrium non eſt potentia.

¶2 Præt. Liberũ arbitriũ dr̃ eſſe facultas[h] volũtatis & rōnis. Facultas aũt nominat facilitatem G poteſtatis, q̃ qdē eſt per habitum. Ergo liberum arbitriũ eſt habitus. Ber.* etiam dicit, quod lib. arbit. eſt habitus[h] animæ liber ſui. Non ergo eſt potentia.

¶3 Præt. Nulla potētia naturalis tollit[h] p peccatũ: ſed liberũ arbitrium tollitur per peccatũ. Aug. enim dicit †, quòd homo malè utens libero arbit. & ſe pdit & ipſum. Ergo liberum arbitrium non eſt potentia. H

Sed contra eſt, quòd nihil eſt ſubiectũ habit⁹, ut videtur, niſi potentia: Sed liberum arbitriũ eſt ſubiectum gratiæ, qua ſibi aſſiſtente bonum eligit. Ergo liberum arbitrium eſt potentia.

Respon. Dicēdũ, quòd quàmuis liberum arbitriũ nominet quēdam actum ſecundum propriā ſignificationem uocabuli: ſecũdum tamen communem uſum loquendi, liberum arbitrium dicimus id, quod eſt huius actus principium, ſcilicet quo homo liberè iudicat. Principium autē actus in nobis eſt & potētia & habitus. Dicimur enim aliquid cognoſcere & per ſcientiā & p intellectiuā potentiā. oportet ergo, quòd liberũ arbitrium uel ſit potētia, uel ſit habit⁹, uel ſit potentia cũ aliquo habitu. Quòd autem non ſit habitus, neq; potentia cũ habitu, manifeſtē apparet ex duobus. Primò quidē, qa ſi eſt habitus, oportet, quòd ſit habitus naturalis. Hoc.n. eſt naturale homini, quòd ſit liberi arbitrij. Nullus aũt habitus naturalis adeſt nobis ad ea, q̃ ſubſunt libero arbitrio, qa ad ea, reſpectu quorũ habemus habitus naturales, naturaliter īclinamur: ſicut ad aſſentiēdũ primis principijs. Ea aũt, ad q̃ naturaliter

inclinamur, nō ſubſunt libero arbitrio, ſicut dictũ eſt* de appetitu beatitudinis. Vnde contra propriam rationē liberi arbitrij eſt, quòd ſit habit⁹ naturalis. Contra naturalitatem autem eius eſt, quòd ſit habitus non naturalis. Et ſic relinquitur, quòd nullo modo ſit habitus. Secũdo hoc apparet: qa habitus dicunt ſecundum quos nos habemus ad paſſiones, uel ad actus bene uel male, ut dicitur in 2. Ethi.* Nā per temperantiam bene nos habemus ad concupiſcentias, per intemperātiam autem malè: p ſcientiam etiā benè nos habemus ad actum intellectus, dum verũ cognoſcimus, p habitum aũt contrarium malè: lib. autē arbitr. indifferēter ſe hēt ad bene eligēdũ uel malè. Vnde impoſſibile eſt, quòd liberum arbitrium ſit habitus. Relinquitur ergo, quòd ſit potentia.

Ad primvm ergo dicendũ, quòd conſuetum eſt potentiam ſignificari nomine actũ.* Et ſic per hūc actũ, q eſt liberũ iudicium, nominat potentia q̃ eſt huius actus principiũ: alioquin ſi liberum arbitriũ nominaret actũ: nō ſemper maneret in homine. I

Ad ii dicēdũ, quòd facultas nominat quandoq; poteſtatē expeditam ad operandum. Et ſic facultas ponitur in diffinitione liberi arbitrij. Ber. autē accipit habitum non ſecundum quòd diuiditur contra potentiam, ſed ſecũdum quòd ſignificat habitudinem quādam, qua aliquo modo ſe aliquis hēt ad actũ, quod quidem eſt tam per potētiam q̃ K per habitũ. Nā per potentiam homo ſe habet ut potens operari, per habitum aũt ut aptus ad operandum bene uel malè.

Ad iii dicendum, quòd homo peccando, liberum arbitriũ dr̃ perdidiſſe, non quantum ad libertatē naturalē, quæ eſt à coactione, ſed quantũ ad libertatē, q̃ eſt à culpa & à miſeria, de qua infra ī tractatu moraliũ dicetur ī ſecũda parte hu.⁹ operis.

illæ duæ naturalitates ſunt inſeparabiles: ita quòd ſi eſt naturalis quo ad inhæſionem, eſt etiam naturalis quo ad rōnem, quàmuis nō ecōtra, ut patet: in potentia verò nō, ſed naturalitas inhæſionis ſtat cũ libertate rationis. Vnde naturalitatem habitus tanquã omnino repugnantem liberũ arbitrium excludit: potentiæ uerò tanquã permiſſiue compatientem ſecum libertatem non ſic excludit. & ex hoc patet reſponſio ad obiectionē quartam, quæ poſſet contra literam moueri. Quia in hac ratione ex naturalitate inhæſionis liberi arbitrij infertur naturalitas habitus ſecundũ inhæſionem, & tamen probatio poſtmodũ fit contra naturalitatem rationis: hæc enim probatur repugnare libero arbitrio, & ſic uidetur inſ. [illegible] proceſſus, & in æquiuoco laborans. Iam enim patet ſolutio, quòd quia in habitu naturalitas rationis euidens eſt, quoniam omnis habitus ad unũ determinat, nulla opus erat probatione circa hoc, & ideò ſicuti deducta naturalitate inhæſionis, ex alia naturalitate ſcilicet rationis, tanquam per ſe nota procedere, & ex naturalitate rationis inferre repugnantiam ad libertatem. Qui proceſſus non licere loquendo de potentia, quia illam naturalitate in hæſionis, non haberetur ſecũda naturalitas ſicut in habitu.

❡ Secundo probatur ſic. Libero arbitrio ſic differenter nos habemus ad bene uel male eligendũ, ergo nō eſt habitus. Tenet ſequela, quia habitus eſt, quo bene uel male inclinamur [illegible] ſubiiciuntur & [illegible] ductione in intellectu, & appetitu.

Vt. q. 82. art. 1.

* Lib. 2. Ethi. c. 5. tom. 5.

Concluſio.

SVPER

* Nō mul tũ remota a prin. libri.

† Enchiridij capit. 30. circa prin. to. 3

SVP. Q. LXXXIII. ART. III.

Porrecta per totum. Aegid. 2. ſ. d. 24. q. 1. art. 3. Capr. 2. d. 24. q. 1. cõ. 3.

414

Titulus clarus.

❡ In corpore vna eſt cōcluſio reſponſiua quæſito affirmatiuè. Liberum arbitrium eſt potentia appetitiua. Probat. Electio eſt principaliter act⁹ appetitiuæ virtutis. ergo lib. arbitrium eſt appetitiua potētia. Hui⁹ rōnis primo probat cōſequētiam in litera, qa proprius actus liberi eſt electio, quod probat, quia ex hoc dicimur liberi, qa poſſumus optare unum, altero refutato, quod eſt eligere. Secũdò, declarat, & probat antecedēs. Declarat quidem, declarando primò, quòd ad electionem duo occurrũt, iudicium ex parte conſilij, & intellectus, & acceptatio ſeu uelle iudicati ex parte appetitus: ponendo ſecundo quid in hoc ſenſerit Ariſt. in 6. li. Ethi. & quid in tertio. Probatur uerò ſic. Obiectũ electionis eſt id quòd eſt ad finē ut ſic, ergo eſt bonum vtile, ergo electio eſt propria actus appetitiuæ virtutis. Antecedēs hoc eſt prima conſtat patet: ſecunda verò probatur, quia bonũ ut bonum, & conſequēter oīs boni ſpē, vt ſic, ad appetitiuæ potētiæ obiectũ, ppriũ ſpectat.

❡ Circa hanc partem eſt quæſtio de electione, quære in prima ſecundæ.

Articvlvs III.

Vtrum liberum arbitrium ſit potentia appetitiua.

Ad tertivm ſic pcedit. Vr̃, quòd liberum arbitriũ non ſit potentia appetitiua: ſed cognitiua. Dicit.n. Damaſ.* quòd cum rōnali confeſtim[h] comitat̃ liberũ arbitrium. Sed rō eſt potētia cognitiua. Ergo liberũ arbitrium eſt potentia cognitiua.

¶2 Prę. Liberũ arbitriũ dr̃ quaſi liberũ[h] iudiciũ: ſed iudicare eſt B actus cognitiuę virtutis. Ergo liber. arb. eſt cognitiua potentia.

¶3 Prę. Ad lib. arb. pcipuè ptinet electio. Sed electio vr̃ ad cognitionē[h] ptinere: quia electio importat quādã cōparationē, vnius ad alterũ, quod eſt ppriũ cognitiuæ uirtutis. Ergo lib. arbitriũ eſt potentia cognitiua.

Sed contra eſt, quòd Philoſophus dicit in 3. Ethi.* quòd electio eſt deſiderium eorũ, quæ ſunt C in nobis. Sed deſideriũ eſt actus appetitiuæ uirtutis. Ergo & electio. Liberũ aũt arbitrium eſt, ſm quòd eligimus. Ergo liberũ arbitrium eſt virtus appetitiua.

Respon. Dicendũ, quòd propriũ liberi arbitrij eſt electio. Ex hoc .n.[d] liberi arbitrij eſſe dicimur, quòd poſſumus unũ recipere, alio recuſato, quod eſt eligere: & iō naturā liberi arbitrij ex electione conſiderare oportet. Ad ele- D ctionem aũt cōcurrit aliqd ex parte cognitiuæ uirtutis, & aliqd ex parte appetitiuæ. Ex parte aũt cognitiuæ, requirit̃ cōſiliũ, p quod diiudicat̃ quid ſit alteri præferendũ. Ex parte aũt appetitiuæ reqrit̃, quòd appetēdo acceptet̃, quòd per conſiliũ diiudicat̃. Et iō Ariſt. in 6. Eth.* ſub dubio derelinqt, vtrũ principali⁹ ptineat electio ad vim appetitiuam, vel ad vim cognitiuã: dicit.n. quòd electio vel eſt intellectus appetitiuus, vel appetit⁹ intellectiu⁹. Sed in 3. Ethi.† in hoc magis[d] declinat, quòd ſit appetitus intelle E ctiuus, nõans electionem deſiderium cōſiliabile, & huius rō eſt, quia propriũ obiectum electionis eſt illud, quod eſt ad finem. hoc aũt inquãtũ hmōi habet rōnem boni, quod dr̃ utile. Vnde cũ bonum inquantum huiuſmodi, ſit obiectum appetitus, ſequitur, quòd electio ſit principaliter act⁹ appetitiuæ virtutis, ut ſic[m] lib. arb. eſt appetitiua potentia.[n]

Ad primvm ergo dicendũ, quòd potentiæ appetitiuæ concomitantur apprehenſiuas[c]. Et ſecundum hoc dicit Damaſc. quòd cum rationali confeſtim concomitatur liberum arbitrium.

Ad secvndvm dicendum, quòd iudicium eſt quaſi A concluſio & determinatio conſilij. Determinatur autem conſilium, primò quidem per ſententiam rationis, & ſecundò per acceptationem appetit⁹. Vnde Philoſophus dicit in 3. Ethic.* quòd ex conſiliari iudicante: deſideramus ſecundum conſiliũ. Et hoc modo ipſa electio dicitur quoddam iudicium, à quo nominatur liberum arbitrium.

Ad tertivm dicendum, quòd iſta collatio, quæ importatur in noīe electionis, pertinet ad conſilium præcedens, quod eſt rōnis. Appetitus.n. quãuis nō ſit collatiuus, tamen inquantum à vi cognitiua cōferente mouetur, habet quandam collationis ſimi B litudinem, dum unum alteri præoptat.

Articvlvs IIII.

Vtrum liberum arbitrium ſit alia potentia à uoluntate.

Ad qvartvm ſic procedit. Videtur, quòd liberum arbitr. ſit alia potentia à uoluntate. Dicit.n. Damaſ.* in lib. 2. quòd[h] aliud eſt theliſis,[h] aliud uerò buliſis. Theliſis aũt eſt uoluntas, buliſis autem vr̃ arbitrium liberum: quia buliſis ſm ipſum eſt uolun C tas quæ eſt circa aliquid, quaſi vnius per comparationem ad alterum. Ergo ur̃, quòd liberum arbi. ſit alia potentia à uoluntate.

¶2 Præt. Potentię cognoſcunt̃ per[h] actus. Sed electio, quæ eſt actus liberi arbitrij, eſt aliud à voluntate, ut dicitur in 3. Ethic.* quia uoluntas eſt de fine, electio autem de ijs quæ ſunt ad finem, Ergo liberum arbitriũ eſt alia potentia à uoluntate.

D ¶3 Prę. Voluntas eſt[h] appetit⁹ intellectiuus. Sed ex parte itellectus ſunt duæ potētiæ. ſ. agēs & poſſibilis. Ergo etiam ex parte appetitus intellectiui debet eſſe aliqua potētia pter uoluntatem; & hæc non vr̃ eſſe niſi liberum arb. Ergo liberum arbit. eſt alia potētia pter uoluntatē.

Sed contra eſt, quòd Damaſ. dicit in 3. quòd liberum arbitrium nihil aliud eſt quàm uoluntas.

Respon. Dicēdum, quòd potentias appetitiuas oportet eſſe proportionatas potentiis apprehenſiuis, ut ſ. dictum eſt*. Sicut autem ex parte apprehēſionis intellectiuæ ſe habent intellectus & rō: ita ex parte appetitus intellectiui ſe habent volũtas & lib. arbitrium quod nihil aliud eſt quàm uis electiua: & hoc patet ex habitudine & obiectorum & actuum. nam intelligere importat ſimplicem acceptionem alicuius rei. Vñ intelligi dicuntur propriè principia, q̃ ſine collatione per ſeipſa cognoſcuntur*. Ratio- 193 194

SVP. Q. LXXXIII. ART. IIII.

Capr. 2. d. 24. q. 1. cõ. 4.

Porrecta per totum.

415

Titulus clarus.

❡ In corpore vna concluſio reſponſiua quæſito affirmatiuè. Voluntas & liberũ arbitriũ non ſunt duæ: ſed vna potentia. probat̃ ſicut ſe habet intellectus ad rōnem, ita voluntas ad lib. arb. ſeu (quod idem eſt) vim electiuam: ſed intellectus & rō ſunt vna potētia. ergo uolũtas & lib. arb. Maior probat dupliciter. Primò ex cōi rōne: qa oportet appetitiuas eſſe proportionatas apprehēſiuis, ac per hoc ſicut in apprehenſiua ſunt duo, ita ī appetitiua. Secundò ex ſpecialibus: ōnib. horum ex parte obiectorum & actuũ. Actuũ quidē, quia, ītelligere ē ſimplex, & rōcinari eſt diſcurrere, & ſimiliter velle & eligere: obiectorũ uerò, quia ex his illorũ primũ eſt principium ſciendi concluſionis, horũ quoque primũ eſt finis, ſecundum ad finem.

❡ Conſtat aũt quòd hæc proportionaliter ſe hũt: minor uerò nō ſolũ probatur, quia eiuſdem eſt virtutis, quies & motus: ſed idē mediũ inferēs hic cōcluſionē ſerre dr. Et ſic duob. quodãmodo mediis, probat intentam concluſionem, ſcilicet, ex proportionalitate inter apprehenſiuam & appetitiuam virtutem, & ex habitudine

* Lib. 4. c. 21 orth. fid. to. 3 circa ſin.

* Lib. 3. Ethic. c. 2. in medio. tom. 5.

D. 416.

* Li. 6. Ethic. ca. 2. circa fin. tom. 5.

† Li. 3. Ethi. c. 3. to. 5.

D. 341.

358 359 404

* li. 3. Eth. c. 3. ad fi. tom. 5.

Locis ſup. art. 3. induct. * Li. 2. ca. 22.

θέλησις βούλησις

* Li. 3. Ethi. c. 2. ante med. tom. 5.

* Li. 3. Ortho. fidei, ca. 14. ante med.

* q. 64. ar. 2. & q. 80. art. 2.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

ſudine inter actum lib. arb. & actum voluntatis: quia. ſ. ſe hñt vt quies & motus, vt ſupra dictum fuit de intellectu & ratione.

SVP. Q. LXXXIIII. ART. I.

Titulus clarus. ¶ In corpore quinque. Primo, refert antiquorũ opiniones: ſcdò, Platonis: tertiò, arguit cõtra opinionẽ Plat. quartò, fundamentũ eius examinat & deſtruit. quintò infert cõcluſionẽ reſponſiuã quęſito affirmatiuẽ. ¶ Quo ad primũ, antiquorũ poſitio eſt, ꝙ corporeorum nulla eſt certa cognitio, quia ſunt in cõtinuo motu: & ex hoc ꝙ corporale variũ, nullius eius eſt aliqua certa cognitio, quia ſola corporea entia ponebant.

D. 1084. *q. 79. ar. 8. ¶ Quo ad ſcdm, Platonis poſitio, ꝙ corporum ſenſibiliũ ſcdm ſeipſa non eſt certa ſcientia: ſed ſcdm eorũ ideas, quia hæ ſunt materialia & fluxa, illæ āt ſunt ſpẽs horũ.

Concl. m ¶ Quo ad tertiũ, dupliciter arguitur. Primo, ducendo ad impoſſibile, quia. ſ. materia & motus excluderentur à ſciẽtia tã in rõne obiecti q̃ in rõne medij, & ſic periret ſcientia naturalis q̃ & de mobili, & p principia motus eſt. Scdo, ducẽdo ad inopinabile, q. dum horũ manifeſtorũ ſciẽtiam q̃rimus, aliorũ q̃ neſcimus, ſcientiã inueniamus, q̃ non ſunt horũ ſubſtãtiæ, per quæ de his iudicare nequimus, & tamen iudicamus.

* In cor. ¶ Quo ad quartũ, primo fundamentũ Platonis: fundauit ſe Plato ſuper tres propoſitiones. Prima eſt, quòd cognitio fit p aſſimilationem, primo de aia ſcda q̃ iſta ſimilatio debet eſſe non ſolum in formã ſed in modo formæ. Tertia, q̃ inter intellectum & res corporales nõ põt eſſe iſta aſſimilatio, ſed benè inter aiam & ideas. Et hãc tertiã ꝓpoſitionẽ ꝓbauit q̃ in aia, rei cognitæ forma è immaterialiter, vniuerſaliter, & immobiliter, quod ex operatione apparet: quia experimur intelligere

cinari aũt, proprie eſt deuenire ex vno in cognitionẽ alterius. F Vñ, ꝓprie de cõcluſionibus rõcinamur, quæ ex principijs innoteſcunt. Silr ex parte appetitus, uelle, importat ſimplicẽ appetitũ alicuius rei. Vñ uoluntas dr̃ eſſe de fine, qui ꝑ ſe appetitur. Eligere āt, eſt appetere aliquid ꝑ alterum conſequendum. vñ propriè eſt eorũ, quæ ſunt ad finem. Sicut aũt ſe hẽt in cognitiuis, principium ad cõ G cluſionem, cui ꝑ principia aſſentimus, ita in appetitiuis ſe hẽt finis ad ea, quæ ſunt ad finẽ quæ ꝑ finem appetuntur. Vñ manifeſtũ eſt, ꝙ ſicut ſe hẽt intellectus ad rõnẽ, ita ſe hẽt uoluntas ad uim electiuam, ideſt ad liberum arbitrium. Oñſum eſt aũt ſupra*, ꝙ eiuſdem potẽtiæ eſt intelligere & rõcinari, ſicut eiuſdem virtutis eſt quieſcere & moueri. Vñ ẽt eiuſdem H potentiæ eſt velle & eligere. Et ꝑ hoc, [m] volũtas & liberũ arbitriũ ñ sũt duæ potẽtię, ſł una.[n]

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ buleſis diſtinguitur à theleſi non ꝑ diuerſitatem potentiarum, ſed ꝓpter drĩam actuum.

Ad II. dicendum, ꝙ electio & voluntas, ideſt ipſum velle, ſunt diuerſi actus: ſed tñ ptinẽt ad vnã potentiã, ſicut ẽt intelligere & rõcinari, vt dictũ eſt. I

Ad III. dicendũ, ꝙ intellectꝰ cõparat ad volũtatẽ vt mouẽs. et iõ nõ oportet in volũtate diſtinguere agẽs & poſſibile.

QVAESTIO LXXXIIII.

Quomodo anima coniuncta intelligat corporalia quæ ſunt infra ipſam.

Conſequenter conſiderãdũ eſt de actib. & habitibus aiæ, quantũ ad potẽtias intellectiuas & appetitiuas. Aliæ. n. potẽ K tię, nõ ptinẽt directè ad cõſiderationẽ theologi. Actꝰ āt & habitus appetitiuæ partis ad cõſiderationẽ moralis ſciẽtiæ ptinent. Et iõ in ſcd'a parte huius operis de eis tractabit, in qua cõſiderãdũ eſt de morali materia. Nũc āt de actibus & habitibus intellectiuæ partis agetur. Primò qdẽ de actibus. Scd'ò, de habitibus. In cõſideratione vero actuũ, hoc mõ ꝓcedemus. Primò nãq; cõſiderãdũ eſt q̃ũo intelligit aia corpori cõiuncta. Secundo, quomodo intelligit à corpore ſeparata. Prima autem conſideratio erit tripartita. Primo nanque conſiderabitur, quomodo anima intelligit corporalia quæ ſunt infra ipſã. Secundo, quomodo intelligit ſeipſam & ea, quæ in ipſa ſunt. Tertio, quomodo intelligit ſubſtantias immateriales, quæ ſunt ſupra ipſam.

Circa cognitionẽ verò corporalium tria conſideranda occurrunt. Primo quidem, per qd ea cognoſcit. Secundo, quomodo & quo ordine. Tertio, quid in eis cognoſcit.

Circa primum quæruntur octo.

¶ Primò, Vtrum anima cognoſcat corpora per intellectũ.

¶ Secundò, Vtrum intelligat ea per eſſentiã ſuam, vel per aliquas ſpecies.

¶ Tertiò, Si per aliquas ſpecies Vtrum ſpecies omniũ intelligibilium ſint ei naturaliter innatæ.

¶ Quartò, Vtrum effluant in ipſam ab aliquibus formis immaterialibus ſeparatis.

¶ Quinto, Vtrum anima noſtra omnia quæ intelligit, uideat in rationibus æternis.

1 ¶ Sexto, Vtrum cognitionẽ intelligibilẽ acquirat à ſenſu.

¶ Septimò, Vtrũ intellectus poſſit actu intelligere per ſpecies intelligibiles, quas penes ſe habet, non conuertendo ſe ad phantaſmata.

¶ Octauo, Vtrum iudicium intellectus impediatur per impedimentum ſenſitiuarum virtutum.

vniuerſaliter, & neceſſario operatio. n. eſt ſcdm modũ formæ, in corporibus āt his oppoſitũ modo ſunt formæ: in ideis autẽ ſunt ſimili modo. ſ. vniuerſaliter, & immaterialiter, & abſque motu, ergo. ¶ Deinde deſtruit hoc fundamẽtũ, oñdendo ſcdam propoſitionem eſſe falſam dupliciter. Primo, in aſſimilatione abſolute. Scdò, in aſſimilatione cognoſcẽtis ad cognitũ: abſolute quidem, quia inter ſimilia nõ oportet ꝙ ſit ſimilitudo modi eſſendi, neq; intrinſece, vt patet de intenſo & remiſſo neq; extrinſecè vt patet de duobus albis, altero dulci, & altero non. In cognoſcente autem, quia ſenſus eſt ſimilis ſenſato in forma, non in materia. ergo iuxta hunc eũdem modũ dici põt, ꝙ intellectus recipiat ſpẽs rerũ abſq; materia, motu & particularibus, qa Vnũquodque recipitur in aliquo p modũ recipientis. ¶ Aduerte hic q̃ (vt patet ex ſupradictis) iſtarõ, Vnũquodq; recipit per modum ſuum, non ſufficerat ad propoſitum niſi præſuppoſito actiuo ſufficiente: quia eſt ſuperius ex propoſito hoc declaraueram vbi de intellectu agẽte tractabatur. iõ ſup poſuit illa, hunc nõ curat ſic breuiter & quaſi diminutè loq. ¶ Quo ad quintũ, infertur cõcluſio reſponſiua, ꝙ aia p intellectum cognoſcit corpora cognitione immateriali, vniuerſali, & neceſſaria. Vbi aduerte quòd hæ tres conditiones

Articvlvs primvs.

Vtrum anima cognoſcat corpora per intellectum.

Perre[a] per totum. 416 Ver. q. 10. ar. 4. *Lib. 2. ſol. c. 4. a med. tom. 1. *Li. 12. ſup Gen. ad literam c. 24. colligitur to. 3.

Ad primvm ſic proceditur. Videtur, quòd anima non cognoſcat corpora per intellectum. Dicit. n. Aug.* in 2. ſol. q[h] corpora ītellectu cõprehẽdi nõ poſſunt: nec aliqd corporeum niſi ſenſibus uideri poteſt. Dicit ẽt 12. ſup Geneſ. ad literam* q̃ uiſio ītellectualis eſt eorũ, q̃ ſũt p eſſẽtiã ſuã ī anima. huiuſmodi autem nõ ſunt [h] corpora. Ergo anima p intellectũ corpora cognoſcere non põt.

¶ 2 Prę. Sicut ſe hẽt ſenſus ad intelligibilia, [b] ita ſe hẽt intellectus ad ſenſibilia. Sed aia p ſenſum nullo mõ põt cognoſcere ſpũalia q̃ ſunt intelligibilia. Ergo nullo mõ p ītellectũ põt cognoſcere corpora, quę ſunt ſenſibilia.

¶ 3 Prę. Intellectꝰ eſt neceſſariorum, & ſemper eodẽ mõ ſe habẽtiũ. Sed corpora oĩa [h] ſũt mobilia, & non eodẽ mõ ſe hñtia. Anima ergo, per intellectũ corpora cognoſcere non poteſt.

Sed contra eſt, ꝙ ſcia eſt ī intellectu. Si ergo intellectꝰ nõ cognoſcit corpora, ſequitur ꝙ nulla ſcia ſit de corporib. Et ſic peribit ſcientia naturalis; quæ eſt de corpore mobili.

Respon. Dicendum, ad euidẽtiam huius q̃onis, ꝙ primi Philoſophi, q̃ de naturis rerũ inquiſiuerũt, putauerunt nihil eſſe in 362 mũdo p̃ter corpꝰ*. Et qa videbãt oĩa corpora mobilia eſſe, & putabãt ea ī cõtinuo fluxu eẽ, exiſtimauerũt, ꝙ nulla certitudo de rerũ ueritate hñi poſſet à nobis: Quod. n. eſt in cõtinuo fluxu, per certitudinẽ apprehẽdi nõ põt: qa prius labit, q̃ mẽte diiudicet: ſicut Heraclitꝰ dixit, ꝙ nõ eſt poſſe aquã fluuij C currẽtib. bis tãgere, ut recitat Philo. in 4. Met.* His aũt ſupueniẽs Plato, ut poſſet ſaluare certã cognitionẽ ueritatis, à nobis p intellectũ hñi, poſuit prę-

*Li. 4. Met. tex. 22. tom. 3.

ter iſta corporalia aliud genus entiũ à materia & motu ſeparatũ, quod noĩabat ſpẽs ſiuè ideas, per quarũ participationẽ, unumquodq; iſtorũ ſingularĩu & ſenſibilium, dr̃ uel hõ uel equus, uel aliquid 14 hmõi. Sic ergo dicebat, ſcias & diffinitiones & quicqd ad actũ intellectus pertinet, nõ referri ad iſta corpora ſenſibilia, ſed ad illa immaterialia & 413 ſeparata, ut ſic aia nõ intelligat iſta corporalia, ſed intelligat horũ corporaliũ, ſpẽs ſeparatas. Sed hoc dupliciter apparet falſum. Primò qdẽ, qa cũ illę ſpẽs ſint immateriales & immobiles, excluderetã ſcijs cognitio motus & materię, ꝙ eſt ꝓpriũ ſciæ naturalis, & demonſtratio p cãs mouẽtes & materiales. Scd'ò, qa deriſibile vr̃, vt dũ rerũ, q̃ nobis manifeſtę ſunt notitiã q̃rimꝰ, alia entia in medium afferamus, q̃ non pñt eſſe eorũ ſubſtãtiæ, cũ ab eis differãt ſm eſſe. Et ſic illis ſubſtantijs ſeparatis cognitis, nõ ꝑ hoc de iſtis ſenſibilib. iudicare 415 poſſem. Vr̃ aũt in hoc Plato deuiare à ueritate: qa cũ æſtimaret oẽm cognitionẽ p modũ alicuius ſimilitudinis eſſe, credidit ꝙ forma cogniti ex ne- E ceſſitate ſit ī cognoſcẽte, eo mõ quo eſt in cognito. Cõſiderandũ aũt, ꝙ forma rei intellectæ eſt in intellectu vñter, & immaterialiter, & ĩmobiliter: quod ex ipſa operatione intellectus apparet, q̃ intelligit vñter & p modũ neceſſitatis cuiuſdã: modus. n. actionis eſt ſm modũ formę agẽtis. Et iõ exiſtimauit, ꝙ oporteret res intellectas hoc mõ in ſeipſis ſubſiſtere. ſ. immaterialiter & ĩmobiliter. Hoc aũt neceſſariũ nõ eſt: qa ẽt in ipſis ſenſibilib. videmus, ꝙ forma alio modo eſt in vno ſenſibilium, q̃ in altero: puta cũ in vno eſt albedo intẽſior, ī alio remiſſior. & cũ ī uno albedo cũ dulcedine, in alio A ſine dulcedine. Et per hunc ẽt modum, forma ſenſibilis alio mõ eſt in re, quæ eſt extra aiam, & alio mõ in ſenſu, qui ſuſcipit formas ſenſibiliũ abſque materia, ſicut colorẽ auri ſine auro. Et ſiliter ītellectus ſpẽs corporũ, q̃ ſunt materiales & mobiles recipit immaterialiter, & immobiliter, ſm modũ ſuũ. nã receptũ eſt in recipiẽte p modũ recipiẽtis. Dicẽdũ eſt ergo, ꝙ [m] aĩa p ītellectũ cognoſcit corpora, cognitione immateriali, vñi, & neceſſaria.[n]

b 415

Conclu. m

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ verbũ Aug. eſt intelligẽdũ q̃tũ ad ea, q̃b. intellectꝰ cognoſcit, non aũt q̃tũ ad ea, q̃ ītellectꝰ cognoſcit. Cognoſcit. n. B corpora intelligẽdo, ſed nõ p corpora, neq; p ſilitudines materiales & corporeas, ſed p ſpẽs ĩmateriales & ītelligibiles, q̃ p ſui eſſentiã ī aĩa eẽ pñt.

d 63

Ad secvndvm dicẽdum, ꝙ ſicut Aug. dicit 22. de Ciu. dei,* Nõ eſt dicẽdũ, ꝙ ſicut ſenſus cognoſcit ſola corporalia, ita intellectus cognoſcit ſola ſpũalia: quia ſequeretur, ꝙ Deus & angeli corporalia non cognoſcerent. Huius aũt diuerſitatis rõ eſt, quia inferior uirtus non ſe extendit ad ea quæ ſunt ſuperioris virtutis. ſed virtus ſuperior ea, quæ ſunt inferioris uirtutis, excellentiori mõ operat.

*Li. 22. de Ciu. dei, c. 29. decli nando ad fi. tom. 5.

b 542

Ad tertivm dicendũ, ꝙ oĩs motꝰ ſupponit aliC quid immobile. Cũ. n. trãſmutatio ſit ſm qualitatẽ, remanet ſubſtãtia immobilis: & cũ trãſmutat forma ſubſtãtialis, remanet materia immobilis. Rerũ ẽt mutabiliũ, ſunt ĩmobiles habitudines: ſicut Sortes etſi nõ ſp ſedeat, tñ ĩmobiliter eſt verũ, ꝙ q̃n ſedet, in uno loco manet. Et ꝑ hoc, nihil ꝓhibet de reb. mobilibus, immobilem ſcientiam habere.

Articvlvs II.

Vtrum anima per eſſentiam ſuam corporalia intelligat.

Perre[a] per totum. 417 Ver. q. 10. ar. 4. cor. *Li. 10. de Tri. ca. 5. circa fin. tom. 3.

Ad secvndvm ſic proceditur. Vr̃, ꝙ aia p eſſentiã ſuã corporalia intelligat. Dicit. n. Aug.* 10. de Tri. ꝙ aia imagines corporũ cõuoluit, & rapit factas ī ſemetipſã de ſemetipſa. Dat. n. eis formandis[h], quoddã ſubſtantiæ ſuæ. Sed p ſimilitudines corporũ corpora intelligit. Ergo p eſſentiã ſuã, q̃ dat formãdis talibus ſimilitudinib. & de qua eas format, cognoſcit corporalia.

*Lib. 3. de aia, tex. 37. to. 2.

¶ 2 Prę. Phũs dicit in tertio de aĩa,* ꝙ aĩa[b] quodammodo eſt E oĩa. Cum ergo ſimile ſimili cognoſcatur, uidetur, ꝙ anima p ſeipſam corporalia cognoſcat.

*C. 12. cœleſt. Hier.

¶ 3 Præt. Aĩa eſt ſuperior corporalib. creaturis. Inferiora āt ſunt ī ſuperiorib.[h] eminentiori mõ q̃ in ſeipſis: vt Dion.* dicit. Ergo oẽs creaturæ corporeæ nobiliori mõ exiſtũt ī ipſa eſſentia aĩę q̃ ī ſeipſis. Per ſuam ergo ſubſtantiam poteſt creaturas corporeas cognoſcere.

*Li. 9. de Tri. c. 3. in [illegible] to. 3.

Sed contra eſt, qd' Aug.* dicit 9. de Tri. ꝙ mẽs, corporearum rerũ notitias, p ſenſus corporis col-

tiones, determinant cognitionẽ ſcdm genus propriũ & in ordine ad obiectũ. Secũdũ genꝰ qdẽ ꝓpriũ, quia cognitio iſta eſt de gñe cognitionum immaterialiũ, uniuerſaliũ, & immobiliũ, ſeu neceſſariarum, quod idẽ eſt: neceſſariũ. n. eſt qd' mutari nõ põt. oĩs. n. intellectio in tali gñe eſt. In ordine uero ad obiectũ, qa cognitio iſta ī materialiter, uniuerſaliter, & immutabiliter attingit obiectũ: nulla. n. materia mediãte, nulla conditione particularitatis interuediẽte, nulla mutationis ſpecie obuiãte, intelligimus ſpẽs corporũ, quæ ſecũdũ eſſe ſunt materiales, particulares, & mobiles ut ſubiecta.

SVP. Q. LXXXIIII. ART. II.

batur, quia optimi eſt optima producere. Secunda verò, quia vltima perfectio vniuſcuiuſque conſiſtit in conſecutione finis. Tertia autem patet ex quid nominis. ¶Nota hic duo. Primo, quod cum ſint tres opiniones, altera dicens omnia caſualia, altera omnia neceſſaria, & alia media, quædam neceſſaria, & quædam caſualia, & hæc ſola ſit vera, non illata eſt opinio dicens omnia neceſſaria, ſed ſolum dicens caſualia: quia iſta negat gubernationem, illa verò ponendo omnia determinata, gubernationem aſſerit, ut patet ex reſponſione ad ſecundum. Nota ſecundo, quod prima ratio litteræ non ſolum contradictoriam opinionis recitatæ probat, ſed rationem illius confutat, dum naturalia euenire ſemper, aut frequenter aſſerit. conſtat enim caſualia extra ſemper & frequenter verſari, ex 2. Phyſic.

* Li. 3. Metra. 9. in principio

Conclu. m

quid moueri, ſed in ſe ſtabilitatẽ habet. ergo nõ gubernatur. F
¶3 Præt. Id qđ ĩ ſe hẽt neceſſitatẽ, qua determinaẽ ad vnũ, [h] nõ idiget exteriori gubernãte: ſed pricipaliores mũdi pres quadã neceſſitate determinanẽ ad vnũ ĩ ſuis actib⁹, & motib. Ergo mũdus gubernatione non indiget.

SED CONTRA eſt, quod dicit Sap. 14. Tu aũt pater gubernas omnia prouidẽtia. & Boet. * dicit in libro de cõſol. O q ppetua mundũ rõne gubernas. G

RESPON. Dicẽdũ, ꝙ qdã antiqui Philoſophi gubernationẽ mũdo ſubtraxerũt dicẽtes, oĩa fortuito agi. [m] Sed hæc poſitio oñdiẽ eſſe impoſſibilis ex duobus. * Primò qdẽ ex eo ꝙ apparet ĩ ipſis reb⁹. Videmus. n. in rebus naturalib⁹ ꝓuenire, ꝙ melius eſt, aut ſp, aut in pluribus: qđ nõ cõtingeret, niſi ꝑ aliquã ꝓuidẽtiã res naturales dirigerent ad finẽ boni, qđ eſt gubernare. H Vñ ipſe ordo certus rerũ manifeſtè demonſtrat gubernationẽ mundi: ſicut ſi qs intraret domũ bñ ordinatã, ex ipſa domus ordinatione, ordinatoris rõnẽ ꝑpẽderet, ut ab Ariſtote. * dictũ Tulli⁹ itroducit in lib. de natura deorũ. Scđo aũt apparet idẽ ex cõſideratione diuinæ bonitatis, ꝑ quã res ĩ eẽ ꝓductę ſũt, ut ex ſupradictis patet. † Cũ. n. optimi ſit optima ꝓducere, nõ cõuenit ſũmæ Dei bonitati, ꝙ res ꝓductas ad ꝑfectũ ñ ꝑducat. Vltima aũt ꝑfectio eſt uniuſcuiuſq; in cõſecutiõe finis. Vñ ad diuinã bonitatẽ ꝑtinet, ut ſicut ꝓduxit res ĩ eẽ, ita ẽt eas ad finẽ [d] ꝑducat, qđ ẽ gubernaẽ. I

* Ariſt. li. 12. Metaph. tex. 52. & 5.

† q. 19. ar. 4. & q. 44. ar. 1. & 2.

D. 612.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ aliqđ mouet, uel opaẽ ꝑp finẽ dupr. Vno mõ ſicut agẽs ſeipſum ĩ finẽ, ut hõ, & aliæ creaturæ rõnales: & taliũ eſt cognoſcere rõnẽ finis, & eorũ q̃ ſunt ad finẽ. [f] Aliqđ uẽ dr operari, uel moueri ꝑp finẽ, quaſi ab aliquo actũ, uel directũ ĩ finẽ: ſicut ſagitta mouet directa ad ſignũ à ſagittãte, q cognoſcit finẽ, nõ aũt ſagitta. Vñ ſicut motus ſagittæ ad determinatũ finẽ demõſtrat aperte, ꝙ ſagitta dirigiẽ ab aliquo cognoſcẽte: ita cert⁹ curſus naturaliũ rerũ cognitiõe carẽtiũ manifeſtè dẽclat mũdũ rõe aliqua gubernari. K

111

AD II dicẽdũ, ꝙ in omnibus rebus creatis eſt aliquid ſtabile, ad minus prima materia, & aliquid ad motum ꝑtinens, ut ſub motu ẽt operatione cõprehendamus. Et quantum ad utrunque, res indiget gubernatione: quia hoc ipſum, qđ in rebus eſt ſtabile, in nihilum decideret, qa ex nihilo eſt, niſi manu gubernatoris ſeruaretur, ut infra patebit. *

* q. 104. ar. 1.

AD III dicẽdũ, ꝙ neceſſitas naturalis inhærens rebus, quæ determinanẽ ad unũ eſt impreſſio quædã Dei dirigentis ad finẽ: ſicut neceſſitas qua ſagitta agit, ut ad certum ſignum tendat, eſt impreſſio ſagittantis: & nõ ſagittæ. * ſed in hoc differt, qa id qđ creaturę à Deo recipiũt, eſt earum natura. Qđ aũt ab homine rebus naturalibus imprimiẽ ꝑter earum naturam, ad uiolentiã ꝑtinet. Vñ ſicut neceſſitas uiolentię in motu ſagittę demõſtrat ſagittantis directionẽ: ita neceſſitas naturalis creaturarum demõſtrat diuinæ ꝓuidentiæ gubernationẽ.

908

ARTICVLVS II.

Vtrum finis gubernationis mundi ſit aliquid extra mundum.

AD SECVNDVM ſic ꝓcediẽ. Vĩ ꝙ finis gubernationis mundi non ſit aliqđ extra mundũ exiſtens. Illud. n. eſt finis gubernationis rei, ad qđ res gubernata ꝑduciẽ: ſed illud ad qđ res aliqua ꝑduciẽ, eſt aliqđ bonum in ipſa re ſicut infirmus ꝑduciẽ ad ſanitatem, quę eſt aliquod bonum in ipſo. Ergo finis gubernationis rerũ non eſt aliquod bonũ extrinſecũ, ſed aliquod bonũ ĩ ipſis reb⁹ exiſtens.

¶2 Pręt. Philoſoph⁹ dicit 1. Eth. * ꝙ [h] finiũ quidã ſunt operationes, quidã opera. i. operata: ſed nihil extrinſecum à toto uniuerſo põt eſſe operatũ: operatio aũt eſt in ipſis operantibus. ergo nihil extrinſecũ põt eſſe finis gubernationis rerum. H

¶3 Præt. Bonũ multitudinis vĩ eſſe ordo & pax, q̃ eſt trãquillitas ordinis, ut Aug. dicit 19. De ciuit. Dei: † ſed mũdus in quadã rerũ multitudine cõſiſtit. Ergo finis gubernationis mundi eſt pacificus ordo, qui eſt in ipſis reb. nõ ergo finis gubernatiõis rerũ ẽ quoddã bonũ extriſecũ. I

SED CONTRA eſt, ꝙ dicitur Prou. 16. Vniuerſa propter ſe operatus eſt Dominus: ipſe autem eſt extra totum ordinem uniuerſi. ergo finis rerũ eſt quoddam bonum extrinſecum.

RESP. Dicẽdũ, ꝙ cum finis reſpondeat principio, non põt fieri ut principio cognito, quid ſit rerũ finis ignoreẽ. Cum igiẽ principiũ rerũ ſit aliqđ extrinſecũ à toto uniuerſo. ſ. Deus, ut ex. ? dictis patet, * neceſſe ẽ. ꝙ ẽt finis rerũ ſit quoddã bonũ extrinſecũ: & hoc rõne apparet. Manifeſtũ eſt. n. ꝙ bonum habet rõnem finis. Vñ finis particularis alicuius rei eſt quoddam bonum particulare: finis aũt uniuerſalis rerũ omnium eſt quoddam bonũ uniuerſale. Bonũ aũt uniuerſale eſt, quod eſt ꝑ ſe & ꝑ ſuam eſſentiã bonũ, qđ eſt in ipſa eſſentia bonitatis: bonũ aũt particulare eſt, qđ eſt participatiuẽ bonũ. [r] Manifeſtũ eſt aũt, ꝙ in tota uniuerſitate creaturarũ [s] nullũ eſt bonũ, qđ non ſit participatiuẽ bonũ. Vñ [m] illud bonũ, qđ eſt finis toti⁹ vniuerſi, oportet, ꝙ ſit extriſecũ à toto uniuerſo. *

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd bonum aliquod

SVPER QV. CIII. ART. II.

Ferr. 3. cont. c. 17. 23.

TItulus clarus. ¶In corpore una concluſio, Finis gubernationis mundi eſt bonũ extrinſecũ à toto uniuerſo. Probatur dupliciter. Primo, Principiũ rerũ eſt extrinſecũ ab uniuerſo: ergo & finis. Antecedens patet ex dictis. Conſequentia probatur, quia finis reſpondet principio & [illegible] cognoſci. Secundo, Finis uniuerſalis omnium rerũ eſt bonum uniuerſale: ergo eſt bonũ per eſſentiam: ergo [illegible] ipſum uniuerſum. ergo eſt bonũ extrinſecum à toto uniuerſo. Antecedens probatur dupliciter [illegible] particulare. Prima conſequentia probatur ex diſtinctione inter bonum uniuerſale, & particulares: quia illud ipſa bonum eſſentia, hoc participatiue bonũ. Secunda conſequentia probatur, quia nihil eſt in uniuerſo niſi participatiue bonum. ultima eſt per ſe nota.

Porrecta per totum.

501

q. 2. a. 3. art. & 1. 3. & 4. cont. ca. 17. 23. & 27. fin.

* Lib. 1. Ethic. c. 1.

† Li. 19. de Ciui. Dei. c. 13. to. 5.

* q. 2. ar. 3. & q. 44. art. 1. & 2.

338 55 54 D. 591 Conclu. m

qđ cõſequimur multipliciter. Vno mõ ſicut formã in nobis exiſtẽtẽ, vt ſanitatẽ, aut ſcientiã. Alio mõ vt aliqđ ꝑ nos operatũ, ſicut ædificator cõſequiẽ finẽ faciendo domũ. Alio mõ ſicut aliqđ bonũ habitũ, vel poſſeſſum, vt ille qui emit, cõſequiẽ finẽ poſſidendo agrũ. Vñ nihil ꝓhibet illud, adqđ ꝑducitur vniuerſum, eſſe quoddã bonũ extrinſecum. A

AD II dicẽdũ, ꝙ Philoſophus loquiẽ de finibus artiũ, quarũ q̃dã habẽt ꝓ finibus operõnes ipſas, ſicut citharistæ finis eſt citharizare. Quædã verò habent ꝓ fine quoddã operatũ, ſicut ædificatoris finis non eſt ædificare, ſed domus. Cõtingit aũt aliquid extrinſecũ eſſe finẽ nõ ſolũ ſicut operatum, ſed ẽt ſicut poſſeſſum, ſeu habitũ, vel ẽt ſeu repręſentatũ: ſicut ſi dicamus, ꝙ Hercules eſt finis imaginis, quæ ſit ad eum repræſentandum. B Sic igitur põt dici, ꝙ bonũ extrinſecum à toto vniuerſo eſt finis gubernationis rerum ſicut habitum & repręſentatum: quia ad hoc vnaquæq; res tendit ut participet ipſum, & aſſimiletur ei quantum poteſt.

AD III dicẽdũ, ꝙ finis qdẽ uniuerſi eſt aliquod bonũ in ipſo exiſtẽs. ſ. ordo ipſi⁹ uniuerſi: hoc aũt bonũ non eſt vltimus finis, ſed ordinaẽ ad bonum extrinſecum, vt ad vltimum finem: ſicut ẽt ordo exercitus ordinatur ad ducẽ, vt dicitur in 12. Meta. C

ARTICVLVS III.

Vtrum mundus gubernetur ab vno.

AD TERTIVM ſic ꝓcediẽ. Vĩ ꝙ mũdus nõ gubernetẽ ab vno. De cã enim ꝑ [h] effectus iudicamus: ſed in gubernatione rerum apparet, ꝙ res non vniformiter gubernanẽ & operãtur: q̃dã enim ſunt cõtingẽtia, q̃dã verò ex neceſſitate, & ſecũdum alias diuerſitates. ergo mũdus non gubernatur ab vno. D

¶2 Pręt. Ea quę gubernatur ab uno, à ſeinuicẽ non [h] diſſentiũt, niſi ꝑp imperitiam, aut inſipiẽtiã, aut impotentiam gubernãtis, q̃ à Deo ſunt procul: ſed res creatæ à ſeinuicem diſſentiũt, & contra ſeinuicem pugnant, vt in contrarijs apparet. nõ ergo mũdus gubernatur ab vno.

¶3 Præt. In natura ſp inuenitur qđ melius eſt: ſed [h] melius eſt ſimul eſſe duos q̃ vnum, vt dicit Eccl. 4. ergo mundus nõ gubernatur ab vno, ſed à pluribus. E

SED CONTRA eſt, ꝙ vnũ Deũ, & vnũ Dominũ cõfitemur, ſm illud Apoſt. 1. ad Cor. 8. Nobis eſt unus Deus pater, & Dominus vnus, quorũ vtrunq; ad gubernationẽ pertinet. nã ad Dominũ ꝑtinet gubernatio ſubditorũ, & Dei nomẽ ex prouidentia ſumitur, vt ſupra dictũ eſt. * ergo mũdus gubernaẽ ab uno.

RESPON. Dicẽdũ, ꝙ [m] neceſſe eſt dicere, ꝙ mũdus ab vno guberneẽ. * Cũ. n. finis gubernationis mũdi ſit qđ eſt eſſentialiter bonũ, qđ eſt optimũ [e], neceſſe eſt, ꝙ mũdi gubernatio ſit optima. Optima autem gubernatio eſt, q̃ ſit ꝑ vnũ. Cuius rõ eſt, qa gubernatio nihil aliud eſt q̃ directio gubernatorũ ad finẽ, q eſt aliqđ bonum: vnitas aũt ꝑtinet ad rõnẽ bonitatis, vt Boet. * ꝓbat in tertio de cõſo. ꝑ hoc, ꝙ ſicut oĩa deſiderant bonum, ita deſiderant unitatem, ſine qua eſſe nõ poſſunt. nã vnumquodq; intantũ eſt, inquantũ unũ eſt. Vñ videmus, ꝙ res repugnant ſuæ diuiſioni quantum poſſunt, & ꝙ diſſolutio vniuſcuiuſq; rei prouenit ex defectu illius rei. Et iõ id, ad qđ tendit intentio multitudinẽ gubernãtis, eſt vnitas, ſiue pax: vnitatis aũt cã per ſe eſt unum. Manifeſtum eſt enim, ꝙ plures multa vnire & concordare nõ poſſunt, niſi ipſi aliquo modo uniatur. Illud aũtẽ qđ eſt per ſe vnum, põt eſſe cauſa unitatis conueniẽtius quàm multi vniti: vnde multitudo melius gubernatur ꝑ vnum, quàm per plures. * Relinquitur ergo, ꝙ gubernatio mundi, quæ eſt optima, ſit ab uno gubernãte. Et hoc eſt quod Philoſophus dicit in 12. Metaphyſ. * Entia nolunt diſponi male, nec bonum pluralitas principatuum: vnus ergo princeps.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ mot⁹ eſt actus mobilis à mouẽte. Difformitas ergo motuũ eſt ex diuerſitate mobiliũ, quã reqrit ꝑfectio uniuerſi, vt ſupra dictum eſt, * nõ ex diuerſitate gubernãtiũ.

AD II dicẽdũ, ꝙ cõtraria etſi diſſentiãt quãtũ ad fines proximos, cõueniũt tñ quantũ ad finem vltimũ, ꝓut cõcludũtur ſub uno ordine uniuerſi.

AD III dicẽdũ, ꝙ in particularibus bonis duo ſunt meliora q̃ vnum: ſed ei quod eſt eſſentialiter bonum, non poteſt fieri aliqua additio bonitatis.

Conclu. m

53

* Li. 3. pſ. 11.

159

* Lib. 12. Met. in fi. li. to. 3.

* q. 47. ar. 1. & 2.

Porrecta per totum.

SVPER QV. CIII. ARTIC. III.

502

TItulus clarus. ¶In corpore una concluſio. Mundus gubernatur ab vno. Probatur dupliciter, primo rõne. Finis gubernationis mundi eſt bonum [illegible], ergo gubernatio optima, ergo gubernatio mundi eſt optima: ergo eſt ab uno. Antecedens patet ex [illegible] prima cõſequentia [illegible] ſecunda verò fundatur in [illegible] propoſitionibus. Altera eſt, quod gubernatio intendit unitatem: ſecunda eſt, quod unitas melius cauſatur ꝑ unum, q̃ ꝑ multos. Ex his manifeſte ſequentia tenet: quia gubernatio optima, quia gubernatio eſt ad unũ ex prima propoſitione: quia optima eſt ab uno ex ſecunda propoſitione. Prima propoſitio probatur in litera ſic. Gubernatio eſt directio ordinatorũ in finẽ. ergo bonũ. ergo unũ. Probatur hæc ultima ſequela, primo authoritate Boetij: ſecundo ratione eius ex naturali appetitu, quo quæque eſt ad bonũ & unũ: quod declaratur tũ à priori, quia eſt ad eſſe: tũ à poſteriori, quia reſiſtit diuidenti: tum ẽt à poſteriori, quia diſſolutio, q opponitur unitati, prouenit ex defectu in eſſe. Secunda verò propoſitio probatur, quia unitatis per ſe, cauſa eſt per ſe unum, quod manifeſtatur ex eo, quia multi non cauſant unum, niſi inquantum aliquo modo uniuntur. Conueniẽtius autem unumquodq; fit ꝑ propriã cãm, q̃ per cauſam ꝑ accidens. ergo. Secundo confirmatur authoritate Ariſt. hanc rationẽ paucis uerbis tangentis.

* q. 13. ar. 8.

ARTICVLVS IIII.

Vtrũ effectus gubernationis ſit vnus tantum, & non plures.

AD QVARTVM ſic ꝓceditur. Videtur ꝙ effectus gubernationis mundi ſit unus tantũ, & non plures. Effectus enim gubernationis eſſe vĩ id, quod ꝑ gubernationẽ in rebus gubernatis cauſatur: hoc autem eſt [h] vnũ, ſcilicet bonum ordinis, vt ĩ exercitu patet. ergo gubernationis mundi eſt vnus effectus.

¶2 Præt. Ab vno natũ eſt [b] vnũ tantũ procedere: ſed mundus gubernatur ab uno, ut oſtenſum eſt. * ergo & gubernationis effectus eſt unus tantum.

¶3 Præt. Si effectus gubernationis nõ eſt vnus tãtum propter

SVPER QV. CIII. ART. IIII.

Porrecta per totum.

TItulus clarus. ¶In corpore una concluſio trimembris. Effectus gubernationis principalis eſt unus, generales ſunt duo, in particulari ſunt nobis innumerabiles. Hæc concluſio ꝓbatur, & declaratur. Probatur aũt & quantum ad ipſam trimembrem diſtinctionem ſic. Effectus operationis eſt [illegible] ad finem: ergo effectus actionis ex fine pẽſari poteſt. ergo effectus gubernationis mũdi ex bono per eſſentiam accipi poteſt. ergo triplicem ſumi põt, [illegible] & ex parte ipſi[us] finis.

507

* Ar. præc.

SS 4

vnitatẽ gubernãtis, oportet ꝙ multiplicẽtur ſm multitudinem gubernatorũ: hæc aũt ſunt nobis innumerabilia. ergo gubernationis effectus non poſſunt cõprehẽdi ſub aliquo certo numero.

Sed contra eſt, ꝙ Diony.* dicit, ꝙ deitas ꝓuidẽtia & bonitate pfecta, oĩa cõtinet, & ſeipſam implet: gubernatio aũt ad prouidẽtiam pertinet. ergo gubernationis diuinæ ſunt aliqui determinati effectus.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ effectus cuiuſlibet actionis ex fine eius pẽſari põt: nã ꝑ operationẽ efficitur, vt ptingat ad finem. Finis aũt gubernationis mũdi eſt bonum eſſentiale,* ad cui⁹ participationẽ & aſſimilationem oĩa tẽdũt. Effectus igitur gubernationis põt accipi tripliciter. Vno mõ ex parte ipſius finis: & ſic m eſt vnus effectus gubernationis, ſ. aſſimilari ſummo bono[n]. Alio mõ põt cõſiderari effectus gubernationis ſm ea, q- bus ad Dei aſſimilationẽ creatura pducit: & ſic in gñali ſunt duo effect⁹ gubernatiõis. Creatura.n. aſſimilat̃ Deo quantum ad duo, ſ. quãtũ ad id, ꝙ De⁹ bonus eſt, i quãtũ creatura eſt bona: & quãtũ ad hoc, ꝙ Deus eſt alijs cã bonitatis, inquantũ una creatura mouet aliã ad bonitatẽ. Vñ duo ſunt effectus gubernationis, ſ. cõſeruatio rerum in bono, & motio earũ ad bonũ[q]. Tertio mõ põt cõſiderari effect⁹ gubernationis i particulari: & ſic * sũt nobis inumerabiles*.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ ordo vniuerſi includit in ſe & conſeruationẽ rerũ diuerſarũ à Deo inſtitutarũ, & motionem earũ: qã ſm hæc duo inuenit̃ ordo in rebus, ſm. ſ. ꝙ vna eſt melior alia, & ſm ꝙ vna ab alia mouetur. Ad alia duo patet reſponſio per ea quæ dicta ſunt*.

Articvlvs V.

Vtrum omnia diuinæ gubernationi ſubdantur.

Ad qvintvm ſic ꝓcedit̃. Vr̃ ꝙ nõ oĩa diuinæ gubernationi ſubdant̃. Dr̃. n. Eccl. 9. Vidi ſub Sole nec uelocium eſſe curſum, nec fortiũ bellũ, nec ſapiẽtiũ panem, nec doctorum diuitias, nec artificum gratiam, ſed tempus caſumq; in omnibus: q̃ autem gubernationi alicuius ſubſunt, non h ſunt caſualia. ergo ea q̃ ſunt ſub Sole, non ſubduntur diuinæ gubernationi.

¶ 2 Præt. Apoſt. 1 ad Corinth. 9. dicit, quod non eſt Deo cura h de bobus: ſed vnicuiq; eſt cura eorum quæ gubernantur ab ipſo. non ergo omnia ſubduntur diuinæ gubernationi.

¶ 3 Præt. Illud quod ſeipſum gubernare h poteſt, non videtur alterius gubernatione indigere: ſed creatura rationalis ſeipſam gubernare poteſt, cum habeat dominium ſui actus, & per ſe agat, & nõ ſolũ agatur ab alio, quod videtur eſſe eorum quæ gubernãtur. ergo non oĩa ſunt diuinę gubernationi ſubdita.

Sed contra eſt, quod Auguſtinus dicit 5. de Ciui. Dei,* quòd Deus non ſolum cœlum & terram, nec ſolum hominem & angelũ, ſed nec exigui & cõtemptibilis animantis viſcera, nec auis pennulam, nec herbæ floſculum, nec arboris folium ſine ſuarum partium conuenientia derẽlinquit. omnia ergo ei⁹ gubernationi ſubduntur.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ ſecundũ eandem rationem cõpetit Deo eſſe gubernatorẽ rerum, & cauſam rerum: quia eiuſdem eſt rẽ producere, & ei perfectionem dare, quod ad gubernantem ptinet. Deus autem eſt cauſa nõ quidem particularis unius generis rerum, ſed vniuerſalis totius entis, vt ſupra oſtẽſum eſt. *Vnde ſicut nihil poteſt eſſe qđ nõ ſit à Deo creatum, ita nihil poteſt eſſe, quod eius gubernationi nõ ſubdatur. Patet etiam hoc idem ex ratione finis. Intãtum enim alicuius gubernatio ſe extendit, inquantum ſe extendere poteſt finis gubernationis. Finis autẽ diuinæ gubernationis eſt ipſa ſua bonitas, ut ſupra oſtenſum eſt.* Vndè cum nihil eſſe poſſit, quod non ordinetur in diuinam bonitatem, ſicut in finem, ut ex ſupradictis patet, † impoſſibile m eſt quòd aliquod entium ſubtrahatur gubernationi diuinę*. Stulta igitur fuit opinio dicẽtium, quòd hęc inferiora corruptibilia, uel etiam ſingularia, aut etiam res humanę non gubernantur à Deo. Ex quorum perſona dicitur Ezech. 9. Dereliquit Dominus terram.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ſub ſole di-

finis, & ex parte fundamẽti i generali & particulariter. ergo principalis eſt unus, generales ſunt duo, & particulariter innumerabiles. Antecedens patet cũ prima conſequentia & ſecũda: quia aſſimilatio ad ſummũ bonũ eſt id, ad qđ oĩa gubernata rẽddũt. Tertia verò cõſequentia cũ ſit de poſſibili, manifeſta fit ex ſufficientia ordinis ad finẽ. Aut enim ipſa eſt cõſecutio finis, & ſic eſt effectus ex parte ipſius finis ſe tenens: cũ ipſe effect⁹ eſt idẽ finis cũ fine extrinſeco, ſicut idẽ eſt finis apud auarũ, puta pecunia & poſſeſſio eius: aut ex parte fundãmentum illam conſecutionẽ, & ſic numerant̃ iuxta numerum eorũ, p q̃ finem aſſequuntur & hos quidem in generali finitum eſt, in particulari uero ſine numero. Vltima autẽ conſequentia pbatur explanãdo, ꝙ primũ eſt aſſimilatio ad ſummũ bonũ: in ſecundo loco ſunt cõſeruatio in bono, & motio ad bonũ: ternio, cõſeruatio hui⁹ i hoc bono, hęc motio huius ad hoc bonũ. *Aduerte hic, ꝙ quia gubernatio nõ facit res gubernãdas, ſed ſupponit eas, ideo non creatio, ſed conſeruatio ponit̃ primus gubernationis effectus. Et quia naturaliter res prius in ſe conſeruatur, q̃ promoueat̃ ad bonũ: ideo ſecundus effectus ponitur motio ad bonũ, ſub qua cõprehenditur actio poſt conſeruationẽ. Et nota, ꝙ ſemper accipit̃ boni nomine in hac materia, ut formaliter loquatur, ut cõſecutio gubernatio enim nõ eſt, quæ ad bonũ ut ſic, non intendit.

Conclu. m · Conclu. p · Conclu. ſ

*In corp. art. · Porrecta per totum. · 504 · Supr. q. 22. art. 2. & 3. 1. 1. 1. d. 39. q. 2. a. 2. Et 3. contra G. 16. 64. 94. Et Eueriſi. 1. 8. & 4. Et opuſ. 3. c. 132. 133. & 135.

SVPER QV. CIII. ARTIC V.

Ferr. 3 cont. c. 1. 64.

Titulus clarus. ¶ In corpe duo. Primo ponitur concluſio reſponſiua q̃ſitio: ſecundo retundit̃ error.

¶ Quoad primũ concluſio eſt, Oĩa diuinę gubernationi ſubdũtur. Probatur dupliciter, primo ex parte cauſe efficiẽtis. Eiuſdẽ eſt rem producere, & ei perfectionem dare. ergo ſecũdum eandẽ rõnẽ cõuenit Deo eſſe cauſam rerũ, & gubernatorem earũ. ergo cõuenit ei eſſe gubernatorẽ uniuerſalẽ totius entis. ergo nihil eẽ põt, qđ eius gubernationem ſubterfugiat. Antecedens patet cũ prima cõſequẽtia: ſecunda verò probatur ex eo, ꝙ Deus eſt cauſa uniuerſalis totius entis: tertia quoq; ex eo, ꝙ nihil eſſe põt qđ non ſit cauſatũ à Deo. Secũdo ex parte finis. Gubernatio ſe extendit ſecundum extenſionẽ proprij finis. ergo diuina gubernatio ſe extendit iuxta extenſionẽ ſuæ bonitatis. ergo ad omnia. Antecedens eſt per ſe notũ, aliquin non eſſet proprius finis. Prima cõſequẽtia pbatur, qa diuina bonitas eſt finis ꝓprius gubernationis mundi, vt patet ex dictis. Vltima uerò probat̃, qa nihil eſſe poteſt, quod nõ ordinetur in diuinã bonitatem ut finẽ. oportet. n. ipſam p eſſentiã bonitatẽ finalizare reſpectũ bonorũ omniũ. ¶ Quoad ſecũdũ infertur p modũ corollarij, ſtultam eſſe opinionẽ triplicẽ, ſ. inferiora, uel ſingularia, vel humana ſubtrahentẽ gubernationi & aſſerens Ezechiel. ¶ Circa hos errores eſſent multa dicẽda de Auer. & Auicen. ſed quũ ſuperius cum de diuina prouidentia tractaremus, dicta ſunt multa, & inferius in hac eadem q̃ſtione aliquid dicetur, hic non oportet immorari.

SVPER

*Li. 5. ca. 11. circa finem. · *q. 44. ar. 1. & 2. · *ar. praec. & q. 44. ar. 4. · *q. 44. ar. 4. · Conclu. m

cuntur eſſe ea, quæ ſecundum ortum Solis gñantur corrũpũtur. In quib. omnib. caſus inuenitur, non ita ꝙ oĩa quæ in eis fiunt, ſint caſualia, ſed quia in quolibet eorũ aliquid caſuale inueniri põt: & hoc ipſum ꝙ aliquid caſuale inuenitur in huiuſmodi rebus, demonſtrat ea alicuius gubernationi eſſe ſubiecta: Niſi.n. huiõi corruptibilia ab aliquo ſuperiori gubernarentur, nihil intenderent, maximè q̃ nõ cognoſcũt, & ſic nõ eueniret in eis aliquid pter intẽtionẽ quod facit rõnem caſus. Vñ ad oſtẽdẽdum, ꝙ caſualia ſm ordinẽ alicuius ſuperioris cauſę ꝓueniunt, nõ dicit ſimpliciter, ꝙ uidit caſũ eſſe i oĩb. ſed dicit tps & caſum, quia. ſ. ſm aliquẽ ordinem temporis, caſuales defectus inueniunt̃ in his rebus.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ gubernatio eſt quędã mutatio gubernatorũ à gubernãte. Oĩs aũt motus eſt actus mobilis à mouente, ut dr̃ in 3. Phyſi.* Oĩs autem actus proportionatur ei cuius eſt actus: & ſic oportet ꝙ diuerſa mobilia diuerſimodè moueant̃, etiam ſm motionem vnius motoris. Sic igit̃ ſm vnã artem Dei gubernantis res diuerſimodè gubernantur ſm earum diuerſitatẽ. Quędã.n. ſm ſuam naturã ſunt per ſe agentia, tanq̃ habentia dñium ſui actus. Et iſta gubernantur à Deo non ſolũm per hoc, ꝙ mouent̃ ab ipſo Deo in eis interius operante, ſed etiam per hoc ꝙ ab eo inducunt̃ ad bonũ, & retrahuntur à malo per præcepta & prohibitiones, præmia & pœnas: hoc aũt modo non gubernantur à Deo creaturæ irrõnales,* quæ tñ agunt & nõ agũt. Cum ergo Apoſtolus dicit, ꝙ Deo non eſt cura de bobus, nõ totaliter ſubtrahit boues à cura gubernationis diuinę, ſed ſolũ quantũ ad modũ, qui ꝓpriè competit rationali creaturæ.

Ad tertivm dicendum, ꝙ creatura rõnalis gubernat ſeipſam p intellectũ & uoluntatẽ, quorum utrunq; indiget regi & perfici ab intellectu & uoluntate Dei. Et iõ ſupra gubernationẽ, qua creatura rõnalis gubernat ſeipſam tanquã domina ſui actus, indiget gubernari à Deo.

Articvlvs VI.

Vtrum omnia immediatè gubernentur à Deo.

Ad sextvm ſic procedit̃. Vr̃, ꝙ oĩa immediatè gubernent̃ à Deo. Gre. n. Nyſſenus* reprehendit opinionẽ Plat. q diuiſit h ꝓuidẽtia in tria. Primã q- dẽ primi dei, q ꝓuidet reb. cęleſtib. & vlib. oĩb. Secundã uerò prouidentiã eſſe dixit ſecũdorũ deorum, qui cęlũ circumeunt, ſ. reſpectu eorum quæ ſunt in gñatione & corruptione. Tertiam verò prouidentiam dixit quorumdam dæmonum, q ſunt cuſtodes circa terram humanarũ actionũ. ergo uidetur ꝙ oĩa immediatè à Deo gubernent̃.

¶ 2 Prę. Meli⁹ eſt aliqđ fieri per vnum q̃ per multa, ſi ſit h poſſibile, ut dr̃ in 8. Phy.* ſed Deus põt per ſeipſum abſque medijs cauſis oĩa gubernare. ergo vr̃, ꝙ omnia immediatè gubernet.

¶ 3 Prę̃t. Nihil in Deo eſt deficiẽs & imperfectũ: ſed ad defectum h gubernatoris pertinere vr̃, ꝙ mediantibus aliquib. gubernet. ſicut rex terren⁹, q a nõ ſufficit ad oĩa agẽda, nec ubiq; eſt pręſens in ſuo regno, ꝓpter hoc oportet, ꝙ hẽat ſuæ gubernationis miniſtros. ergo Deus immediatè omnia gubernat.

Sed contra eſt, ꝙ Aug. dicit in 3. de Tri.* Quẽadmodum corpora groſſiora & inferiora ꝑ ſubtiliora & potẽtiora quodã ordine reguntur: ita oĩa corpora ꝑ ſpm̃ uitę rõnalẽ, & ſpũs vitæ rõnalis deſertor atq; pctõr ꝑ ſpm̃ uitæ rõnalem piũ & iuſtum, & ille per ipſum Deum.

Respon. Dicendum, ꝙ in gubernatione duo ſunt conſideranda, ſ. rõ gubernationis, q̃ eſt ipſa prouidentia, & executio*. m Quantũ igit̃ ad rõnẽ gubernationis ptinet, Deus imediatè oĩa gubernat: q̃tũ aũt ptinet ad executionẽ gubernationis, De⁹ gubernat, quædã mediantib. alijs, n cuius rõ eſt: qa cum Deus ſit ipſa eſſentia bonitatis,* unumquodque attribuẽdum eſt Deo ſm ſui optimũ. Optimũ autem in omni genere, uel ratione, uel cognitione practica, qualis eſt ratio gubernationis, in hoc conſiſtit, ꝙ particularia cognoſcantur, in quibus eſt actus. Sicut optimus medicus eſt qui non conſiderat ſola vlĩa, ſed qui poteſt etiam conſide-

SVPER QV. CIII. ART. VI.

Ferr. 3. cont. c. 76. 77.

Titulus clarus. ¶ In corpore duo. Primo proponit̃ cõcluſio reſponſiua: ſecũdo ꝓbatur quoad utranque partem.

¶ Quoad primũ duo ſunt, diſtinctio concurrẽtium ad gubernationẽ, & ipſa concluſio. Diſtinctio eſt, ꝙ ad gubernationẽ exiguntur duo, rõ & executio. concluſio eſt habens duas partes. Deus gubernat oĩa quantum ad rõnem immediatè: quãtum ad executionẽ verò, quædam mediantibus alijs.

¶ Quoad ſcdm concluſio probat̃, primo quoad primã partẽ. Rõ gubernationis attribuenda eſt Deo ſecundũ ſui optimũ. ergo ſcdm cognitionẽ vlĩj ad minima particularia. ergo Deus immediatè gubernat quoad rõnem. Antecedẽs probat̃, qa unũquodq;, quod attribuit̃ Deo, ponẽdũ eſt ſcdm optimũ gradũ, & modũ &c. cõntia uerò probat̃ ex illa vniuerſali, Optimũ in oĩ gñe cognitionis practicæ conſiſtit in cognitione vlĩque ad particularia, quæ ꝓbant̃ rõne & inductione. Rõne, qa particularia ſunt, in quibus ut in terminis & vt ſubiectis eſt actus, ſeu operatio rationis practicæ. Inductione vero ex dicta interme diorũ cognoſcentiũ in uniuerſali, & cognoſcentẽ uniuerſaliter & particulariter. Cõſtat. n. quod hic eſt optimus: & ſimilis differentia eſt in oĩ genere artis. Deinde probatur ſcda pars. Gubernatio tãtò eſt melior, quãtò maiorẽ perfectionẽ gubernatis communicat. ergo diuina gubernatio ſic gubernat res, vt quaſdã illarum in gubernando cãs inſtituat. Antecedens probatur, quia gubernatio eſt perductio gubernatorum ad perfectionẽ. conſequentia verò probatur primo: quia maior perfectio eſt, ꝙ aliquid & ſit in ſe bonum, & ſit alijs cauſa bonitatis, q̃ in ſe tantum ſit bonum. Secundò manifeſtatur exemplo magiſtri & diſcipulorũ, quos facit eſſe aliorum doctores.

¶ Circa diſtinctioñ aſſignatã inter partes cõcluſionis penes mediationem & immediationem dubium occurrit, an ſit ſermo de mediatione & immediatione virtutis, an ſuppoſiti, vel utriuſque. Si enim eſt de immediatione, ſuppoſiti, falſum eſt, Deum quantum ad rationem omnia immediate gubernare, cũ mediet ratio humana reſpectu humanorum actuum &c. Si uerò eſt ſermo de immediatione virtutis, falſum eſt, qđ Deus quantum ad executionem mediatẽ gubernet; quoniã quicquid exequitur quodcũque ens, exequitur media uirtute diuina, & non eõ uerſo, vt in 3. contra Gene. cap. 67. diffusè oſtenditur. Si fortè dicatur, quòd i uno membro eſt ſermo de una mediatione, & in alio de alia, ſequitur quod differentia aſſignata non eſt penès idem niſi ſecundũm uocabulum, ꝙ ab arte & tãta doctrina alienum eſſe oportet.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ formaliter loquendo, de neutra mediatione eſt ſermo, ſed de mediatione ꝓpria vnicuiq;, ſ. rõni & executioni, quis prĩa pars uerificetur de immediatione utriuſq; ſecũda de mediatione ſuppoſiti. Ad quorũ euidẽtiã ſcito, ꝙ ſicut rõnẽ rectricẽ, ſeu gubernatricẽ, & res rectas, eſſe rationẽ mediam cõtingit dupliciter, uno mõ vt ſuppleat notitiam & regulationem rationis principaliter, ut puto.

* Lib. 3. Phy. text. 18. ·

Porrect. per totum. · 505 · Su. q. 22. ar. 3. Et 3. cõ. ca. 76. 77. 83. & 94. Et op. 3. ca. 131. · *Lib. 8. & eſt de ꝓuidentia, cap. 3. · * Libr. 8. Phy. text. 48. to. 2. · *Li. 3. ca. 4. circa principium tom. 3. · 137 Concl. m · 501

Universidad de Deusto Biblioteca

rare minima particularium. & F idē patet i cæteris. Vñ oportet dicere, ꝙ Deus oium etiā minimorum particulariū rōnem gubernationis hēat. Sed cū p gubernationem res quæ gubernātur, ſint ad pfectionem pducēdæ: tanto erit melior gubernatio, quanto maior pfectio à gubernante rebus gubernatis cōicatur. Maior aūt pfectio eſt, ꝙ aliquid in ſe ſit bonum, & ēt ſit alij cā bonitatis, q̄ ſi eſſet ſolū G mō in ſe bonum. Et iō ſic Deus gubernat res, vt quaſdam aliarū in gubernando cās inſtituat. Sicut ſi aliqs magiſter diſcipulos ſuos, non ſolum ſcientes faceret, ſed ēt aliorum doctores.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ opinio Platonis reprehēdit, qa ēt quantū ad rōnem gubernationis poſuit Deū nō immediate oīa gubernare: qđ patet p hoc, ꝙ diuiſit in tria, pdiden- H tiā, q̄ eſt ratio gubernationis.*

Ad ii. dicendum, ꝙ ſi ſolus Deus gubernaret, ſubtraheretur perfectio cauſalis à rebus: vndè non totum melius fieret per vnum, quod fit per multa.

Ad iii. dicendū, ꝙ non ſolum ptinet ad pfectionē regis terreni ꝙ excutorē hēat ſuę gubernationis, ſed ēt ad regis dignitatē qa ordine miniſtrorū poteſtas regis pclarior reddit. I

Articvlvs VII.

Vtrum aliquid præter ordinē diuinæ gubernationis contingere poſſit.

Ad ſeptimvm ſic proceditur. Vr̄, ꝙ aliqđ pter ordinē diuinæ gubernationis cōtingere poſſit. Dicit. n. Boet.* in tertio de conſo. ꝙ Deus per bonum cuncta diſponit. ſi ergo nihil in rebus contingit præter ordinē diuinæ gubernationis, ſequeretur, ꝙ nihil eſſet[h] malū rebus.

¶2 Præt. Nihil eſt[b] caſuale, qđ K euenit ſm præordinationē alicuius gubernantis. ſi igitur nihil accidit in rebus præter ordinem gubernationis diuinæ, ſequitur quòd nihil in rebus ſit fortuitum, & caſuale.

¶3 Præt. Ordo diuinæ gubernatiōis eſt certus & immutabilis, qa eſt ſm rōnem æternā. ſi igit nihil poſſit cōtingere in rebus pter ordinē diuinę gubernationis, ſequit ꝙ oīa ex neceſſitate eueniāt & nihil ſit i rebus cōtingēs: qđ eſt incōueniēs. pt igitur i rebus aliqđ cōtigere pter ordinē gubernationis diuinæ.

Sed contra eſt, quod dr̄ Heſter 13. Domine Deus rex omnipotens, in ditione tua cūcta ſunt poſita, & non eſt qui poſſit reſiſtere tuę voluntati.

Respon. Dicendum, quòd præter ordinem alicuius particularis cauſæ aliqs effectus euenire pōt, non aūt præter ordinē cauſæ uniuerſalis, cuius rō eſt: quia pter ordinem particularis cauſæ nihil puenit niſi ex aliqua alia cā impediente, quā quidem cām neceſſe eſt reducere in primam cauſam vlem. Sicut indigeſtio contingit pter ordinē virtutis nutritiuę ex aliquo impedimento, puta, ex groſſitie cibi, quā neceſſe eſt reducere in aliam cām: & ſic vſq; ad cām primam vlem. Cum igitur Deus ſit prima cauſa vlis non vnius generis tantum, ſed totius entis,* [m] impoſſibile eſt, ꝙ aliquid contingat præter ordinem diuinę gubernationis.* Sed ex hoc ipſo, quòd aliquid ex vna parte videtur exire ab ordine diuinę prouidentię, qui conſideratur ſecundum aliquā particularem cauſam, neceſſe eſt quòd in eundem ordinem relabatur ſecūdum aliam cām.

Ad primvm ergo dicendū, quod nihil inuenitur in mūdo, ꝙ ſit totaliter[a] malum, quia malum ſemper fundatur in bono, vt ſupra oſtenſum eſt* ideo res aliqua dicit mala p hoc, quòd exit ab ordine alicuius particularis boni. Si autem totaliter exiret ab ordine gubernationis diuinę, totaliter nihil eſſet.

Ad ii. dicendum, ꝙ aliqua dicunt eſſe caſualia in rebus p ordinē ad cauſas particulares, extra quarum ordinem fiunt. Sed quantum ad diuinam prouidentiam pertinet, nihil fit caſu in mundo, vt Auguſtinus dicit in lib. 83. queſt.*

Ad iii. dicendum, quòd dicūtur aliqui effectus contingentes per comparationem ad proximas cauſas, quæ in ſuis effectibus deficere poſſunt, non propter hoc quòd aliquid fieri poſſit extra totū ordinē gubernationis diuinæ: quia hoc ipſū, ꝙ aliquid cōtingit pter ordinē cauſę proximę, eſt ex aliqua cauſa ſubiectę gubernationi diuinę.

137

…as qa principalis dedit regulas vniuerſales, ordinauit principalia, dedit medium &c. & inferioribus curā aliorū reliquit ſecundum particularia occurrentia, vt in hominibus frequenter contingit. Alio modo vt miniſtrum rationis principalis, vt puta, quia principalis hæc agenda quo ad oīa diſcuſſa inferiori tradit exequenda, vt in miniſtris artium contingit, [illegible] magiſtris. Inter hos autem duos modos intereſt, ꝙ primo mō mediat rō vero, quia vt coniungens notitiam & regulationē vniuerſale particularibus: in ſcdo verò mediat rō vt miniſter, rōnalis [illegible] principalis non ſe extendit ad vltima immediatè, quia nō abſq; mediatione ea nouit, aut regulam eorum hēt. In ſcdo verò immediate ad vltima, quę particularia ſunt, ſe extendit. Et qm̄ in oībus ſcdm propria procedendum eſt, ideo de ratione loquendo, de tali mediatione intellexit. Quia autem talis mediatio conuenit cū mediatione virtutis: idcirco gratia materiæ primum membrum intelligit de immediatione virtutis.

Porrecta per totum. 506 Super q. 22. art. 2. ad 1. Et 2. d. 6. ar. 1. ad 3. * L. 3. p. ſa 12. aū mediū.

Quēadmodum autem de media ratione diſtinctum eſt, ita de medio executore diſtingui pōt. Cōſtat .n. ꝙ inter executorem vi ſic & effectū, dupliciter cōtingit medium executorē poni. Vno modo ad ſupplendam potentiam executiuam prioris: alio mō ad miniſtrandū ſm prius, & primum quidē per accidens ſe hēt ad executoris rōnē, qm̄ non conuenit ei niſi rōne impotentiæ, quę accidit executori: nō .n. eſt neceſſe executorē eſſe impotentem. Scdm verò cōuenit executori in qnantum executor eſt: exequi. n. de rōne ſua importat miniſteriū quoddam, vt de ſe patet. Vñ cum de mediatione, vel immediatione executionis eſt ſermo, prīū loquēdo de medio nō ſupplente, ſed miniſtrāte, eſt ſermo. Et quia mediū vt miniſtrās eſt medium vltimū poſitum, non vt uirtus ideo ſcdm membrum de mediatione ſuppoſiti gratia materię uerificatur. Stat ergo rſio, ꝙ hic eſt ſermo de mediatione & immediatione ppria ſingulis: & quōd dña inter rōnem & executionē eſt, ꝙ illa immediate per negationē proprij medij, iſta mediate per poſitionem proprij medij eſt. [illegible]

Svper qv. ciii. art. vii.

Titulus clarus. * In corpore una concluſio reſponſiua, Impoſſibile eſt q aliqd cōtingat præter ordinem diuinæ gubernationis. probatur. Nullus effectus pōt euenire præter ordinē cauſæ uniuerſalis: diuina gubernatio eſt uniuerſalis cā non in uno genere, ſed totius entis. ergo [illegible] ordinē [illegible] [illegible] in [illegible]

ipſo Conſ. m

D. 291. D. 817.

* q. 49. ar. 3. & q. 48. ar. 1.

* q. 24. eiuſdem [illegible]

Articvlvs VIII.

Vtrum aliquid poſſit reniti contra ordinem gubernationis diuinæ.

Ad octavvm ſic proceditur. Vr̄, ꝙ aliquid poſſit reniti contra ordinem gubernationis diuinæ. Dr̄ enim Iſa. 3. Lingua eorum, & adinuētiones eorum[h] contra Dominum. B

¶2 Pręt. Nullus rex iuſtè punit eos, q eius[h] ordinationi nō repugnant. ſi igitur nihil contrauiteretur diuinæ ordinationi, nullus iuſtè puniretur à Deo.

¶3 Pręt. Quælibet res ſubiicit ordini diuinæ gubernationis: ſed vna res ab alia impugnat. ergo aliqua ſunt, quæ contranituntur diuinæ[h] gubernationi.

Sed contra eſt, quod dicit Boet.* in tertio de coſo. Nō C eſt aliquid quod ſummo huic bono uel uelit, uel poſſit obſiſtere. eſt igitur ſummum bonū quod regit cuncta fortiter, ſuauiterque diſponit, ut dicitur Sapien. 8. de diuina ſapientia.

Resp. Dicendum, ꝙ ordo diuinæ ſapientiæ dupliciter pōt conſiderari. Vno modo in generali, ſecundum. ſ. ꝙ progreditur à cauſa gubernatiua toti[a]. Alio modo in ſpeciali, ſm ꝙ progreditur è cauſa particulari, quæ è executiua diuinæ gubernationis.[m] Primo igitur modo, nihil contranititur ordini diuinæ gubernationis:[n] quod ex duobus patet. Primò quidē ex hoc, q ordo diuinæ gubernationis totaliter in bonum tendit, & unaquęque res in ſua operatione & conatu non tendit niſi ad bonum. nullus. n. reſpiciēs ad malū operat, ut Dio. dicit. Alio mō appa- E ret idē ex hoc, ꝙ ſicut ſupra dictū eſt,* oīs inclinatio alicui[a] rei uel naturalis, uel uolūtaria, nihil eſt aliud, q̄ quædā impreſſio à primo mouente: ſicut inclinatio ſagittæ ad ſignū determinatum, nihil aliud eſt q̄ quędam impreſſio à ſagittāte. Vndè oīa quæ aguntur uel naturaliter, vel uoluntariè, quaſi propria ſponte perueniunt in id ad qđ diuinitus ordinantur: & ideò dicitur Deus omnia diſponere ſuauiter.

Ad primvm ergo dicendū, quòd dicuntur aliqui uel cogitare, uel loqui, uel agere cōtra Deum, non quia totaliter renitantur ordini diuinæ gubernationis, quia etiam peccantes intendunt aliquod bonum: ſed quia contranituntur cuidam determinato bono, quod eſt eis conueniens ſm ſuam naturam, aut ſtatum: & ideò puniuntur iuſtè à Deo. Et per hoc patet ſolutio ad ſecundum.

Ad tertivm dicendū, ꝙ ex hoc, quòd una res alteri contrapugnat, oſtenditur, quòd aliquid reniti poteſt ordini, q eſt ex aliqua cauſa particulari: non autem ordini, qui dependet à cauſa uniuerſali totius.

QVAESTIO CIIII.

De effectibus diuinæ gubernationis in ſpeciali in quatuor articulos diuiſa.

Deinde conſiderādū eſt de effectibus diuinæ gubernationis in ſpeciali.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶Primò, Vtrum creaturæ indigeant ut conſeruentur in eſſe à Deo.

¶Secundò, Vtrum conſeruent à Deo immediatè.

¶Tertiò, Vtrū Deus poſſit aliquid redigere in nihilum.

¶Quartò, Vtrum aliquid in nihilum redigatur.

Articvlvs I.

Vtrum creaturæ indigeant ut à Deo conſeruentur.

Ad primvm ſic proceditur. Vr̄, ꝙ creaturę nō indigeāt vt à Deo cōſeruent in eē. Qđ. n. nō pōt nō eſſe, nō īdiget ut cōſeruet in eſſe: ſicut quod nō pt abſcedere, nō indiget, ut cōſeruet ne abſcedat: ſed qdam crea

in illam, & ſic ſub illius ordine redit, quicquid per quamcunque cauſam [illegible] hoc exemplo indigeſtionis.

Svper qvæst. ciii. art. viii.

S. Bona. 2. ſ. d. 28. q. 1. art. 1. Ric. art. 2. ſ. d. 28. q. 2.

Ferr. 3. cont. c. 64. Scot. 2. ſ. d. 28. q. 1. Duran. 2. ſ. d. 28. q. 1.

Porrecta per totum 507 3. cont. c. 64.

Titulus. Circa titulum dubium occurrit, quia hic articulus vel ſuperfluus, aut coincidere cum præcedente, aut ſaltem male ordinatus. Sic. n. conclūſum eſt, q præter ordinē diuinæ gubernationis nihil pōt cōtingere, ſuperfluū eſt ſolicitari, an contra illum poſſit aliud fieri. Præter. n. claudit in ſe & præter, & contra. ſuperfluum ergo, aut pars eſt præcedentis, aut prius debebat quæri, vtrum contra, & deinde extrā præter: quia ſi ſic q non contra, & tamen præter: ſed non econuerſo, ut patet.

¶Ad hoc dr̄, q iſte articulus eſt omnino diſtinctus, & optimo loco neceſſarius quæſitus. Differt. n. à præcedenti, quia ille de euentu, iſte de reſiſtentia quærit. Vndè diſſertur quaſi ſicut actū, & proprium ſuo adiectum. In illo. n. quæritur, an poſſit aliquid contingere præter diuinę gubernationis [illegible] aliquid poſſit facere cōtra diuinā gubernationē, ſed utrū aliqd ſit renitens, ſi aut non obediens, vel diſobediens diuinæ gubernationi: hoc. n. reniſtentia importat. Vñ poſt deciſionē, q nihil præter diuinā gubernationem euenit, aut euenire pōt, merito reſiſtitur ſolicitari, utrum res proportionata ſunt ad hoc ipſū, quod fieri diximus. [illegible] ordinem diuinæ gubernationis implendum, an aliquæ contra renitantur, reſiſtant, quamuis oppoſitum facere non poſſint.

* Li. 3. pro ſa 12. à med.

Concluſ. m

¶In corpore duo. Primò proponitur concluſio ſcdo probatur.

* Art. 1. huius q. ad 1. arg.

¶Quo ad primū, ponitur una diſtinctio, & concluſio. Diſtinctio eſt, ordo diuinæ ſapientiæ dupliciter, in gnali, & in ſpāli. Primo mō eſt in gubernatione uniuerſali: ſecundò in gubernatoribus ſpālib. Cōcluſio eſt bimēbris, Nihil cōtranitit ordini diuinæ gubernationis in generali, ſed in ſpāli.

¶Quo ad ſcdm, probat quoad primā partē dupliciter. Primò, Vnaquæq; res ſua operatione & conatu tālit ad nō niſi bonū: ordo diuinæ gubernat. tōt in gnali. Antecedēs phatur, quia nullus operat reſpiciēs ad malū, ut Dion. dicit. Cōtra probat, q̄ ſa diuina gubernatio totaliter tēdit in bonū. Scdo oīs inclinatio ſiue naturalis, ſiue uoluntaria, eſt impreſſio quędā à primo mouēte: ergo oīa agētia tam naturaliter, q voluntariè ſūt, quaſi ſpōte, ad id ad qđ diuinitus ordinant. Antecedens ſupponit ex ſupradictis, & manifeſtat exēplo impreſſionis in ſagitta. Cōſequētia patet ex ſiidē, & cōfirmatur q hic dr̄ Deus diſponere oīa ſuauiter. ſcdā pars vt nota relinquitur.

¶Circa diſtinctionē & explanationē mēbrorū eius aduerte, ꝙ nō materialiter, ſed formaliter intelligenda ſunt, ita q. gubernatio in gnali eſt, prout egredit à gubernatore uniuerſali ut ſic: in ſpāli verò, vt egredit à cā particulari executiua vt ſic. Dico autē vtrobique ut ſic, qm̄ De[o] nō niſi ut gubernator toti[o], clauditur ſub primo mēbro: & ipſemet De[o] dās pcepta moralia, ut ordinās Eccleſiā, & ſcdm ſimiles rōnes ſpāles, claudit ſub ſecundo mēbro, qm̄ eſt ut cā particularis executiua p ſeipſam quoque. Non. n. ut faciēs aliqđ bonū, ordinat oīa eius, ſed qdā ſm, vel ſecundū qualē ſm diſpoſitiones. & hoc ſi notaueris, ſolues multas argumentationes de pctō mortali, quo eſt cōtra Deū, & cōtra amicos, & pcepta ei[o] immediate ſiue in hoīe, ſiue i angelo &c.

¶In ſolūōe ad primū aduerte, ꝙ peccantes mortaliter, duo inſpiciūt, alterū īntēū, & hoc cōſtat eſſe aliqđ bonū, & ſic implēt aliquē ordinē diuinę gubernationis. Alterum præter intentionem, & hoc eſt deformitas actus cōſiſtens in priuatione debiti ordinis &c. Et in hoc declinant à quodam determinato ordine boni, & contra illum nituntur. & ſic nulla ex parte cōtra diuinā gubernationē i gnali agūt, ſed in ſpeciali.

Porrecta per totum. 508 22. q. 105. ar. 1. ad 2. & a. 8. co. & ar. 9. ad 1. Et 3. cōtra ca. 65. & 67. rōne 3. & 94. Et po. q. 5. ar. 1. Et Io. 5. lect. 2.

Svper qv. ciiii. art. i.

Ferr. 3. cont. c. 65. 67. Capr. 1. diſt. 1. q. 2. con. 3. & 4.

Titulus clarus.

¶In corpore duo principaliter. Primò, propoſita concluſione

Universidad de Deusto Biblioteca

ne riſiua, diſtinguit de cõſeruatione, & iuxta duo diſtinctionis membra duas cõcluſiones ponit. Secũdo, pꝛogreditur [illegible] cõcluſionẽ.
¶ Quo ad primum, cõcluſio ſimpliciter reſponſiua quæſito eſt affirmatiua vniuerſalis. ſ. Omnia conſeruantur in eſſe à Deo, & hoc tam fide q̃ rõne. Diſtinctio eſt. Conſeruare dupliciter, directẽ, & indirectẽ: indirectẽ qdẽ p remotionem corrumpentiũ: directẽ vero p manutentionẽ dependentis à ſe. Concluſio ſecunda eſt. Non omnia conſeruantur indirectẽ. Probat, quia non omnia egent remotione corrumpentiũ [illegible] nulla hñt poſſunt corrumpentia, vt angeli & corpora cæleſtia, & cætera. Cõcluſio ſecunda eſt. Oĩa conſeruari egent à Deo directẽ. probat authoritate Grego. [illegible]

* q. 50. a. 2. & 5.

¶ Quo ad ſecundum tractatur ſecunda cõcluſio rationes [illegible]

q. 66. art. 2.

[illegible]

¶ Quo ad primum ſunt tria, diſtinctio, deſcriptio diſtinctorũ, & manifeſtatio p exẽpla. Diſtinctio eſt [illegible]

plo de domo, in quo aperitur q̃ forma nõ fit directẽ à domificatore, ſed fieri tm̃, & mediã inductionẽ i cæteris artificialib'.
¶ Quo ad ſcdm ſunt tria, diſtinctio cãrum, diuerſa diſtinctorũ pportio ad effect', & manifeſtatio dictorũ à poſteriori. Diſtinctio eſt clara. Agentiũ qdẽ ſunt eiuſdẽ rõnis cum effectibus, & quædã diuerſarũ. [illegible]

turæ ſunt, q̃ ſm ſui naturã non poſſunt non eſſe. ergo non oẽs creaturæ indigẽt, vt à Deo cõſeruentur i eſſe. Probatio mediæ. Qđ p ſe ineſt alicui, neceſſe eſt ei ieſſe, & oppoſitũ eius impoſſibile eſt ei ineſſe. Sicut neceſſariũ eſt binariũ eẽ parẽ, & ipoſſe eſt eũ eſſe imparẽ. Eſſe aũt per ſe cõſequit̃ ad formã: qa vnũquodq; ſm hoc eſt ens actu, qđ hẽt formã. Quædã aũt creaturæ ſunt, q̃ ſunt formæ quædã ſubſiſtentes, ſicut de angelis dictũ eſt.* et ſic p ſe ineſt eis eſſe. et eadem rõ eſt de illis, quorũ materia nõ eſt in potentia: niſi ad vnã formã ſicut ſupra dictũ eſt de corporib' cœleſtibus. Hmõi ergo creaturæ ſm ſuam naturã ex neceſſitate ſunt, & nõ poſſunt nõ eſſe. Potentia.n. ad non eſſe, nõ põt fundari neq; in forma quam p ſe ſequit̃ eſſe, neq; in materia exiſtẽte ſub forma, quam non põt amittere, cũ nõ ſit in potentia ad aliã formam.

¶2 Præt. Deus eſt potẽtior quolibet creato agẽte: ſed aliquod creatũ agens põt cõicare ſuo effectui vt conſeruet in eſſe, ẽt eius operatione ceſſante: ſicut ceſſante actione ædificatoris remanet dom', & ceſſante actiõe ignis remanet aqua calefacta p aliquod tps. Ergo multo magis Deus poteſt ſuæ creaturæ conferre, quod conſeruetur in eſſe ſua operatione ceſſante.

¶3 Præ. Nullũ violentũ põt contingere abſq; aliqua cã agente: ſed tẽdere ad nõ eſſe eſt innaturale & violentũ cuilibet creaturæ: qa q̃libet creatura naturaliter appetit eẽ. Ergo nulla creatura poteſt tẽdere in nõ eſſe, niſi aliquo agẽte ad corruptionẽ. Sed q̃dã ſunt ad quorũ corruptionẽ nihil agere põt, ſicut ſpirituales ſubſtãtiæ, & corpora cœleſtia. Ergo hmõi creaturæ nõ poſſunt tendere in non eſſe ẽt dei operatiõe ceſſante.

¶4 Præt. Si Deus cõſeruat res i eſſe hoc erit p aliquã actionẽ. Per quamlibet aũt actionẽ agentis, ſi ſit efficax, aliqđ fit in effectu. Oportet igit̃ q̃ p actionẽ Dei conſeruantis aliqđ fiat in creatura: ſed hoc non vĩ. Non .n. p hmõi actionẽ fit ipſũ eſſe creaturæ: qa quod iã eſt, nõ fit: neq; iterũ aliquid aliud ſupadditũ, quia vel nõ cõtinue Deus cõſeruaret creaturã in eſſe, vel cõtinuẽ aliqđ adderet creaturæ qđ eſt incõueniens. Nõ igitur creaturæ cõſeruant̃ i eẽ à Deo.

SED CONTRA eſt, quod dicitur Hebr. 1. Portans omnia verbo virtutis ſuæ.

RESPON. Dicẽdũ, q̃ neceſſe eſt dicere & ſm fidem, & ſm rationẽ, q̃ creaturæ conſeruant̃ in eſſe à Deo. Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt, q̃ aliquid conſeruatur ab altero dupliciter. Vno mõ indirectẽ & p accidens, ſicut ille dr̃ rem cõſeruare qui remouet corrũpẽs puta, ſi aliquis puerum cuſtodiat: ne cadat in ignem, dr̃ eum conſeruare. Et ſic ẽt De' dr̃ aliqua conſeruare, ſed nõ oĩa: quia q̃dam ſunt quæ non hñt corrumpentia, quæ neceſſe ſit remouere ad rei conſeruationem. Alio modo dr̃ aliquid rem aliquã cõſeruare p ſe directẽ, qñ ſcilicet illud qđ conſeruatur, depẽdet à cõſeruante, vt ſine eo eſſe nõ poſſit. Et hoc modo oẽs creaturæ idigẽt diuina cõſeruatione. Dependet.n. eẽ cuiuſlibet creaturæ à Deo, ita q̃ nec ad momentũ ſubſiſtere poſſent, ſed in nihilũ redigerent̃ niſi operatione diuinæ virtutis cõſeruarent̃ in eſſe* ſicut Greg. dicit. Et hoc ſic pſpici põt. Oĩs.n. effect' dependet à ſua cã, ſm quod eſt cã eius ſed conſiderandũ eſt q̃ aliquod agẽs eſt cã ſui effectus ſm fieri tm̃, & non directẽ ſm eſſe eius: quod qdẽ cõuenit & in artificialibus, & i rebus naturalibus. Aedificator.n. eſt cã domus quãtũ ad eius fieri nõ aũt directẽ quãtũ ad eſſe eius: manifeſtum eſt.n. q̃ eẽ domus cõſequit̃ formã eius. Forma aũt dom' ẽ cõpoſitio & ordo, q̃ qdẽ forma cõſequit̃ naturalẽ virtutẽ quarundã rerũ. Sicut.n. coc' coqt cibũ adhibẽdũ aliq̃ virtutẽ naturalẽ actiuam. ſ. ignis: ita ædificator facit domũ adhibẽdũ cæmẽtũ, lapides, & ligna, q̃ ſunt ſuſceptiua & cõſeruatiua talis cõpoſitiõis & ordinis. Vñ eſſe domus depẽdet ex naturis harũ rerũ, ſicut fieri dom' depẽdet ex actione ædificatoris. Et ſili rõne eſt cõſiderãdũ i rebus naturalibus: qa ſi aliqđ agẽs ñ eſt cã formæ inquãtũ hmõi nõ erit p ſe cã eſſe, qđ cõſequit̃ ad talẽ formam ſed erit cã effectus ſm fieri tm̃. Manifeſtũ ẽ aũt, q̃ ſi aliqua duo ſunt eiuſdẽ ſpẽi, vnũ nõ põt eẽ p ſe cã formæ alterius, inquãtũ eſt talis forma: qa ſic eẽt cã formæ ppriæ, cũ ſit eadẽ rõ vtriuſque: ſed põt eẽ cã hmõi formæ ſm q̃ ẽ i materia. i. q̃ hæc materia acqrat hãc formã. Et hoc ẽ eẽ cã ſm fieri, ſicut cũ hõ gñat hoiem, & ignis ignẽ. Et iõ qñq; naturalis effectus eſt natus impreſſionẽ agentis recipere ſm eãdẽ rõnem, ſm quã eſt in agẽte, tũc fieri depẽdet ab agente, nõ aũt eſſe ipſi'. Sed aliqñ effect' nõ eſt natus recipere impreſſionẽ agẽtis ſm eadẽ rõnem, ſm quã eſt in agẽte, ſicut patet in oĩbus agẽtibus, q̃ nõ agũt ſiẽ ſm ſpẽm. ſicut cœleſtia corpora ſunt cã gñationis inferiorũ corporũ diſſimiliũ ſm ſpẽm. Et tale agẽs põt eẽ cã formæ ſm rõnẽ talis formæ, & nõ ſolũ ſm q̃ acqrit in hac materia: & iõ eſt cã nõ ſolũ fiẽdi, ſed eſſendi. Sicut igit̃ fieri rei nõ poteſt remanere ceſſante actiõe agẽtis q̃ eſt cã effect' ſm fieri: ita nec eẽ rei põt remanere ceſſante actione agẽtis, q̃ eſt cã effectus nõ ſolũ ſm fieri ſed ẽt ſm eẽ. Et hæc eſt rõ quare aqua calefacta retinet calorẽ ceſſante actione ignis*: nõ aũt remanet aer illuminatus, nec ad momẽtũ ceſſante actione ſolis qa. ſ. materia aquæ ſuſceptiua eſt caloris ignis ſm eãdẽ rõnẽ, qua eſt in igne: vñ ſi pfectẽ pducat̃ ad formã ignis, retinebit calorẽ ſemp. Si aũt impfectẽ participet aliqđ de forma igni ſm quãdã inchoationẽ, calor nõ ſp remanebit, ſed ad tps, p p debilẽ participationẽ pricipij caloris.* Aer aũt nullo mõ natus eſt recipere lumẽ ſm eandẽ rõnẽ, ſm quã eſt in Sole, vt. ſ. recipiat formã Solis, q̃ eſt principiũ luminis. Et iõ qa non hẽt radicẽ in aere, ſtatim ceſſat lumẽ ceſſante actione Solis. Sic aũt ſe hẽt oĩs creatura ad Deum ſicut aer ad Solẽ illuminantẽ.* Sicut.n. Sol eſt lucens p ſuã naturã, aer aũt fit luminoſus participando lumen à Sole, non tñ participãdo naturã Solis: ita ſolus Deus eſt ens p eſſentiã ſuã, qa ei' eſſentia eſt ſuũ eſſe, *oĩs aũt creatura eſt ens participatiuẽ, non q̃ ſua eſſentia ſit eius

Concl.

* Lib. 16. Moral. c. 18. paru à medio

[illegible]

¶ Quo ad tertiũ tria, [illegible] applicationis pꝛæ-dictorum explanatio eius ex proportione ad ſolem & lumen & authoritates Aug. Vis eſt, quia Deus eſt cauſa eſſendi omnibus directẽ cauſans eſſe omnium, quia eſt ens per eſſentiã: cætera ſunt entia per participationem: & ſic creaturæ ſunt effectus Dei in eſſe, & Deus eſt cauſa earum in eſſe. Explanatio, eſt proportio Dei ad ſolẽ, & creaturæ ad aerem illuminatũ, q̃ Aug. authoritate firmatur dupliciter, & clarẽ patet litera.

Effectuũ aliqs ab agente cauſatur ſcdm fieri, & non ſcdm eſſe directẽ: aliquis vero & ſcdm fieri, & ſcdm eſſe directẽ. [illegible] Explanationes ſunt in cæ-[illegible]

¶ Circa diſtinctionẽ effectuũ dubiũ occurrit de illa modificatione. ſ. directẽ. Omne.n. agens, nõ dico diſponens, ſed pficiens, qđ. ſ. inducit formã, agit directẽ ſibi ſimile ſcdm formã qua agit: ergo directẽ agit ad formã effectus. Probat̃ conſequentia, qa ſola forma effectus eſt rõ aſſimilationis effectus ad cauſam. Vnde forma pꝛæſente, ceſſat motus, vt dicit̃ in primo de gñatione. Non

Non ergo diſtinguitur p hoc effectus in fieri ab effectu in eſſe, quod illius eſſe non directẽ eſt à propria cauſa, iſtius vero directẽ immo hoc oppoſitum videtur.
¶ Circa deſcriptiones quoq; eorundẽ dubiũ occurrit, quid intelligatur per formam per ſe cauſari, aut reſpici à cauſa. Cũ.n. [illegible]

ſed quo ad eſſe non ſemper directẽ intendi & fieri.
¶ Ad ſcdm dubium dr̃, q̃ per ſe et vt modus cauſandi, cum ſumatur dupliciter. ſ. vt diſtinguitur contra per accidens, & contra per aliud, in propoſito ſumitur, vt diſtinguitur contra per aliud: ita q̃ ſermo eſt de forma aliqua nõ materialiter, & ſed formaliter, [illegible]

143

143

15

17

tum aſſimilationis. & ſi ex alia parte, eſſe per ſe actiuũ, exigit [illegible] in omni, in quocunq; inuenit tale fundamentũ, igitur nõ ſupponit, & ſic hæc duo principia cõtradicũt, quare &c.
Ad primũ dubium dr̃, q̃ in æquiuoco laboratũ, qñ cum dr̃ q̃ oẽ agens agit ſibi ſimile, intelligitur indirectẽ ſiuẽ in fieri, ſiuẽ in fieri & eſſe ſimul. Cum verò dr̃, q̃ alicuius effectus eſſe non directẽ [illegible] nõ indiſtinctẽ eſt ſermo, ſed de eſſe, vt diſtinguitur contra fieri: vñ non repugnant ad inuicem. Non.n. hic negatur effectum directẽ fieri & intendi ſimilem agenti,

diſtinctẽ de cauſa per ſe, & effectu per ſe, nõ diſtinguendo ſecundum eſſe directẽ vel ſecundum fieri tantum. Poteſt quoq; iuxta nunc dicta dari ſecunda reſpõſio, quod licet i inſtantiis adductis, & ſimilibus ſit cauſa & effectus per ſe vt diſtinguitur contra per accidens, non tamen vt diſtinguit contra per aliud quia ſunt effectus per fieri, quod eſt aliud ab eis.
¶ Ad tertiũ dubium dr̃ q̃ verum eſt, conſequentiam illam fuiſſe dari ſuper illo principio: Cauſa per ſe alicuius cauſat illud in quocunq; inuenit̃ [illegible] intelligitur de cauſa p ſe

ſe primò alicuius, ita quod per ſe [illegible] primum ſe teneat ex parte utriuſq; [illegible] ſic quòd B. cõueniat per ſe primo dependere ab A, & A cõueniat per ſe primo eſſe actiuũ B. Principiũ aũt hoc nõ eget probatione, ſed eſt per ſe notũ. [illegible] B. cõuenit per ſe primò dependẽtia ab A, in quocũq; inuenitur, [illegible] Vnde cum calor & lumen in hoc differant manifeſtè, quòd calor ſecundum eſſe quod habet in propria cauſa, quam conſtat eſſe ignem, ſit ſecundum eandem rationem participabilis ab his inferioribus per calefactionem, & lumen ſecundum eſſe quod hẽt in propria cã, quam conſtat eſſe [illegible]

[illegible commentary, left margin column]

*Li.4.ca. 12. circa princip. tom.3.

44

*Li.8.ſup Gene. ad lit.ca.12. circa medium, tomo 3.

eſſe. Et iõ Aug.† dicit 4. ſup Ge. ad lit. virt' Dei ab eis, q̃ creata ſunt, regendis ſi ceſſaret aliqñ, ſimul & illorũ ceſſaret ſpẽs, oĩs que natura cõcideret.* Et in 8. eiuſdẽ li. dicit,* ꝙ ſicut aer pñte lumine ſit lucidus, ſic hõ Deo ſibi prætẽte illuminatur, abſente autẽ continuo tenebratur.

Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ eſſe per ſe cõſequit formã creaturæ, ſuppoſito tñ influxu Dei: ſicut lumẽ ſequit diaphanũ aeris ſuppoſito influxu Solis. Vñ potẽtia ad nõ eſſe in ſpũalibus creaturis, & corporib. cęleſtib. magis eſt in Deo q̃ põt ſubtrahere ſuũ influxũ q̃ in forma, vł in materia talium creaturarũ.

48

Ad ſecundum dicendum, ꝙ De' nõ põt cõicare alicui creaturæ, ut cõſeruet in eſſe ſua actione ceſſante: ſicut nõ põt ei cõicare, ꝙ nõ ſit cã illius. Intm .n. indiget creatura conſeruari à Deo, inquantum eſſe effectus dependet à cã eſſendi. Vnde nõ eſt ſimile de agente, quod non eſt cauſa eſſendi, ſed fieri tm̃.

Ad tertium dicendum, ꝙ rõ illa procedit de cõſeruatione, q̃ eſt per remotionẽ corrũpentis, qua non indigent omnes creaturæ, ut dictum eſt.

Ad quartum dicendum, ꝙ cõſeruatio rerũ à Deo nõ eſt per aliq̃ nouã actionẽ, ſed per continuationẽ actiõis, qua dat eẽ: q̃ quidẽ actio eſt ſine motu & tpe, ſicut ẽt cõſeruatio luminis in aere eſt per cõtinuatũ influxũ à Sole.

Articulus II.

Vtrum Deus immediatè omnem creaturam conſeruet.

Ad ſecundum ſic procedit. Vr, ꝙ Deus immediatè omnem creaturam conſeruet. Eadẽ .n. actione Deus eſt cõſeruator rerum, qua & creator, vt dictum eſt:* ſed Deus immediatè eſt creator omnium. Ergo immediatè eſt etiam conſeruator.

¶ 2 Prę. Vnaquęq; res magis eſt proxima ſibi q̃ rei alteri: ſed nõ põt cõicare alicui creaturę, ꝙ cõſeruet ſeipſam. Ergo multo minus põt ei cõicari, ꝙ cõſeruet aliã. Ergo De' oĩa cõſeruat abſq; aliqua alia cã conſeruãte.

¶ 3 Prę. Effectus conſeruat in eſſe ab eo quod eſt eſſe ei' non ſolũ ſm fieri, ſed ẽt ſm eſſe: ſed omnes cauſæ creatæ, vt videtur, non ſunt cauſę ſuorũ effectuũ, niſi ſm fieri. non ſunt .n. cauſæ niſi mouendo, vt ſupra habitũ eſt.* Ergo non ſunt cauſę conſeruantes ſuos effectus in eſſe.

Sed contra eſt, ꝙ per idẽ conſeruatur res per quod hẽt eſſe: ſed Deus dat eſſe rebus mediantibus aliquibus cauſis medijs. Ergo ẽt res in eſſe conſeruat mediãtibus aliq̃bus cauſis.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut dictum eſt, duplicitér aliquid rem aliquam in eſſe conſeruat. Vno mõ indirectè, & per accidẽs per hoc qđ remouet, vel impedit actionem corrũpentis: alio mõ directè & per ſe, quia ab eo depẽdet eſſe alterius ſicut à cã depẽdet effectus. Vtroq; aũt mõ aliqua res creata inuenitur eſſe alterius conſeruatiua. Manifeſtũ eſt .n. ꝙ ẽt in rebus corporalibus multa ſunt, quæ impediũt actiones corrumpentium, & per hoc dicunt rerũ conſeruatiua: ſicut ſal impedit carnes à putrefactiõe, & ſiſe eſt i multis alijs. Inueniẽ ẽt ꝙ ab aliqua creatura dependet aliquis effectus ſm ſuũ eſſe. Cũ .n. ſunt multæ cauſæ ordinatæ, neceſſe eſt ꝙ effectus dependeat primo quidẽ & principaliter à cã prima ſcđario uero ab oĩbus cauſis medijs. Et iõ principaliter qdẽ prima cã eſt effectus cõſeruatiua: ſcđario vero oẽs mediæ cauſę & tanto magis, quãto cã fuerit altior, & primę cauſę proximior. Vñ ſuperioribus cauſis ẽt i corporalibus rebus attribuit conſeruatio, & pmanentia rerũ ſicut Phĩus dicit in 12. Meta.* ꝙ primus motus ſcilicet diurnus eſt cã continuitatis gñationis: ſcđus ãt motus q eſt per zodiacũ eſt cã diuerſitatis, q̃ eſt ſm gñationẽ & corruptionem. Et ſilr aſtrologi attribuũt Saturno, q eſt ſuprem' planetarũ, res fixas & pmanẽtes. Sic igiẽ dicẽdũ ẽ, ꝙ De' ſm cõſeruat res quaſdã in eẽ, mediãtib' aliq̃bus cauſis.

Ad primum ergo dicendum ꝙ Deus immediate oĩa creauit: ſed in ipſa rerũ reparatione ordinem in rebus inſtituit, vt qdã ab alijs dependerent, per quas ſecundario conſeruarent in eſſe, præſuppoſita tamen principali conſeruatione, q̃ eſt ab ipſo.

Ad II. dicendum, quòd cũ propria cã ſit conſeruatiua effectus ab ea dependentis, ſicut nulli effectui præſtari põt ꝙ ſit cã ſuijpſius, põt tñ ei præſtari ꝙ ſit cã alterius, ita ẽt nulli effectui pſtari põt ꝙ ſit ſuijpſius cõſeruatiuus, põt tñ ei pſtari, ꝙ ſit conſeruatiuus alterius.

Ad III. dicendum, ꝙ nulla creatura poteſt eſſe cã alterius quãtum ad hoc ꝙ acquirat nouam formam, vel diſpoſitionẽ niſi per modum alicuius mutationis: quia ſemper agit pſuppoſito aliquo ſubiecto. Sed poſtquã formã, vel diſpoſitionẽ induxit in effectu, abſq; alia immutatione effectus, huiõi formã cõſeruat. Sicut in aere, put illuminatur de nouo, intelligiẽ qdã mutatio: ſed cõſeruatio luminis eſt abſq; aeris imutatione ex ſola pſentia illuminãtis.

Articulus III.

Vtrum Deus poſſit aliquid in nihilum redigere.

Ad tertium ſic proceditur. Videtur, quod De' non poſſit aliquid in nihilum redigere. Dicit .n. Aug.* in lib. 83. q. ꝙ Deus non eſt cã tendendi in non eſſe: hoc ãt contingeret ſi aliquã creaturam redigeret in nihilum. Ergo Deus non põt aliquid in nihilum redigere.

¶ 2 Præt. Deus eſt cauſa rerũ, vt ſint, per ſuam bonitatem, quia vt Aug.† dicit in lib. de Doct. Chriſt. Inquantũ Deus bonus eſt, ſumus: ſed Deus non poteſt non eſſe bonus. Ergo nõ poteſt facere, vt res non ſint. quod faceret, ſi eas in nihilũ redigeret.

¶ 3 Prę. Si Deus in nihilũ aliqua redigeret, oporteret ꝙ hoc fieret per aliquã actionẽ: ſed hoc ñ põt eſſe, quia, oĩs actio terminatur ad aliquod ens. vñ actio corrũpentis terminatur ad aliquid gñatũ, quia gñatio unius eſt corruptio alteri'. Ergo De' non poteſt aliquid in nihilum redigere.

Sed contra eſt, quod dicitur Iere. 10. Corripe me Domine, veruntamen in iudicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me.

Respon. Dicendum, quòd quidam poſuerunt, quòd Deus res in eſſe produxit agendo de neceſſitate naturæ. Quod ſi eſſet verum, Deus non poſſet rem aliquam in nihilum redigere: ſicut nõ põt à ſua

Super Quaest. CIIII. Art. II.

Titulus clarus.

¶ In corpore una concluſio reſponſiua. Deus conſeruat res quaſdam in eſſe mediantibus cauſis. [illegible]

[illegible commentary]

Super Q. CIIII. Art. III.

Titulus clarus.

¶ In corpe duo. Primo, error oppoſitus. Secundo, concluſio reſponſiua.

[illegible commentary]

Marginal notes: *In cor. art. — 509 — Porrecta per totum 509 — *Ar. præced. — *Ar. præc. — *Lib. 12. Met. tex. 14. — A 256 — 240 — Porrecta per totum. 510 — Ver. q. 5. art. 2. ad 6. Et po. q. 5. art. 3. & 4. Et quol. 4. q. 3. ar. 1. — *q. 1. in medio. — † Lib. 1. de doctri. Chriſt. c. 32. 1

Universidad de Deusto Biblioteca

à ſua natura mutari. Sed ſicut ſupra eſt habitum,* hęc poſitio eſt falſa, & à fide catholica penit⁹ aliena, q̃ confitet̃ Deũ res libera voluntate ꝑduxiſſe in eſſe, ſm̃ illud Pſa. Oĩa, q̃cunq; uoluit Dñs, fecit. Hoc igit̃ quod De⁹ creaturæ eẽ cõicat, ex Dei volũtate depẽdet: nec aliter in eſſe cõſeruat, niſi inq̃tũ eis cõtinuè influit eſſe, ut dictũ eſt.* Sicut ergo anteq̃ res eẽnt potuit eis nõ cõicare eſſe, & ſic eas nõ facere: ita ⁿpoſtq̃ iã factæ ſũt, põt eis nõ influere eẽ, & ſic eẽ deſiſterẽt: q̃ ẽ eas ĩ nihilũ redigere.*

Ad primvm ergo dicẽdũ, q̃ nõ eſſe nõ habet cãm per ſe, q̃a nihil põt eſſe, cã niſi inquantũ eſt ens: ens aũt ꝑ ſe loquendo eſt cã eſſendi. Sic igitur Deus non põt eſſe cã tendendi in nõ eſſe, ſed hoc hẽt creatura ex ſeipſa, inquantũ eſt de nihilo. Sed ꝑ accidẽs Deus põt eſſe cã, q̃ res in nihilũ redigãtur, ſubtrahendo. ſ. ſuam actionem à rebus.

518 Ad secvndvm dicendum, q̃ bonitas Dei eſt cã rerũ, nõ quaſi ex neceſſitate naturæ: ᶠquia diuina bonitas nõ depẽdet ex reb. creatis, ſed ꝑ liberã uoluntatem. Vnde ſicut potuit ſine p̃iudicio bonitatis ſuæ res nõ producere in eſſe, ita abſq; detrimẽto ſuæ bonitatis poteſt res in eſſe nõ conſeruare.

Ad tertivm dicendum, q̃ ſi Deus rem aliquã redigeret in nihilum, hoc non eſſet per aliquam actionem, ſed per hoc, quòd ab agendo ceſſaret.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum aliquid in nihilum redigatur.

Ad qvartvm ſic procedit. Vr̃, q̃ aliquid in nihilũ redigatur. Finis. n. ʰrñdet principio: ſed à principio nihil erat, niſi De⁹. Ergo ad hũc finẽ res pducent, ut nihil ſit niſi De⁹: & ita creaturæ in nihilũ redigentur.

¶ 2 Pręt. Oĩs creatura hẽt potẽtiã finitã: ſed nulla potẽtia finita ſe ʰextẽdit ad infinitũ. Vñ i 8. Phy.* ꝓbat̃, q̃ potẽtia finita nõ põt mouere tp̃e infinito. Ergo nulla creatura põt durare ĩ infinitũ: & ita qñq; in nihilũ rediget̃.

¶ 3 Pręt. Forma, & accidentia non habent materiam partem ſui, ſed quandoque ʰdeſinũt eẽ. Ergo in nihilum rediguntur.

Sed contra eſt, quod dr̃ Eccle. 3. Didici, q̃ oĩa opera, quæ fecit De⁹, pſeuerant in ęternũ.

Respon. Dicendum, q̃ eorũ, q̃ à Deo fiunt circa creaturam, quædam proueniunt ſm̃ naturalem curſum rerũ, quædã verò miraculosè operatur pręter ordinem naturalem creaturis inditum, ut infra dicet̃.* Quæ aũt facturus eſt Deus ſm̃ ordinem naturalẽ rebus inditũ, cõſiderari poſſunt ex ipſis rerũ naturis. Quæ uerò miraculosè fiũt, ordinant̃ ad grãæ manifeſtationem, ſm̃ illud Apoſt. 1. ad Cori. 12. Vnicuiq; dat̃ manifeſtatio ſpũs ad utilitatẽ. Et poſtmodũ inter cætera ſubdit de miraculorũ operatione. Creaturarũ aũt naturæ hoc demõſtrãt, vt nulla earũ in nihilũ redigat̃: quia uel ſunt immateriales, & ſic in eis ñ eſt potẽtia ad nõ eſſe: uel ſunt materiales, & ſic ſaltẽ remanẽt ſp ſm̃ materiam, q̃ incorruptibilis eſt, ᶜvtpote ſubiectũ exiſtẽs gñationis, & corruptionis. Redigere ẽt aliqd in nihilũ nõ ptinet ad grãæ manifeſtationẽ, cũ magis ꝑ hoc diuina potẽtia, & bonitas oñdat̃, q̃ res ĩ eẽ cõſeruat. Vñ ᵐſimplr dd̃m ẽ, q̃ nihil oĩno in nihilũ rediget̃.*

Ad primvm ergo dicendum, q̃ hoc, q̃ res in eẽ productæ ſunt, poſtq̃ non fuerũt, declarat potentiã producentis: ſed q̃ in nihilũ redigerent̃, hmõi manifeſtationem impediret, cũ Dei potẽtia ĩ hoc maximè oſtendat̃, q̃ res in eſſe cõſeruat ſm̃ illud Apoſtoli Heb. 1. Portans oĩa uerbo uirtutis ſuæ.

Ad ii. dicendũ, q̃ potẽtia creaturæ ad eſſendũ eſt receptiua tñ: ſed potẽtia actiua eſt ipſi⁹ Dei, à quo eſt influxus eſſendi. Vñ q̃ res in ĩfinitũ durẽt, ſequit̃ infinitatẽ diuinę uirtutis. Determinat̃ tñ quibuſdã rebus uirtus ad manẽdũ tp̃e determinato, inquantũ impediri pñt, ne pcipiãt influxũ eſſendi, q̃ eſt ab eo, ex aliquo contrario agente, cui finita uirtus non põt reſiſtere tp̃e infinito, ſed ſolũ tp̃e determinato. Et iõ ea, q̃ non hñt cõtrariũ, quamuis hẽant finitam uirtutem, perſeuerãt in ęternũ.

Ad iii. dicendum, q̃ formæ, & accidentia non ſunt entia completa, cum non ſubſiſtãt, ſed quodlibet eorũ eſt aliquid entis. Sic. n. ens dr̃, quia eo aliquid eſt.ᵉ & tamen eo modo, quo ſunt, nõ oĩno in nihilum rediguntur, non quia aliqua pars eorũ remanet, ſed remanet ĩ potẽtia materię, uel ſubiecti.

SVPER Q. CIIII. ART. IIII.

Cap. 1. d. 8. q. 3. con. 3.

Titulus clarus.

¶ In corpore una concluſio reſponſiua. Nihil oĩno in nihilum redigit̃. Probat̃. Nam rę creaturarũ reſpectu naturaliũ, & grãę manifeſtatio reſpectu mirabilium, oſtẽdit q̃ res non redigũtur in nihilũ: ergo nihil omnino in nihilũ redigit̃. Antecedẽs quoad primam partem probatur, diſcurrẽdo per naturas: q̃a aut materiales, & remanet materia: aut immateriales, & manet tota. Quoad ſecundum verò, quia non pertinet ad grãę manifeſtationem annihilatio, probat̃ q̃a magis diuina bonitas, & potentia oſtenditur conſeruando. Conſequẽtia verò ꝓbatur, diſtinguendo res, quæ fiunt, ĩ duos ordines. ſ. naturaliũ, & miraculoſorum, & aperiẽdo, q̃ res naturales ex naturis, miraculoſæ ex gratiæ manifeſtatione penſantur, quod p̃bat̃ authoritate Apoſtoli 1. ad Corint. 12.

¶ In rñſione ad ſcđm eſto cautus. Nec intelligas pp habere, aut non habere contrarium, res eſſe naturę æternæ, aut temporalis: ſed hæc eſt manifeſtatio à poſteriori: quia. n. cœlum, & intelligentiæ ſunt tales naturæ, ideò æterno conſeruantur à Deo, & exemptæ à contrarijs, & non econuerſo, ut patet in primo cœli. & ſimiliter, q̃a hæc inferiora ſunt talia, iõ non ſunt ex ſe conſeruabilia æterna, & ſunt impedibilia à cõtrarijs ne ſint & diuinum influxũ percipiant &c.

QVAESTIO CV.

De mutatione creaturarum à Deo, in octo articulos diuiſa.

Deinde cõſiderãdũ eſt de ſcđo effectu gubernationis diuinæ, q̃ eſt mutatio creaturarũ à Deo. Et primò, de mutatione creaturarũ. Secundo, de mutatione unius creaturæ ab alia.

Circa primum quærunt̃ octo.

¶ Primò quæritur, Vtrum Deus immediatè poſſit mouere materiam ad formam.

¶ Secũdò, Vtrũ immediatè poſſit mouere aliquod corpus.

¶ Tertiò, Vtrum poſſit mouere intellectum.

¶ Quartò, Vtrum poſſit mouere uoluntatem.

¶ Quintò, Vtrum Deus operetur in omni operante.

SVPER QV. CV. ART. I.

Titulus clarus.

¶ In corpore una concluſio reſponſiua. De⁹ poteſt immediatè mouere materiã ad formam. Probat̃. Ens in potentia paſſiua poteſt immediatè reduci in actum à potentia actiua, quæ eum in poteſtate ſua continet: ergo materia poteſt reduci in actum per diuinam potentiam immediatè: ergo poteſt moueri ad formam à Deo immediatè. Antecedẽs patet. Prima cõſequẽtia probat̃: q̃a materia cõtinetur ſub diuina potentia, quod probatur: quia eſt producta à Deo. Secũda conſequentia probatur, quia actus materię eſt ipſa forma.

¶ Sextò,

¶ Sextò, Vtrum poſſit aliquid facere præter ordinem rebus inditum.

¶ Septimũ, Vtrũ oĩa q̃ ſic Deus facit, ſint miracula.

¶ Octauò, De diuerſitate miraculorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Deus poſſit immediatè mouere materiam ad formam.

512 Ad primvm ſic ꝓcedit̃. Vr̃ q̃ De⁹ nõ poſſit ĩmediatè mouere materiã ad formã. Sicut. n. probat Philoſoph⁹ in 7. Metaph.* formã ĩ hac materiaʰ nihil facere põt, niſi forma q̃ eſt ĩ materia, q̃a ſiſe facit ſibi ſiſe in materia: ſed Deus nõ ẽ forma in materia. ergo nõ põt cãre formam in materia.

¶ 2 Pręt. Si aliqdʰ agẽs ſe habeat ad multa, nullum eorũ pducet niſi determinet̃ ad unũ ꝑ aliqd aliud. ut. n. in 3. de Anima dicit̃.* uniuerſalis opinio non mouet, niſi mediante aliqua particulari apprehẽſione: ſed uirtus diuina eſt uniuerſalis cauſa omnium. Ergo non poteſt ꝑducere aliquam particularẽ formã, niſi mediate aliquo particulari agẽte.

¶ 3 Pręt. Sicut eſſe cõe depẽdet a prima cã uniuerſali, ita eſſe determinatũ dependet abʰ determinatis cauſis particularibus, ut ſupra habitum eſt:* ſed determinatum eſſe alicuius rei eſt ꝑ ꝓpriam eius formam. Ergo ꝓpriæ rerum formæ non ꝑducuntur a Deo, niſi mediantibus cauſis particularibus.

Sed contra eſt, q̃ dicitur Geneſ. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ.

Resp. dicendũ, q̃ ᵐ Deus immediatè põt mouere materiã ad formã: ⁿ q̃a ens ĩ potẽtia paſſiua reduci põt ĩ actũ à potẽtia actiua, q̃ eã ſub ſua poteſtate cõtinet. Cũ igit̃ materia contineat̃ ſub ptãte diuina, utpote a Deo ꝑducta, põt reduci in actũ ꝑ diuinã potentiã. Et hoc eſt moueri materiã ad formã: q̃a forma nihil aliud eſt, q̃ actus materiæ.

Ad primvm ergo dicẽdũ, q̃ effect⁹ aliqs iuenit̃ aſſimilari cãæ agẽti dupl̃r.ᵉ Vno mõ ſm̃ eadẽ ſpeciẽ, ut hõ gñat̃ ab hoĩe, & ignis ab igne. Alio mõ ſm̃ virtualẽ cõtinẽtiã, put ſ. forma effect⁹ virtualr̃ cõtinet̃ ĩ cã. Et ſic aĩalia ex putrefactione gñata, & plantæ, & corpora mineralia aſſimilant̃ Soli & ſtellis, quorũ virtute gñant̃. Sic igit̃ effect⁹ cãę agẽti ſimilat̃ ſm̃ totũ illud, ad qđ ſe extẽdit uirt⁹ agẽtis. Virt⁹ aũt Dei ſe extẽdit ad formã & materiã, vt ſupra habitũ eſt.* Vñ cõpoſitum qđ gñat̃, ſimilat̃ Deo ſm̃ uirtualẽ cõtinẽtiã, ſicut ſimilat̃ cõpoſito gñanti ꝑ ſilitudinẽ ſpeciei. Vñ ſicut cõpoſitũ generãs põt mouere materiã ad formã gñando cõpoſitum ſibi ſimile, ita & Deus: nõ aũt aliqua alia forma nõ in materia exiſtẽs, q̃a materia nõ cõtinet̃ in uirtute alterius ſubſtãtię ſeparatæ. Et iõ Dęmones & angeli operant̃ circa hęc uiſibilia, ñ qdẽ ĩprimẽdo formas, ſed adhibẽdo corpalia ſemina.*

510 Ad ii dicẽdũ, q̃ rõ illa ꝓcederet, ſi Deus ageret ex neceſſitate naturę: ſed q̃a agit ꝑ uoluntatẽ, & intellectũ, q⁹ cognoſcit rões ꝓprias omnium formarũ, & nõ ſolũ ũlis, indè eſt, q̃ põt determinatè, hanc uel illam formam materiæ imprimere.

Ad iii dicẽdũ, hoc ipſum, q̃ cauſæ ſecũdę determinant̃ ad determinatos effect⁹, eſt illis a Deo. Vñ De⁹, q̃a alias cãs ordinat ad determinatos effectus, põt ẽt determinatos effect⁹ ꝑducere ꝑ ſeipſũ.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus poſſit immediatè mouere aliquod corpus.

Ad secvndvm ſic procedit̃. Vr̃ q̃ De⁹ nõ poſſit immediatè mouere aliqđ corpus. Cũ enim mouẽs & motũ oporteat eſſe ſimul, vt probat̃ in 7. Phyſ. oportet eſſeʰ cõtactũ quẽdam mouẽtis & moti: ſed nõ põt eſſe cõtactus Dei, & corporis alicuius. dicit. n. Dion.* in 1. c. de diui. no. q̃ Dei nõ eſt aliqs tactus. Ergo Deus non poteſt immediatè mouere aliquod corpus.

¶ 2 Pręt. Deus eſt mouẽs nõ motũ: tale aũt eſt appetibile apprehenſum. Mouet igit̃ Deus ſicutʰ deſideratũ q̃ apprehẽſum: ſed nõ apprehẽditur niſi ab intellectu, q̃ nõ eſt corpus, nec virtus corporis. Ergo De⁹ nõ põt mouere aliqđ corpus immediatẽ.

¶ 3 Pręt. Philoſoph⁹ ꝓbat in 8. Phyſ.* q̃ʰ potẽtia ĩfinita mouet in inſtãti: ſed impoſſibile eſt aliqđ corpus in inſtãti moueri, q̃a cũ oĩs mot⁹ ſit iter oppoſita, ſequeret̃ q̃ duo oppoſita ſimul ineſſent eidẽ, quod eſt impoſſibile. Ergo corpus non poteſt immediatè moueri à potẽtia infinita. Potentia autem Dei eſt infinita, ut ſupra habitum eſt.* Ergo Deus nõ poteſt immediatè mouere aliqđ corpus.

Sed contra. Opera ſex dierũ De⁹ fecit imediatè, in q̃b. cõtinet̃ motus corporũ, ut patet per hoc quod dr̃ Gen. 1. Congregent̃ aquæ in locum vnũ. Ergo Deus immediatè poteſt mouere corpus.

Resp. Dicẽdũ, q̃ ᵐ erroneũ eſt dicere Deũ nõ poſſe facere ꝑ ſeipſum oẽs determinatos effect⁹, q̃ fiunt ꝑ quamcunq; cãm creatã: ⁿ Vñ cũ corpora moueant̃ immediatè à cauſis creatis, ⁿ nulli debet uenire in dubium, q. n Deus poſſit mouere immediatè quodcunq; corpus.ᵃ Et hoc quidẽ conueniẽs eſt ad ea, q̃ ſupra dicta ſunt.* Nã oĩs mot⁹ corporis cuiuſcunq;, uel cõſequit̃ formã, ſicut mot⁹ localis grauiũ & leuium conſequit̃ formam, q̃ dat̃ à generante, ratione cuius generans dr̃ mouens:ᵉ uel eſt uia ad formã aliquã, ſicut calefactio eſt uia ad formã ignis. Eiuſdem aũt eſt imprimere formam, & diſponere ad formam, & dare motũ conſequentem formam. Ignis. n. non ſolùm generat alium ignem, ſed etiam calefacit, & ſurſum mouet. Cum igit̃ Deus poſſit immediatè formam materię imprimere, ᶠ cõſequẽs eſt, ut poſſit ſm̃ quẽcunque motum corpus quodcunque mouere. 512

Ad primvm ergo dicẽdũ, q̃ duplex eſt tactus, ſ. corporalis, ſicut duo corpora ſe tagũt:ᵉ & uirtualis, ſicut dr̃ q̃ contriſtans tangit contriſtatum. Secundũ igit̃ primum contactũ, Deus cũ ſit incorporeus, non tangit, nec tangitur: ſecundum aut ẽ virtual:

SVPER QV. CV. ART. II.

Titulus clarus.

¶ In corpore una cõcluſio reſponſiua. De⁹ põt immediatè mouere quodcũq; corpus. Probat̃ dupliciter, Primo neceſſariò: ſecũdo rõnabiliter. primò ergo ſic. Erroneũ eſt Deũ nõ poſſe ꝑ ſeipſum facere oẽs determinatos effectus q̃ fiũt ꝑ quãcũq; cãm creatã. ergo Deus põt immediatè mouet̃ &c. Antecedẽs ſupponit̃ diſcuſſum in q. 25. Cõſequẽtia ꝓbat̃: quia unus effectuũ creatarũ cãrũ eſt mouere corpora, ut patet. Secũdò, ꝓbat̃ ſic. Omnis motus uel eſt via ad formã, uel conſequit̃ ipſam. ergo eſt ab eodẽ a quo eſt forma. ergo poteſt eſſe à Deo. Anceđẽs declarat̃ iductione prima. Prima cõſequẽtia ꝓbat̃: q̃a eiuſdẽ eſt date formã & diſponere ad eã, & dare cõſequẽtia, qđ declarat̃ i igne. Secũda uerò cõſequẽtia ꝓbat̃: quia Dei ẽ dare formã, ut patet ex p̃cedẽtibus.

Universidad de Deusto Biblioteca

tualem contactũ tangit quidẽ mouendo creatu- F
ras, ſed non tangit: quia nullius creaturę uirtus na
turalis põt ad ipſum ꝑtingere. Et ſic itellexit Dionyſius, ꝙ non eſt tactus Dei, ut ſcilicet tangatur.

Ad II dicẽdũ, ꝙ mouet Deus ſicut deſideratũ, & intellectum. Sed non oportet, ꝙ ſemp moueat, ſicut deſideratum & intellectum ab eo, quod mouetur, ſed ſicut deſideratum & motum a ſeipſo: qa omnia operatur propter ſuam bonitatem.

* Libr. 8. Phyſ. tex. 78. 79. & 80. to. 2.
151 Ad III dicendũ, ꝙ Philoſophus in 8. Phyſ.* itẽdit ꝓbare, ꝙ uirtus primi motoris nõ ſit uirtus in magnitudine, tali rõne, Virt⁹ primi motoris eſt iſinita. Qđ ꝓbat ꝑ hoc, ꝙ põt mouere tpe iſinito: G uirt⁹ aũt iſinita, ſi eẽt i aliqua magnitudine, moueret i nõ tpe, qđ eſt impoſſibile. Ergo oportet ꝙ iſinita uirt⁹ primi motoris ſit nõ in magnitudine. Ex quo patet, ꝙ corp⁹ moueri in nõ tpe, nõ cõſequiť niſi uirtutẽ iſinitã i magnitudine. Cuius rõ eſt, qa ois uirtus, q̃ eſt i magnitudine mouet, ſm ſe totã, cũ moueat ꝑ neceſſitatẽ naturæ. Potẽtia aũt iſinita improportionabiľr excedit quãlibet potẽtiam finitã. Quãto aũt maior eſt potẽtia mouẽtis, tãto eſt maior uelocitas motus. Cũ igiť potentia finita moueat tpe determinato, ſeqť ꝙ potẽtia infinita nõ moueat in aliquo tpe: qa cuiuſcunque tpis ad H aliud tps eſt aliqua ꝓportio. Sed uirtus, quæ non eſt in magnitudine, eſt uirtus alicuius intelligẽtis, q operať in effectibus, ſm qđ eis cõuenit. Et iõ cũ corpori non poſſit eſſe conueniens moueri in nõ tempore, non ſequitur ꝙ moueat in non tẽpore.

Porrecta per totum.

SVPER QV. CV. ART. III.

Titul⁹ clar⁹, & clarior erit i corpoř
514 ¶ In corpore tria. Primò, declarat quid, & quotuplex ſit mouere intellectũ. Secũdò reſpondet quæſito. Tertio, epilogat.

* Libr. 9. tex. 16. to mo 3.
¶ Quo ad primum duo, Primo qđ. Et dicit ꝙ mouere intellectũ eſt dare formã, q̃ eſt principiũ intellectualis operationis. declaratã ſimili in corporibus, ex quibus nomẽ trãslatũ eſt ad intellectum: qa mouere dř dãs formã. Secundò, quotuplex, & dicit ꝙ eſt duplex iuxta duplicẽ formã, ſ. uirtutem intellectiuam, & ſpeciem intelligibilem.

*Lib. 3. de aĩa, text. 28. to. 2.
¶ Quo ad ſecũdũ cõcluſio reſiua lumen ſolis eſt. Deus mouet intellectum creatum utroq; mõ, ſ. dando uirtutem, & dando ſpeciẽ intelligibilẽ. Probat⁹ prima pars, primo. Deus eſt primũ ens immateriale. ergo primũ intelligẽs. ergo eſt cã ois uirtutis intelligendi.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus moueat immediatè intellectum creatum.

Ad tertivm ſic ꝓcedit. Vř ꝙ Deus nõ moueat immediatè intelĺm creatũ. Actio.n.in I tellectus eſt ab eo, in quo eſt: nõ.n. trãſit in exteriorẽ materiã, ut dř in 9. Meta.* Actio aũt eius, qđ mouet ab alio, nõ eſt h ab eo in quo eſt, ſed à mouẽte. Non ergo intellectus mouetur ab alio: & ita vř ꝙ Deus non poſſit mouere intellectum.

¶ 2 Præt. Id qđ hẽt in ſe h principiũ ſufficiẽs ſui motus, nõ mouet ab alio: ſed mot⁹ intelĺs eſt ipſum intelligere eius, ſicut dř X ꝙ intelligere, uel ſentire ẽ motus qdam, ſm Philoſophũ in 3. de Anima.* Sufficiens aũt principium intelligendi eſt lumen intelligibile inditũ intellectui. Ergo non mouetur ab alio.

¶ 3 Præ. Sicut ſenſus mouetur a ſenſibili, ita intellectus ab h intelligibili: ſed Deus nõ eſt intelligibilis a nobis, ſed noſtrũ intelĺm excedit. Ergo De⁹ nõ põt mouere noſtrum intellectum.

Sed contra Docens mouet intellectũ addiſcentis: ſed Deus docet hominem ſcientiam, ſicut dicitur in Pſal. Ergo Deus mouet intellectum hominis.

Resp. Dicendum, ꝙ ſicut in motibus corporalibus mouens dř quod dat formam, q̃ eſt principium motus: ita dř mouere intellectum quod cauſat formã, G q̃ eſt principium intellectualis operationis, quæ dř motus intellectus. Operationis autẽ intellectus eſt duplex principiũ in intelligente. Vnum, ſ. quod eſt ipſa uirtus intellectualis, qđ quidẽ principium eſt ẽt in intelligente in potentia. Aliud autẽ eſt principium intelligendi in actu, ſ. ſimilitudo rei intellectę. Dř ergo aliquid mouere intellectum ſiuẽ det intelligenti uirtutem ad intelligendum, ſiuẽ imprimat ei ſimilitudinem rei in- H tellectæ. Vtroque autem modo Deus mouet intellectum creatum: ipſe.n.eſt primum ens immateriale. Et qa itellectualitas conſequiť immaterialitatẽ, ſequitur ꝙ ipſe ſit primum intelligẽs. Vñ cum primum in quolibet ordine ſit cauſa eorũ, quæ conſequũtur, ſeqtur ꝙ ab ipſo ſit omnis uirtus intelligendi. Similiter cũ ipſe ſit primũ ens, & omnia entia præexiſtant in ipſo ſicut in prima cã, I oportet quòd ſint in eo intelligibiliter ſecundum modum eius. Sicut.n. omnes rationes rerum intelligibiles primo exiſtunt in Deo, & ab eo deriuantur in alios intellectus, ut actu intelligant: ſic etiã deriuantur in creaturas, ut ſubſiſtant.* Sic igitur m Deus mouet intellectum, inquantum dat ei uirtutem ad intelligendum uel naturalem, uel ſuperadditam, & inquantum imprimit ei ſpecies intelligibiles, & utrunque tenet, & conſeruat in eſſe.* 284 *Conclu.* m

Antecedẽs patet. Prima cõſequẽtia ꝓbatur: qa intellectualitas ſequitur immaterialitatẽ. Secunda uero, Primum in quolibet ordine eſt cauſa cæterorũ. Deinde ꝓbatur ſecũda pars. De⁹ eſt primũ ens. ergo i ſeipſo oĩa præexiſtũt intelligibiliter. ergo rationes itelligibiles omniũ primo ſunt i eo. ergo ab eo deriuãtur in oẽs intellect⁹. Antecedẽs patet. Prima conſequẽtia ꝓbatur & quo ad præexiſtẽtiã, quia eſt prima cã: & quo ad modũ, quiá ſunt in eo per modũ eius: ipſum.n. ſupponiť intellectualẽ eſſe. Secũda eſt ex ſe eadẽ. Tertia ſimiliter ex illa ꝓpoſitione, Primũ in quolibet ordine: uerumtamen in litera manifeſtatur ex hoc, ꝙ ab ipſo deriuantur omnia in eſſe naturæ, ut ſint.

¶ Quo ad tertiũ epilogum patet. Et nota, ꝙ lumẽ infuſum nõ numerať inter ſpẽs, ſed inter uirtutes intellectiuas: qa nõ ſe habet, ut id intelligẽdi, ſed ut efficaciã pſtãs intellectui, cõfortando & eleuãdo ipſũ, ut ſuperius de lumine gloriæ dictũ eſt.

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ operatio intellectualis eſt quidem ab intellectu, in quo eſt ſicut à cauſa ſecunda, ſed à Deo ſicut a cauſa prima. Ab X ipſo.n. datur intelligenti, quòd intelligere poſſit.

Ad II dicẽdũ, ꝙ lumen intellectuale ſimul cum ſimilitudine rei intellectæ eſt ſufficiens principiũ intelligendi, ſecundarium tamen, & ab ipſo primo principio depenpens.

Ad III dicendum, ꝙ intelligibile mouet intellectum noſtrum, inquantum quodammodo imprimit ei ſuam ſimilitudinem, per quam intelligi poteſt. Sed ſimilitudines, quas Deus imprimit intellectui creato, non ſufficiunt ad ipſum Deum intelligendum per eſſentiam, ut ſupra habitum eſt.* Vñ dẽ mouet intellectum creatum, cum tamen non ſit ei intelligibilis, ut dictum eſt.† *q. 56. artic. 3. †q. 12. artic. 2.

SVPER

SVPER QV. CV. ARTIC. IIII.

Ferr. 3. cont. cap. 89.

Titulus clarus.
¶ In corpore duo. Primò, dicit quotuplex eſt mouere volũtatem: ſecundò, reſpondet quæſito.

Porrecta per totum.
¶ Quo ad primũ dicit, ꝙ uoluntatẽ mouere, dupliciter capitur. Vno modo ſicut obiectũ: alio modo ſicut dans ipſam uirtutẽ volendi. Declaratur à ſimili in intellectu ex præcedẽti articulo. Et nota, ꝙ non aſſimilat motionem uoluntatis motioni intellectus quo ad habere ſimilitudinẽ ad obiectũ, q ſit principiũ actus: qa in volũtate nõ eſt talis progreſſus, qualis in intellectu, ſed aſſimilat quo ad motionẽ abſolutẽ. quia ſ. vtraq; mouetur ab obiecto, quis diſſimiliter.

515 Infra. q. 111 ar. 2. & q. 111. ar. 4. Et 1. 2. q. 9. ar. 6. & q. 80. ar. 1. Et 2. d. 15 q. 1. ar. 3. Et 3. contra ca. 88. 89. 91. & 149. prin. Et verit. q. 22. ar. 9.

¶ Quo ad ſecũdũ, cõcluſio riſiua eſt. Propriũ eſt Dei mouere voluntatẽ vtroq; modo, & maximè ſecundo. ſ. interius inclinãdo. hæc cõcluſio declaratur, & ꝓbatur. Primò, quo ad primũ modũ. ſ. motionẽ obiectiuã. declaratur, ꝙ intelligitur de motione ſufficiẽti, & efficaci, id eſt, ꝙ ex natura obiecti ſufficiat non ad alliciẽdũ, ſed ad efficaciter ducendũ voluntatẽ in actũ

*Ar. præc.
ſecũdũ reſpectu ſui, & hoc ad differentiã aliorũ. Non.n. differt Deus ab alijs ꝑ hoc, ꝙ ipſe ſolus poſſit voluntatẽ obiectiuè mouere, quia hoc poteſt quodlibet bonũ: ſed per hoc, ꝙ ipſe ſolus põt ſufficienti efficacia obiectiuè uolũtatẽ mouere. Probatur autẽ ſic, Sola uirtus actiua excedens, aut adæquans uirtutem paſſiuã, põt ſufficiẽti efficacia ipſam mouere. ergo ſolũ bonũ vniuerſale põt ſufficienter efficaciterq; uolũtatẽ mouere. ergo ſolus Deus implet

D. 712. voluntatem, & ſufficienter eam mouet. Antecedens patet. & prima conſequentia ꝓbatur: quia uirtus paſſiua uoluntatis ſe extendit ad bonũ uniuerſale. qđ probatur: quia eſt eius obiectũ, quod manifeſtať: qa intellectus obiectũ eſt ens vniuerſale. Sc̃da conſequentia probatur: qa quælibet creatura eſt bonum particulare, Deus aũt uniuerſale. Deinde ꝓbatur, quo ad ſc̃dm modũ mouendi. ſ. dãdo uirtutẽ uolũtatis ſic. Inclinare in bonũ uniuerſale eſt primi mouẽtis. ergo inclinare in obiectũ uoluntatis. ergo dare uelle. ergo dare uirtutẽ uolitiuã. Antecedẽs ꝓbatur: qa finis ultimus ꝓportionať primo mouenti: qđ manifeſtatur exemplo in ciuilibus. Prima conſequentia probatur: quia bonũ uniuerſale eſt obiectũ uoluntatis. Sc̃da, quia uelle nihil aliud eſt, q̃ inclinatio in tale obiectũ. Tertia eſt per ſe nota: eiuſdẽ.n. eſt dare actũ ab intrinſeco, & potẽtiã: immò ꝑ hoc dř dare actũ ab intrinſeco, qa dat principiũ eius. Et nota uim huius rõnis, ꝙ nõ loquitur de uelle tali uel tali. i. ſpecificato ad tale obiectum, ſed de uelle abſolutẽ, cuius proprium obiectum eſt bonũ, nõ tale aut tale, & principiũ eſt, non uolũtas ſic, aut ſic affecta, ſed uoluntas ut ſic. Et ꝓpterea, ſi Dei eſt dare hunc actũ q eſt uelle, oportet ut eius ſit dare uoluntatem. Vltima aũt pars, ſ. ꝙ maximè ꝓpriũ Dei ſit mouere ſecũdo mõ, ꝓpterea dicta eſt, quia mouere obiectiuẽ uolũtatẽ cõceditur alijs, quãuis nõ ſufficienti efficacia. Mouere autẽ ab intus nulli conceditur: ſoli.n. De⁹ illabi poteſt libero arbitrio, q ſolus facit, & conſeruat illud. Ea q̃ de motione uoluntatis eſſent hic differẽda, iã determinata ſunt ſuperius.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Deus poſſit mouere uoluntatem creatam.

Ad qvartvm ſic ꝓceditur. Vř, ꝙ Deus non poſſit mouere volũtatẽ creatã. Oẽ.n. qđ mouetur h ab extrinſeco, cogiť: ſed volũtas nõ põt cogi. Ergo B non mouetur ab alio extrinſeco: & ita nõ põt moueri à Deo.

¶ 2 Præt. Deus nõ põt facere ꝙ contradictoria ſint ſimul uera. Hoc aũt h ſequereť, ſi uoluntatẽ moueret: nã volũtatẽ moueri ẽ ex ſe moueri, & ñ ab alio. Ergo Deus nõ põt volũtatẽ mouere.

¶ 3 Præt. Motus magis attribuiť mouenti, q̃ mobili. vñ homicidiũ nõ attribuiť lapidi, ſed proijcienti. Si igitur Deus h moueat C voluntatem, ſequitur ꝙ opera voluntaria nõ imputenť homini ad meritum, vel demeritum: hoc autem eſt falſum. Non igitur Deus mouet uoluntatem.

Sed contra eſt, quod diciť Phil. 2. Deus eſt qui operatur in nobis velle, & perficere.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ ſicut intellectus, vt dictum eſt,* moue tur ab obiecto, & ab eo q dedit virtutẽ intelligendi: ita uoluntas mouetur ab obiecto qđ eſt D bonũ, & ab eo q creat virtutẽ volendi. Põt autẽ voluntas moueri ſicut ab obiecto, à quocũque bono, nõ aũt ſufficiẽter & efficaciter niſi a Deo. Nõ.n. ſufficienter aliqd põt mouere aliquod mobile, niſi virtus actiua mouẽtis excedat, vel ſaltẽ adęquet virtutẽ paſſiuam mobilis. Virtus aũt paſſiua uoluntatis ſe extendit ad bonũ in uniuerſali. E Eſt.n. eius obiectũ bonũ vniuerſale, ſicut & itellectus obiectũ, eſt ens d vniuerſale. Quodlibet aũt bonũ creatũ ẽ quoddã particulare bonũ: ſolus autẽ Deus eſt bonũ vniuerſale. Vñ ipſe ſolus implet volũtatẽ, & ſufficienter ea mouet vt obiectũ:* ſimiliter autẽ & virtus volendi à ſolo Deo cauſať. Velle autẽ nihil aliud eſt, q̃ inclinatio qdam in obiectum uoluntatis, quod eſt bonũ vniuerſale inclinare autẽ in bonum uniuerſale eſt primi mouẽtis, cui ꝓportionať ultimus finis ſicut i rebus humanis dirigere ad bonũ cõe eſt eius q ꝑeſt multitudini. Vnde m vtroq; mõ ꝓprium eſt Dei mouere voluntatem, ſed maxime ſecundo mõ interius eam inclinando.* 521 *Conclu.* m

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ illud quod mouet ab altero, dř cogi, ſi moueatur contra inclinationẽ ꝓpriam: ſed ſi moueatur ab alio qđ ſibi dat propriã C inclinationem, non dicitur cogi: ſicut graue cum mouetur deorſum à generãte, nõ cogitur. Sic igitur Deus mouendo uoluntatem, non cogit ipſam: quia dat ei eius propriam inclinationẽ.*

Ad II dicẽdũ, ꝙ moueri uoluntariè eſt moueri ex ſe, id eſt, à principio intrinſeco: ſed illud principiũ intrinſecũ poteſt eſſe ab alio principio extrinſeco. Et ſic moueri ex ſe non repu- D gnat ei, quod mouetur ab alio.

Ad III dicẽdũ, ꝙ ſi uolũtas ita moueretur ab alio, ꝙ ex ſe nullatenus moueretur, opera uoluntatis non imputarẽtur ad meritum, uel demeritum: ſed quia per hoc quòd mouetur ab alio, non excluditur quin moueatur ex ſe, vt dictum eſt:* iõ per conſequens non tollitur ratio meriti, uel demeriti. *In ſolu. præc. arg.

ARTICVLVS V.

Vtrũ Deus operetur in omni operante.

Ad qvintvm ſic ꝓceditur. Vř, ꝙ Deus non operetur in omni operante. Nulla.n. inſufficiẽtia eſt Deo attribuenda. ſi igitur Deus operať in omni

SVPER QV. CV. ART. V.

Ferr. 3. cont. c. 66. 67.

Titulus clarus.
411 ¶ In corpoř duo. principaliter. Primò, excludit quẽdam errorem: ſecundò, reſpondet quæſito.

¶ Quo ad primũ tria. vnũ ſuppoſitũ: aliud eſt ipſe error: tertio reprehenſio. Supponitur hic quaſi pro conſtanti, Deum operari in oĩbus, ſed de modo vt tota qõ. Error ergo eſt circa modũ operandi: qdã.n. quos refert Auerrois 9. Met. com. 7. dicunt Deum operari in oĩbus ſic, ꝙ nulla alia uirtus operatur aliqd. ad reprehẽditur aũt hi dupliciter, ducendo ad impoſſibilia. Primò, quia periret ordo cauſarũ, & cõſequenter eſſectum potentia in Deo. Teres ſequela, quia impotentis eſt non poſſe facere alia cooperatiua ſibi. Secũdo, quia fruſtra eſſent uirtutes operatiuę rerum, immò res oẽs. Probatur prima conſequentia quo ad primam partem, quia nõ operaretur, quoad ſecundã, quia imperfectũ eſt ꝑ perfectius in eodẽ. ergo actus primi ꝑ ſecũdos. ergo res oẽs ꝑ operationes ſuas. ergo operationes ſunt fines rerũ. ergo ſine eis fruſtra. Antecedens patet, & cõſequẽtia nota eſt, & confirmatur, ſicut materia propter formam, cætera ſunt clara.

Porrecta per totum.

516 3. contra cap. 66. & 67. Et lib. 4. c. 44. Et op. 3. cap. 131. ſi. & 143.

¶ Quo ad ſecundum tria facit. Primo, proponit cõcluſionẽ reſponſiuam in vniuerſali, Deus operatur in omni operãte ſic, ꝙ

ipſæ

Ipſę res habent proprias operationes. Secundo, diſtinguit genera cauſarum, ubi dicit tria, numerum q̃ ſunt quatuor: differentiam reſpectu agente, quia unũ, ſ. materia, nõ principium, ſed ſubiectum cæteræ ſunt principia actionis, & ordinẽ, quia primò finis: ſecundò agens: tertiò forma.

¶ Nota hic duo. Primo, q̃ quia hic non agemus generib⁹ cauſarũ in ordine ad eſſe, ſed ad operari, ut patet ex titulo: ideo litera nõ accepit formã in agente, ant in effectu, ſed inſtrumenti nõ eſt niſi pp operationem. Secundò, q̃ litera diſtinguit genus cauſæ formalis ab efficiente, & alijs in ordine ad operationẽ. Factũ eſt hoc iudicio meo, non q̃ ſupponat de eis hæc quæſtio, an forma ſit cauſa operationis in gñe cauſę formalis, ſed propter duo, alterũ manifeſtũ: alterũ occultum. Manifeſtũ eſt, q̃ cauſare operationem, ut forma, & ut agens, diſtinguitur ſicut cauſare ut quo, & ut qđ. Occultũ uerò eſt, an oĩs operatio ſequens formã, ſequatur eã effectiuè, finaliter, uel materialiter, & nulla ſequatur eam formaliter. Conſuetus enim ſermo obtinuit, ut dicamus et cãs formales in operando in his, in quibus operatio reſultat ex ea, quaſi eſſe qđdam, ut in exẽplo de lumine in litera adducto patet, & I his, quæ pertinẽt ad intellectum contingit. Ratio autem ad oppoſitum uř. Quoniã aũt modo ſit, ut ſermo præſens omnib⁹ opinionib⁹ ſuperſit, diſtinctum eſt, Deũ eſſe non cauſam formalem, ſed cauſam ratione formæ principaliter oĩs operationis, ut & operatio nes attribuas magis formis, q̃ agentibus intimè cõprehendere. Tertio, proponit concluſionem reſpõſiuã iis ſpecialiter iuxta hæc tria mẽbra, Deus in quolibet operante operatur ſecũdũ hęc

operãte, ſufficiẽter[h] in quolibet operaŧ. Superfluũ igiŧ eſſet, q̃ agens creatũ aliqđ operaretur.

¶ 2 Prǣt. Vna operatio nõ eſt ſimul à duob⁹ [h] operãtibus, ſicut nec vn⁹ numero mot⁹ põt eſſe duorũ mobiliũ. Si igiŧ operatio creaturæ ẽ à Deo ĩ creatura operãte, ñ põt eẽ ſiñ à creatura: & ita nulla creatura aliqđ operaŧ.

¶ 3 Prǣt. Faciẽs dř eſſe cã operationis facti, inquãtũ dat ei formã, qua operaŧ. Si igiŧ Deus eſt cã operationis rerũ factarũ ab ipſo, hoc erit ĩquãtũ dat eis uirtutẽ operãdi: ſed hoc eſt à principio qñ rẽ facit. Ergo vř q̃ vlteri⁹ ñ operǣ ĩ creatura operãte.

SED CONTRA eſt, quod dicitur Iſa. 26. Oĩa opera noſtra operatus es in nobis Domine.

RESPON. Dicẽdũ, q̃ Deũ operari in quolibet operante, aliq ſic intellexerũt, q̃ nulla virtus creata aliqđ operareŧ in rebus, ſed ſolus Deus immediatè oĩa operareŧ, puta, q̃ ignis nõ calefaceret, ſed Deus in igne, & ſimiliter de oĩbus alijs. Hoc aũt eſt impoſſibile. Primò qdẽ, qa ſic ſubtraheret ordo cãę & cãti à rebus creatis, qđ ptinet ad impotẽtiã creãtis. Ex virtute.n. agẽtis eſt, q̃ ſuo effectui det uirtutẽ agẽdi. Scđò, quia virtutes operatiuæ, q̃ in rebus inueniũtur, fruſtra eſſent rebus attributæ, ſi p eas nihil operareŧ: quinnimmo oẽs res creatę videreŧ quodãmõ eſſe fruſtra, ſi ppria operatione deſtituereŧ, cũ oẽs res ſint pp ſuã operationẽ. Sp. n. imperfectũ eſt pp pfectius. Sicut igiŧ mã eſt pp formam, ita forma q̃ eſt actus primus, ẽ pp ſuã operationẽ, q̃ eſt actus ſecundus: & ſic operõ ẽ finis rei creatæ. Sic[m] igiŧ itelligẽdũ eſt Deũ operari in rebus, q̃ tñ ipſe res ppriã habeat operationẽ.[n]

Ad cuius euidẽtiã cõſiderandũ eſt, q̃ cũ ſint cãrum quatuor gña, mã nõ ẽ principiũ actionis, ſed ſe hẽt vt ſubiectũ recipiens actionis effectũ. Finis verò, & agẽs, & forma ſe habent vt actionis principiũ, ſed ordine quodã. Nã primũ qdẽ principiũ actionis eſt finis, qui mouet agentẽ. Scđò uerò, agens. Tertiò aũt, forma eius, qđ ab agente applicatur ad agendum. Quãmuis & ipſum agẽs p formã ſuã agat, vt patet in artificialibus. Artifex.n. mouetur ad agẽdũ à fine, q̃ ẽ ipſum operatũ, puta, arca, vel lectus, & applicat ad actionẽ ſecurim, quæ icidit p ſuũ acumẽ. Sic igiŧ ſm hæc tria Deus in quolibet operãte operaŧ. Primò qdẽ, ſm rõnẽ finis. Cũ.n. oĩs operõ ſit pp aliqđ bonũ verũ, vel apparens, nihil aũt eſt, uel apparet bonũ, niſi ſm q̃ participat aliquã ſimilitudinẽ ſummi boni, qđ eſt Deus, ſequiŧ q̃ ipſe Deus ſit cuiuſlibet operationis cã, ut finis.

Similiter cõſiderãdũ eſt, q̃ ſi ſint multa agentia ordinata, ſp ſm agens agit in virtute primi. Nã primum agẽs mouet ſm ad agendũ. Et ſm hoc oĩa agunt in virtute ipſius Dei: & ita ipſa eſt cã omniũ actionũ agẽtiũ. Tertiò, cõſiderãdũ eſt, q̃ Deus mouet nõ ſolũ res ad operandum, quaſi applicãdo formas & uirtutes rerũ ad operationẽ, ſicut ẽt artifex applicat ſecurim ad ſcindẽdũ, q tñ interdũ formam ſecuri nõ tribuit: ſed ẽt dat formã creaturis agẽtibus, & eas tenet ĩ eſſe: Vñ nõ ſolũ ẽ cã actionũ ĩquãtũ dat formã, q̃ eſt principium actionis, ſicut gñans dř eſſe cã mot⁹ grauiũ & leuiũ: ſed ẽt ſicut cõſeruãs formas, & virtutes rerũ, put Sol dř cã manifeſtationis colorũ, inquantũ dat, & cõſeruat lumẽ, quo manifeſtanŧ colores. Et qa forma rei eſt intra rẽ, & tantò magis, quãtò cõſideraŧ vt prior, & vniuerſalior, & ipſe De⁹ eſt pprie cã ipſius eſſe uniuerſalis in rebus oĩbus, qđ inter oĩa eſt magis intimũ rebus, ſequiŧ q̃ De⁹ in oĩbus intimè opereŧ. Et pp hoc in ſacra ſcriptura operationes naturæ Deo attribuuntur quaſi operanti in natura, ſm illud Iob. 10. Pelle & carnibus veſtiſti me, oſſib⁹ & neruis cõpegiſti me.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q̃ Deus ſufficienter operatur in nobis ad modũ primi agentis: nec pp hoc ſuperfluit operatio ſecundorum agẽtiũ.

AD II dicendũ, q̃ vna actio nõ pcedit à duobus agẽtibus unius ordinis. Sed nihil phibet quin vna & eadẽ actio pcedat à primo, & ſcđo agẽte.

AD III dicendũ, q̃ Deus nõ ſolũ dat formas rebus, ſed ẽt cõſeruat eas in eſſe, & applicat eas ad agẽdũ, & eſt finis omniũ actionũ, ut dictum eſt.* *In corp. art.

tria, ſ. finẽ, & agentẽ, & formam, & probat quoad ſingulas partes ſingillatim. Et primo in rõne finis. Finis oĩs operationis ẽ bonũ uerũ, aut apparens. ergo participat ſimilitudinẽ ſummi boni. ergo ipſũ ſummum bonum. Deinde ſimiliter in ratione agentis. Primum agens mouet ſecundum ad agẽdum. ergo agit in uirtute ipſius. ergo ipſe eſt cauſa omnium actionũ agentium. Demũ ſecundum formam, ubi duo, primo dicit modum quo hoc conuenit Deo: ſecundo deducit duo corollaria ordinate. Deus eſt cã operationum ſecundarũ non ſolum ut applicãs, nec ſolũ ut dãs principia actionũ: ſed ut dãs, applicãs, & cõſeruans formas, q̃ ſunt principia actionũ. ergo eſt cã omniũ operationũ ſecũdum formam. Antecedẽs declaraŧ, & excludendo membra exemplo artificis & generantis grauis: & declarando intentũ exemplo Solis, & luminis reſpectu manifeſtationis. Primũ corollariũ eſt, Deus operaŧ in oĩbus intimè, probatur. Forma eſt intra rẽ. ergo q̃to ut prior & uniuerſalior conſiderata, eſt interior. ergo ſcđm eſſe ẽ intima. ergo ut eſt à Deo. ergo Deus intimè operatur in omnibus. Totus pceſſus eſt clarus ex ſe, penultima uerò conſequẽtia probatur ex eo, q̃ Deus eſt proprie cã ipſius eſſe uniuerſalis in rebus, ut patet ex ſuperioribus. Secundum corollariũ. Operationes naturæ propterea attribuuntur Deo in Scriptura, ut in Iob 10.

SVPER QV. CV. ART. VI.

Prov. 3. tom. 1. 98. 99.

Titulus, Poſſit facere, non eſt quæſtio de potẽtia, ſed de actu: & eſt ſenſus, an ſ. de facto poſſit exire in actum faciendi aliquid præter ordinem inditum.

¶ In corpore duo. Primo diſtinguit ordinem. Secundo, reſpondet q̃ſito. Quo ad primum quatuor ſunt, diſtinctio ordinũ, ordinatio eorum, habitudo eorũ ad eos, & explanatio eorũdem. Diſtinctio eſt. Ordines multiplicantur ſecundũ multiplicationem cauſarũ. Probat. Quælibet cã habet rõnẽ principij. ergo a qualibet cã deriuat aliquis ordo in ſuos effectus. ergo ordines multiplicantur ſecũdum multiplicationem cauſarum.

¶ Circa primã conſequentiã huius proceſſionis aduertatur, q̃ in antecedẽti, Ex hoc n. qđ hẽt rõnem principij, hẽt ſequitur ergo eſt cauſa ordinis interſe, & effectũ: ſed non ſequitur ergo ab ea eſt aliquis ordo ĩ effectib⁹, cũ nõ oporteat oẽm cãm hẽe plures effectus, inter quos ponat ordinẽ, ut patet de cauſis uniuocis.

¶ Ad hoc dr, q̃ cũ hic ſit ſermo de cã principali in aliquo ordine, & non de inſtrumentali, quæ nõ cauſa, ſed cauſæ inſtrumentum dici debet, ut 14. Meta. com. 24. dicit Alex. & in conſequente duo includantur, ſ. pluralitas effectuum, & ordo ĩ eis a cauſa, recte pſpiciamus, ordo dicte ſtã infertur ex antecedẽte: pluralitas autem effectuum ſupponitur aut uniuerſaliter, aut accommodè. Vndè conſequentia põt habere duos ſenſus. Primus eſt ſupponendo, q̃ omnis cauſa habeat plures effectus, & tunc conſequentia eſt optima: quia cum pluralitas non ſit ſine ordine, alioquin eſſet confuſio, & cauſa habet rationem principij, a quo, illi deriuantur, ergo ab ea eſt ordo illorum. Secundus eſt, accommodando cõſequens ad cauſas habentes plures effectus: & tunc etiam conſequentia eſt optima. Cauſa eſt principium. ergo in cauſis habẽtibus plures effectus, à cauſa eſt ordo illorum ratione iam dicta: & iſta uia eſt planior, & ſufficit propoſito. Cauſa enim eo quod habet rationẽ principij, & negatiuè in illo ordine & poſitiuè, ſequitur. ergo ab ea eſt ordo in effectu ſine ad ipſam cauſam, ſiue in ſeipſo multiplicato, & ſic ubi ſunt plures effectus, aperte ſequitur ordinem in eis eſſe, & eſſe a cauſa. Plures autem effectus dicuntur, uel plures differentiæ, ut partes organicæ viuentium reſpectu generantis, uel plures paſſiones, ut liquefactio ceræ, & induratio luti: uel plures cooperationes ſecũdum pluralitatem inferiorum, ut generatio hois & leonis, ut ſunt à Sole: uel plures effectus ordinate ſe conſequentes, ut leuitas ſequitur formam ignis geniti &c. & ſic potuit ſupponi pluralitas effectuum uniuerſaliter, & conſequenter ſuſtineri poteſt primus ſenſus, quoniam nulla eſt cauſa per ſe & principalis, quæ non ſit cauſa ſaltem duorum, uelut ſubiecti & paſſionis.

¶ Ordinatio uerò horum ordinum eſt, q̃ unus continetur ſub altero, pbatur: qa cã continetur ſub cã. Habitudo aũt cãrũ ad ordines hos eſt, q̃ cã ſuperior non continetur ſub ordine cauſæ inferioris, ſed econuerſò. Manifeſtatio demũ eſt ab exẽplo in politicis, in patre, & ordine domus, rectore & ordine ciuitatis, rege & ordine regni, & clara eſt litera.

ARTICVLVS VI.

Vtrum Deus poſſit facere aliquid præter ordinem rebus inditum.

AD SECVNDVM ſic procedit. Videtur q̃ Deus nõ poſſit facere aliquid præter ordinem rebus inditum. Dicit.n. Auguſ.* 26. contra Fauſtũ Deus conditor & creator omniũ naturarũ nihil contra naturam facit: ſed hoc vř eſſe contra naturam, qđ eſt præter ordinem naturaliter rebus inditum. Ergo Deus non poteſt facere aliquid præter ordinem rebus inditum.

¶ 2 Prǣt. Sicut ordo iuſtitię eſt à Deo:[h] ita & ordo naturæ: ſed Deus non põt facere aliqđ pręter ordinem iuſtitiæ. faceret.n. tũc aliqđ iniuſtũ. Ergo nõ põt facere aliqđ pter ordinẽ naturæ.

¶ 3 Prǣt. Ordinem naturæ Deus inſtituit. Si igitur prǣter ordinẽ naturæ Deus aliquid faciat, uidetur quod ipſe ſit[h] mutabilis, quod eſt inconueniens.

SED CONTRA eſt, quod Aug.* dicit 26. contra Fauſtũ, q̃ Deus aliquando aliquid facit contra ſolitum curſum naturæ.

RESPON. Dicẽdũ, q̃ à qualibet cauſa deriuatur aliquis ordo in ſuos effectus, cum quælibet cã habeat rationem principij. Et iõ ſecundum multiplicationem cauſarũ multiplicatur & ordines, quorum unus continetur ſub altero, ſicut & cauſa continetur ſub cauſa: unde cauſa ſuperior non continetur ſub ordine cauſę inferioris, ſed ecõuerſo, cuius exemplũ apparet in rebus humanis. Nam ex patre familias dependet ordo domus, qui continet ſub ordine ciuitatis, qui procedit à ciuitatis rectore, cum & hic cõtineatur ſub ordine regis, à quo totũ regnum ordinatur.[m] Si ergo ordo rerum conſidereŧ prout dependet à prima cauſa, ſic cõtra rerum ordinẽ Deus facere non poteſt.* Sic.n. ſi faceret, faceret contra ſuam pſcientiam. Si[l] vero conſidereŧ rerũ ordo, prout dependet à qualibet ſecundarũ cãrum, ſic Deus poteſt facere pter ordinem rerum, [l] qa ordini ſecundarum cauſarum ipſe nõ eſt ſubiectus, ſed talis ordo ei ſubijciŧ: quaſi ab eo procedens, non p neceſſitatem naturæ, ſed p arbitrium uoluntatis. Potuiſſet.n. & alium ordinẽ rerum inſtituere. Vñ & poteſt pter hunc ordinem inſtitutũ agere cum voluerit, puta, agendo, effectus ſecundarum cãrũ ſine ipſis, vel producendo aliquos effectus, ad quos cauſæ ſecũdæ non ſe extendunt.* Vñ & Aug. * dicit 26. cõtra Fauſtum, quod Deus cõtra ſolitum curſum naturæ facit, ſed contra ſummam legem nullo modo facit, quia contra ſeipſum non facit.

¶ Quo ad ſecundum reſpondetur q̃ſito duab⁹ cõcluſionibus, iuxta duos ordines illatos ex pmiſſis. Diſtinctio ex pmiſſis illata eſt, q̃ in rebus eſt duplex ordo, unus ut ſunt à prima cãa, alter, & hic eſt multiplex, ut ſunt à cauſis ſecundis. Prima concluſio iſtius eſt. Deus nõ põt facere cõtra ordinem rerũ, ut dependet à prima cã. probatur ducẽdo ad impoſſibile: q̃ ſi faceret cõtra talẽ ordinẽ, faceret cõtra pſcientiã ſuã, qđ eſt impoſſibile.

¶ Aduerte hic ex tertio contra Gen. ca. 98. q̃ põt dupliciter intelligi iſta cõcluſio: aut quo ad res ordinatas, aut quo ad rationem ordinis. Eo ſecundo modo intelligitur hic, non primo: uide ibi circa principium cap.

¶ Secunda concluſio iſtius eſt. Deus põt facere pter ordinẽ rerũ, put pẽdet ex qualibet ſecũdarũ cãrũ. probatur, declarat, & cõfirmaŧ. Probaŧ qui dẽ. Talis ordo ei ſubijcitur, ut procedens ab eo per arbitrium uoluntatis. ergo põt præter talem ordinẽ agere. Antecedẽs habet tres partes. Prima patet ex præmiſſis, qa. ſ. cauſa ſuperior non ſubijcitur inferiori ordini, ſed ecõuerſo. Secunda pcõſtanti ſupponitur, ex quo oĩa ſunt à Deo. Tertia uerò probatur: quia potuiſſet aliorum ordinum inſtituere. Conſequentia aũt hic breuitatis cã relinquitur, quaſi euidens: ſed in tertio cõtra Gen. c. 99. in principio probatur ex differentia inter agens naturale, & liberũ in hoc, q̃ naturale oportet agere ſecundum ultimum uirtutis ſuæ, & conſequenter effectũ ſimilem, & conſequenter nõ põt immediatè agere effectum proprium cãrum ſecundarũ: cãm uerò liberè agentẽ nõ oportet ſic agere, ſed põt agere immediatè imperfectiſſimum effectũ, utendo uirtute ſua ut uult, ut patet in artifice pfectiſſimo, pãtẽ tñ, ſi uult, facere opus imperfectũ, quale nouitius in arte faceret. Declaratur uero ponendo duos modos, qbus Deus pter hũc ordinẽ facit, & patet in litera. Cõfirmaŧ aũt authoritate Aug. nõ ſolũ hæc, ſed prima concluſio ſimul, ut patet in lřa.

¶ Circa utramq; concluſionẽ ſimul dubium occurrit: quia aut hic eſt ſermo de poſſe Dei abſolutè, & ſic cõſtat, q̃ põt Deus cõtra utrumq; ordinem, nec ſequitur aliquis defectus pſcientiæ diuinæ: aut eſt ſermo de poſſe Dei, quoad exercitium actus de facto: & ſic etiam nulla eſt differentia inter utrumque ordinem: quoniam ſicut Deus pſciuit primum ordinem, ita & alios: & quemadmodum ſi præter primum ordinẽ faceret, faceret cõtra pſcientiam, ita ſi pter alios ordines faceret, faceret contra pſcientiam ſuam: & ſic tota litera uidetur.

¶ Ad hoc breuiter dř, q̃ ut ĩ titulo patet, hic eſt ſermo de potentia Dei ſcđo mõ, & q̃ ſi utriq; ordo ...

Conclu. m

Conclu. p

512 c 522

*Cap. cita to in argumen. ſed contra.

*li. 26. contra Fauſt. c. 3. a medio, to. 6.

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ F cū aliquid cōtingit in rebus naturalibus pter naturā inditam, hoc pōt dupř contingere. Vno mō per actionem agentis, qui inclinationē naturalē non dedit: ſicut cum hō mouet corpus graue ſurſum, quod nō hēt ab eo vt moueat deorſum: & hoc eſt contra naturā. Alio mō per actionē illius agētis à quo depēdet actio naturalis: & hoc ñ eſt cōtra naturā, ut patet in flu G xu & refluxu [d] maris, q non eſt contra naturā, q̄uis ſit pter motū naturalē aquæ, q̄ mouetur deorſum. Eſt.n. ex impreſſione cęleſtis corporis, à quo dependet naturalis inclinatio inferiorū corporeū. Cū igiť naturæ ordo ſit à Deo rebus inditus, ſi qd pter hunc ordinem faciat, non eſt contra naturā. Vñ Aug.* dicit 26. contra Fauſtum, ꝙ id eſt cuilibet rei naturale, quod ille H fecerit, à quo eſt omnis mod[9], numerus, & ordo naturæ.

AD II dicēdū, ꝙ ordo iuſtitię eſt ſecundùm relationē ad cauſam primam, quę eſt regula oīs iuſtitiæ: & ideo præter hunc ordinem, Deus nihil facere pōt.

AD III dicendū, ꝙ Deus ſic rebus certum ordinem indidit, vt tñ ſibi reſeruaret, quod ipſe aliquando aliter ex cauſa eſſet facturus. Vnde cum pręter hūc I ordinem agit, non mutatur.

ARTICVLVS VII.

Vtrum omnia quæ Deus facit præter ordinem naturalem rerum, ſint miracula.

AD SEPTIMVM ſic proceditř. Vř ꝙ nō oīa quæ Deus facit præter ordinē naturalē rerū, ſint miracula. Creatio.n. mūdi, & ēt animarum, & iuſtificatio impij fiunt à Deo [h] pter ordinē naturalem. non.n. fiūt per K actionem alicuius cauſæ naturalis: & tñ hæc miracula nō dicuntur. Ergo non omnia quę facit Deus præter ordinem naturalem rerum, ſunt miracula.

¶2 Præt. Miraculum dicitur aliquid arduū & inſolitum præter facultatem naturę, & ſpē admirantis proueniēs: ſed quædam fiunt pter naturæ ordinē, quæ tñ non ſunt ardua: ſunt.n. in minimis rebus, ſicut in reſtauratione gemmarū, vel ſanatione ægrorū. Nec ēt ſunt [h] inſolita. cū frequēter eueniant: ſicut cū infirmi in plateis ponebanť, ut ad umbrā Petri ſanarētur. Nec ēt ſunt [h] ſupra facultatem naturæ, ut cū aliqui ſanantur à febribus. Nec ēt [h] ſupra ſpem, ſicut reſurrectionē mortuorum omnes ſperamus, quæ tamen fiet pter ordinem naturæ. Ergo nō omnia quæ fiunt præter naturę ordinem, ſunt miracula.

¶3 Præt. Miraculi nomē ab admiratione ſumitur: ſed admiratio eſt de rebus ſenſui [h] manifeſtis. Sed qñque aliqua accidunt pter ordinem naturalē in rebus ſenſui nō manifeſtis, ſicut cū Apoſtoli facti ſunt ſciētes, neq; inuenientes, neq; diſcentes. Ergo nō omnia quæ fiunt pter ordinem naturę, ſunt miracula.

SED CONTRA eſt, quod Auguſ.* dicit 26. contra Fauſtum. ꝙ cum Deus aliquid facit contra cognitum nobis curſum ſolitumque naturæ, magnalia, uel mirabilia nominantur.

RESPON. Dicēdū, ꝙ nomē miraculi ab admiratione ſumitur. Admiratio aūt cōſurgit, cum effectus ſunt manifeſti, & cauſa occulta. Sicut aliquis admiratur cū uidet eclipſim Solis, & ignorat cauſam, ut dř in principio Metaph. Poteſt autem cauſa effectus alicuius apparentis alicui eſſe nota, q̄ tñ eſt aliis incognita. Vñ aliquid eſt mirū uni, qd non eſt mirum aliis: ſicut eclipſim Solis mirať ruſticus, non autem aſtrologus. Miraculum autē dř quaſi admiratione plenum, quod ſcilicet hēt cauſam ſimpliciter, & omnibus occultam: hæc autem eſt Deus. Vnde illa [m] quæ à Deo fiunt præter cauſas nobis notas, miracula dicuntur.*

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ creatio, & iuſtificatio impij, etſi à ſolo Deo fiat, non tñ propriè loquendo, miracula dűr: quia non ſunt nata fieri per alias cauſas, & ita nō contingunt pter ordinē naturæ, cum hęc ad facultatē naturæ nō ptineāt.

AD II dicendū, ꝙ arduum dř miraculum non pp dignitatem rei in qua fit, ſed quia excedit facultatem naturæ. Siř ēt inſolitum dř, non qa frequenter non eueniat, ſed quia eſt pter naturalem conſuetudinē. Supra facultatē aūt naturæ dř aliqd non ſolū pp ſubſtantiā facti, ſed ēt pp modū & ordinē faciendi. Supra ſpem ēt naturæ miraculum eſſe dř, non ſupra ſpem grē, quæ eſt ex fide, per quam credimus reſurrectionem futuram.

AD III. dicendum, ꝙ ſcietia Apoſtolorū q̄uis ſm ſe non fuerit manifeſta, manifeſtabatur tamē in effectibus, ex quibus mirabilis apparebat.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum unū miraculū ſit maius alio.

AD OCTAVVM ſic proceditř. Vř ꝙ unum miraculū non ſit maius alio. Dicit enim Augu.* in epiſtola ad Voluſian. In rebus mirabiliter factis tota rō A facti eſt potētia faciētis: ſed eadē potētia, ſ. Dei, fiūt oīa miracula. ergo vnū nō ē mai[9] [h] alio.

[Commentary, left margin column:]

[illegible] æternorum [illegible] pter primū [illegible] rei [illegible] pter alios [illegible]. Ad cuius euidētiā [illegible], ꝙ [illegible] cuiuſ cauſæ ſecundæ [illegible] executionē in cā primā: qa ab actione illius pēdet eius actio, nō aūt econuerſo: qa pōt cā prima ꝑ ſe ipſā ſolā exeq, & pducere aliqd. & inde eſt qd fieri aliquid pter executionē primæ cauſæ ē impoſſibile: fieri aūt aliqd pter executionē cuiuſcūque, & oīum ſimul cārū ſecūdarū, nō inconuenit. Cum aūt ordo rerū ad primā cām attēdať penes executionē primæ cauſæ, ordo aūt eārū ad alias cauſas attēdať penes executiōes illarū, rō primi ordinis in diuina pſciētia oportet ꝙ contineat q̄cqd ꝑ ipſam primā cām qualitercūq; exequēdū eſt: rō aūt cuiuſcumq; alterius ordinis in diuina pſcientia, nō continet niſi quicqd eſt ꝑ talē cauſam exequēdū. & iō nō inconueniens aliqd fieri pter iſtos ordines & rōnes, ac præſciētias partiales, ut ita dixerim, eorum. Sed inconueniēs manifeſtē eſſet, ꝙ pter ordinis primi rōnē aliqd fieret: ſic.n. deficeret, aut mutabilis diuina præſciētia cōuinceretur: qm ut dictū eſt, deberet ſub ratione cōprehēſionis omni executioni mandatorū qualitercūq; ꝑ primā cām, extra q̄ nihil fieri de facto pōt. quāuis de potentia abſoluta multa poſſibilia reſtēt, quæ nunquàm erunt.

SVPER QV. CV. ART. VII.

Ferr. 3. cont. c. 101. 102.

TItulus clarus ex articulo pcedēti. ¶ In corpore una cōcluſio rñſiua affirmatiuē. Qia q̄ fiūt à Deo pter cauſas nobis notas, miracula dicuntur. Probatur. Miraculū dř ab admirationis plenitudine. ergo q̄ fiunt à Deo pter cās nobis notas, dűr miracula. Añcedens ſupponit, & manifeſtať [illegible], oſtendēdo qd hēat ex admiratione. ſ. cauſam ignotā effectus patētis, & quid ex plenitu

[Commentary, upper right of left page:]

dine. ſ. occultationē cauſæ, non reſpectu huius vel illius, ſed ſimpliciter. [illegible] ex parte, ſ. reſpectu huius, hoc nō, [illegible], ſ. reſpectu omnium. Conſequētia ꝓbatur, quia Deus eſt ſimpliciter occulta. Vñ per cauſas nobis notas idē intendit in concluſione, quod ꝑ cauſas ſecundas, ſeu naturales in titulo.

SVPER QV. CV. ART. VIII.

Ferr. 3. cont. c. 101.

TItulus clarus. ¶ In corpore vna concluſio reſponſiua quæſito affirmatiuè. Vtrum miraculum

[Margin notes, left page:]

D. 62.

*Li. 26. contra Fauſtum, c. 3. ante medium, t. 6

*Li. 26. c. 3. a medio illius to. 6

Li. 1. Metaph. c. 2. circa medium tom. 3

Concl.

Porrecta per totum.

518 Po. q. 6. art. 2. Et 2. diſt. 18. q. 1. ar. 3. Et 3. contra c. 101. & 102

Porrecta per totum.

519 1. 2. q. 113. ar. 10. co. Et 3. contra Gen. c. 101. *Aliquanto ante medium epiſt. 3. to. 2.

¶2 Pręt. Potētia Dei eſt infinita: ſed infinitū improportionabiliter excedit oē finitū. Ergo non [h] magis eſt mirādū, ꝙ faciat hūc effectum q̄ illū. Ergo unum miraculum non eſt maius altero.

SED CONTRA eſt, qd Dominus dicit Io. 14. de operibus miraculoſis loquens Opera. quæ B ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet.

RESP. Dicendū, ꝙ [m] nihil pōt dici miraculū ex cōparatione potētiæ diuinæ,* qa quodcūq; factū diuinæ potētiæ cōparatū eſt minimū, ſm illud Iſa. 40. Ecce gentes quaſi ſtilla ſitulæ, & quaſi momētū ſtateræ reputatæ ſunt: ſed dř aliq̄d miraculū ꝑ cōparationē ad facultatē naturæ, quā excedit. Et ideò [†] ſm qd̄ C magis excedit facultatē naturæ, ſm hoc maius miraculū dř. [¶] excedit aūt aliqd facultatē naturæ tripliciter. Vno mō quātū ad ſubſtantiā facti, ſicut ꝙ duo corpora ſint ſimul, vel ꝙ Sol retrocedat, aut ꝙ corp[9] humanū glorificet. quod nullo modo natura facere poteſt: & iſta tenēt ſummū gradū in miraculis. Secūdo aliqd excedit facultatem naturæ, non quantū ad id quod D fit, ſed quātū ad id, in quo fit: ſicut reſuſcitatio mortuorū, & illuminatio cęcorū, & ſimilia. Poteſt.n. natura cauſare uitam, ſed nō in mortuo: & poteſt præſtare viſum, ſed non cæco: & hæc tenent ſm locum in miraculis. Tertio mō excedit aliqd facultatē naturæ, quātū ad modum, & ordinem faciendi. Sicut cum aliquis ſubito per virtutem diuinam à febre curatur abſq; cura E tione, & conſueto ꝓceſſu naturæ in talibus: & cum ſtatim aer diuina virtute in pluuias denſať abſq; naturalibus cauſis, ſicut factum eſt ad preces Samuelis, & Eliæ: & hmōi tenent infimū locum in miraculis. Quælibet tñ horum habēt diuerſos gradus, ſm, quod diuerſimodè excedūt facultatem naturæ. Et per hoc patet ſolutio ad obiecta, q̄ procedūt ex parte diuinæ potētiæ.

QVAESTIO CVI.

Quomodo vna creatura moueat aliā, in quatuor articulos diuiſa.

DEINDE cōſiderādū eſt quomodo vna creatura moueat aliam. Erit aūt hæc conſideratio tripartita, vt primò conſideremus, quomō angeli moueāt, q ſūt creaturæ purè ſpūales. Secūdò, quomō corpora moueant. Tertiò, quomō hoīes, q ſunt ex ſpūali & corporali nā cōpoſiti.

¶ Circa primū tria cōſideranda occurrūt. Primò, quomō angelus agat in angelū. Scđò, quomodo in creaturā corporalem. Tertiò, quomodo in homines.

¶ Circa primū cōſiderare oportet de illuminatione, & locutione angelorum, & ordinatione eorum adinuicem tā bonorum, quàm malorum.

Circa illuminationem quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum vnus angelus moueat intellectum alterius illuminando.

¶ Secūdò, Vtrum unus moueat voluntatem alterius.

¶ Tertiò, Vtrū inferior angelus poſſit illuminare ſuperiorē.

¶ Quartò, Vtrū ſuperior angelus illuminet inferiorem de omnibus, quæ cognoſcit.

ARTICVLVS I.

Vtrum unus angelus illuminet alium.

AD PRIMVM ſic proceditř. Vř ꝙ vnus angelus nō illuminet aliū. Angeli.n. eādē beatitudinē poſſidēt nūc, quam nos in futuro expectamus: ſed tunc vnus hō nō illuminabit alium, ſm illud Iere. 31. Non docebit vltra uir proximū ſuum, & uir fratrem ſuū. Ergo ēt nunc unus angelus non [h] illuminat alium.

¶2 Præt. Triplex eſt lumē in angelis, naturæ, & gratiæ, & gloriæ: ſed angelus illuminať lumine naturæ à creante, lumine gratiæ à iuſtificāte, lumine gloriæ à beatificante, quòd totum Dei eſt. Ergo vnus angelus [h] nō illuminat alium.

¶3 Præt. Lumē ē forma q̄dā mētis: ſed mēs rōnalis à ſolo Deo [h] formať nulla iterpoſita creatura, ut Aug. [†] dicit in li. 83. q. Ergo vn[9] angel[9] ñ illuminat mētē alteri[9].

SED CONTRA eſt, ꝙ dicit Dio.* 8. c. cęl. hierar. ꝙ angeli ſecūdæ hierarchię purgant, & illuminant,

[Commentary, left margin column of right page:]

lū eſt mai[9] alio. Probatur. Miraculum dř nō per comparationem ad diuinam potentiam, ſed facultatem naturæ exceſſiuā. ergo vnū eſt maius alio. Antecedens quo ad primam partem ꝓbatur, quia reſpectu diuinæ potentiæ qdlibet eſt minimum, quod probatur auctoritate Iſaiæ, omiſſa rōne de infinitate potētiæ diuinæ. Quo ad ſecundā uero partē relinquitur per ſe nota, quaſi ꝑ locū à diuiſione. Conſequētia verò ꝓbatur, qa natura ſecūdum triplicem gradum excedi poteſt. Primò ſecūdum ſubſtantiam facti: ſecūdo ſecūdum materiā in qua: & tertio ſcdm modū faciēdi &c. oīa clara ſunt. ¶ Circa primum gradū miraculorum dubiū occurrit, qm hic dicitur, quòd excedētia facultatē naturæ ſecūdū ſubſtantiam facti, tenent ſummū locum in miraculis. ¶ In q̄ſtione autē ad primū pcedentis articuli dictū eſt, quòd creatio & iuſtificatio impij non ſunt propriè miracula, quia non ſunt nata fieri ꝑ cauſas ſecundas. igitur ſi cō hæc ibi aſſignata eſt bona, exceſſus naturæ ſecūdum ſubſtantiam facti minuit rōnē miraculi. ergo non conſtituit ſummum gradū eorum, ut hic dicitur. ¶ Ad hoc dicitur, ꝙ excedentia ſecūdum ſubſtantiā facti ſunt in duplici differētia. Quędā pertinent ad communem influentiā: quædam uerò ad ſpecialem influxum. Pertinentia ad communem influētiam ſunt, & quæ Deus ut primum agens quaſi ſuprema natura facit, ut creatio, conſeruatio, ordinatio uniuerſi, & partium eius non aliter poſſibiliū, q̄ per creationē &c. & quæ Deus ut tale agēs, puta glorificator manifeſtato nobis ordine facit, ut iuſtificatio impij, collatio gratiæ &c. Et hęc merito minuunt rationē miraculi, quia à Deo ſunt non ut ignota cauſa. Et de his dictū eſt in præ-

[Commentary, right margin column of right page:]

cedēti articulo, quòd non ſunt propriè miracula. Et ratio ibi aſſignata, quia. ſ. non ſunt nata fieri ꝑ cauſas ſecundas, optima eſt, ſi ponderetur ly nata fieri, & applicet negatio ad medias cauſas tantum, quaſi diceretur, hæc ſunt de genere eorū, quæ ſunt nata fieri. id eſt, habēt quaſi naturalē curſum in uniuerſo, & nō per medias cauſas ſecūdas. Oportet.n. ad miraculi rationē & quòd ſit pręter cauſas ſecundas, & nō ſit à Deo quaſi ſecūdū naturā, quia ſic eſt cauſa nota, ut tamen ſunt iſta quæ pertinēt ad communem influētiam. Ad ſpecialē autē influxū Dei pertinent, q̄ ſolus pter cauſas ſecūdas ſcdm ordinē ſibi ſoli notū facit &c. & talia excedētia ſecūdū ſubſtantiā facti naturam, ſunt in primo gradu miraculorum, ut tranſubſtantiatio panis in corp[9] Chriſti, & incarnatio verbi &c.

SVPER QV. CVI. ARTIC. I.

Capr. 2. d. 11. q. 2. con. 1. & 4.

Alb. Mag. 2. d. 6. ar. 4.

IN titulo aduerte, ꝙ q̄uis locutio angelorū ſit naturaliter prior illuminatione, qm nihil aliud eſt q̄ locutio qdā illuminatiua, illuminatio tñ ē prior locutione, vt eſt mutatio, atq; gubernationis diuinæ effectus, qm illuminatio ꝑ ſe importat actionē perfectiuā alterius, locutio aūt nō. Et iō hoc in loco prius de illuminatione, q̄ de locutiōe determinať. Pōt quoq; & alia rō huius ordinis reddi, ſ. q; illuminatio eſt naturaliter prior locutione, ſicut naturale aīali, & hoc ſcdm nominis rōnē: quia ſecūdum ſuppoſitionē in tali materia ſecundū ueritatē locutio ſit prior illuminatione. Quæſtiones.n. ordinanť ſecūdū rōnes q̄ſitorū in commu-

[Margin notes, right page:]

Concl.

Concl. ꝑ

Porrect. per totum.

520 2. d. 9. ar. 2. Et d. 11. q. 2. art. 1. Et veri. q. 9. ar. 1. Et 1. cor. 13.

† q. 51. nō pro. à fine, to. 4.

*ca. 8. parum ante mediū & ca. 6. Eccl. hierarch.

& perficiuntur per angelos primæ hierarchiæ.

RESP. Dicēdū, q vnus angelus illuminat aliū.* Ad cuius euidētiā cōſiderandum eſt, q lumē ſm q ad intellectū ptinet, nihil eſt aliud q̄ quædā manifeſtatio veritatis, ſm illud ad Eph. 5. Omne qđ manifeſtat, lumen eſt. Vñ illuminare nihil aliud eſt, q̄ manifeſtationem agnitæ ueritatis alij tradere, ſm quē modū Apoſtolus dicit ad Eph. 3. Mihi omniū ſanctorum minimo data eſt gratia, illuminare oēs, quę ſit diſpēſatio ſacramēti abſcōditi à ſæculis in Deo. Sic igit̃ unus angelus dr̃ illuminare aliū, inquantū ei manifeſtat veritatē, quam ipſe cognoſcit. Vñ Dion.* dicit 7.c. cæl. hierar. q theologi planè mōſtrāt cæleſtiū ſubſtātiarū ornatus à ſupremis mētibus doceri deificas ſciētias. Cū aūt ad intelligēdū duo cōcurrāt, ut ſupra diximus,* ſ. virtus intellectiua, & ſimilitudo rei intellectæ: ſm hæc duo vnus angelus alteri veritatē notā notificare pōt. Primo quidē, fortificando virtutem intellectiuam eius. Sicut.n. virtus imperfectioris corporis confortatur ex ſituali ppinquitate perfectioris corporis, vt minus calidum creſcit in calore ex præſentia magis calidi: ita virtus intellectiua inferioris angeli cōfortat̃ ex conuerſione ſuperioris angeli ad ipſum. Hoc enim facit i ſpiritualib* ordo cōuerſionis, qđ facit in corporalib* ordo localis ppinquitatis. Scđo aūt vnus angelus alteri manifeſtat veritatem ex parte ſimilitudinis intellectæ. Superior.n. angelus notitiā veritatis accipit in vniuerſali quadā conceptione, ad quā capiēdam inferioris angeli intellectus nō eſſet ſufficiēs, ſed eſt ei cōnaturale, vt magis particulariter veritatem accipiat. Superior verò angelus veritatē, quā velociter cōcipit quodāmodo diſtinguit, vt ab inferiori capi poſſit. Et ſic eā cognoſcēdā illi proponit: ſicut ēt apud nos doctores, qđ in ſumma capiunt, multipr̃ diſtinguūt, puidentes capacitati aliorū. Et hoc eſt qđ Dion.* dicit 15.c. cæl. hier. Vnaquæq; ſubſtantia intellectualis datā ſibi à diuiniore vniformē intelligētiā, puida virtute diuidit, & multiplicat ad inferioris ſurſum ductricem analogiam.

AD PRIMVM ergo dicēdum, q omnes angeli, tā ſuperiores

Conclu. in — *C.7. poſt medium. — *q. præceden. ar. 4. — Conclu. p — 326 — *C.15. nō multū remote ante medium.

ſoi, & non ſecūdum ordinem concluſionum decidentārum. In corpore tria. primò ppoſit̃ cōcluſio ſūma affirmatiua. ſ. Vnus angelus illuminat aliū. Scđo determinat qđ ſit illuminare in angelis, & dicit q eſt manifeſtare alij veritatē cognitā. Et pbatur dupliciter, primò ex rōne illuminationis, q̄ habet ex authoritate ad Eph. 5. & trahitur ex rōne luminis aſsignata ad Eph. 5. ſecūdo ex authoritate Dionyſ. 7. cap. cæl. hierarch.

Aduerte hic, q manifeſtare aliqd ignoti contingit dupliciter. Vno mō p ſimplicē pſentationē obiecti, ſicut habens pomū occultatū, proferens illud in mediū, manifeſtat uidentibus. Alio mō p adhibitionē luminis adiuuātis, vt pateat alicui qđ occultum erat, ſicut addēs candelā dr̃ manifeſtare qđ prius ei lumine diſcerni poterat. Manifeſtare primo mō nō eſt illuminare, vt de ſe patet: ſed manifeſtare ſcdo mō eſt illuminare. Vñ in litera ad ſignificādū q illuminare nō eſt quodcunque manifeſtare, dr̃ q illuminare eſt manifeſtationē agnitæ veritatis tradere. vbi expreſſe veniūt pofuit de rōne illuminationis ſ. offerre ueritatē cognitā, & manifeſtationē illi, qđ eſt p lumē adhibitū. Vñ & in hoc differt, vt patebit, locutio angelica ab illuminatione: quia illa obiectum ſimpliciter offert, iſta vero obiectū ſimul cū lumine.

¶Tertio ponit duos modos, q̄bus unus angelus illuminat alium angelū, & ſic ponitur concluſio reſponſiua in ſpeciali bimembris. Vnus angelus illuminat alium angelum & ex parte uirtutis intellectiuæ, & ex parte ſimilitudinis rei intellectæ. Probatur primò prima pars, & ſecūdò ſecunda. Prima pars probatur, & declaratur ſic. Virtus imperfectioris corporis confortatur ex ſituali propinquitate perfectioris corporis, ergo virtus intellectualis inferioris angeli confortatur ex conuerſione ſuperioris angeli ad ipſum: ergo vnus angelus illuminat alium, fortificando uirtutē intellectiuam. Antecedens declaratur exemplariter, in minus & magis calido, conſequentia uerò probatur: quia hoc facit ordo cōuerſionis in ſpiritualibus, quod ordo propinquitatis in corporalibus. Secunda uerò pars probatur ſic. Superior angelus ueritatem ſic uniuerſaliter nouit, ut improportionata ſit inferiori. ergo diſtinguit ut ab inferiori capiatur. ergo illuminat illum ex parte ſimilitudinis rei cognitæ. Antecedens patet ex ſupradictis. Prima conſequentia probatur, quia connaturale eſt inferiori particulari* recipere: & declaratur exēplo apud nos magiſtri & diſcipuli, & confirmatur authoritate Dionyſij. 14. cap. Secunda conſequentia eſt per ſe nota.

¶Circa primā partē cōcluſionis, & eius probatiōnē occurrit dubiū tactū à Durando & Aureolo, conſiſtens in hoc. Cōfortatio iſta aut fit p actionē unius in aliū, aut p cōcurſum amborū ad unū eūdem effectum. Si per actionē, dupliciter pōt intelligi, aut augendo intēſiue lumē intellect*, aut adhibēdo aliqđ nouū lumē. Sed nullo horū modorū pōt uerificari. ergo. Quod.n. ibi nō ſit intēſio luminis, patet ex eo, q lumē ut intellectiuæ, de quo ē ſermo, nō ſuſcipit magis & min*, cū ſit naturalis potē tia naturæ ſubſtabilis. Quòd ēt nō cauſet ibi nouū lumē ſcdm

eſſe intētionale, ut qdā dicūt, ex eo patet, q vnus angel* apud S.T. nō pōt cāre in alio ſpeciē obiecti, quā cō ſit habere eſſe intētionale, & eſſe quodā intētionale lumē. Quod addiſta cōfortatio nō fiat p cōcurſum utriuſq; intellectus ad intelligendū idē, patet dupliciter. Primō ex eo quò impoſſibile eſt duas intellectiuas virtutes creatas eundē actum intelligendi cauſare, cū intellectio ſit actio immanens: nec unū accidens poſſibile ſit eſſe in duobus. Scdo ex eo q ēt in corporalibus vnū agēs nō cōfortat ex cōcurſū alteri* ad idē, niſi ipſum aliquid recipiat ab illo cōcurrēte. Vñ & in litera dr̃, q minus calidū fortificat̃ ex pſentia magis calidi, quia creſcit in calore. ubi ergo ſol* ſit concurſus ad tertiū, nō eſt fortificatio. Similiter nō pōt dubitari de illo ordine cōuerſionis in ſpiritualibus, poſito i litera, qđ ſit iſta cōuerſio, aut ſ. actua i ſerio rē, aut ſolū cōuerſi na ad eundē effectū. & cætera, ut ſupra.

¶Ad hoc dr̃, qđ confortatio & cōfortatio iſta ſit p actionē uni* in aliū, & p concurſum utriuſq; ad idē, nō p modū naturæ ſed artis cooperantis naturę, nō p influxū primū ad agens naturale, ſed per influxum pertinentem ad docentem ut ſic.

¶Ad cuius euidentiā ſcito, q quantū ad ppoſitum ſpectat, differētia inter ea q ſūt à natura, & q ſunt ab arte, nō quarūq;, ſed cooperante naturæ, eſt, q illa ſūt ab agēte extrinſeco, ut patet in generatione rerū naturalium: iſta uerò ſūt partim ab extra, & partim ab intra, ut patet de ſanitate adepta p curā medicorū. Nec eſt dubium quin hoc mō in nobis ſcientia p doctrinā fiat, ut inferius latius patebit. nūc uerò ſupponat̃. Scdo ſcito, q actio docentis ut ſic, non eſt pbere primū aliquod lumē, & deinde offerre ueritatē cognitam, ſed offerre ueritatē cognitam, ut illuminatā. Sic.n. illuminatur intellectus ad uidendā ueritatē illā, & conſequenter fortificatur ex participatione luminis ſuperioris per receptionē illius ueritatis illuminatæ. Veritas aūt illuſtrata eſt, quam lumine intellectuali claret. Claret aūt quum intellectuali lumini penetratur: & ſic de primo ad ultimū, cū aliqd occultū non p ſe abſconditū, ſed pp difficultatē, uel excellētiā &c. ut cognitū proponitur, ut illuſtratum proferrur. Et quis contingat illud nō uideri ab eo, cui offertur, pp debilitatē intellectualis uiſus, eſt quantum in ſe eſt, ut illuſtratū proponitur. Et hæc eſt prima radix illuminationis intellectualis i angelis. Profert enim quiſq; ſuperior inferiori obiectum, ut cognitum & illuſtratum. Et quia ex hoc ſolo non ſequitur ergo profertur obiectum, ut illuſtratum huic inferiori, eo q cognitum à ſuperiore claret ut obiectum ipſius, & nō ut obiectum cuiuſcunq;: ſicut cognitum à magiſtro claret ut obiectum illius, & non addiſcētis plerunq;: ideo cum hac prima radice, concurrit ſecunda, ſcilicet particularizatio cōceptuum habilium ut percipiantur à tali inferiori, ut etiam apud nos contingit. Et ſic dum angelus illuminat alium, regulariter uterque modus illuminationis coniungitur: quoniam & obiectum proponitur illuminatum & proportionatum inferiori, ut participanti hoc nouum lumen, ſed prius natura eſt lumen, quàm diuiſio. Et

q̄ inferiores immediatè vident Dei eſſentiā: & quātum ad hoc vnus non docet aliū. De hac.n. doctrina propheta loquit̃: vnū dicit, Nō docebit vir fratrē ſuū dicēs, Cognoſce dominū. Oēs.n. cognoſcēt me à minimo eorum vſq; ad maximū. Sed rationes diuinorum operum, quę in Deo cognoſcuntur ſicut in cā, oēs quidem Deus in ſeipſo cognoſcit, quia ſeipſum comprehendit: aliorum vero Deum videntiū tāto vnuſquiſq; in Deo plures rōnes cognoſcit, quāto eū pfectius videt. Vñ ſuperior angelus plura in Deo de rōnibus diuinorum operum cognoſcit, q̄ inferior, & de his eū illuminat.* Et hoc eſt qđ dicit Dio.* 4.ca. de di. no. q angeli exiſtentium illuminantur rationibus.

AD II. dicēdū, q vnus angelus nō illuminat aliū tradēdo ei lumē naturæ, vel grã, vel glię, ſed confortādo lumē naturale ipſius, & manifeſtādo ei veritatē de his, q̄ ptinēt ad ſtatū naturæ, & grã, & glĩæ, vt dictū eſt.*

AD III. dicendū, q rōnalis mēs format̃ immediatè à Deo vel ſicut imago ab exēplari, qa nō eſt facta ad alteri* imaginē q̄ Dei: uel ſicut ſubiectū ab vltima forma cōpletiua: qa ſemp mens creata reputat̃ informis, niſi ipſi primę veritati inhęreat. Aliæ vero illuminationes, quæ ſūt ab hoīe, vel angelo ſūt quaſi diſpoſitiōes ad vltimā formā.

ARTICVLVS II.

Vtrum unus angelus poſſit mouere voluntatem alterius.

AD SECVNDVM ſic pcedit. Vr̃ qđ vnus angelus poſſit mouere volūtatē alteri*. Quia ſm Dionyſ. ſicut vnus angelus illuminat alium, ita* purgat & pficit, vt patet ex authoritate ſupradicta:* purgatio & perfectio videntur ptinere ad voluntatem. nam purgatio vr̃ eſſe à ſordibus culpæ, quæ ptinet ad uoluntatē: perfectio āt uidetur eſſe per conſecutionem finis, qui eſt obiectum uoluntatis. ergo unus angelus poteſt mouere uoluntatem alterius.

¶2 Prę. Sicut Dion.* dicit 7. cap. cæl. hier. nomina angelorū deſignant eorū proprietates. Seraphim.n. incendentes dicuntur. aut calefacientes, quod eſt per amorem qui ad uoluntatem, ptinet. unus ergo angelus mouet uoluntatem alterius.

¶3 Præt. Phil. dicit in 3. de Aīa.* q appetitus ſuperior mouet appetitū inferiorē: ſed ſicut intellectus angeli ſuperioris ſuperior eſt, ita ēt appetitus. ergo uidetur q ſuperior angelus poſſit immutare uoluntatem alterius.

SED CONTRA. Eius eſt immutare uolūtatē, cuius eſt iuſtificare, cū iuſtitia ſit rectitudo uolūtatis: ſed ſolus De* eſt q iuſtificat. ergo unus angelus ñ poteſt mutare uoluntatē alterius.

RESPON. Dicendum, q ſicut ſupra dictum, eſt* uoluntas immutatur dupliciter: uno mō ex parte obiecti: alio mō ex parte ipſius potētiæ. ex parte qdē obiecti mouet uoluntatem, & ipſum bonum quod eſt uoluntatis obiectū, ſicut appetibile mouet appetitū: & ille q demōſtrat obiectū, puta q demōſtrat aliqd eſſe bonū. Sed ſicut ſupra dictū eſt,* alia quidem bona aliqualiter inclinant uoluntatem, ſed nihil ſufficiēter mouet uolūtatem: niſi bonū vlē, quod eſt Deus. Et hoc bonum ſolus ipſe oſtēdit, ut per eſſentiam uideat̃ à beatis, qui dicenti Moyſi, Oſtēde mihi gloriam tuā, rñdit, Ego oſtēdam tibi oē bonum, ut habetur. Ex. 33.* Angelus ergo non ſufficienter mouet uoluntatem neq; ut obiectum, neq; ut oſtēdēs obiectū: ſed inclinat eam,* ut amabile quoddā, & vt mani-

531 — *ca.4. nō multū a pncipio. — *In corp. art. — Perreſſa per totum. — 521 — 1.2.q.9.a.4. Et 3. cō. tra ca. 88. & 89. — *Ar. præced. ad argumen. ſed contra. — *ca.7. cæl. hierar. in princi. & ca. 8. circa pricipiū. — *Lib.3. de aīa textu. 59. to. 2. — *q. præce. art.4. — *q. præce. art.4. — Concl. ſp

Et illud ſe tenet ex parte vis intellectiuæ. Eſt.n. intellectus ex illo, nō ſolū potens ad hoc percipiendū, ſed alia, ad q̄ prius non ſe extendebat: hoc āt ſe tenet ex parte ſpeciei. ſ. cōceptus. Et per hoc iā patet pōt tāſio ad obiecta: ſuperior.n. angelus cōuertit ſe ad inferiorē eo mō quo doctor ad diſcipulū, ſubiata tū diſcurſ* imperfectione. Hæc āt conuerſio nō cōſiſtit in actione, aut cōcurſu p modum naturę, vt obiectiones procedunt ſed in actione in aliū p modū artis cooperatiuæ naturę. Et eſt in ſuperiore actiua ordinatio cōceptus ppriij illuſtratis & cōmenſurantis rē cōceptā inferiori. In inferiore verò eſt applicatio intellectus ſui ad formādū in ſe cōceptum correſpondentem ōnſo conceptui de eadē re. ſic.n. participat ſuperioris lumen p modū diſcipuli. Sic quodā modo fit in inferiore nouū lumen pp participatione pdictā, qua red dicta potentia illuminatur, actu illuminatur. Sic quodāmodo lumen inferioris intenditur, quia efficacior fit ad intelligendum, nō q ſit ppria intenſio. Sic quodammodo eſt diuorū concurſus ad tertium: q quanto doctor nihil prius dat diſcenti ſed ad formandū in ipſo diſcēte cōceptū uerū, pprium & clarum, & de talia ſiut conceptū cōuertit & ordinat. Hoc.n. mō ſpūalia cōnnuant, & cōfortanē continuatione, & creſcunt, & non p pud aliquid adipiſci, vt corporalibus cōtingit. Hæc ſi nō credis, lege qſt. 9. de ueritate artic. 1.

SVPER QV. CVI. ART. II.

Fert. 3. cont. c. 88. 89.

Titulus clarus. Poſſit, intelligitur de potentia ſufficiente, alioquin nō dr̃ poſſe niſi ſecundum quid. ¶In corpore vna concluſio ſūma quæſito negatiuè. Vnus angelus nō pōt mouere volūtatē alterius. Probat̃ hæc cōcluſio tali ordine. primo diſtinguitur ly mouere uoluntatem in duo mēbra, ſcdo probat concluſio quo ad primū membrum: & tertio quo ad ſcdm. Diſtinctio eſt. Volūtas pōt moueri dupliciter ex parte obiecti, & ex parte potentiæ. Et rurſus ex parte obiecti eſt duplex mouēs, ipſum obiectū, & oſtendens obiectū. Oīa ſunt clara ex ſupradictis. Probatio cōcluſionis quo ad primū mēbrū cōtinet duo, primo qđ nō poſſit. ſ. q

vnus angelus nō pōt mouere volūtatē alterius ex parte obiecti & arguit ſic. Bonū vniuerſale tñ mouet ſufficienter volūtatē obiectiuè, & hoc à ſolo Deo oſtēdit: ergo vnus angel* nō pōt uolūtatē obiectiuè mouere. Cōſequentia nota eſt: & añtecedēs quo ad primā partē pbatum fuit ſuperius quo ad ſcdam verò inſinuat̃ pbatio rōne, & authoritate. Rō eſt, qa ſolus Deus ſufficit pſens facere obiectū beatitudinis. ſ. Deū, vt p eſſentiā videdū. Authoritas. Ego oſtēdam tibi oē bonum. Scdo continet qđ poſſit angelus ex hac parte. ſ. q pōt inclinare volūtatē vtroq; mō. ſ. vt amabile, & ut oſtēdēs amabile: quia eſt quoddam bonū, quo ad primū & qa pſuadere, quo ad ſcdm.

¶Probatio vero concluſionis quoad ſecūdā partē. ſ. uoluntas nō pōt ex parte potētię ab angelo, ſed à ſolo Deo moueri eſt. ſolus Deus eſt author naturæ intellectualis ergo ſol* ipſe tribuit potētiā uolēdi. ergo ſolus pōt immutare inclinationē illius in uolitū. ergo ſolus poteſt immutare operationē uolūtatis. ergo ſolus pōt mouere eā ex parte potētię. Antecedens ſupponit̃ ex dictis. Prima cōſequentia relinquit̃ p ſe nota. Scda uero pbat̃, qa ſolus author naturæ, quā ſequit̃ inclinatio naturalis, pōt illā inclinationē mutare. ergo ſolus author intellectualis naturæ, quā ſequit̃ inclinatio uolūtatiua, pōt illā mutare. Tertia uero cōſequentia pbat̃, qa operatio uolūtatis nihil aliud eſt, q̄ inclinatio uoluntatis in uolitum. Vltima uero cōſequentia relinquitur per ſe nota.

¶Circa hanc rationē dubium occurrit. Quia quæſtio eſt de motione uoluntatis ad actum proprium probatio autem procedit de motione uoluntatis ad actum extraneum, procedit.n. de mutatione inclinationis actualis ipſius uoluntatis. Vñ ſi dicet quiſpiam, q licet ſolus Deus poſſit uariare inclinationē uoluntatis: angelus tñ mouere ipſam uoluntatem ad aliquas ſuarum inclinationum actualium poteſt. Ad hoc dupliciter dici poteſt. Primo negando, q probatio literæ loquitur: de uariatione uoluntatis à ppria operatione ad extraneum. Dicam.n. q probatio fundatur ſuper hoc tantum, q operatio per modum inclinationis à nullo extrinſeco in eſſe pōt, niſi à datore virtutis.

ris. Hæc.n. eſt diffa inter operationẽ abſolutã, & operationẽ p modum inclinationis cõuenientẽ, q. illa ab extra eſſe poteſt, iſta ñ. Exẽplũ. Graue põt deſcẽdere & aſcẽdere: ſed aſcendere nõ ineſt ſibi vt inclinatio, ſed deſcẽdere ſic, & iõ graue à nullo extrinſeco põt p ſe moueri deorſum, niſi à generante. Sub hac ꝓpoſitione poſita in littera in illis verbis, Inclinationẽ ſolus pt mutare, qui dat virtutem &c. poſita eſt minor, immò ꝓpoſita .ſ. q; oīs operatio voluntatis cõuenit ei vt inclinatio: q̃a velle nihil aliud eſt q̃ inclinatio actualis volentis in volitũ. Igit̃ voluntas nõ põt educi de potẽtia ad actũ volẽdi ex parte potẽtiæ ab aliquo extrinſeco, niſi à datore voluntatis: & hæc rõ cõuincit intellectũ, & eſt p ſe nota. Cõſtat.n. q; moueri ad actualem inclinationẽ, vt ſic, nõ niſi à ſe, aut à ſui factore, à quo habitualẽ hẽt inclinationẽ, eſſe põt: inclinationis.n. rõnem hẽre nõ põt reſpectu alicuius, qđ ab extra venit. Siqs ãt cõtendat ex ſupficie litteræ & non ex rõne inclinationis, ſed variatione inclinationis, proceſſum hũc interpretandũ oĩno vult, põt dari ſecũ rñſio dicendo q; q̃a eiuſdẽ rõnis eſt moueri appetitũ aliquẽ ex parte potẽtiæ ad ſuũ actũ naturalẽ, & moueri ad oppoſitũ: iõ ex negatione potẽtiæ mouẽtis ad oppoſitũ, optimè infert̃ negatio potentiæ motiuæ ad actualẽ inclinationem. Qđ ãt eiuſdem rõnis ſit moueri ex parte potẽtiæ ad ꝓpriã inclinationẽ, & variare inclinationẽ, ex eo patet, qđ variari inclinationẽ nõ põt niſi variata virtute, quã ſequitur inclinatio. Nõ.n. põt imaginari qđ variet̃ inclinatio lapidis reſpectu motus localis, niſi facta mutatione circa grauitatem: ſtãte.n. illa, ſemp motus deorſum ſequit̃, vt inclinatio. Alij ãt motus pñt qdẽ eſſe in eiſe, ſed nõ vt inclina

Conclu. p
513 / 625
*Ar. pce.
D. 540.
*Ca. 6. eccleſ. hierar. par. 3. inter mediũ & fin.
* In cor. art.
Porrecta per totum 522
2. d. 9. ar. 2. Et veri. q. 9. ar. 4.

feſtis aliqua bona creata ordinata in Dei bonitatẽ: & p hoc icli F nare pt ad amorẽ creaturę, vel Dei p modũ ſuadentis. Ex parte verò ipſius potẽtiæ volũtas nullo mõ pt moueri niſi à Deo. Operatio.n. volũtatis eſt inclinatio q̃dã volentis in volitum. Hãc aũt inclinationẽ ſolus ille immutare põt, q virtutẽ volẽdi creaturæ cõtulit: ſicut & naturalẽ inclinationẽ ſolũ illud agẽs põt mutare, qđ põt dare C virtutẽ, quã cõſequit̃ inclinatio naturalis. Solus ãt Deus eſt, q potẽtiã volendi tribuit creaturę q̃a ipſe ſol⁹ Deus ẽ author ĩtellectualis naturæ. Vñ angel⁹ volũtatẽ alteri⁹ mouere ñ põt.

Ad primvm ergo dicẽdũ, q; ſm modũ illuminationis eſt accipiẽda & purgatio, & pfectio. Et q̃a De⁹ illuminat immutãdo ĩtellectũ & volũtatẽ, purgat à defectib⁹ intellect⁹ & volũtatis, & pficit in finẽ intellectus & voluntatis: angeli ãt illuminatio refertur ad intellectũ, vt dictũ eſt: iõ ẽt purgatio angeli intelligitur à defectu ĩtellectus q eſt neſcia pfectio ãt eſt cõſummatio in finẽ intellectus, q eſt veritas cognita. Et hoc eſt quod dicit Dion. *6. cap. eccl. hierar. q; in cœleſti hierarchia purgatio eſt in ſubſtantijs & eſſentjs tanquã ĩgnotorũ illuminatio imperfectiorẽ ſciẽtiã inducẽs. Sicut ſi dicamus viſũ corporalẽ purgari, inquãtũ remouent̃ tenebræ: illuminari vero inquantum pfundit̃ lumine: pfici vero, ſm quòd perducitur ad cognitionem colorati.

Ad II. dicẽdũ, q; vnus angelus poteſt inducere alium ad amorem Dei per modum perſuadẽtis, vt ſupra dictum eſt*.

Ad III. dicẽdũ, qđ Philus loqtur de appetitu inferiori ſenſitiuo, q põt moueri à ſuperiori intellectiuo, q̃a ptinet ad eãdẽ naturã aiæ & q̃a inferior appetitus eſt virtus ĩ organo corporali, qđ ĩ angelis locũ ñ hẽt.

Articvlvs III.

Vtrum angelus inferior ſuperiorem illuminare poſſit.

Ad tertivm ſic proceditur. Vr̃ q; angelus inferior ſuperiorem illuminare poſſit. Eccleſiaſtica.n. hierar. deriuata ẽ à cęleſti, & eã repſentat, vñ & ſuperna Hieruſalẽ dĩ mater noſtra Gal. 4. Sed in Eccleſia ẽt ſuperiores illuminant̃ inferioribus & docent̃, ſm illud Apoſtoli 1. ad Cor. 14. Poteſtis oẽs p ſingulos ꝓphetare, vt oẽs diſcant, & oẽs exhortent̃. Ergo & in cæleſti hierachia ſuperiores ab ĩferiorib⁹ pñt illuminari.

¶ 2 Præt. Sicut ordo corporaliũ ſubſtãtiarũ depẽdet ex Dei voluntate, ita & ordo ſubſtãtiarũ ſpũalium: ſed ſicut dictũ eſt, Deus q̃nq; pter ordinẽ ſubſtãtiarũ corporaliũ operat̃. ergo ẽt operat̃ pter ordinẽ ſpũaliũ ſubſtantiarũ illuminando inferiores, nõ p medios ſuperiores. Si ergo inferiores, illuminati à Deo pñt ſuperiores illuminare.

¶ 3 Præt. Vnus angelus alium illuminat, ad quẽ ſe cõuertit, vt H ſupra dictũ eſt*: ſed cũ iſta conuerſio ſit volũtaria, põt ſupremus angel⁹ ad infimũ ſe cõuertere medijs ptermiſſis. Ergo pt eũ immediatè illuminare, & ita poteſt illuminare ſuperiores.

Sed contra eſt, q; Dion.* dicit hãc legẽ eſſe diuinitatis immobiliter firmatã, vt inferiora reducãtur in Deũ p ſuperiora.

Resp. Dicẽdũ, q; inferiores angeli nunq̃ illuminãt ſuperiores: ſed ſemp ab eis illuminant̃. I Cuius rõ eſt, q̃a ſicut ſupra dictũ ẽ*: ordo cõtinet̃ ſub ordine ſicut cã cõtinet̃ ſub cã. Vñ ſicut ordinat̃ cã ad cãm, ita ordo ad ordinẽ. Et iõ nõ ẽ inconueniẽs ſi aliq̃n aliqd fiat pter ordinem inferioris cauſæ ad ordinandũ in ſuperiorẽ cãm: ſicut in rebus humanis ptermittit̃ mandatũ pſidis, vt obediatur principi. Et ita cõtingit, vt pter ordinẽ naturæ corporalis aliqd Deus mi K raculoſè operet̃ ad ordinandũ hoĩes in eius cognitionem. Sed prætermiſſio ordinis q debetur ſpũalibus ſubſtãtijs, in nullo pertinet ad ordinationem hominum in Deum, cum operationes angelorũ nõ ſint nobis manifeſtę, ſicut operationes viſibiliũ corporũ. Et ideò ordo, q cõuenit ſpũalib⁹ ſubſtãtijs, nũquam à Deo prætermittit̃ quin ſemper inferiora moueantur per ſuperiora, & non econuerſo.

Ad primvm ergo dicẽdũ, q; eccleſiaſtica hierarchia imitat̃ cæleſtẽ aliqualiter, ſed non perfectè: cõſequit̃ ei⁹ ſimilitudinẽ. In cæl.n. hierarchia te

tio actualis. & rõ eſt in pmptu: q̃a inclinatio actualis ſeq̃t habitualẽ, & ẽ ab ea: ideõq; nõ põt actualis variari, niſi variata habituali. Conſtat ãt qđ variare habitualẽ inclinationẽ eſt datoris naturæ, cuius ẽ illa virtus. Vñ nõ variat̃ inclinatio terræ, niſi tranſmutata terra de graui i leuẽ, qđ ſine ſubſtãtiali tranſmutatione fieri nequit. Mutare igit̃ inclinationẽ ẽt actualẽ non põt niſi dator virtutis pp neceſſariã connexionẽ inter actualẽ inclinationem & habitualẽ, quia ꝓhibet̃ agens extrinſecũ attingere inclinationẽ actualem, niſi media habituali. Hæc ſi eſt rõ, q̃re ex inſecũ agẽs nõ põt ducere appetitũ aliquẽ de potentia ad actũ ſcdm ſuũ, q̃a actus ille ineſt vt inclinatio, inclinatio autẽ ſic non põt ex parte potentiæ attingi, niſi media inclinatiõe habituali, ac p hoc ſi aliquod extrinſecũ põt educere p ſe habitualem inclinationẽ ĩ actualẽ, oportet q; poſſit dare talẽ habitualẽ inclinationem: & ſic patet q̃n prædictus proceſſus valet. Prima tamen expoſitio breuior & formalior eſt.

*q. præd. ar. 6. & 7.
*Ar. 1. huius queſt.
*Ca. 5. eccle. hierar. in titulo de ſacerd. perfectionibus in principio.
Conclu. m
* q. præd. ar. 6.

Svper Qv. CVI. Art. III.

Titulus clarus. Poſſit, potentia naturali & ordinaria, non de potentia Dei abſoluta eſt q̃o.

¶ In corpe vna cõcluſio reſponſiua negatiuẽ. Angeli inferiores nõ illuminãt ſuperiores, ſed cõtra. Hæc cõcluſio cõuenienter regulatẽ ordinẽ inter illuminatũ & illuminãtem, q̃a ſuperiores ſunt illuminãtes, inferiores vero illu

illuminant: & varietas talis ordinis in lynũq̃ & ly ſp. Ex quo ad vtrũq; ordinatẽ ꝓbatur in lra. Primò quo ad primũ q̃a ſicut cã ad cãm, ita ordo ad ordinẽ: ergo ſicut cã cõtinet ſub cã, ita ordo ſub ordine cõuenit. Deinde quo ad ſcdm ſi ꝓtermiſſio ordinis ſecũdarũ rum eſt pp ordinandũ hoĩem i cognitione Dei: ſed ptermiſſio ordinis in angelis nõ ptinet ad ordinandũ hoĩem in cognitione Dei. ergo ptermiſſio in angelis nũq̃. Antecedens includit duo, [illegible] ptermiſſio ordinis ſcdarũ cãrũ ſit pp ordinẽ ad primã cãm, & quod ſit pp talem ordinem, ſ. manifeſtationes Dei ad hoĩes: & quo ad vtrũq; probat̃. Quo ad primum duplicit̃, ſ. rõne, q̃a ordo inferioris à ſuperiori mutari põt, exẽplo in humanis principatibus. Quo ad ſcdm vero, quia in corporalibus cauſis hãc ſolã rõnẽ videmus. Minor uero probat̃, quia operationes angelorũ nõ ſunt nobis manifeſtę. Aduerte q; tota hęc rõ fundata eſt ſuper hoc, q; operationis miraculoſę finis eſt veritatis cognitio, & aſſertionis humanæ ad Deum, iuxta illud Apoſt. Vnicuiq; datur manifeſtatio ſpũs ad vtilitatẽ: & ſubdit̃ alij de miraculis, vt ſuperius dictũ eſt. Conſtat.n. ex dictis in q̃one pcedẽti q; operatio Dei pter ordinẽ naturalẽ, ad miracula ſpectat. vnde in 3. cõtra Gen. in calce. 99. c. quantũ valeat hæc ratio.

*In corp. 34.
Porrecta per totam
523
2. d. 9. ar. 2. Et d. 11. q. 2. ar. 1. Et verit. q. 9. ar. 1.
*Ca. 12.
*cap. 7. a med.
In Hom. de centũ ouibus, & eſt 34. in euange. a medio.
*cap. 4. a medio illius.

Svper Q. CVI. Art. IIII.

Scot. 2. 5. d. 9. q. 2.
Riccar. 2. 5. d. 9. q. 2.
Mairo. 2. 5. d. 12. q. 2.
Duran. 2. 5. d. 11. q. 3.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo. Primò concluſio reſponſiua quæſito affirmatiuè. Secundò, oſtendit differentiam remanentem inter illuminantem & illuminatum. ¶ Quoad primũ, concluſio rñſiua eſt. Angeli ſuperiores illuminãt inferiores de oĩb. quæ nouerunt. Probatur. Oẽs creatu

ta rõ ordinis eſt ex ꝓpinq̃tate A ad Deũ. Et iõ illi q ſunt Deo ꝓpinquiores, ſũt & gradu ſublimiores, & ſcĩa clariores: & pp hoc ſuperiores nunq̃ ab ĩferiorib. illuminant. Sed in eccleſiaſtica hierarchia iterdũ q ſũt Deo per ſctitatẽ ꝓpinquiores, ſũt gradu ĩfimi, & ſcĩa ñ eminẽtes: & q̃dã ĩ uno ẽt ſm ſciam eminẽt, & in alio deficiũt. Et pp hoc ſuperiores ab inferiorib. doceri pñt.

Ad secvndvm dicẽdũ, q; nõ D ẽ ſilis rõ de hoc, q; De⁹ agat pter ordinẽ naturę corporalis & ſpũalis, ut dictũ ẽ*. vñ rõ ñ ſeq̃t.

Ad tertivm dicẽdũ, q; angel⁹ uolũtate cõuertit̃ ad aliũ angelũ illuminãdũ: ſed uolũtas angeli ſp regulat̃ lege diuina, q̃ ordinem in angelis inſtituit.

Articvlvs IIII.

Vtrum angelus ſuperior illuminet inferiorem.

Ad qvartvm ſic ꝓcedit̃. Vr̃, C q; angel⁹ ſuperior nõ illuminet ĩferiorẽ de oĩb. q̃ ipſe nouit. Dicit.n. Dion.* 12. c. cæl. hie. q; angeli ſuperiores hñt ſciam magis uẽem: iferiores uerò magis particularẽ & ſubiectã: ſed hpla cõtinent ſub ſcĩa uñi, q̃ ſub particulari. Ergo nõ oĩa q̃ ſciũt ſupiores angeli, cognoſcũt iferiores p ſupiorũ illuminationẽ.

¶ 2 Præ. Magiſter dicit i 11. di. 2. ſen. q; ſuperiores angeli cognouerũt à ſeculis myſteriũ icarnationis: iferiorib. uerò ignotum fuit uſquequo cõpletũ ẽ. Qđ vr̃ p hoc, q; qbuſdã angelis q̃rẽtibus, Quis eſt iſte rex gr̃æ, quaſi ignorãtib. alij rñdẽt quaſi ſcientes: Dñs uirtutũ ipſe eſt rex glorię, vt Dion.* exponit 7. ca. cęl. hier. Hoc aũt nõ eẽt, ſi ſuperiores angeli illuminarẽt iferiores de oĩb. q̃ ipſi cognoſcũt. Nõ ergo eos illumiñt de oĩb. ſibi notis. E

¶ 3 Præ. Si oĩa ſuperiores angeli iferiorib. annũtiãt q̃ cognoſcũt, nihil ĩferiorib. ignotum remanet, qđ ſupiores cognoſcãt. Nõ ergo de cętero ſuperiores poterũt illuminare iferiores: q; vr̃ icõueniẽs. Nõ ergo ſuperiores de oĩb. inferiores illuminãt.

Sed contra eſt, q; Greg.* dicit, q; in illa cęleſti patria licẽt q̃dã data ſint excellẽter, nihil tñ poſſidet̃ ſinglr. Et Dio. ĩdi cit 15. c. cęl. hier. q; unaquęq; cęleſtis eẽntia ĩtelligẽtiã ſibi à ſuperiori datã ĩferiori cõicat, vt patet ex authoritate ĩ̃ ĩducta.*

Respon. Dicẽdũ, q; oẽs creaturæ ex diuina bonitate participant, ut bonũ quod hñt, in alia diffundãt: nã de rõne boni ẽ, q; ſe alijs cõicent. Et indè eſt ẽt, q; agẽtia corporalia ſſitudinẽ ſuã alijs tradũt, q̃tũ poſe eſt. Quãtò igit̃ aliqua agẽtia magis in par D ticipatione diuinę bonitatis cõſtituunt̃, tãtò magis pfectiones ſuas nitunt̃ in alios trãsfundere q̃tũ poſe eſt. Vñ Be. Pet. monet eos, q diuinã bonitatẽ p gr̃am participãt, dicẽs 1. Pet. 4. Vnuſquiſq; ſicut accepit gr̃am, in alterutrũ illã adminiſtrãtes, ſicut boni diſpẽſatores multiformis gr̃æ Dei. Multò igit̃ magis ſcĩ angeli, q ſunt in pleniſſima participatiõe diuinę bonitatis, q̃cq̃d à Deo pcipiũt ſubiectis impartiunt̃: nõ tñ recipit̃ ab inferiorib. ita excellẽter, ſicut eſt in ſuperiorib. Et iõ ſuperiores ſp remanẽt in altiori ordine, & pfectiorẽ ſciam hñtes. Sicut vnã & eãdẽ rẽ pleni⁹ ĩtelligit magiſter, q̃ diſcipul⁹ q ab eo addiſcit.

Ad primvm ergo dicẽdũ, q; ſuperiorũ angelorum ſcĩa dr̃ eſſe uñior quantum ad eminentiorem modum intelligendi.

Ad secvndvm dicendũ, q; verbũ Magiſtri ſic eſt intelligẽdũ, q; inferiores angeli penitus ignorauerint myſteriũ incarnationis, ſed q̃a non ita plenè cognouerũt ſicut ſu piores: & i eius cognitione poſtmodum fecerunt, dum illud myſterium impleretur. b 328

Ad tertivm dicẽdũ, q; uſq; ad diẽ iudicij ſp noua aliqua ſupremis angelis reuelantur diuinit⁹ de his, quæ pertinent ad diſpoſitionem mundi, & præcipuè ad ſalutem electorum. Vndè ſemper remanet, vñ ſuperiores angeli inferiores illuminẽt.

ræ ex diuina bonitate participant, ut bonũ quod hñt, in alia diffundant, ergo pro quanto aliqua agẽtia magis participant diuinã bonitatem, tantò magis nitunt̃ trãſfundere in alios perfectiones ſuas. ergo ſancti angeli quicq̃d à Deo percipiunt ſubiectis impartiuntur. Antecedẽs probat̃ dupliciter. Primò, quia de ratione boni eſt, quòd ſe alijs communicet. Secundò, ab effectu, quia agentia corporalia quantum poſſunt aſſimilant ſibi alia. Prima verò conſequentia patet ex ſe: iuxta illud, ſicut ſimpliciter ad ſimpliciter. Et nihilominus confirmatur authoritate Petri Apoſtoli. Secunda autem probatur, quia ſancti angeli ſunt in pleniſſima participatione diuinæ bonitatis. Quo ad ſecundũ differentia reſtãs cõſiſtit in modo ſciendi, & in una concluſione ponitur, ſcilicet ſuperiores ſemper remanent in altiori ordine, & perfectiorem ſcientiam habentes. Probatur, quia inferiores non recipiunt, ita excellenter: & declaratur in magiſtro & diſcipulo.

*Ar. 1. huius queſt. ar. ſeq. cõ.
Concl. m

QVAESTIO CVII.

De locutionibus angelorum, in quinque articulos diuiſa.

Deinde conſiderandũ eſt de locutionib⁹ angelorũ. Et circa hoc quæruntur quinque.

¶ Primò, Vtrum unus angelus loquatur alio.

¶ Sed ò, Vtrũ iferior ſuperiori.

¶ Tertiò, Vtrum angelus Deo.

Svper Qv. CVII. Art. I.

S. Bona. 2. 5. d. 10. q. 1. art. 3.
Scot. 2. 5. d. 9. q. 2.
Riccar. 2. 5. d. 9. q. 1.
Mairo. 2. 5. d. 9. 10. 11. queſt. 1.
Aegid. 2. 5. diſt. 10. q. 3. art. 1.
Capr. 2. d. 11. q. 1. con. 1. & 2.
Alb. Mag. 2. diſtin. 9. artic. 13.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna concluſio reſponſiua q̃ſito affirmatiuè, In angelis

gelis eſt aliqua locutio. Hanc concluſionem poſtquam ꝓpoſuit, oſtendit ꝗ ſit difficilis penetratu ex authoritate Greg. ac deinde probat, & declarat ſimul ſic. Manifeſtare proprium cõceptum mentis alteri, eſt loqui alteri: ſed ordinare proprium cõceptum ad manifeſtandũ alteri, eſt manifeſtare proprium conceptũ mentis alteri: ergo ordinare conceptum ad manifeſtandum alteri, eſt loqui: ſed angeli ordinant quoſq; ſic ſuos conceptus: ergo loquuntur. Maior eſt per ſe nota: prædicatum n. in diffinitum de diffinitione. Minor uerò declaratur, & probatur. Declaratur quidem oſtendendo q̃d importat ordinare cõceptum ad alterum indicatum iuxta ſingulas partes. Ordinare eſt actus uoluntatis, probatur, quia uoluntas mouet intellectũ ad actũ conceptum ad alterũ: tripliciter põt intellectum inueniri in intelligente, habitualiter, actualiter, & relatum ad extra ut percipiatur: quia dupliciter põt referri ad extra, ſ. ad faciendũ, vt patet in practicis, vel ad manifeſtandũ, ut patet in loquente. Probatur uero tripliciter. Primò, quia tranſlatio conceptus de habitu in actum, eſt loqui ſibiipſi, ut patet ex verbi rõne æternũ formari. ergo. Secundò, quia ex ipſa ordinatione ad manifeſtandũ in hoc eſt alteri ergo. Cæterũ nõ egẽt declaratione, cũ conſtet angelos eſſe intellectualis naturæ, & in eis eſſe potẽtiã, & actum, & veritatẽ contemplationum & uoluntatem &c.

Porrecta per totum 524 d. 11. q. 1. art. 3. Et verit. q. 9. art. 4. 5. & 7. Et 1. co. in 14.

* Lib. 18. Mora. ca. 5. in fine.

Conclu. in

* Li. 2. Moral. cap. 5. parum a principi.

* q. 82. ar. 3 c. 4.

¶ Circa minorem, & eius probationem aduerte, q. 82. & 10. & ſequentes, naturam intellectualem putant modo aliarum rerum indicãtes, negant hoc & uolunt, loqui cõſiſtere in cauſatione intellectionis in audiente, deſtruũtq; ordinem naturæ, ponentes inferiorẽ agere in ſuperiorem, & ſingulare audiendum differre a minime quia

* Li. 10. de tri. c. 3. 8. 4. & 10. tomo 3.

¶ Quarto, Vtrum in locutione angeli aliquid diſtantia localis operetur.

¶ Quartò, Vtrum locutionem vnius angeli ad alterum omnes cognoſcant.

ARTICVLVS I.

Vtrum unus angelus alteri loquatur.

AD PRIMVM ſic ꝓceditur. Videtur, q̃ vnus angelus alteri non loquatur. Dicit. n. Greg.* 18. Mora. q̃ in ſtatu reſurrectionis vniuſcuiuſq; mẽtẽ ab alterius oculis membrorũ corpulẽtia nõ abſcõdit: multò igitur minus mẽs unius angeli abſcõdit ab altero: ſed locutio ẽ ad manifeſtãdũ alteri q̃ latet in mẽte. Nõ igitur oportet q̃ unus angelus alteri loquatur.

¶ 2 Præt. Duplex eſt locutio. Interior, p q̃ aliquis ſibiipſi loquitur: & exterior, per q̃ aliquis loquitur alteri. Exterior aũt locutio fit per aliquod ſenſibile ſignũ, puta uoce, uel nutu, vel aliquo corporis mẽbro, puta lingua, vel digito: q̃ angelis cõpetere non põt. Ergo unus angelus alteri nõ loquitur.

¶ 3 Præt. Loquens excitat audiẽtẽ, ut attẽdat ſuæ locutioni: ſed nõ vr̃ q̃ unus angelus excitet aliũ ad attẽdẽdũ. hoc. n. fit apud nos aliquo ſenſibili ſigno. Ergo unus angelus non loquitur alteri.

SED CONTRA eſt, quod dr̃ 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar, & angelorum.

RESPONDEO Dicendũ, q̃ in angelis ẽ aliqua locutio. Sed, ſicut dicit Gre.* 2. Mor. Dignũ eſt ut mẽs nr̃a qualitatem corporeæ locutionis excedẽs, ad ſublimes atq; icognitos modos locutionis intimæ ſuſpẽdat. ¶ Ad intelligendũ igitur qualiter unus angelorũ alij loquatur, cõſiderandum eſt, q̃ ſicut ſupra diximus,* cũ de actibus & potentijs aīæ ageretur, uoluntas mouet intellectũ ad ſuã operationẽ. Intelligibile aũt eſt in intellectu tripliciter. Primò, quidem habitualiter, uel ſm memoriã, vt Aug.* dicit. Secũdo aũt ut in actu conſideratũ, vel cõceptũ. Tertio, vt ad aliud relatum. Manifeſtũ eſt aũt, q̃ de primo gradu in ſm transfert intelligibile per imperiũ uolũtatis. Vñ in diffinitione habitus dr̃, quo q̃s vtitur cum voluerit. Similiter aũt de ſecundo gradu transfert in tertiũ per uoluntatem. Nã p uoluntatẽ cõceptus mentis ordinatur ad alterũ, puta, uel ad agendũ aliquid, uel ad manifeſtadũ alteri: Qñ aũt mens cõuertit ſe ad actu conſiderandũ, quod hẽt in habitu, loquitur aliquis ſibiipſi. nã ipſe conceptus mẽtis interius, uerbũ uocatur. Ex hoc uerò, q̃ cõceptus mẽtis angelicæ ordinatur ad manifeſtandũ alteri p uolũtatẽ ipſius angeli, conceptus mẽtis vnius angeli innoteſcit alteri: & ſic loquitur unus angelus alteri. Nihil eſt. n. aliud loqui ad alterum, quàm conceptum mentis alteri manifeſtare.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q̃ in nobis interior mentis conceptus quaſi duplici obſtaculo clauditur. Primò q̃dẽ ipſa uolũtate, q̃ cõceptũ intellectus põt retinere interius, uel ad extra ordinare. Et quantũ ad hoc, mentẽ unius nullus alius põt videre, niſi ſolus Deus, ſm illud 1. Cor. 2. Quæ ſunt hoīs nemo nouit, niſi ſpũs hoīs qui in ipſo eſt. Secundò aũt clauditur mens hoīs ab alio hoīe per groſſitiem corporis. Vndẽ cum ẽt uoluntas ordinat conceptum mentis ad manifeſtandum alteri, non ſtatim cognoſcitur ab alio, ſed oportet aliquod ſignum ſenſibile adhibere. Et hoc eſt quod Greg. dicit* 2. Mora. Alienis oculis intra ſecretũ mẽtis, quaſi poſt parietẽ corporis ſtam⁹. Sed cũ manifeſtare noſmetipſos cupim⁹, quaſi p linguæ ianuam egredimur, vt quales ſum⁹ intrinſec⁹, oñdamus. Hoc aũt obſtaculum non hẽt angel⁹: & iõ quàm citò uult manifeſtare ſuum cõceptum, ſtatim alius cognoſcit.

AD SECVNDVM dicẽdũ, q̃ locutio exterior q̃ fit p uocẽ, ẽ nobis neceſſaria pp obſtaculũ corporis. Vñ nõ cõuenit angelo, ſed ſola locutio, iterior, ad q̃ ptinet nõ ſolũ q̃ loquatur ſibi interi⁹ cõcipiẽdo, ſed ẽt q̃ ordinet p uolũtatẽ ad alterius manifeſtationẽ. Et ſic lingua angelorũ metaphoricẽ dr̃ ipſa uirtus angeli, qua conceptũ ſuũ manifeſtat.*

AD TERTIVM dicẽdũ, q̃ q̃tum ad angelos bonos qui ſp ſe inuicem uident in Verbo, non

angelus audiens cõcurrit purè paſſiue ad intellectionem, ſi eſt auditio &c. Tota autem uis rationum ſuarum ſupponit intellectum unius angeli eſſe paſſiuum propter tionum reſpectu alterius, quod eſt falſiſſimum rerum intellectum angelicum reſpectu nullius rei naturæ habeat rationem paſſiui naturalis: ut ex ſupradictis in tractatu de angelis patet. Quam intellectus inferiorum habeat rationem paſſiui artificialis id eſt, diſciplinabilis reſpectu ſuperiorum ut in præcedentibus patet: vnde quæ ad nos uana ſunt dicta Scoti in 2. diſtin. 9. q. 2. nec opus eſt alia ſolutione.

¶ In reſponſione ad tertiũ aduerte, q̃ dupliciter poteſt interpretari hæc reſponſio. Primo, ut intendat ponere aliquam ſpecialem intentionem habentem uim excitatiuam ad audiendum. Et hoc licet damnatum non ſit, meo tamen intellectui non conſonat. eo quod quæ diſperſa ſunt in inferiori, unita poni debent in ſuperiori, vt in litera dicitur. Secundo, ut intendat ponere in intellectu b locutionis uim excitatiuam: & hoc conſonat ordini rerum. Ita quod conuenientia inter locutionem corporalem & intellectualem poſita in litera, conſiſtit in hoc quod utrobique loquens habet uim excitatiuam, ille per ſignum aliquod ſenſibile, iſte per aliquam vim intelligibilẽ. Sed differentia eſt, quia ibi ſignum ſenſibile eſt obiectum ſenſibile: hic uero excitatio intelligibilis eſt de ꝓpria obiecti ratione. Ordinatio enim ipſa conceptus ad alterum ut uideatur, habet in ſe virtutem excitatiuam ex ratione, qua facit hunc cõceptum eſſe de pertinentibus ad illum cui loquitur. Oportet autem putare, q̃ quia omnes ſenſus nihil aliud ſunt, quàm diminutæ participationes intellectus, omnia ſunt vices cognoſcitiuæ, quo-

* Li. 2. Mora. cap. 5. paulo post principium.

quorundã ſpecialium generum, ipſæ uero totius entis: intellectus ipſe vbi purus inuenitur, qualis eſt angelicus, præhabet eminenter quicquid omnibus ſenſibus cõuenit: & per hoc intellectualis locutio præhabet quicquid locutio noſtra habet, eminentiori modo, & conſequenter unitè, & ſimiliter auditio intellectualis. Vñ nõ oportet hic multiplicare entia, ſed eleuare in vnitatẽ eminẽter æquiualentem õibus: & ſic omnia ſoluuntur.

SVPER Q. CVII. ART. II.

Arg. 2. ſed. 10. q. 3. a. 1. Tho. Arg. d. 9. q. 1. a. 4.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna eſt concluſio reſpõſiua q̃ ſito affirmatiuè. Inferiores angeli ſuperioribus loqui poſſunt. Hæc concluſio poſtq̃ poſita eſt tali ordine declaratur, & probatur ex differentia inter illuminationem, & locutionem, tria faciendo, primo, ponitur habitudo inter illas Secundo, aſſignantur ꝓpria conſtitutiua ſingularum, ibi, Ea vero quę mentẽ. Tertio, infertur differentia inter illas quo ad ordinẽ ſuppoſitorum, in qua clauditur propoſita concluſio, ibi manifeſtum eſt autem.

Porrecta per totum. 525 Infr. q. 117. ar. 2. corin. Et veri. q. 9. ar. 3. Et 1. cor. 13.

eſſet neceſſarium ponere aliquid excitatiuũ: quia ſicut unus ſemp uidet alium, ita ſemper videt in eo q̃cquid eſt ad ſe ordinatũ. Sed quia ẽt in ſtatu naturæ cõditæ ſubinuicem loqui poterãt & mali ẽt angeli nũc ſibiinuicẽ loquuntur, dicendũ, eſt, q̃ ſicut ſenſus mouetur à ſenſibili, ita intellect⁹ mouetur ab intelligibili. Sicut ergo p ſignũ ſenſibile excitatur ſenſus: ita per aliquã virtutem intelligibilem põt excitari mens angeli ad attendendum.

ARTICVLVS II.

Vtrum inferior angelus ſuperiori loquatur.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd inferior angelus ſuperiori non loquatur: quia ſuper illud. 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar & angelorum, dicit glo. q̃ locutiones angelorũ ſunt illuminationes, quibus ſuperiores illuminant inferiores: ſed inferiores nunq̃ illuminant ſuperiores, vt ſupra dictum eſt.* ergo nec inferiores ſuperioribus loquuntur.

¶ 2 Præt. Supra dictum eſt†, q̃ illuminare nihil eſt aliud, q̃ illud quod eſt alicui manifeſtũ, alteri manifeſtare: et hoc idem eſt loqui. Ergo idem eſt loq. & illuminare: et ſic idem quod prius.

¶ 3 Præt. Grego. dicit* 2. Mor. q̃ Deus ad angelos loquitur eo ipſo q̃ eorum cordibus occulta ſua inuiſibilia oñdit. ſed hoc ipſum eſt illuminare. ergo oīs Dei locutio eſt illuminatio. Pari ergo rõne oīs angeli locutio ẽ illuminatio. Nullo ergo mõ angelus inferior ſuperiori loq. põt.

SED CONTRA eſt quòd ſicut Dion.* exponit. 7. cœl. hierat. inferiores angeli ſuperioribus dixerũt, Quis eſt iſte rex gloriæ?

ſignare materiam, in qua verificatur, & procedatur ut ſupra.

¶ Ad primum horũ dicitur, q̃ propoſitio illa eſt vniuerſalis, ſed formaliter intellecta, i. de veritate, in quãtum veritas eſt. Et cũ infertur ex illa, ergo manifeſtare quodcunq; verũ, eſt illuminare reſpondetur diſtinguendo, quod manifeſtare verum cõtingit dupliciter. Vno mõ, formaliter, i. in quantũ uerum, & ſic tranſeat. Alio mõ, in quantum uolitũ uoluntate, q̃ nõ eſt ueritatis regula & ſic negatur. Huiuſmodi. n. manifeſtatio nõ eſt illuminatio ſed ſimplex ꝓpoſitio ſeu oblatio ueri. Et ꝓpterea negatur ultima conſequentia, ſ. ergo loqui uerũ, eſt illuminare. Quia loquens uerum non manifeſtat uerũ ut uerũ, ſed ut liberũ locutum. n. non aliter manifeſtat, niſi qua libere præſentat cõceptũ. Et ſi inſtetur q̃ in locutione uera ſunt duo, q̃a eſt ueritas ꝓpoſita, & libertas ꝓponentis: & q̃ licet rõne libertatis nõ ſit ibi illuminatio, ratione tamen ueritatis eſt ibi illuminatio: ſi ueritas eſt lumen intellectus, ut litera dicit iam patet quid dicendum. ſ. q̃ plures requiritur ad illuminationem q̃ ueritas, requiritur. n. quod ſit propoſita ut ueritas, cuius ſignũ eſt, q̃ eũdẽ cõceptũ Michaelis, puta, q̃ ipſe uult ſuſcipere aīam Martini Deus ꝓponit Seraphim, ſit illuminatio: ſi aũt ipſe Michael manifeſtet illis, eſt ſola locutio. Deus. n. proponit vt uerũ, q̃a voluntas ſua eſt regula veritatis: Michael aũt proponit quidẽ uerũ, ſed non ut uerũ, ſed ut uolitũ à ſe, quem conſtat non eſſe ueritatis regulam. Vnde in litera ex hoc, q̃ ueritas eſt lumẽ, infertur non quod manifeſtatio eius ſit illuminatio, ſed quòd manifeſtatio eius, ut dependet à prima ueritate, eſt illuminatio.

* q. præced. art. 3.

† Ar. 5. huius qst.

* Lib. 2. Mor. c. 5. in me.

* cap. 7. a med.

¶ Quoad primũ, Habitudo locutionis ad illuminationẽ eſt cõmunioris ad minus cõe. Omnis. n. illuminatio eſt locutio, ſed nõ econuerſo. probatur ex rationibus earum ſupra aſſignatis.

¶ Quo ad ſcdm, Propriũ conſtitutiuũ illuminationis eſt dependentia ad primã ueritatẽ proprium uero cõſtitutiuũ locutionis eſt depẽdentia à uolũtate loquẽtis. Declaratur hæc & ꝓbatur. Declaratur reſoluẽdo, mente cõcepta, in duo principia. ſ. primã ueritatẽ, & uolũtatẽ concipientis. Nec hæc reſolutio, aut diſtinctio principiorũ eget ꝓbatione: qm̃ cognitũ ut ſic, cum uerũ quoddã ſit, à prima ueritate depẽdere oportet à mẽſura eſſentiali extrinſeca: & cũ liberũ quoddã ſit, ſaltẽ quo ad uſũ ſeu exercitiũ actus, ut patet ex poſteri articulo, oportet ut à uolũtate depẽdeat. Probatur uero quo ad illuminationẽ ſic. Veritas eſt lumẽ intellectus. ergo manifeſtatio alicuius, ut pẽdet à prima ueritate, eſt illuminatio ꝓbatur cõſequẽtia: q̃a prima ueritas eſt regula oīs ueritatis. Quo ad locutionẽ uero eandẽ radicem negatiuè, quia. ſ. uoluntas creata nõ eſt lux, nec regula ueritatis. Et confirmatur ratio pro utraque parte ſimul: quia non pertinet ad ꝑfectionẽ intellectus, quid tu uelis, ſed quid rei ueritas habet.

¶ Circa rõnem hanc dubium occurrit nõ facile: q̃m rõ uidetur concludere oppoſitum intenti. Illa. n. propoſitio aſſumpta, Veritas eſt lumen intellectus, aut eſt formalis & uniuerſalis, aut particularis. Si uniuerſalis, omne uerum eſt lumen intellectus igitur manifeſtare quodcunque uerũ, eſt illuminare. igitur loqui verum eſt illuminare. Et ſic ſi angelus unus abſq; dolo, dicat alteri ſe intelligere nunc actu quidditatem bonis: quia dicit uerum, illuminaret illum, cuius oppoſitum in litera concluditur, Si autem eſt particularis, oportet dicere in qua materia eſt uera, & in qua non. Nec facile erit hoc fingere: quoniam neq; differentia inter vniuerſale & ſingulare adiuuat, quoniã illuminationes ſunt de ſingularibus. Neq; differentia inter neceſſarium & contingens: quoniam illuminationes ſunt de cõtingentibus. Neq; differentia inter naturale & liberum: quoniam illuminationes ſunt de liberis, vt patet cum reuelantur angelis orationes noſtræ. Vndẽ differẽtia hic aſſignata licet ſit bona, male tamen probata uidetur.

¶ Circa confirmationẽ quoq; occurrit dubium ſimile. Quia ſi ad perfectionem intellectus ſpectat ſcire, quid rei veritas hẽt: aut hoc intelligitur vniuerſaliter & tunc ſequitur oppoſitum intenti. nã ſequitur, ergo ad perfectionẽ intellectus pertinet ſcire, quid rei veritas habet de meo velle, & cogitare: hoc autẽ eſt ſcire quid ego volo. ergo. Si autem particulariter, oportet aſ-

¶ Ad ſecundum autem dr̃, q̃ uelle, aut intelligere ſumitur dupliciter. Vno modo, vt diſtinguitur contra rem uolitam, aut intellectam. Et ſic cum res uolita, aut intellecta in nullo gñe cauſæ pendeat à uolitione, aut intellectione ut ſic, ut patet cũ uolum⁹, aut intelligim⁹ Deũ eſſe &c. impertinẽs eſt ad pfectionem intellectus debẽtis intelligere res ab alijs cognitas, aut nolitas, ſcire q̃d alij circa illas velint, aut nouerint. Alio modo, ut ipſũ velle, aut intelligere eſt res quædam, et ſic ptinet ad pfectionem intellectus, eo modo quo cogitationes cordiũ pertinent ad pfectionem illius, de quibus ſupra tractatum eſt. Cogitatio. n. cordis cognita, ſicut & quodlibet ſingulare cognitũ perficit intellectum, ut perficere diſtinguitur contra inficere. Solũ. n. falſum intellectum inficit, nõ aũt perficit, ut perficere diſtinguitur contra facere, & denotat quẽdã exceſſum, q̃ nõ confortat intellectum: non. n. ex hoc intellectus potentior redditur ad aliorũ notitiam. In præſenti litera, nolle & intelligere ſumuntur primo modo, ut patet ex eo q̃ diſtinguuntur tuũ uelle, & tuum intelligere cõtra ueritatem rei. Et ꝓpterea optime dr̃, q̃ non pertinet ad perfectionem mei intellectus, cognoſcere quid tu uelis, aut cognoſcas, ſed quid rei veritas habet.

¶ Obiectio ſi in oppoſitũ facta procedit de tuo velle & intelligere, in quantũ eſt quædã res in ſe, ꝓpterea non militat contra propoſitum: quàm uis etiam illo modo, ut ex ſupradictis patet, verificetur. Nec obſtat præſens litera dicẽs, q̃ ad perfectionem intellectus mei ſpectat, quid rei ueritas hẽt. Tum quia loquitur de re & diſtinguitur cõtra cognitionem & uolitione. Tũ quia non dicit, oīs rei. Tum quia ſermones ſunt intelligendi ſcdm ſubiectam materiam: & ſic eſt ſubintelligenda hic diſtributio accommoda, ita q̃ ſenſus eſt, q̃ ad perfectionem intellectus mei pertinet ſcire, quid rei ueritas habet in cognoſcibilibus ab intellectu meo: quæ aũt ſunt cognoſcibilia à me, aut angelo &c. non eſt præſentis negotij diſcutere, ſed diſcuſſa iam ſunt.

¶ Quo ad tertiũ, infert concluſio intenta in differẽtia inter has

ad

Concl. m ad propoſitum conſiſtente in hoc illuminatio ſolummodo p ſuperiores ad inferiores deducitur: locutio vero p loquentē ad quoſcunq; deducitur, ſiue ſuperiores ſiue inferiores. Probatur ex diſtinctionis aſſignatis ſic, illuminatio eſt de conceptis verè Deo, ergo ſecundū ordinē angelorū, vt à Deo, ergo per ſuperiores ad inferiores. Ans patet ex dictis: prima conſequentia nō niſi implicitè hr̄ in litera ſed pp claritatē appoſita eſt. ſcda vero ꝓbatur qa angeli dnr̄ ſuperiores & inferiores p ordinē ad Deū. Quo ad aliam vero partē ſic, Locutio eſt de cōceptis, vt à voluntate ergo ſcdm ordinē ad volūtatē loquētis, ergo ad quoſcūq;. Antecedens patet. prima conſequentia ꝓbaf· qa in his primus loquens hēt rōnem ſupremi principij: ſecūda vero eſt ꝑ ſe nota, & ſic patet concluſio ꝓbata ex hoc, qa loq vt ſic, nullam dicit excellentiam ſupra audientem, ſed libertatē tantum ponit in loquente. (*Art. præced.*)

¶ In rñſione ad tertiū, dubiū eſſe poſſet: quia Deus plurie in Scriptura inuenitur locutus ad angelos abſq; illuminatione vt patet Iob. 1. & 3. Reg. 22. ad hoc pōt tripliciter dici. Primo, q litera loquitur de locutione enūciatiua, quæ ſ. enunciat verum, uel falſum, ut patet ex ratione reddita. Scdo & melius, q litera loquif de locutione propriè dicta, intellectuali: in Scriptura at oppoſitū ſonans methaphoricè locutione uñ videtur ut patet ex authoritate Gre. 2. Mora. Tertio q et in his illuminatio qdā occurrit pro quanto firma manifeſtatio diuinæ permiſſionis, qūid adſit ad hoc, vel illud.

SVPER Q. CVII. ART. III.

Titulus clarus.
¶ In corpore eſt vna diſtinctio bimembris cū duabus deciſionibus iuxta diſtinctionis membra. Di- (*In corp. art.*)

Respon. Dicendū, q m angeli inferiores ſuperiores loq poſſunt. Ad cuius euidentiam cōſiderādū ē, q oīs illuminatio eſt locutio in angelis, ſed nō oīs locutio eſt illuminatio: quia ſicut dictū eſt, *angelum loq angelo nihil aliud eſt, q̄ conceptū ſuū ordinare adhoc, vt rei innoteſcat p ꝓpriā volūtatē. Ea uero q̄ mēte cōcipiūt, ad duplex principiū referri pñt. ſ. ad ipſū Deū, q eſt prima veritas, & ad volun- G tatē intelligētis, p quā aliquid actu cōſideram⁹. Quia verò veritas eſt lumē itellectus & rña oīs veritatis eſt ipſe Deus manifeſtatio ei⁹ q mēte cōcipit, ſm q depēdet à prima veritate, & locutio eſt, & illuminatio. Puta ſi vnus hō dicat alij, Cęlū eſt à Deo creatum, vel, Hō eſt aīal. Sed manifeſtatio eorū q̄ dependet ex voluntate intelligentis, nō pōt dici illuminatio, ſed locutio tm̄. Puta ſi aliqs alteri dicat. Volo hoc addiſcere, volo hoc vel illud facere cuius rō eſt qa volūtas creata ñ eſt lux nec regula veritatis, ſed participās lucē. Vñ cōicare ea q̄ ſunt volūtate creata, inquantū hmōi, nō eſt illuminare. Nō. n. ptinet ad pfectionē intellectus mei, qd tu velis, vel qd tu intelligas cognoſcere: ſed ſolū qd rei veritas hēat. Manifeſtū eſt āt, q angeli I dicunt ſuperiores, vel inferiores p cōparationē ad hoc principium quod eſt Deus. Et iō illuminatio q̄ dependet à principio quod eſt Deus ſolū ſuperiores angelos ad inferiores deducit. Sed in ordine ad principiū quod eſt voluntas, ipſe uolens eſt primus & ſuprem⁹. Et iō manifeſtatio eorum q̄ ad uoluntatem ptinent, p ipſum uolentē deducit ad alios quoſcunq;. Et K quantū ad hoc: & ſuperiores inferioribus, & iferiores ſuperiorib⁹ loquunt. Et p hoc patet ſolutio ad Primū, & Secundum.

Ad III. dicēdum, q omnis Dei locutio ad angelos eſt illuminatio: qa cum uolūtas Dei ſit regula veritatis, et ſcire qd Deus uelit, ptinet ad perfectionē & illuminationē mētis creatæ. Sed non eſt eadem rō de uoluntate angeli, ut dictum eſt.*

ARTICVLVS III.

Vtrum angelus Deo loquatur.

Ad tertivm ſic ꝓcedit. Vr̄ q angelus Deo nō loquat. Locutio. n. eſt h ad manifeſtadū aliqd alteri: ſed angelus nihil pt manifeſtare Deo qui oīa nouit. Ergo angelus non loquif Deo. ¶ 2 Præt. Loq eſt ordinare cōceptū intellectus ad alterū, ut dictū eſt: ſed angelus ſemp cōceptū ſuæ mētis ordinat in Deū. Si ergo aliqñ Deo loquif ſemp Deo loquif: qd pōt uideri aliquibus inconueniens, cū aliqñ angelus angelo loquat. Vr̄ ergo q angelus nūq̄ loquat Deo.

Sed contra eſt, quod dr̄ Zachar. I. Rñdit angelus Deo, & dixit: Domine exercituū uſquequo nō miſereberis Ieruſalem? Loquif ergo angelus Deo.

Resp. dicendū, q ſicut dictū eſt, *locutio angeli eſt per hoc, H quod cōceptio mentis ordinat ad alterū. Sed aliqd ordinat ad alterū, dupr̄. Vno mō ad hoc q cōicet alteri: ſicut ī rebus naturalibus agēs ordinat ad patiēs, & in locutiōe humana doctor ordinat ad diſcipulū. Et m quātū adhoc nullo mō angelus loquif Deo: neq; de his q̄ ad rerū ueritatē ptinet, neq; de his q̄ depēdent à uoluntate creata: quia Deus eſt oīs ueritatis, & oīs uolūtatis pricipiū & cōditor. Alio mō ordinat aliqd ad alterū, ut ab eo aliqd accipiat ſicut in rebus naturalibus paſſiuū ad agēs & in locutiōe humana diſcipulus ad magiſtrū. Et hoc mō angelus loquif Deo uel cōſultado diuinā uolūtatē de angelis, uel ei⁹ excellētiā quā nūquā cōprehēdit admirādo ſicut Gre. dicit *2. Mor. q angeli loquūt Deo, cū per hoc, quod ſuper ſemetipſos reſpiciunt, in motum admirationis ſurgunt.

Ad primvm ergo dicendum, q locutio nō ſemper eſt ad manifeſtadū alteri: ſd q̄nq; ad hoc ordinat finalr̄ ut loquēti aliqd manifeſtetur ſicut cum diſcipulis quærit aliquid à magiſtro.

Ad II. dicendū, q locutiōe qua angeli loquūtur Deo, laudātes ipſū & admirantes, ſemp angeli Deo loquunt. Sed locutione qua eius ſapiētiā cōſulūt ſup agēdis, tūc ei loquunt qñ aliqd nouū p eos agēdū occurrit, ſup quo deſiderat illuminari.

ſtinctio eſt. Aliquid ordinaf ad alterū dupliciter. ſ. actiuè, vel paſſiuè. Ratio diſtinctionis huius, quare. ſ. adducaf, aſſignaf in litera, qa locutio angelica in ordinatione cōceptus ad alterū conſiſtit: membra diſtinctionis declarāt ur in naturalibus, & humana locutione. (*Perroſta per totum. 526 Iob 4.*)

¶ Cōcluſio prima iuxta primū mēbrū eſt negatiua. Angelus ñ loquif Deo ordinando cōceptū reſpectu dei actiuè, ꝓbaf Deus eſt principiū oīs ueritatis & uoluntatis, ergo ſibi cōicatiuè ordinari nō pōt conceptus aliquis de veritate, aut voluntario. (*Art. 1. huius quæſt.*)

¶ Scda cōcluſio iuxta ſcdm mēbrū eſt affirmatiua. Angelus loquif de ordinādo cōceptū ſuum reſpectu Dei paſſiuè. Declaraf ex cōſultatione, & admiratione, & confirmatur authoritate Gregorij. (*Art. 1. huius quæſt.*)

¶ Circa hāc deciſionē occurrit dubiū: qa diſtinctio poſita q̄uis ſit bona, nō tñ eſt ſufficiens ad ꝓpoſitum. Daf. n. tertius modus ordinis, quo cōcept⁹ ordinaf ad alterū, q̄a ſ. ordinaf ad alterū ſolū, ut innoteſcat, vt dictū eſt fieri in ſimplici locutione unius angeli ad alterū: loquens enim ut ſic nihil cauſat in audiente ſcdm San. Thom. doctrinā. igitur &c. (*Concl. m*)

¶ Ad hoc breuiter dr̄, q licet ordinans conceptū ſuū ad alterū, ad hoc ſolū ut innoteſcat illi, nō ſe hēat ut agēs reſpectu audiētis, qa nec agit in illum, nec pficit illi aſſimilatur, hēt tñ ſe ad illū cōicatiuè: qa facit pſens uiſibile, qd ſi ñ faceret, eſſet illi abſens. Et ppea ſi cōica re illi notitiā eius qd ipſe cōe pie Deo ācte pugnat nō ſolū pati ab angelo, ſed & cōicari ſibi aliud ab illo eadē rōne: qa. ſ. ſibi repugnat iō potētia, & impfectioni cuiuſque. Vñ hic mod cōpre- (*Concl. p* · *Li. 2. Moral. cap. 3. in medio.*)

prehenditur ſub primo modo in litera poſito. Et ad hoc inſinuandum non dicif in litera in primo mēbro, quod ordinatur vt agat, ſed q ordinatur ut communicet. Declarauit autē hoc ex ratione ordinis actiui & paſſiui, tū ut à ſuperioribus tradetur diſciplinatorū qa cōicatio manifeſtatiua quaſi agere quod dā eſt reductiuè tamen quia in propoſitu, vt dictum eſt, aequiualet ipſi agere. & ſic ſufficienter reſponſum eſt quæſito. (*Perroſta per totum. 527 2. d. 9. art. 2. ad 6. Et d. 1 Lu. 2. ar. 3. ad 3. Et uerit. q. 9. ar. 6. *Lib. 6. ca. 17. & li. 2. cap. 3.*)

SVPER Q. CVI. ART. IIII.

Alb. Mag. 2. di. 9. arti. 14.

Titulus clarus.
¶ In corpore vna concluſio reſponſiua quæſito negatiuè, In locutione angeli nullum impedimentum præſtat diſtantia loci. Probaf. Locutio angeli conſiſtit in intellectuali operatione. ergo abſtrahit oīno à loco & tpe. ergo nihil operaf in ea diuerſitas loci, aut tpis. ergo &c. Ans patet. & prima conſequentia ꝓbatur, ex intelligere noſtro, quia ſ. abſtrahit niſi ex parte phātaſmatum, quæ ibi non ſunt: ſecūda uerò eſt per ſe nota. (*Art. 1. 2. & 3. huius quæſt.* · *D 767.*)

SVPER Q. CVII. ART. V.

Aegid. 2. 3. d. 10. q. 3. art. 1. Ricar. d. 9. q. 3.

Titulus clarus.
¶ In corpore una concluſio reſponſiua quæſito negatiuè: locutionem unius angeli ad aliū non oēs percipiūt. Probatur, Proprium conceptū mentis unius angelus poteſt ordinare ex aliqua cauſa ad alterū, & non omnes. ergo pcipi poteſt ab uno, & nō ab alijs. Antecedens probatur, quia ordinatio eſt uoluntaria. Conſequentia probatur: quia per ordinationem percipitur, id eſt, fit præſens vt percipiatur. (*Conclu. m* · *Art. 1. huius quæſt.* · *Li. 2. Moral. cap. 6. paulo poſt prin.*)

SVPER Q. CVIII. ART. I.

Aegi. 2. 3. d. 9. q. 1. a. 2. Ricar. d. 9. q. 1. Alber. Mag. de hierar. q. 7. art. 4. Tho. arg. d. 9. q. 1. ar. 1.

Titulus clarus.
¶ In corpore tria. (*Perroſta per totum. 528 Veri. q. 9. art. 7.*)

ARTICVLVS IIII.

Vtrum localis diſtantia operetur aliquid in locutione angelica.

Ad qvartvm ſic procedit. Vr̄, q localis diſtantia operetur aliqd in locutione angelica. Sicut. n. dicit Dama. *Angel⁹ vbi eſt, ibi operaf: locutio aūt ē q̄dā operatio angeli. Cū ergo angel⁹ ſit indeterminato loco, vr̄ quod uſq; ad determinatā loci diſtātiā angel⁹ h loqui poſſit. ¶ 2 Prę. Clamor loquētis fit pp B h diſtantiam audientis: ſed Iſa. 6. dr̄ de Seraphim, q clamat alter ad alterum. Ergo vr̄ quod in locutione angelorum aliquid operetur localis diſtantia.

Sed contra eſt, q ſicut dr̄ Lu. 16. Diues in inferno poſitus loquebaf Abrahæ, nō impediēte locali diſtantia. Multò igif minus localis diſtātia pōt ipedire locutionē uni⁹ angeli ad alterū.

Respon. Dicendū, q locutio C angeli in intellectuali operatione conſiſtit, ut ex dictis patet.* Intellectualis aūt operatio angeli oīno abſtracta d eſt à loco & tpe: nā et nr̄a itellectualis operatio eſt p abſtractionem ab hoc & nunc, niſi p aňs ex parte phātaſmatū, q in angelis nulla ſunt. In eo aūt q eſt oīno abſtractū à loco, & tpe, nihil operaf neq; tpis diuerſitas, neq; loci diſtātia. Vñ m i locutiōe angeli nul D lū ipedimētū facit diſtātia loci.

Ad primvm ergo dicendū, q locutio angeli, ſicut dictū eſt, *eſt locutio iterior, q̄ tñ ab alio pcipit: & iō eſt in angelo loquē te, & p cōñs ubi eſt angelus loquēs. Sed ſicut diſtantia localis nō ipedit, quin un⁹ angel⁹ aliū uidere poſſit: ita ēt nō impedit, quin pcipiat q in eo ad ſe ordinat, q ē ei⁹ locutionē pcipere.

Ad secvndvm dicendum, q E clamor ille nō eſt uocis corporeæ, q̄ fit pp diſtantiā loci, ſed ſignificat magnitudinē rei, quæ dicebaf, uel magnitudinē effectus, ſm quod dicit Gre. *2. Mora. Tantò quiſq; minus clamat, quantò minus deſiderat.

ARTICVLVS V.

Vtrum locutionem unius angeli ad alterum omnes cognoſcant.

Ad qvintvm ſic ꝓcedif. Vr̄, q locutionem vnius angeli A ad alterum omnes cognoſcant. Quod enim vnius hominis locutionem non omnes audiant, facit inæqualis loci diſtātia: ſed in locutione angeli nihil operatur localis diſtantia, ut dictum eſt.* Ergo uno angelo loquente ad alterum h oēs percipiunt. ¶ 2 Prę. Oēs angeli h cōicant in virtute intelligendi. Si ergo cōceptus mentis unius ordinatus ad alterum cognoſcif ab uno, pari rōne cognoſcitur ab alijs. ¶ 3 Præt. Illuminatio eſt quædā ſpēs h locutionis: ſed illuminatio unius angeli ab altero peruenit ad oēs angelos: qa ut Diony. dicit *15. cœl. hierar. Vnaq̄que cœleſtis eſſentia intelligentiam ſibi traditā alijs cōicat. Ergo & locutio unius angeli ad alterum ad omnes perducitur.

Sed contra eſt, quòd unus homo poteſt alteri ſoli loqui. C Multò igitur magis hoc in angelis eſſe poteſt.

Respon. Dicendum, q ſicut ſ. dictum eſt,* concept⁹ mētis unius angeli percipi pōt ab altero per hoc, q ille, cuius eſt conceptus, ſua uoluntate ordinat ipſum ad alterum. Poteſt autem ex aliqua cauſa ordinari aliquid ad unum, & non ad alterum: & ideo poteſt conceptus vnius ab aliquo uno cognoſci, & non ab alijs. Et ſic m locutionē unius angeli ad alterū pōt pcipere unus abſq; alijs, nō quidē impediente diſtantia locali, ſed hoc faciēte uolūtaria ordinatione, ut dictū eſt.* Vñ patet reſponſio ad Primū & Secūdū.

Ad III. dicēdū, q illuminatio eſt de his, q̄ emanāt à prima rña ueritatis, q̄ ē pricipiū cōe oium angelorū: & iō illuminationes ſunt oib. cōes. Sed locutio pōt eſſe de his, q̄ ordinanf ad principiū uoluntatis creatę, q eſt ꝓpriū unicuiq; angelo: & iō non oportet, quòd hmōi locutiones ſint omnibus communes.

QVAESTIO CVIII.

De Ordinatione angelorum ſecundum hierarchias & ordines, in octo articulos diuiſa.

Deinde cōſiderādū eſt de ordinatione angelorum ſm hierarchias & ordines. Dictū eſt

Primò diſtinguit. ſecūdo ſtabilit quæſito, iuxta duo diſtinctionis membra. tertio reprehendit errorem quendam.

¶ Quoad primū, diſtinctio ē. Hierarchia poteſt dupliciter cōſiderari, Vno modo ex parte principis. Alio modo ex parte multitudinis ordinatę ſub principe. Declaratur diſtinctio ex qd nominis hierar. dicit. n. ſacrū principatū: pſ cipatus aūt hęc duo prędicta claudit i ſe. (*Art. præc.*)

¶ Quo ad ſcdm, ſunt cōcluſiones duæ. Prima concluſio rñſiua iuxta primū modū ē affirmatiua, Oēs angeli, imò oēs creaturæ rōnales, ſunt unius hierarchiæ ex parte principis. Probatur, quia princeps oium, qui poſſunt ſacrorū eſſe participes, quales ſunt rationales creaturæ, eſt unus Deus glorioſus. Et confirmatur authoritate Aug. ponentis unam ciuitatem angelorū & hominum bonorum, alteram malorum. (*C. 15. ante mediū.* · *Art. 1. huius quæſt.*)

¶ Nec turberis Nouitie, ex iſta confirmatione ponente duas ſocietates, & tamē adducta ad probādum unitatem ſocietatis: in hac enim authoritate duo dicūtur. Primum, quod angelorum & hominū participum ſacrorū una eſt ſocietas: & hoc eſt ad propoſitum. Secūdum eſt, quod demonum & hominū deficiētium à ſacris, alia eſt ſocietas: & hoc ē ad complementū authoritatis allatum, & ſeruit aliqualiter ꝓpoſito pro quanto ēt hæc mala ſocietas eſt etiam una. (*Concl. m* · *In iſto arte & p̄ced.* · *525*)

¶ Secūda uerò concluſio iuxta ſecundum modum eſt negatiua. Angeli nec cum hominibus, nec inter ſe ſunt unius hierarchiæ, ſed tres inter ſe conſtituunt hierarchias ex parte multitudinis ordinatę. Iſta concluſio habet tres partes. Prima eſt de pluralitate hierarchiæ inter angelos & homines: ſecunda inter angelos: tertia eſt de certo numero hierarchiæ angelicæ. Et probatur quoad primam

Universidad de Deusto Biblioteca

nam partem. Vnitas principatus ex parte multitudinis eſt ex vnitate modi paſſiuæ gubernationis à principe, & pluralitas ex pluralitate. ergo angeli & homines non ſunt uni⁹ hierarchię. Antecedens probaꝰ īductiōe in politicis. Conſequentia probatur: quia homines & angeli diuerſis modis gubernantur. Probatur, quia illi illuminationib. puris, hoies verò ſub ſenſibilium ſimilitudinib⁹, ut patet ex Dion. Secunda verò pars ex eadē authoritate probaꝰ inferēdo eodem mō. ergo angeli inter ſe nō ſunt uni⁹ hierarchię. Probatur ſequela, q. non eodem modo illuminanꝰ, quia ſuperiores vniuerſali⁹ lumen, quàm inferiores recipiunt. Tertia autem pars probatur ſic, Rationes, de quib. angeli illuminantur, poſſunt triplici gradu conſiderari. ergo acceptio cognitionis ergo ſunt tres hierarchiæ. Conſequentiæ ſunt notæ ex dictis. Antecedens declaraꝰ quia poſſunt ſumi vt ſunt à Deo: ſecundo vt ab uniuerſalib. ſecundis: tertiò ut à proprijs, atque applicatę ad ſingula. prim⁹ modus conuenit primæ hierarchiæ, ut confirmat Diony. ſecūdus ſecundæ: & tertius infimæ.

¶ Quò ad tertium errant, & contra intentionem Dionyſij loquuntur, ponētes hierarchiam in diuinis perſonis. Probaꝰ prima pars: quia hoc ſequitur corollariē ex dictis: ſecunda verò, q̄ hierarchia apud Dion. 4. capitulo, exigit inter ſuppoſita habitudinem purgationis, illuminationis, & perfectionis: ſed hæc procul ſunt à diuinis perſonis. ergo &c. Cæterum videtur: quia in diuinis perſonis ē ordo quidam naturæ, ſed non hierarchiæ: ſed ille &c.

Porrecta per totum.
529
2. d. 9. ar. 1. Et Dio. lib. 2.
*li. 12. metaphyſic. in fine li. & 3. Polit. cap. 5.
* Ca. 3. in princ.
*ar. 1. huius art.
Conlu. m
*li. 12. ca. 1. circa princip. tom. 5.

* enim, q̄ ſuperiores inferiores F illuminant, & non econuerſo.

Circa hoc quæruntur octo.

¶ Primò, Vtrum omnes ſint unius hierarchiæ.

¶ Secundò, Vtrū in una hierarchia ſit unus tantum ordo.

¶ Tertiò, Vtrum in uno ordine ſint plures angeli.

¶ Quartò, Vtrū diſtinctio hierarchiarū & ordinū ſit à natura.

¶ Quintò, De nominib. & proprietatib. ſingulorū ordinū. G

¶ Sextò, De comparatione ordinum adinuicem.

¶ Septimò, Vtrū ordines durēt poſt diem iudicij.

¶ Octauò, Vtrum homines aſſumanꝰ ad ordines angelorum.

ARTICVLVS I.

Vtrū oēs angeli ſint unius hierarchię.

AD PRIMVM ſic ꝓcedit. Vr, q̄ oēs angeli ſint uni⁹ hierarchiæ. Cū.n. angeli ſint ſupremi iter creaturas, oportet dicere q̄ H ſint optimè diſpoſiti: ſed optima diſpoſitio eſt multitudinis, ſm q̄ cōtinet ſub vno principatu, ut patet per Philm* 12. Met. & in 3. Pol. Cū ergo hierarchia nihil ſit aliud q̄ ſacer principatus, videtur, quòd omnes angeli ſint vnius hierarchiæ.

¶2 Prę. Dio. dicit in* 3. c. cęl. hie. q̄ hierarchia eſt ordo, ſcia, & actio: ſed oēs angeli cōueniunt in uno ordine ad Deū quē co- I gnoſcunt, & à quo in ſuis actionibus regulantur. Ergo oēs angeli ſunt unius hierarchiæ.

¶3 Prę. Sacer principatus, q̄ dr hierarchia, inueniꝰ in hominibus & angelis: ſed oēs hoies ſūt unius hierarchiæ. Ergo ēt oēs angeli ſunt unius hierarchiæ.

SED CONTRA eſt, q̄ Dion. 6. ca. cœl. hierarch. diſtinguit tres hierarchias angelorum.

RESPON. Dicendū, q̄ hierar- K chia eſt ſacer principatus, ut dictum eſt.* in noīe aūt pricipat⁹ duo intelliguntꝰ. ſ. ipſe priceps, & multitudo ordinata ſub principe. Quia igiꝰ unus eſt De⁹ princeps non ſolū oīum angelorū, ſed ēt hoīum, & totius creaturæ: iō non ſolū omnium angelorum, ſed ēt totius rōnalis creaturæ, q̄ ſacrorū particeps eſſe pōt, m vna eſt hierarchia. Secūdū quod Aug. dicit in* 12. de Ciu. Dei, duas eſſe ciuitates, hoc eſt ſocietates, vnā in angelis bonis & hoīb. alterā in malis. Sed ſi conſidereꝰ principatus ex parte multitudinis ordinatæ ſub principe, ſic vnus principatus dr ſm quod multitudo vno & eodē mō pōt gubernationem principis recipere. Quæ uero nō pñt ſm eundem modū gubernari à principe, ad diuerſos principatus ptinent: ſicut ſub uno rege ſunt diuerſæ ciuitates, q̄ diuerſis reguntur legibus & miniſtris. Manifeſtū eſt āt q̄ hoies alio mō diuinas illuminationes pcipiunt, q̄ angeli. Nā angeli pcipiunt eas in intelligibili puritate: hoies vero pcipiunt eas ſub ſenſibiliū ſilitudinibus, vt Dio. dicit * 1. c. cęl. hierar. & iō oportet diſtingui humanā hierarchiā ab angelica. Et p eūdē modum in angelis tres hierarchiæ diſtinguunꝰ. Dictum eſt.n. ſupra, † dum de cognitione angelorum ageretur, q̄ ſuperiores angeli hñt vñiorem cognitionē ueritatis, q̄ inferiores. Hmōi āt vlis acceptio cognitiōis ſm tres gradus in angelis diſtingui pōt. Pñt.n. rōnes rerū, de quibus angeli illuminantur, cōſiderari tripliciter. Primo quidem ſm q̄ procedūt à primo principio vli, quod eſt Deus. Et iſte modus conuenit primæ hierarchiæ, q̄ immediate ad Deū extendiꝰ, & quaſi in veſtibulis Dei Collocatur, vt Dion. dicit* 7. c. cæle. hierar. Secundo vero, prout hmōi rōnes dependent ab vlibus cauſis creatis, q̄ iam aliquo mō multiplicantur: & hic modus conuenit ſcdæ hierarchiæ. Tertio āt modo ſm q̄ hmōi rōnes applicantur ſingulis rebus prout dependent à proprijs cauſis: & hic modus conuenit infimæ hierarchiæ, quod plenius patebit, cum de ſingulis ordinibus agetur.* Sic igitur diſtinguūtur hierarchiæ ex parte multitudinis ſubiectæ. Vñ manifeſtū ē eos errare, & contra intentionē Dio. loqui, qui ponunt in diuinis perſonis hierarchiam, quam uocāt ſuper cęleſtem. In diuinis.n. perſonis eſt quidam ordo naturæ, ſed nō hierarchiæ. Nam vt Dion. dicit* 3. c. cæl. hierar. ordo hierarchiæ eſt alios qdē purgari, illuminari, & pficere: alios āt purgare, & illuminare & pficere. Qđ abſit ut in diuinis pſonis ponamus.

*Ca. 1. cœl. hierar. Conclu. F
† q. 55. ar. 3.
591
* Cap. 7. in me.
* Ar. 6. huius quæſt.
*Ca. 1. circa mediū.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ ratio illa procedit de principatu ex parte principis: quia optimum eſt quòd multitudo regatur ab vno principe vt* Philoſophus in pluribus locis intendit.

AD SECVNDVM dicendū, q̄ quantū ad cognitionem ipſius Dei, quem oēs uno modo, ſ. p eſſentiā vident, non diſtinguunꝰ in angelis hierarchiæ ſed quātum ad rōnes rerū creatarum, ut dictum eſt.*

AD TERTIVM dicendū, q̄ oēs hōes ſunt unius ſpēi, & unus modus intelligendi eſt eis connaturalis: non ſic āt eſt in angelis. Vñ non eſt ſimilis rō.

* Locis in arg. 1. citatis.
*In corp. arti.

ARTICVLVS II.

Vtrum in una hierarchia ſint plures ordines.

AD SECVNDVM ſic ꝓcedit. Vr q̄ in vna hierarchia nō ſint plures ordines. Multiplicata enim h diffinitione multiplicatur & diffinitum: ſed hierarchia, ut Dio. dicit eſt ordo. Si ergo ſunt multi ordines, non erit una hierachia, ſed multæ.

SVPER Q. CVIII. ART. II.

Err. 4. cont. c. 80. Alb. Mag. 2. d. 6. ar. 3.

Titulus clarus. In corpore articuli tria. Primo oſtendit diuerſitas ordinū in qualibet hierarchia, & ſic directē in- … Secundo pones quid attendit iſta

Porrecta per totum.
530
2. d. 9. art. 3. Et 1. c. Ro. & ad Ephe. 1. le. 7.
* Ca. 3. cœl. hier. in principio.

ſa diuerſitas. Tertio oſtēdit numerum. ¶ Quo ad primū ponit concluſionē affirm. In qualibet hierarchia ſunt diuerſi ordines. Probaꝰ ex rōe hierarchiæ ſic. Vna hierarchia eſt una multitudo ordinata uno mō ſub pricipe. ergo in eā ſūt diuerſi ordines. Probaꝰ cōſequentia: quia aliter non eſſet multitudo ordinata, ſed cōfuſa. ¶ Aduerte Nouitie, q̄ ad ordinem inter alia quæ ſeqꝰ diuerſitas ordinū, q̄ quāto ſequiꝰ diuerſus ordinatorū grad⁹ oportet.n. in ordine unum eſſe prius, & aliud poſterius. Et ſic conſurgit duplex ordo, ordo priorū, & ordo poſteriorū. Nec refert ad ꝓpoſitū, an unū, uel plura ſint in ordine priorū, aut poſteriorū: ſat eſt q̄ ex hoc, q̄ multitudo ē ordinata, ſequitur. ergo ſunt ibi diuerſi ordines aut ſaltē diuerſos ordinatorū gradus, aliōqn eſſet confuſa. ¶ Quo ad ſcdm diuerſitas ordinū penes diuerſa officia, & act⁹, pbaꝰ ex diſpoſitione ordinum ī politicis. ¶ Quo ad tertium. In qualibet hierarchia ſunt tres ordines, ſūmus, medi⁹, & īfim⁹. Probaꝰ dupliciter primo rōne: quia oīs diuerſitas ordinum penes officia &c. reducitur ad trinariū. qđ probatur, tūm quia multitudo pfecta reduciꝰ ad trinarium, principiū, medium, & finē, ex primo cæli tum quia in politicis hoc experimur, ubi optimates, nobiles, & populus ſunt ſummi, medij, & infimi. Tūm authoritate Dionyſij.

* Cap. 1. par. in titulo de ſacer. perfectionibus & in titulo cōmē-
*Ar. 6. huius quęſt.
*Ar. prec.
Conclu. m
*Cap. 7. 8 & 9. cœl. hier.

¶2 Præt. Diuerſi ordines ſunt di- A uerſi gradus, & gradus in ſpiritualibus cōſtituunꝰ ſecundùm diuerſa dona ſpiritualia: ſed in angelis oīa dona ſpiritualia ſūt cōia, quia h nihil ibi ſingulariter poſſidetur. Ergo non ſunt diuerſi ordines angelorum.

¶3 Præt. In eccleſiaſtica hierarchia diſtinguunꝰ ordines ſecundū purgare, illuminare, & pficere. Nam ordo diaconorū eſt purgatiuus, ſacerdotū illumina- B tiuus, epiſcoporū pfectiuus, vt Dion. dicit* 5. cap. eccleſiaſticę hierar. ſed qlibet angelus purgat, illuminat, & pficit. Nō ergo ē h diſtictio ordinū ī angelis.

SED CONTRA eſt, quod Apoſto. dicit ad Epheſ. 1. q̄ Deus cōſtituit Chriſtū hominem ſupra omnem principatum, & poteſtatē, & uirtutem, & dominationē, q̄ ſunt diuerſi ordines angelorū, & qdā eorum ad unam C hier. ptinent, ut infra patebit.*

RESP. Dicēdū, q̄ ſicut dictū eſt,* una hierarchia eſt un⁹ principatus. i. una multitudo ordinata uno mō ſub principis gubernatione. Nō aūt eſſet multitudo ordinata, ſed cōfuſa, ſi in multitudine diuerſi ordines nō eſſent. Ipſa ergo rō hierarchiæ reqrit ordinū diuerſitatē: quæ qdē diuerſitas ordinū ſm diuerſa officia, & actus cōſideraꝰ, ſi- D cut patet, q̄ ī una ciuitate ſunt diuerſi ordines ſm diuerſos actus. Nā alius eſt ordo iudicantiū, & ali⁹ pugnatiū, & ali⁹ laborātiū in agris, & ſic de aliis. Sed quāuis multi ſint uni⁹ ciuitatis ordines, oēs tñ ad tres pñt reduci, ſm q̄ qlibet multitudo pfecta hēt principiū, mediū, & finē. Vñ & in ciuitatib⁹ triplex ordo hoium inueniꝰ. Quidā.n. ſunt ſupremi, ut optimates: quidam aūt ſunt infi- E mi, ut uilis populus: quidam autem ſunt medij, ut populus honorabilis. Sic igiꝰ & in qualibet hierarchia angelica ordines diſtinguunꝰ ſecundùm diuerſos actus, & officia, & omnis iſta diuerſitas ad tria reduciꝰ. ſ. ad ſummū medium, & infimū. Et pp hoc m in qualibet hier. Dion.* ponit tres ordines.*

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ ordo dupliciter dr. Vno modo ipſa ordinatio comprehendens ſub ſe diuerſos gradus: & hoc modo hierarchia dicitur ordo. Alio modo dicitur ordo gradus unus: & ſic dicuntur plures ordines unius hierarchiæ.

AD II dicendū, q̄ in ſocietate angelorum oia poſſidenꝰ cōiter: ſed tñ quædam excellētius hñꝰ à qbuſdā, q̄ ab aliis. Vnumquodq; aūt pfectius hr ab eo, qui pōt illud cōicare, q̄ ab eo, qui non pōt. Sicut pfectius eſt calidū, quod pōt calefacere, q̄ quod non poteſt: & perfectius ſcit, qui poteſt docere, q̄ qui non poteſt. Et quanto pfectius donū aliqs communicare poteſt, tantò in perfectiori gradu eſt: ſicut in pfectiori gradu magiſterij eſt, q̄ poteſt docere altiorem ſcientiam. Et ſm hanc ſimilitudinē conſideranda eſt diuerſitas graduū, vel ordinum in angelis, ſm diuerſa officia, & actus.

AD III. dicēdum, q̄ inferior angelus eſt ſuperior ſupremo homine noſtræ hierarchiæ: ſm illud Matt. 11. Qui minor eſt in regno cęlorū, maior illo. ſ. Ioanne Bap. quo nullus maior inter natos mulierū ſurrexit. Vñ minor angelus cęleſtis hierarchiæ pōt nō ſolū purgare, ſed illuminare, & pficere, & altiori mō, q̄ ordines nrę hierarchiæ. Et ſic ſm diſtinctionē harū actionū non diſtinguunꝰ cęleſtes ordines, ſed ſm alias differentias actionum.

ARTICVLVS III.

Vtrū in uno ordine ſint plures angeli.

AD TERTIVM ſic ꝓcedit. Vr q̄ ī uno ordine ñ ſint plēs angeli. Dictū eſt.n. ſupra,* oēs angelos inæquales eſſe ad inuicē: ſed unius ordinis eſſe dñr, q̄ ſunt h æqualia. Ergo plures angeli non ſunt unius ordinis.

¶2 Prę. Quod pt ſufficiēter fieri p unū, ſupfluū eſt q̄ fiat per multa: ſed illud quod ptinet ad unū officiū angelicū, ſufficiēter pōt fieri p unū angelū, multò magis, q̄ p unū Solē ſufficiēter fit, qđ ptinet ad officium Solis, quāto pfectior eſt angelus cęleſti corpore. Si ergo ordines diſtinguunꝰ ſm h officia, ut dictū eſt,* ſuperfluum eſt, q̄ ſint plures angeli unius ordinis.

¶3 Præt. Supra dictū eſt † q̄ omnes angeli ſunt inæquales. Si ergo plures angeli ſint unius ordinis, puta tres, uel quatuor, īfimus ſuperioris ordinis magis cōueniet cū ſupremo īferioris, q̄ cū ſupremo ſui ordinis. Et h ſic vr q̄ magis ſit unius ordinis cū hoc, q̄ cum illo. Nō igiꝰ ſunt plures angeli unius ordinis.

SED CONTRA eſt, q̄ Iſa. 6. dicitur, q̄ Seraphim clamabāt alter ad alterū. Sunt ergo plures angeli ī uno ordine Seraphim.

RESP. dicendū, q̄ ille qui pfectè cognoſcit res aliquas, poteſt uſque ad minima & actus, & uirtutes, & naturas earū diſtinguere. Qui autem cogno

SVPER QV. CVIII. ART. III.

Alb. Mag. ubi ſupra.

Titulus clarus. In corpore duo. Primo eſt una diſtinctio bimembris. Secūdo ſunt duæ concluſiones iuxta membra diſtinctionis. ¶ Quo ad primū, diſtinguitur, Ly ordo, dupliciter ſumiꝰ, cōmunis, & ſpecialis: & ponitur differētia inter eos, quia communis ſequitur incompletam notitiam ordinatorum, ſpecialis verò perfectā. Quod declaratur & ratione, quia notitia imperfecta non diſtinguit niſi in uniuerſali, & per pauciora: perfecta uerò in ſingula diuidit, omnia perluſtrās. Et inductione. in corporib⁹ cœleſtibus, & inferioribus gradibus rerū. ¶ Aduerte hic, quòd differētia inter illos, ſicut & inter alias res, poteſt dupliciter aſſignari ſcilicet ſecundum ſe, ſeu in eſſe: & quo ad nos, ſeu in cognoſcēdo nobis. In litera utraque differentia tangitur, ſecundū ſequidem, quia altera rōet, altera ſpecialis: quo ad nos verò, quia iſta nō cognoſcitur, niſi perfectè cognitis rebus naturalib⁹, ille uero imperfectè notis. ¶ Quo ad ſecundum ponuntur duę cōcluſiones reſpōſiuę iuxta hoc duos modos acci-

Porrecta per totum.
531
Locis ſupr. ar. 2. *q. 47. ar. 2. & q. 50. ar. 4.
*Ar. prę.
† Locis in arg. citatis.

Universidad de Deusto Biblioteca

ſcit eas impfectè, nõ põt diſtinguere, niſi i vñ, q̃ qdẽ diſtinctio ſit p pauciora. Sicut q imperfectè cognoſcit res naturales, diſtinguit earũ ordines in vñ, ponẽs i vno ordine cęleſtia corpora, i alio corpora iferiora inanimata, in alio plãtas, in alio animalia. Qui aũt pfectius cognoſceret res naturales, poſſet diſtinguere & i ipſis corporib. cęleſtib' diuerſos ordines, & i ſingulis aliorũ. Nos aũt impfectè angelos cognoſcimus, & eorũ officia, ut Dion. dicit* 6. cap. cœleſt. hierar. Vñ nõ poſſum' diſtinguere officia, & ordines angelorum niſi in communi, ſecundum quem modum multi angeli ſub uno ordine continent. Si aũt perfectè cognoſceremus officia angelorum, & eorum diſtinctiones, perfectè ſciremus, q quilibet angelus habet ſuum propriũ officium, & ſuum pprium ordinẽ in rebus & multò magis quàm quælibet ſtella, etſi nos lateat.

Ad primum ergo dicendũ, q oẽs angeli unius ordinis, ſunt aliquo mõ æquales quantũ ad cõem ſimilitudinem, ſm quam cõſtituunt in ordine, ſed ſimplr non ſunt æquales. Vñ Dion. dicit * 10. cap. cęleſt. hierar. q in vno & eodem ordine angelorũ, eſt accipere primos, medios, & ultimos.

Ad II dicẽdũ, q illa ſpecialis diſtinctio ordinũ & officiorum, ſm quam quilibet angelus habet pprium officium & ordinem, eſt nobis ignota.

Ad III dicendum, q ſicut in ſupficie q̃ partim eſt alba, & partim nigra, duæ partes q̃ ſunt in confinio albi & nigri magis cõueniunt ſm ſitũ, q̃ aliæ duæ partes albæ, minus tñ ſm qualitatem: ita duo angeli, q ſunt in terminis duorũ ordinũ, magis ſecũ cõueniũt ſm ppinquitatẽ naturæ, q̃ unus eorũ cũ aliqbus aliis ſui ordinis: minus aũt ſm idoneitatem ad ſimilia officia, quæ quidem idoneitas vſque ad aliquem certum terminum protenditur.

accipiẽdi ordinẽ applicatos ad angelos. Prima eſt. Multi angeli ſunt i uno ordine nobis noto. probatur. Nos nõ cognoſcimus angelos, niſi imperfectè, ut Dion. dicit. ergo nobis nõ eſt notus niſi ordo cõis cõprehẽdẽs multos. patet ſequela ex dictis i diſtinctione. Secũda. Quilibet angelus hẽt pprium ordinẽ nobis i cognitũ. Probat prima pars à fortiori: qa quilibet ſtella hẽt pprium ordinẽ & officiũ. Scda uerò, qa ppria officia ignoramus ex quo & nõ ita pfecta reſultat cognitio priora ordinũ.

*Ca. 6. cœl. hierar. parũ a principio.

Conclu. m

* Cap. 10. medio & 10.

Perrella per totum.

SVPER QV. CVIII. ART. IIII.

Aegi. 2. 5. d. 9. q. 2. a. 1.

Titulus clarus. ¶ In corpore sũt duæ cõcluſiones reſpõſiuæ qſiti. Prima ẽ. Diſtinctio ordinũ in angelis p reſpectũ ad fiñ naturalẽ eſt à natura. Secũda eſt. Diſtinctio ordinũ in angelis p reſpectũ ad finẽ ſupnaturalẽ eſt cõpletiuè à gra: ichoatiuè uerò à natura. Hæ concluſiones primò pbãt quo ad id, qd ſupponũt ambæ ſupponit in utraque concluſione, q ordines angelici attẽdantur, & diſtinguantur ordinue ad ſinem. Et

532

2. ſñi. 9. art. 7.

† Cap. 3. eccl. hier. circa medium.

*Ca. 7. circa princi.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum diſtinctio hierarchiarũ, & ordinum ſit a natura in angelis.

Ad quartum ſic pcedit. Vĩ q diſtinctio hierarchiarũ, & ordinũ nõ ſit a natura in angelis. Hierarchia. n. dicit ſacer principatus. Et i diffinitione ei' Dion. † ponit q deiformæ, quã tũ poſſibile eſt, ſimilat: ſed ſanctitas, & deiformitas eſt in angelis p grãm, nõ p natura. Ergo diſtinctio hierarchiarum & ordinum in angelis eſt per gratiam, non per naturam.

¶ 2 Præt. Seraphin dñr ardẽtes, vel incendentes, ut Dion. dicit * 7. cap. cęl. hier. hoc autem vĩ ad charitatẽ ptinere, q̃ non eſt à natura, ſed à grã. Difundit enim in cordibus noſtris p Spiritumſanctũ, qui datus eſt nobis, ut dĩ ad Ro. 5. Quod nõ ſolùm ad ſanctos homines pertinet, ſed etiam de ſanctis angelis dici põt, ut Aug. dicit* 12. de ciui. Dei. Ergo ordines in angelis nõ ſunt a natura, ſed a grã.

¶ 3 Præt. Hierarchia eccleſiaſtica exẽplat à cęleſti: ſed ordines in hominibus non ſunt p naturam, ſed per donum gratiæ. Non. n. eſt à natura, quod vnus eſt epiſcopus, & alius eſt ſacerdos, & alius diaconus. Ergo neque in angelis ſunt ordines à natura, ſed à gratia tãtũ.

Sed contra eſt, q Magiſter dicit * 9. di. ſecundi ſen. q ordo angelorum dicitur multitudo cæleſtium ſpirituum, qui inter ſe aliquo munere gratiæ ſimilantur ſicut & naturalium datorũ participatione cõueniũt. Diſtinctio ergo ordinũ i angelis eſt non ſolum ſecundum dona gratuita, ſed etiam ſecundum dona naturalia.

Respon. Dicẽdũ, q ordo gubernationis, q eſt ordo multitudinis ſub principatu exiſtentis, attẽditur p reſpectum ad finẽ. Finis autem angelorũ põt accipi dupl'r. Vno modo ſecundum facultatẽ ſuæ naturæ, ut ſ. cognoſcant, & ament Deum naturali cognitione, & amore: & ſecundum reſpectum ad hunc finem diſtinguunt ordines angelorum ſm naturalia dona. Alio mõ poteſt accipi finis angelicæ multitudinis ſupra naturalem facultatem eorum, qui conſiſtit in uiſione diuinæ eſſentiæ, & in immobili fruitione bonitatis ipſius, ad quẽ finem ptingere non poſſunt, niſi p grãm. Vñ ſm reſpectum ad hunc finem ordines diſtinguunt in angelis, completiuè quidẽ ſecundum dona gratuita, diſpoſitiuè aũt ſecũdum dona naturalia: qa angelis data ſunt dona gratuita ſecundum capacitatem naturalium, quod nõ eſt in hominib. ut ſupra dictum eſt. Vñ in hominibus diſtinguunt ordines ſm dona gratuita tantùm, & non ſecũdũ naturam. Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

hoc pbat ſic. Ordo multitudinis ſub pñcipatu exiſtẽtis, & ordo gubernationis, paſſiuè ergo eſt p reſpectũ ad finẽ. patet ſequela, qa de rõne gubernationis eſt ſinẽ reſpicere. Secũdo ſupponit diſtinctio de fine ordi. naturali ſ. & ſupnaturali, quæ ſupponitur ex 1. Tertio ponit prima concluſio abſq; pbatione, utpote p ſe nota. Quartò ponit ſecunda, quo ad primam partẽ, qa p ſolã grãm attingi pt talis finis: quo ad ſecũda verò, qa angelis data ſunt gratuita ſecũdũ capacitatẽ naturaliũ. Et ex hoc deducit corollariũ diſtinctionem angelorũ, & hominũ ordines in ordine ad finẽ ſupnaturalẽ, qd in illis eſt a gra complet. & a natura diſpoſitiuè: in homini bus a gra tñ, & hoc qa hominibus nõ dã tur gratuita ſecundũ naturalia, quemadmodum angelis.

* lib. 12. c. 9. to. 5.

* Parag. 4

Conclu. m

* q. 62. art. 6.

ARTICVLVS V.

Vtrum ordines angelorum conuenienter nominentur.

Ad quintum ſic pcedit. Videtur q ordines angelorũ non conuenienter nominẽtur. Omnes enim cæleſtes ſpiritus dicũtur & angeli, & uirtutes, & poteſtates cęleſtes: ſed nomina communia inconuenienter aliquibus appropriantur.

SVPER QV. CVIII. ART. V.

Ferr. p. cont. c. 80.

Aegi. 2. 5. d. 9. q. 2. a. 1.

D. Bon. d. 9. q. 1. & 4.

Perrella per totum.

533

Titulus clarus. ¶ Angeli, & archangeli, & cætera nomina non ſunt ordinum angelorum. ¶ In corpore tria. Primo ondit uia uertatẽ ſeu elucidãdæ. Secũdo, uia ipſam. pſe quit. Tertio. concludit

Ergo icõueniẽter nominat vnus ordo Angelorũ, & ali' Virtutũ.

¶ 2 Præt. Eſſe dominũ ẽ pprium Dei, ſm illud Pſ. 99. Scitote qm̃ Dominus ipſe eſt Deus. Ergo icõueniẽter vnus ordo cęleſtiũ ſpirituũ Dominatiões vocant.

¶ 3 Præt. Nomen dominationis ad gubernationẽ ptinere vĩ. ſimiliter autem & nomen principatuum, & poteſtatum. Incõueniẽter ergo tribus ordinibus hæc tria nomina imponuntur.

¶ 4 Præt. Archangeli dicuntur quaſi principes angeli. Nõ ergo hoc nomen dẽt imponi alij ordini, q̃ ordini principatuum.

¶ 5 Præt. Nomen Seraphim imponit ab ardore, q ad charitatẽ ptinet: nomẽ aũt Cherubim imponit à ſciẽtia: charitas aũt, & ſciẽtia ſunt dona cõia oibus angelis. Non ergo debent eſſe nomina ſpecialium ordinum.

¶ 6 Præt. Throni dñr ſedes: ſed ex hoc ipſo De' i creatura rõnali ſedere dr̃, q ipſum cognoſcit, & amat. Nõ ergo dẽt eſſe ali' ordo Thronorũ ab ordine Cherubim, & Seraphim. Sic igitur videtur, q incõueniẽter ordines angelorum nominentur.

Sed contra eſt authoritas ſacrę Scripturę, q̃ ſic eos nominat. Nomen. n. Seraphim ponit Iſai. 6. Nomẽ Cherubim Ezec. 1. Nomẽ Thronorũ Col. 1. Dominationes autẽ & Virtutes, & Poteſtates, & Principatus ponuntur Eph. 1. Nomen autẽ Archangeli ponitur in canonica Iudæ. Nomina autẽ Angelorũ in pluribus Scripturæ locis.

Dubium. Primum. *Neceſſarium* igitur fuit præter phyſicas diſciplinas. Contra hanc concluſionem duplex dubium conſurgit. Primum quomodo ſumitur ly doctrina, an pro fide tantum. & hoc nõ, quia in articulo ſequenti quærit vtrum ſit ſcientia, & concluditur ꝙ ſic. Conſtat autem quod fides non eſt ſcientia, uel pro ſcientia Theologiæ deducta ex principijs fidei, & hoc nõ, quia idiota non poſſet ſaluari.

Ad hoc dico quòd non ſumitur pro fide præciſè, neque pro ſcientia Theologiæ præciſè, ſed pro notitia reuelata in lege antiqua, & noua ſiue formaliter, ſiue virtualiter, quæ ſecundum ſe abſtrahit à fide & ſcientia Theologiæ ſicut animal ſecundum ſe abſtrahit ab homine, & equo, & ſicut animal cum determinatione varia trahitur ad hominem, & equum, puta per differentias ſuas, ſic hæc notitia varia determinatione trahitur ad fidem, & ſcientiam. Nam ſi ſumatur quo ad primum prima reuelata tranſcendentias intellectum noſtrum quo ad hanc partem eſt fides, ſi quo ad reuelata uirtualiter ut declarauimus, ſic erit ſcientia ut uidebitur in ſecundo articulo. Et ſi quæratur ſecundum quam partem eſt neceſſaria? Dico quòd non ſecundum primam præciſè, nec ſecundum ſecundam præciſè, ſed ſecundum primam ut continet uirtualiter ſecundam. Vnde neceſſe eſt omnem idiotam eſſe Theologum uirtualiter. obligatur enim credere non ſolum principia fidei, ſed omnia, quæ deducuntur neceſſario ex eis: credere dico non expreſſe, ſed implicitè.

Ad argumenta igitur patet quid dicendum ſit. Nam ad primum concedo quòd non ſumitur pro fide præciſè. & ſimiliter ad ſecundum quòd non ſumitur pro ſcientia Theologiæ præciſe, ſed pro notitia reuelata, ut abſtrahit &c. In articulo autẽ ſequenti deſcendit ad hanc notitiam, non ut abſtrahit: ſed ut determinatur ad concluſiones deductas ex principijs primis credibilibus, & ſic determinabit quòd eſt ſcientia. Vnde D. Th. doctrinaliter proceſſit primo quærens de doctrina ſacra in ſua communitate ſumpta, ſecundo de eadem contracta ad concluſiones deductas ex principijs credibilibus ſecundo quia tam concluſio, quam ratio D. Thom. pro prima cõcluſione uidetur ſupponere falſum ſcilicet quòd finis hominis, ad quam ordinatur. P. Viſio Dei ſit ſupernaturalis hominis ex conſequenti naturaliter incognoſcibilis quantumcunque pro præſenti ſtatu cognoſcatur natura animæ noſtræ. Contra hoc fundamẽtum arguit Scot. in primo quæſtione prima, prologi. ibi, cõtra iſtas rationes inſtatur. quòd iſte finis comparatus ipſi animæ eſt naturalis licet denominatione extrinſeca dicatur ſupernaturalis. P. quia eſt in obiecto ſupernaturali quia cognoſcitur modo ſupernaturali, idest, lumine diuino, quod acquirit medio ſupernaturali, & gratia, & charitate. Quod ergo reſpectu animæ ſit naturalis, probat dupliciter: primo quia ſecundum Auguſtinum de prædeſtinatione ſanctorum. Poſſe habere fidem ſicut & charitatem naturale eſt hominum. Tunc ſic, naturale eſt homini poſſe habere medium ad illum finem. Primo ad fruitionem Dei: ergo & poſſe habere illum finem. Ad hoc ut inquit Capr. in primo prologi, quæſtione prima, ad argumenta cõtra ſecũdã & ab eo accepit expoſitor. Decipitur Scot. in ly naturæ. credidit enim conuerti cum naturali, quod eſt falſum. Nã ad hoc quòd aliquid conueniat naturæ hominũ ſufficit eſſe intellectiuũ. ad hoc autem quòd ſit naturale, eſt neceſſe, ut poſſit reduci ad actum per agens naturale. Vnde concedo quòd ſecundum Auguſtinum eſt naturæ hominum poſſe habere charitatem, & conuenit homini ut eſt intellectualis ad differentiã aliorum animaliũ, quibus repugnat talis finis, & talia media, quia ſunt naturæ non intellectualis. Nõ autem concedo quòd ſit naturale, nec id intendit Auguſtin. Et ſi quæras quomodo ſumitur ab Auguſtino, ly poſſe, dico quòd nõ ſumitur pro potentia naturali, ſed pro obedientiali, quæ dicitur non repugnãtia. Homo naturaliter appetit finẽ illum ergo eſt ei naturalis. Confirmatur, homo naturaliter cognoſcit primum obiectum intellectus eſſe ens, & quòd in Deo perfectiſſime ſaluatur ratio entis, ſed naturaliter appetit cognoſcere ens, ergo et Deum. Ad hoc dico quòd nihil concludit contra nos. Nam ad primũ negatur antecedens ſumendo finem illum ſecundum propriã rationẽ beatificam, primo Deum clare, & eſſentialiter uidentem. Nec ipſum antecedẽs probat Scot. Ad confirmationẽ concedo totum, non enim cõcludit aliud niſi quòd naturaliter deſidero cognoſcere Deum, non tamen ſub ratione propria beatifica, vt reuelatum eſt nobis. Tertio deceptus eſt Scotus, quia credidit nullam ſupernaturalitatem conuenire potentiæ paſſiuæ comparatæ actui ſuo, ſed tantum in ordine ad agens, per quod reducitur ad actum. Vnde nihil cõtra actus eſſe uel naturalitatem, ſi inclinatur in illum, ut igni aſcendere, uel uiolentiam, ſi repugnat ei ut igni moueri circulariter ſub concauo

Dubiũ ſecundum.

Univerſidad de Deuſto Biblioteca

ſunt nunquam autem ſupernaturalitatem, niſi per reſpectũ ad agens ſupernaturale, ſi modo ſupernaturali reducit potentiam ad actum, nec id aliter probat. Nos autem dicimus quòd etiam reſpectu actus dicitur ſupernaturalitas, & eſt quando per talem actum uel diſpoſitionem ad ipſum trahitur recipiẽs ad ordinẽ diuinorum entium, & ſuper ſtatũ naturalem, & quoniam anima ex uiſione diuina, & fruitione trahitur & eleuatur ad talem ſtatum, ideo illi beatifici actus ſunt ſibi ſupernaturales ut declarabitur diffuſius in q. 89. agentes de cognitione animæ ſeparatæ.

In reſponſione ad ſecundum aduerte D. Tho. expreſſe non cõcludit ex ſua rõcinatione niſi diſtinctionẽ Theologiæ à ſciẽtijs phyſicis propter media diuerſa: cõſequenter tamen, & implicitè concludit neceſſitatem. Nam ſi per lumen cæcum non poſſent haberi mu tæ ueritates complexæ de Deo ſine quibus homo ſe non poteſt ordinare in finem, ergo nõ ſolũ cõtalia, ſed & neceſſaria. exẽplum autem de Aſtrologo, & phyſico adductum eſt præciſè ad declarandum diſtinctionem, ſed nõ ad declarandũ neceſſitatem. Et propterea Scotus in prima q. prologi, ubi ad ſecundum dicitur, quòd diuerſa &c. nihil concludit contra D. Thom. arbitratur enim q. D. Thom. intendat cõcludere neceſſitatem ex ipſa reſponſione: quod non eſt uerum principaliter, ſed conſequenter tantum ut diximus. Vel aliter, & melius D. Thom. in articulo duas concluſiones determinauit & in prima concluſit quòd erat omnino neceſſaria ex fine in ſecunda autem quòd erat utilis, & non neceſſaria tantum, ſicut in prima. Ideo arguendo formauit duo argumenta, quorum primum eſt directè contra primam concluſionẽ, & ideo reſpondens ſuſtinet neceſſitatem, ſecundum eſt contra ſecundam probans, quòd non eſt neceſſaria, & quòd non eſt alia. In ratiocinatione igitur quaſi concedens quòd non eſt neceſſaria, niſi ſumendo neceſſarium pro utili immoratur ad declarandum diſtinctionem ab alijs & ſic patet quòd Scotus nihil concludit contra eum, quoniam non fuit mens ſua ſuſtinere neceſſitatem principaliter, ſed diſtinctionem.

Articvlvs II.

Vtrum ſacra doctrina ſit ſcientia.

Circa titulum, aduerte quòd cum ex declaratione primi articuli ſacra doctrina in ſe contineat principia ſua, quæ pro nunc ſupponuntur eſſe articuli fidei: & concluſiones deducibiles ex eis, hic non quæritur utrum ſecundum ſe totam ſit ſciẽtia, quoniam de principijs non habetur ſcientia, ſed ſolum ꝓ illa parte qua continet concluſiones deducibiles ex ſuis principijs. Item ly ſcientia ſumitur propriè, ut diſtinguitur contra alios habitus intellectuales. Item ſumitur ly, doctrina ſacra nõ tantum ſecundum ſe, ſed ut recipitur in intellectu uiatoris, ut ſit ſenſus. Vtrum ſacer Theologus uiator ex diſcurſu Theologico quo deducit concluſiones ſuas, ex articulis fidei acquirat ſcientiam.

Reſpondeo ſacram doctrinam eſſe ſcientiam &c. Aduerte quòd de ratione ſcientiæ abſtractè dictæ, ut diſtinguitur contra alios habitus eſt, ut ſit notitia concluſionis demonſtratæ ex primo poſteriorum, quæ demonſtratio fit ex eo quod demonſtrans copulat, & continuat concluſionem ſuperiori habitui neceſſario & euidenti ipſi demonſtranti uel ſuperiori ſcienti, cui innitatur demonſtrans, qui quidem habitus, uel eſt habitus principiorum uel ſcientia, quæ ſupplet uicem habitus principiorum, ſicut ſcientia Geometrica reſpectu perſpectiuæ habet rationem principij, & quoniam fidelis uiator diſcurrens copulat concluſiones Theologicas habitui ſuperiori neceſſario, & ineuitabili, & euidenti nõ quidem ipſi uiatori, ſed Deo, & beatis, qui eſt habitus articulorum fidei, cui fidelis innititur. Ideo D. Thom. tenet hanc eſſe ueram. Sacra doctrina eſt ſcientia.

Sed ſciendum quòd duplex eſt genus ſcientiarum, &c. Aduerte quòd perfecta differentia ſcientiæ ſubalternantis, & ſubalternatæ, ſtat in hoc, quòd prima continuat cõcluſiones ſuas ſuis principijs ultima reſolutione in quibus uidet immediatè ueritatem ſuarum concluſionum, ita quòd non ſunt reſolubiles adhuc in ſuperiorem habitum. ſecunda uero continuat cõcluſiones ſuas immediatè alteri habitui ſcientifico, & mediante ipſo principijs ſuis, & pro quanto inhæret tali habitui ſcientifico ueluti principio proximo deducit demonſtratiuè cõcluſiones ſuas non quidem demonſtratione potiſſima, ſed tali, qualis ſufficit in ſcientia ſubalternata. ex his ſequitur alia differentia f. q. ſcientia ſubalternans requirit euidentiã ſuorum principiorum proximorum ſubalternata autem non ſed ſuffi cit q. innitatur ſubalternanti ut principio ſuo, unde talis continuatio eſt tali modo ſufficit ad cauſandam ſcientiam ſubalternatã. illæ duæ differentiæ ſunt cõmunes, & neceſſariæ omni ſubalternanti, & ſubalternatæ. Aliæ aũt non conueniunt omni. q. ſubalternata contrahat ſubiectum ſubalternãtis per differẽtiã accidẽtalem. Nam Deus ſub rõne Deitatis eſt ſubiectum in Theologia beatorũ, & uiatoris, ut dicemus infra. Similiter q. ſubalternans dicat quid, ſubalternata, quia. Non conueniunt oĩ. ſed tũ humanæ habitæ ꝑ uerum diſcurſum, qui non ſaluatur in Deo, nec in beato. Nõ enim debet admitti q. intellectus Dei aut beati ꝓpriè dicat ꝑ quid de articulis fidei, niſi in hoc ſenſu, q. in diuina eſſentia immediatè intuẽtur ueritates talium articulorũ. Viator aũt acceptat ueritates, quia reuelatas, ex quibus ſequitur correlariũ q. quantum ad conditiones ꝑ ſe requiſitas Theologia noſtra precisè ſubalternata eſt Theologiæ beatorũ, non aũt quantum ad conditiones accidentales, ſiue cõmunes ſolis ſubalternantibus phyſicis, & qui Philoſophus in primo poſteriorũ non potuit inueſtigare ſubalternationẽ, niſi in ſcientijs phyſicis, quibus tales cõditiones conueniunt. ideo ſolus Theologus, ut D. Tho. ſubalternationem abſolutè attingit, ſub qua conſtituit noſtram Theologiam remouẽs omnem conditionem accidentalem, ſuſtinet eas, quæ ſunt per ſe, & id quidem innuit in articulo, cum dicit, Et hoc modo ſacra doctrina. q. d. non quo ad omnes conditiones, ſed ſolum quo ad duas primas ſupradictas. Ex his declaratis poteris ſoluere omnia argumenta aduerſantium, quæ recitantur à Capreol. in q. prologi. & uerſantur circa duas concluſiones poſitas in art. c. Nam ferè omnes negant q. ſit ſcientia licet Greg. in prima q. prologi concedat quòd ſit habitus credentiuus cauſatus ex diſcurſu Theologico infideli acceptanti articulos fidei. Et quia negant quòd ſit ſcientia, negant etiam quòd ſit ſubalternata. Igitur Aureolus Scot. Greg. Durand. probant q. non ſit ſcientia præcipuè, ut reperitur in intellectu uiatorum, & quoniam eorum principalia argumenta adducuntur cõpẽdiosè ab expoſitore, & ſoluuntur ſolutionibus reſolutis non diſcordantibus à Capreol. ideo uideto expoſitorem, & ſufficit, quoniam ſatis clarus eſt. Similiter arguunt q. non ſit ſubalternata ſcientiæ Dei, quorum argumenta, & ſolutiones claræ ſunt in expoſitore. Tu uero aduerte hoc ſolum q. qui probant eam nõ eſſe ſcientiam, fundant ſe ſuper hãc propoſitionem falſam, Omnis ſcientia eſt ex principijs ex ſe notis &c. hanc non acceptamus niſi in ſcientia, quæ eſt ſimpliciter perfecta, & non in ſubalternata, quæ utique non eſt ſcientia niſi ut ſubinnititur ſuperiori, & ut ſic habet quandam unitatẽ cum illa, & niſi habeat talẽ unitatem non eſt ſcientia, & ſtante tali cõtinuatione fides eſt ſufficiens principium huius talis ſcientiæ, & non aliter. Item qui probant eam non ſubalternari, fundant ſe ſuper hanc propoſitionem quam non acceptamus. Omnis ſcientia ſubalternata dicit quia & ſubalternans quid, & cõtrahit ſubiectum per extranea, & ſe compatiuntur in eodem ſubiecto. Nam licet Capreol. & conformiter expoſitor laboret ad ſaluandum etiam has conditiones in Theologia uiatori, tamen quoniam ut ſupra diximus illæ conditiones non ſunt eſſentiales, ſed tantum duæ, quas ſupra poſuimus. Ideo gratis concedo q. Theologia noſtra non ſubalternatur ſcientiæ, ſiue Theologiæ Dei & beatorum, niſi quo ad cõditiones eſſentiales, & hæc fuit mens D. Thom. in articulo, & ideo arguentes uanè laborauerunt &c. Sed quia omnis ſcientia pro hoc ſtatu cauſatur ex aliquo diſcurſu, ideo declarãdum eſt ex quo diſcurſu cauſatur hæc ſcientia in intellectu uiatoris. Vnde aduerte ut in met. phy. D. Tho. infra in art. 8. ſecundum Theologiam noſtram ad aliquã concluſionem utitur multiplici diſcurſu. Nam aliquando procedit ex propoſitionibus metaphyſicis, ut Deus eſt æternus. Aliquando ex propoſitionibus phyſicis, & concluſio eſt phyſicalis ut anima eſt actus corporis, cælum eſt incorruptibile. Aliquando ex probabilibus, & concluſio eſt probabilis, ut Angeli ſunt creati in gratia. Angeli nõ diſcurrunt. Aliquando ex propoſitionibus contentis in ſcriptura ſacra & concluſio eſt de his quæ deducuntur ex reuelatis. Aliquãdo ex propoſitionibus ſanctorum doctorum, & etiam gentilium, & concluſio eſt ex his quę deducũtur ex ſcriptura ſacra. iuxta primum diſcurſum cauſatur in nobis metaphyſica ſcientia. iuxta ſecũdum phyſica. iuxta tertium opinio, iuxta quartum ſcientia Theologiæ, de qua concluſimus eſſe ſubalternatam, iuxta quintum opinio de concluſione Theologiæ neceſſaria ſed differenter. Nam quando procedimus ex authoritatibus ſanctorum, procedimus ex proprijs probabilibus, quando autem ex dictis gentilium, ex extraneis, ſecundum autem quod moderno tẽpore docetur Theologia ut in pluribus procedit per primum, ſecũdum, & quintũ diſcurſum, & ideo non cauſatur in nobis ſcientia Theologica, ut in pluribus, quæ uidentur, niſi utamur quarto diſcurſu, qui

ſit qui ſolus eſt ex proprijs & neceſſarijs, quoniam reuelatum ut reuelatum neceſſarium eſt &c.

Articvlvs III.

Vtrum ſit una ſcientia ſacra doctrina.

Circa titulum ly, *ſacra doctrina* non ſumitur pro Theologia in ſua communitate ut ſub ſe continet theologiam Dei, & Beati, & uiatoris. conſtat enim quòd ſunt plures formaliter, ſed ſumitur præciſè ut reuelata, & in eo ſenſu, quo concluſit eſſe ſubalternatam. ly, una non ſumitur genericè, nec indiuidualiter, ſed ſpecifice ut ſit ſenſus. Vtrum ſit una, i. indiuiſibilis in plures ſpecies theologiæ, dato quòd conſideret de diſtinctis plusquam ſpecie. q. de Deo, de Angelo, de Chriſto &c.

Sed ſecundum rationẽ formalem obiecti &c. Aduerte quòd ratio formalis obiecti duplex eſt, quædam eſt obiecti ut res eſt & eſt diffinitio obiecti ſiue quidditas ſua, à qua fluunt paſſiones propriæ, & per quã demonſtrãtur paſſiones de ſubiecto, & dicitur ratio obiecti ex parte rei. Quædam eſt obiecti ut obiectum eſt. i. ut reſpicitur à potentia, & eſt illa ſub qua attingitur à potentia ſicut ratio obiecti uiſus ut obiectum uiſui eſt uiſibile. D. Thom. accipit rationem formalem ſecundo. Nam dato quòd ratio obiecti ut res eſt multiplicetur, ſi tamen ſtat athoma ratio obiecti, ut attingitur à potentia, non multiplicabitur ſpecifice potentia, nec habitus ut patet in uiſu, Et ideo dato q. alia ſit ratio Dei, ut Deus eſt, & Dei ut principium creaturæ, & Dei ut redemptor, quia tamen eſt ſub qua attingitur Deus à uiatore in hac doctrina ſtat athoma, & eſt adæquata f. reuelabilitas. Ideo ſecundũ D. Tho. ſtat una ſpecies ſpecialiſſima ſciẽtia Theologiæ in genere ſcientiarum. Ex hac diſtinctione dicitur quòd ſpecies obiecti, ut obiectum eſt, non coincidunt illæ enim ſunt ſpecies in genere rerum. Illæ autem ſunt ſpecies in genere cognoſcibilium. unde prouenit quòd obiectum ut res diſtinguitur per ſpecies ſicut ſapor in amarum, dulce, ponticũ ut obiectum autem. i. ut attingitur à potentia, ſtat indiuiſibilis in plures ſpecies in genere intelligibilium: quoniam illæ non multiplicantur, niſi multiplicato modo immutandi: ſimiliter prouenit quòd obiectum ut res, ſtat indiuiſibilis in plures ſpecies, & tamen ut obiectum multiplicatur in ſpecies, quoniam multiplicantur modi, quibus poſſit attingi à diuerſis potentijs ut idem pomum diſtinguitur in guſtabile, appetibile, intelligibile, quoniam alia ratione attingitur à guſtu, alia ab appetitu, alia ab intellectu. Stantibus prædictis uideſis ſoluta tria argumenta Aureoli in Capreol. in primo quæſtione prima prologi contra tertiam concluſionem, quibus probat quòd unitas formalis rationis ipſius obiecti, non ſufficit ad unitatem habitus uel potentiæ. procedunt enim de unitate formalis rationis obiecti ut res eſt, ſed non ut obiectum eſt. i. ſub qua attingitur à potentia, & quoniam propoſitio B. Thom. intelligitur in ſecundo ſenſu, & non in primo Aureolus, aut laborat in primo ſenſu argumenta ſua nihil ualent contra nos, & licet expoſitor adducat ea & ſoluat, tu tamen uide reſponſiones Capr. quoniam completæ, & claræ ſunt. nec expoſitor diſcedit à ſenſu earum.

Quia igitur ſacra ſcriptura uſque ibi diuinitus reuelata &c. Aduerte quòd ut recitat Capreol. in primo quæſtio. tertia prologi cõtra quartam concluſionem, adducit Aureolus quatuor argumenta, quibus probat quòd eſſe reuelatum, non eſt ſufficiens cauſa unitatis unius ſcientiæ, & licet, ut uidebis in Capr. clare ſoluantur, tamẽ aduerte quòd illa argumẽta f. primum, tertium, quartum peccant in falſo ſuppoſito. tacitè ſupponit enim Aureolus quòd lumen diuinæ reuelationis ſe habeat ad hanc ſcientiam tantum, ut cauſans ſic lumen intellectus agentis eſt mere cauſans ſcientiam humanam, ſed non ſic eſt hic. immo diuinũ lumen, & eſt cauſans & eſt ratio formalis ex parte noſtra, ſub qua attingimus diuinam. Nã interrogatus Theologus quare hæc concluſio eſt uera, Deus Deum genuit, & Mũdus factus eſt in tempore. reſpondet quia reuelatum eſt ſic à Deo, à quo non eſt falſum, quę quidem ratio non ualet de intellectu agente, quoniam lumen deficiens eſt. Argumentum autem ſecundum concludit quòd obiectum Theologiæ duas habet rationes formales. unum ex parte obiecti, ut res eſt hæc eſt ratio deitatis, ſed ab ea non ſumitur unitas ſpecifica Theologiæ, Aliter Theologia Dei, & beatorum eſſet una ſpecie cum Theologia noſtra, alia ex parte obiecti, ut obiectum eſt, ut attingitur ab intellectu & hęc eſt Diuinum lumen comparatum intellectui beato, & intellectui noſtro. illud enim eſt lumen clarum, hoc autem obumbratum, & quoniam ſub hac ratione ſtat athoma, quæ dicitur diuina reuelatio, intellectus uiatoris attingit diuinam. Ideo Thelogia noſtra ſtat una ſpecie, ſicut & Theologia beatorum, ſtat etiam una ſpecie.

Sed contra rationem D. Thom. expoſitor mouet dubium, quoniam uidetur cadere in æquiuocationem, nam in prima propoſitione, ſcilicet unitas habitus conſideranda eſt ſecundum rationem formalem obiecti ut res eſt, unde exemplificat in colorato reſpectu uiſus, conſtat autem rationem colorati eſſe rationem obiecti uiſus ut res eſt. In alia autem propoſitione in qua applicat ſe, ſcilicet quia igitur ſacra ſcriptura conſiderat aliqua ſecundum quòd ſunt diuinitus reuelata, & ſumit rationem formalem obiecti, ut obiectum eſt. id eſt, ut attingitur à potentia, ergo in prima propoſitione, et in ſecunda æquiuocat de ratione formali, & ex conſequenti nulla eſt ratio. expoſitor in ſua reſpõſione dicit quòd in prima propoſitione ratio formalis, obiecti ſupponit indiſtinctè pro ratione formali obiecti ut res eſt, & ut obiectum eſt, licet exemplificet de colorato quod uidetur importare rationem formalem obiecti ut res eſt, quoniam uult quòd illæ duæ rationes ſe conſequantur conuertibiliter ſicut ſubiectum, & paſſio, ideo in alia propoſitione potuit ſubſumere rationem formalem obiecti ut obiectum eſt. id eſt reuelabilitas, & non ut res eſt: id eſt, deitatem, quoniam ex deitate non poteſt concludi unitas ſpecifica Theologiæ ſic nec ex reuelabilitate, uel ſi ex reuelabilitate concluditur unitas ſpecifica quòd etiam ex deitate, quoniam ut dicit ipſe cõuenientia in ſubiecto, conueniunt etiam in paſſione, hæc aũt omnia ſunt falſa, ergo ſua reſponſio nulla. Ad hanc inſtantiam non potuit rñdere niſi diminuendo illam propoſitionem, quam propoſuerat, ſcilicet quod utraque ratio ſe conſequatur conuertibiliter. Dicit enim quòd hæc non eſt uera, niſi quando ratio obiecti, ut obiectum eſt adæquatur rationi obiecti ut res eſt, & quoniam conuertibilitas non adæquatur deitati, ſed diuino lumini. poteſt enim aliter cognoſci Deus, quam reuelabilitate. Ideo inſtantia non concludit ſecundum ipſum. Sed non aduertit quòd ſic reſpondendo non ſaluat rationem D. Tho. Nam cum abſumat hanc uniuerſalem, unitas potentiæ uel habitus &c. Et ſecundum te non uniuerſaliter ſe cõſequantur conuertibiliter utraq; rõ obiecti. cõtra ly, ratio obiecti nõ ſupponit indiſtinctè pro utraque ratione & ideo dico quòd D. Thom. in prima propoſitione, ſumit rationem formalem obiecti, ut obiectum eſt, & ſic in alia & licet exemplificet de colorato, tamen ſumit coloratum ſecundum ſe, ſed ut reſpicitur à uiſu, ideo adiunxit quod eſt obiectum uiſus, non autem reſpicitur à uiſu, niſi quia eſt ſub tali modo immutandi ꝓpter intentionaliter, & per talem modũ immutandi, ſumitur ratio formalis obiecti uiſus ut obiectum eſt. ſic intellecta prima propoſitione D. Tho. potuit conuenienter ſubſumere ſolam rationem formalem obiecti, ut obiectum eſt ſicut fecit, potuit etiam ſic formare eam. Cum igitur ſcriptura ſacra conſideret ens diuinum, ut reuelatum &c. per ly ens diuinũ ſi inſinuaſſet rationem formalem obiecti, ut res eſt, & per ly, reuelatum rationem formalem obiecti, ut obiectum eſt, ſic intellecta ratio ſtat in robore ſuo, & non eſt neceſſe cadere in reſponſionem expoſitoris, & ſtat litera clarior. contra Gent.

Articvlvs IIII.

Vtrum ſit practica.

Circa titulum aduerte quòd *cum practica*, & ſpeculatiua denominantur à praxi, & à ſpeculatiua, primo uidendum eſt quid ſit praxis, & ſpeculatiua, deinde quid ſit ſcientia ſpeculatiua, & practica. Quantum ad praxim propriè ſumptam quid ſit. unde Scot. in primo, quæſtione quarta prologi, ibi, dico igitur, quid & ibi inuenies diffinitionem completam, quam quo ad ſingulas ſufficienter declarat, & in hoc non deuiat à uia noſtra eandem definitionem abſumit Paulus Sonçinas meta. phy. q. 2. conformiter Scoto, declarat licet non nominet Scotum, uide quam uolueris. Speculatio autem ut diſtinguitur contra praxim eſt operatio ſolius intellectus, non ordinata ad aliquam operationem alterius potentiæ ab intellectu regulandam, ſed gratia ipſius ſcire. Dico uero ordinata quia dato quòd ordinaretur ad aliam operationem intellectus regulandam, propter hoc non perdit, quin ſit ſpeculatio licet remiſſe. Vnde licet ſyllogizare ſit ordinatum ad regulãdum intellectum in ſcientijs acquirendis, tamen non eſt extra genus ſpeculationis omnino ſcientia practica proprie eſt, quæ eſt proxima, & ex prima intentione regulatiua praxis id eſt, operationis ſubiectæ uoluntati ſiue elicitæ, ſiue imperatæ, dummodo quòd imperata ſit elicita ab alia potentia, quàm ab intellectu, aliter poneretur logyca eſſe practica. quod eſt contra D. Thom. ubi ſupra etc. Speculatiua autem eſt cuius finis proximus et principalis eſt ſpeculari uel ſcire. Vtrum autem ut ſcientia practica ſimpliciter

ex

Universidad de Deusto Biblioteca

ex obiecto, uel ex fine præſenti articulo eſt impertinens ideo pertranſeo donec erimus in q. 1. & ar. 18

Sacra tamen doctrina comprehendit ſub ſe vtranque &c. Aduerte quòd hæc comprehenſio non eſt per modum congregationis eo modo quo ſecūdum aliquos extrema congregantur in medio, ut calidum, & frigidum in tepido, ſed per modū eminentiæ, qui quomodo ſit, & quā rationabiliter id ponatur, uide Capreolum in prima quæſtio. 2. prologi ad ſecundam rationem contra ſextam concluſionem, ibi aliter tamen & ſecundum mentem D. Thom. &c & expoſitor maxime ab eo ſi bene aduertas, nec eſt laborandū ſicut ipſi laborat ad improbandum opinionem eorum, qui dicunt D. Thom. mentem eſſe, quod eſt cōprehendēs practicum, & ſpeculatiuum per modum congregationis. Iſti enim ſunt rudes, & deſtruunt vnitatem ſpecificam huius ſcientiæ, quam in præcedenti articulo determinauit, ideo ut rudes relinquuntur. Item ſcias quòd illam declarationem quomodo ſit practica, & ſpeculatiua non aggregatiuè ſed uirtualiter, & eminenter inuenies in Ioann. Baccon. in primo quæſt. 4. prologi articulo quinto, & uelut commentum uiæ noſtræ &c.

G

Magis tamen eſt ſpeculatiua quam practica &c. Hanc concluſionem intellige ſicut præcedentem, i. quòd eſt magis ſpeculatiua, quàm practica, nō quia magis aggregatur ex ſpeculatiua, ſed quia vna exiſtens magis declinat ad conditiones ſpeculatiuas eminenter, ſiue virtualiter. eſt enim de rebus ſpeculatiuis principaliter, & ſi eſt de practicis ordinat eas ad ſpeculationē Dei ſcilicet uiſionem. Sed contra primam concluſionem arguit Aureolus in Capr. primo quæſt. 2. prologi contra ſextam duobus medijs, que iam ſoluta uidebis ex declaratione primę concluſionis, ſupponit enim duo falſa. Primum eſt, quod ſciētia ut ſcientia prima diuiſione diuidatur in practicam, & ſpeculatiuam, ut differentias oppoſitas, quę non poſſunt eidem conuenire, hoc inquam eſt falſiſſimum, quoniam illa diuiſio non conuenit niſi ſcientię finitæ, & cauſatę lumine finito, aliter eſſet neceſſe ponere in Deo duas ſcientias, unam, qua cognoſcit ſe, & aliam, qua operatur ad extra, ſicut artifex & quando dicit hanc eſſe mentem philoſophi in 6. metaphyſic. dico quòd philoſophus non potuit loqui de ſcientijs, niſi lumine naturali acquiſitis, de quib. concedo talem diuiſionem. Secundum eſt, quòd credidit D. Thom. tenere Theologiam eſſe ſpeculatiuam ſimpliciter, & practicam ſecundum quid per aggregationem, quod nos non dicimus, ſed per eminentiam ut expoſuimus. Vndē nos debemus concedere quòd ſit formaliter magis ſpeculatiua, & formaliter ſecundum quid practica hæc enim ſonant aggregationem, & compoſitionem per accidens. Sed quòd eminēter magis æquipollet ſpeculatiuæ, quàm practicæ. Tu ſtabis in hac reſolutione, & uitabis uariam reſponſionem Capreol. hæc enim eſt magis ſtricta, & tuta in uia noſtra, à qua non deuiat expoſitor.

H

Secundū

Contra ſecundam, i. quòd non ſit principaliter ſpeculatiua immo q. ſit omnino practica, arguunt Aureolus, & Gregorius in Capreol. primo q. 1. prologi contra ſextam. Ibi tertio principaliter in uno decipitur. credit enim finem Theologiæ noſtræ eſſe præciſè ſpeculationem Dei in hac uita, & hanc eſſe mentem D. Thom. & quoniam melius eſt diligere Deum, & ſeruare mandata eius, quam ſpeculari ipſum ſiue metaphyſicè, ſiue ex reuelatis ideo concludit Aureolus quòd eſt omnino practica. Sed dicimus, quòd finis noſtræ Theologię eſt ſpeculatio Dei inchoata in uia, & perficienda in patria, ita quòd hoc totum copulatum eſt finis & non præciſè altera partium, & ſtante huiuſmodi copulato, patet quòd nulli actus practici ſunt excellentiores tali fine ſupponendo pro nunc q. intellectus ſit nobilior uoluntate, & ex hoc uidebis ſolutum ſuum argumentum ſeptimum, quod mag s uidebatur urgere: alia autem nō ſunt difficilia, & diffuſè ſoluuntur à Capreolo. Gregorius autem ſupponit duo falſa. Primum eſt quòd omnes concluſiones ſpeculatiuę conſideratæ in Theologia ordinantur ad praxim. p. dilectionem Dei, quod eſt falſum ut patet de iſta. Relationes diuinæ conſtituunt perſonas. & iſta eſſentia non generat. Secundum eſt etiam dato quòd omnis talis cōcluſio ſit ordinata ad praxim, & non tantum occaſionaliter, ſicut accidit in propoſito, aliter omnis ſcientia ſpeculatiua eſſet practica, quoniam, ex proœmio commentatoris in primo phyſicorum eſt occaſio bene uiuendi moraliter & ex hoc uidebis ſolutum primum argumentum ſuum, quoniam minor eſt falſa & probatio ſua. Ideo autem concludit de proximo intento, ſed nō de totali fine huius ſcientię. Nam ille eſt, quem aſſignauimus contra Aureolum, ſcilicet diūl copulatum. Poteſt etiam dicere quòd ſancti intēdunt totam ſcripturam eſſe ordinatam ad dilectionem Dei. Sed ſecundum unam partem, ut excitatiuā, & ſecundum aliam ut regulatiuam, & quantum ad hanc ſolā partem eſt practica. Non enim eſſe excitatiuum, ſed eſſe regulatiuum operis uoluntatis conſtituit ſcientiam practicam &c.

Qui finis noſtra Theologiæ.

I

Gregorii ſupponit duo falſa.

Primum.

K

Secundū.

F

ARTICVLVS V.

Vtrum ſit Dignior.

CIrca titulum aduerte quòd *ſacra doctrina* poteſt dupliciter conſiderari. Primo ſecundum ſe, pro. ſ. eſt ſcientia diuina, & altioris ordinis quàm quælibet ſcientia humana. & ſic D. Thom. non quærit hic utrum ſit dignior, quoniam conſtat quòd ſic. cum ſit quędam participatio diuinæ ſcientiæ, & D. Thom. dicit in articulo tertio. ad ſecundum quòd eſt quędam impreſſio diuinæ ſcientiæ, poteſt dici ſigillata à Deo in intellectu uiatoris. Secundo prout determinauit in artic. præcedent. quòd eſt pract. & ſpecular. &c. quęrit hic utrum ſit dignior. poterat enim quis dubitare, utrum ut ſpeculatiua ſit dignior omnia alia pure ſpeculatiua, & ut practica licet ſecundum qd ſit practica, tamen ſit dignor omni ſimpliciter practica, &c.

Secundum certitudinem quidem &c. Aduerte quòd B. Thom. non intelligit certitudinem quo ad nos, nam ſibi contradiceret. concluſerat enim in articulo ſecundo, quòd ſacra doctrina procedit ex principijs reuelatis, quibus credit, ſed ſimpliciter tuli non ſecundum ſe, ut etiam innuit reſponſione ad primum. & ſi inſtas, quòd ergo non eſt ſcientia, quoniam ſecundum philoſophum in primo phyſicorū, innata eſt nobis uia procedēdi à notioribus nobis ad notiora naturę. Reſpōdeo quòd hoc eſt uerum dummodo non tradantur nobis principia à ſuperiori, & infallibili ſciētia. Nam et perſpectiuus non procedit à ſibi notioribus, uel dicendum quòd philoſophus intendit de ſciētia perfecta, qualis nō eſt ſcientia ſubalternata ut ſupradiximus.

Practicarum uero ſcientiarum illa dignior eſt, quæ ad ulteriorem finem &c. Aduerte quòd B. Thom. fundat ſupradictum philoſophi in primo ethicorum lectura prima, ibi in omnibus itaque Architectonicarum &c. ubi philoſophus comparat ad inuicem artes practicas ſubordinatas, & non abſtractè ſiue diſparatè ſumptas: nam cum in illis inferior ad ſuperiorem ſit ordinata, conſtat quòd maior nobilitas eſt in ſuprema. In diſparatis autem non oportet: nā nobilius eſt deputare aurum quàm facere nauem, quoniam ſculptura cui deſeruit deputatiua auri nō ſubordinatur ad ſculpturam, uel figuratiuam, ſic, & tu intellige propoſitionem D. Thom. in ſubordinatis tantum &c.

Finis autem huius doctrinæ in quantum practica eſt beatitudo æterna, aduerte quòd cum apud B. Tho. beatitudo ſit ſpeculatiua quia eſt actus intellectus. Finis autem practicę ſit operatio alterius potentiæ ab intellectu, ut ſupra diximus, hæc propoſitio non debet exponi de fine intrinſeco, ſed extrinſeco. i. uiſione Dei, ad quem Theologia etiam ut practica ordinatur ut dictū eſt in art. 4. ibi, in quibus autem. *Ad quam ſicut ad ultimum finem ordinantur omnes alij fines ſcientiarum practicarum.* Aduerte quòd Diui Thom. fundat ſe ſuper dictum philoſophi in primo ethicorum lect. 2. Ibi. Videbitur autem principaliſſima &c. ubi philoſophus declarat quomodo ad ſcientiam nobiliſſimam practicam ſummū bonum ſpectat ſub ſpeciali ratione. Item aduerte quòd dicit omnes fines aliarum ſcientiarum. q. d. quantum ſit ex parte ſcientiarū, non aūt ſemper quantū ſit ex parte operantium, nam multi utuntur artib. practicis. & ſcientijs non ordinem ad ueram beatitudinē, bene ad beatitudinem, quam inordinate ſibi conſtituunt, hæc tamen eſt uera quòd omnes ſcientes practici operātur propter beatitudinem ueram uel æſtimatam &c.

ARTICVLVS VI.

Vtrum ſit ſapientia.

CIrca titulum ly, *ſapientia*, ſumitur pro ſcientia, quæ eſt honorabiliſſimorum entium, & caput omnium ſcientiarum & ordinatiua, ac indicatiua de alijs, has enim conditiones attribuit ſibi Ariſ. partim in proœmio metaph. partim in 6. ethicorum, ibi, & quidem cauſant has &c.

Hæc doctrina maxime ſcientia eſt &c. uſque ibi, ſed ſecundum &c. Aduerte quòd B. Thom. in hac concluſione reſponſiua innuit diſtinctionem de ſapientia in gñe, & ſapientia ſimpliciter, quam habemus ex Ariſ. 6. ethicorum ibi, ſapientiam autē in artibus certiſſimis &c. & ibi, eſſe autem quoſdam ſapientes &c. Tu unde cum, ſcias igitur quòd ſapientia in genere eſt q̄ conſiderat primas cāſ alicuius gñis, uel in aliquo artificio. ſimpliciter autē quæ conſiderat primas cāſ totius entis, & hæc eſt metaphy

metaphyſica ſecundum Ariſtote. ſenſus igitur concluſionis eſt quòd Theologia eſt magis ſapientia, quàm quæcunque humana ſapientia in genere, & etiam quàm metaphyſica quæ dicitur ſimpliciter ſapientia &c.

A

Sacra autem doctrina proprijſſime conſiderat de Deo &c. Aduerte duos terminos ly proprijſſime, & ſecundum quòd altiſſima cauſa. Nam in his intendit differentiam inter metaphyſicā & Theologiam, & poſſunt male & bene intelligi, malè quidem ſi per ly, proprijſſime, intelligatur quòd Theologia conſiderat prædicata diuina non ſolum communia Deo, & alijs abſtractis, ſed etiam proprijſſima. Metaphyſica autem tantum communia, hoc enim eſt falſum, quoniam eſſe finem extrinſecum vniuerſi, & eſſe actionem eius, & eſſe penitus independens in omni genere cauſæ ſunt proprijſſima Dei, & tamen inueſtigata ſunt in 12. Metaphyſices.

Item ſi ly, *ſecundum quòd eſt altiſſima cauſa &c.* Dicat rationē formalem obiecti in hac ſcientia malè intelligi, ſi ly, proprijſſime intelligatur quo ad conditiones proprias, & particulares. p. quòd eſt finis totius uniuerſi vniuerſalis, ſed naturæ intellectualis ſub particulari ratione p. ut clarè uides. Similiter q. cū independentia ſtat productio perſonarum in Deo, ſimiliter q. ex actione ſua immanenti producuntur verbum, & amor. Nā has conditiones ſola Theologia reuelata attingit, & ideo bene dicit ad differentiam metaphyſicę humanę quę proprijſſime de Deo conſiderat. Item ly, ſecundum q. eſt altiſſima cauſa, debet intelligi conſequenter. Nā quia Theologus conſiderat Deū, vt Deus eſt, & à deitate prouenit altiſſima, vt uniuerſaliſſima cauſa, & intimius quam metaphyſicus, quoniam ipſe non cōſiderat Deum, vt ſubiectum nec Deum ſub ratione Deitatis.

ARTICVLVS VII.

Vtrum Deus ſit ſubiectum in hac ſcientia.

CIrca titulū aduerte q. hæc propoſitio, *Deus eſt ſubiectum &c.* Dupliciter poteſt intelligi: primo abſtractè, id eſt, non deſcendendo ad aliquam rationem particularem Dei, & ſic communiter conceditur quod eſt ſubiectum in hac ſcientia. Denominatur enim Theologia à Deo, ſed hæc aſſignatio ſubiecti in ſcientia eſt confuſa, & non ſufficit. ſecundo determinate. id eſt aſſignando rationem formalem ex parte Dei, & non ſolum ex parte noſtra. hæc enim eſt reuelabilitas ut diximus in articulo tertio, & ſic eſt varia opinio ſub qua ratione ſit ſubiectum, & in hoc ſenſu D. Thom. format articulum.

Ad cuius notitiam aduerte ut bene notat Scot. in primo q. 3. prologi, ibi ex his directè reſpondeo ad ſecundam quæſtionem &c. quòd Deus poteſt quadrupliciter intelligi. primo ſub prædicato reſpectiuo ad extra vt Deus inquam & primū mouens inquantum creator, inquantum proniſor, inquantum redemptor. ſecundo ſub prædicato habente modū qualitatis, & paſſionis ut Deus inquantum bonus, vel iuſtus. tertio ſub prędicato communi ut Deus inquantum eſt primum actus ſimplex &c. Quarto ſub ratione formali quidditatiua ut Deus inquantum Deus uel ſub ratione deitatis, quæ eſt ratio formalis Dei vt res eſt. quęrit igitur B. Thom. vtrum Deus ſit ſubiectum in hac ſcientia ſub ratione formali quidditatiua an in primo vel in ſecundo, uel in tertio ſenſu.

Proprie autem illud aſſignatur obiectum alicuius habitus vel potentiæ &c. vſque ibi *vel habitus &c.* Aduerte quòd Be. Thom. in primo ſententiarum q. prima prologi articulo quarto aſſignat tres conditiones ſubiecti. ſ. uniuerſalitatem, prędicationē, diſtinctionem, & principalitatem vt videre poteris & ſic videtur innuere illic quòd omne ſubiectum in ſcientia debet eſſe aliquod commune ſub ſe continens inferiora: nec ideo prędicatur. vnde illic ex hac conditione poſuit ens reuelabile diuinū vel reuelatum eſſe ſubiectum in Theologia, ſed in præſenti articulo melius conſiderans aduertit illam conditionem non eſſe neceſſariam: ſed tantum hanc, quòd omnia conſiderata in ſcientia habeant habitudinem ad ipſum & ſic dimiſit illā, ex quibus ſequitur quòd licèt obiectum uniuſcuiuſque potentiæ, ſit aliquid commune, non tamen hoc eſt neceſſe de obiecto ſcientiæ, poteſt enim eſſe aliquod non multiplicabile ut Deus, & ſi dicas quare ergo B. Thom. loquitur de obiecto & de obiecto potentię vniformiter, dico quòd illa uniformitas per ſe non intenditur niſi quo ad hanc conditionem, obiectum potentiæ eſt illud, ſub cuius ratione omnia referuntur ad potentiam, & hęc eadem ſaluatur neceſſario in obiecto cuiuſcunque ſcientiæ: illa autem communitas non eſt neceſſario requiſita &c. Vnde ſequitur quòd Deus uerè ſit ſubiectum ſcientiæ ſub ratione Dei. Aduerte quòd hæc concluſio impugnatur à Gregorio cuius tria argumenta, licet perant idem ſoluuntur & formantur à Capreolo in prima quæſtio. 2. prologi poſt ſolutionem argumentorum Aureoli contra S. Thom. ſextam quæſtionem & quoniam Capreolus clare ſoluit, nec alio modo ſciuit ſoluere expoſitor, ideo tu uide Capreolum: ſed aduerte quod cum Capreolus ſe reſoluat ad hoc, quòd licet Deus ſit ſubiectū Theologię noſtræ ſub ratione deitatis quæ eſt ratio obiecti ut res eſt, tamen contrahitur per rationem reuelabilitatis ſub qua tantum cognoſcuntur à nobis, & ideo non ſequitur quòd poſſumus cognoſcere omnia cognoſcibilia à Deo, propterea poſtquam ſolueris argumenta Grego. tu ſolues argumenta Aureoli in primo quæſt. 4. prologi contra quintam, & ſextam quæſtionem in Capreolo in quibus probat quòd reuelabile nō poteſt eſſe ratio formalis obiecti huius ſcientiæ. Non adduco illa, quoniam Capreo. ibi clarus, & ſufficiens eſt.

C

D

Cum tota ſcientia uirtute continebatur in principijs &c. Aduerte quòd in hac continentia uirtuali difformitas eſt inter Scot. & Beat. Thom. Nam Scot. in pri. quæ. 3. prologi. ibi, ſecundo dico quòd ratio primi ſubiecti eſt &c. dicit quòd conditio neceſſario requiſita ad hoc, quòd aliquis ſit primum, id eſt, adæquatū ſubiectum in aliqua ſcientia eſt ut in ſe ipſo, id eſt, in ſui ratione diffinitiua contineat uirtualiter, ſufficienter & ſimpliciter omnes ueritates pertinentes ad talem ſcientiam: id eſt, quòd ratio ſubiecti ſit adæquata, & ſufficiens cauſa, per quam probentur propriæ paſſiones inquantum ſunt propriæ huius uel illius, & quoniam quælibet ſpecies diſparata habet proprias paſſiones, quæ non continentur in ratione alterius ſpeciei, immo repugnant ſibi ſicut propriæ paſſiones hominis, repugnant aſino, ſtante illa continentia uirtuali requiſita ſecundum ipſum ad ſubiectum ſcientiæ, tenet conſequenter quòd duarum ſpecierum diſparatarum ſunt duæ ſcientiæ ſpecificæ diſtinctæ & ſic tot ſunt geometriæ ſpecie diſtinctæ quot ſunt ſpecies figurarum: quoniam ſecundum ipſum figuratiua Geomet. ſumpta non continet adæquatè & ſufficienter quæſtiones demonſtrabiles de triangulo, ut diſtinguitur à quadrato: ſed B. Tho. qui tenet quòd non ſolum duarum ſpecierum diſparatarum ſed diſtinctarum genere, in rerum natura eſt vna ſcientia ſpecie vt diximus ſupra in articulo tertio, dummodo ſtet athoma ratio obiecti ut obiectum eſt. tenet hanc continentiam eſſe conditionem requiſitam ad primum ſubiectum ſcientiæ non adæquatè ſufficienter &c. ut expoſui de Scot. ſed radicaliter tantum. id eſt ut prima & vniuerſalis radix, puta q. in numero qui eſt ſubiectum Arithmeticæ contineantur utiliter omnes paſſiones ſpecierum numeri ut in tertio fundamento: id eſt, adæquata tamen cuiuſlibet ſpeciei. & quoniam ratio numeri ut numerus eſt, non eſt ſufficiens, & adæquatum medium ad probandum paſſionem binarij ut diſtinguitur à ternario, ideo eſt neceſſe ſi numerus debet continere ſufficienter & proximè veritatem huius quæſtionis, binarius eſt primo per par. quòd contrahatur per differentiam ad ipſum binarium, & tunc eſt verū quòd numerus contractus ad ipſum binarium continet virtualiter, adæquatè & proximè veritates binarij. Idem dico contractus ad quamlibet aliam ſpēm numerorum, ſed hæc continentia non eſt neceſſaria, ſecundum B. Thom. in ſubiecto primo alicuius ſcientiæ: ſufficit. n. illa communis radicalis. Aduerte tamē q. nec ab illa, nec ab iſta continentia pendet vnitas ſpecifica ſcientiæ, ſed à ratione formali athoma obiecti ut obiectū eſt ut determinauimus in tertio articulo. Scot. autem vbi ſuprà duplici medio probat intentum ſuum. primo ſic.

Obiectum primum continet propoſitiones immediatas, nā talium propoſitionum ſubiectum continet prædicatum ex cōſequenti euidentiam totius propoſitionis, propoſitiones autem immediatæ concluſiones continent, ergo ſubiectum propoſitionum immediatarum continet omnes veritates illius habitus.

Ad hoc dico quòd propoſitiones immediatæ ſunt duplices: quædam primæ ut diffinitio lineæ & numeri, quædam proximæ vt deffinitio trianguli binarij &c. & ex primis non concluditur paſſio ſpecifica de ſubiecto ſpecifico ut patet, ſed bene ex primis quando ſunt conuertibiles cum ſubiecto, ex his dico ad argumentum quòd prima propoſitio eſt falſa de propoſitionibus immediatis proximis, de quibus intendimus quòd ex his deducantur paſſiones ſpecificæ. Si autem Scotus intelligit de immediatis non proximis, concedo eam, ſed nego ſecundam, quoniam in eis non continentur concluſiones ſpecificæ, niſi ſint in prima, & communi radice &c.

Secundo ſic, primum obiectum, id eſt, adæquatum, ſe habet ad habitum, ut cauſa adæquata ad effectum: ſed non eſt cauſa adæquata niſi contineat uirtualiter totum effectum: ergo &c. Secundū.

Ad hoc nego Maiorem ſi ſtat obiectum primum in ſua communitate.

Univerſidad de Deusto Biblioteca

munitatem quoniam ut ſic non adæquatur quæſtionibus ſpecialibus ſicut figura non adæquatur triangulo ex conſequenti ratio ſiguræ non eſt adæquatum vel ſufficiens medium ad concludendum proprietatem trianguli de triangulo, ſi autem contrahitur ad ſpeciem, eo modo q. ſe habet ad habitum non ſecundum ſe totum, ſed pro hac, vel pro illa quæſtione vt cauſa adæquata, ſed apud nos obiectum ſic contractum non eſt primum obiectum in ſcientia quæ ſpecie eſt vna, immo in ſua cōmunitate ſumptum, dummodo ſub vna ratione formali ut eſt obiectum, attingatur ab intellectu noſtro: quoniam Sco. non conſiderat hanc duplicem rationem de qua locuti ſumus in articulo 3. ideo deceptus eſt in unitate ſpecifica habitus ſcientifici.

vt neceſſarium alterum ut probabile, lumē autem naturale ſic vt eſt extraneum à ſcia reuelata vt reuelata Authoritas autem ſanctorum & ſacrorum doctorum, & ſacræ ſcripturę ideo locatur inter propria, qui ſunt ſub lumine diuino. Nā Spiritu ſancto inſpirati loquuti ſunt ſancti homines Dei, non tamen pro æquali gradu, & ideo B. Tho. diſtinxit eus in neceſſarium, & contingens. Sed dices cur doctores Theologiæ ... in moramur in rationibus naturalibus, & præcipuè B. Tho. ſi ſunt extraneæ ab hac ſcia. Rñſio eſt, ut condeſcendant imbecillitati noſtri intellectus qui naturaliter ex his aſcendit ad diuina, & iſte modus eſt ſibi naturaliter inditus, & vt oſtendat ſapientibus ſeculi, q. hæc non ſunt adeo repugnantia intellectui ut ipſi exiſtimant, immò quòd conſona ſunt, & nullum in rationabile continent ſic vt B. Thom. in quatuor lib. contra Gentiles conatur oſtendere, & B. Auguſtin. in libro de Trinitate.

Articvlvs VIII.

Vtrum ſit argumentatiua.

G

Circa titulum Argumentatiua. Id eſt, ſufficienter probatiua quæſtionum ſuarum, & ſolutiua oppoſitarum, neque. n. vera ſcientia eſſet, ſi non poſſet ſufficienter ſoluere. ſignum. n. veritatis eſt ſolutio dubitatorum. Hæc doctrina non argumentatur ad probāda ſua principia, quæ ſunt articuli fidei, &c. Aduerte quod ly, ſua principia probanda, intelligendum eſt demonſtratiue, quoniam conſtat q. Be. Thom. & alij. & Augu. in lib. de Trinitat. conantur declarare rationibus perſuaſiuis Trinitatem eſſe in Deo, & quòd incarnatio eſt poſſibilis, & plures alios articulos, & quòd nullus articulus implicat contradictionem, cum tamen ſtat quòd ſint principia: quoniam ex eis, vt ex principijs Theologicis deducit q̄ſtiones ſuas diſcurſu Theologico, & per hoc mihi ſolutum primum, ſecundum, tertiū, quartum argumentum Aureoli, qui probat, articulos fidei eſſe quæſtiones, uide ea in cap. 1. primo quæſt. 1. prologi contra quintam quæſtionem. Quintum ſuum argumentum, fundatur ſuper illud primæ Petri 3. Parati reddere rationem de ea, q in nobis eſt fide, & ſpe. ſed reddere rationem de fide non poſſumus niſi probando articulos fidei qui ſunt quæſtiones, & non principia. Ad hoc dico quòd per ly rationem, B. Petrus nō intendit probationem articulorum fidei per medium naturale ſicut Aureolus arbitratur, ſed per medium diuinum quod eſt eſſe reuelatum, q. d. ſi quis petat à nobis quare tenemus Deū eſſe incarnatum, parati ſimus reddere rationem, quia reuelatum eſt à Deo, à quo non poteſt eſſe falſum, & hæc eſt ratio optima, quoniam vt diximus in 3. articu. lumen diuinæ reuelationis eſt ratio formalis ex parte noſtra ſub qua attingimus tradita in hac ſcientia.

Si vero aduerſarius nihil concedat &c. vſque ibi, contra fidem &c. Aduerte q. ideo non habet viam ad probandum, quia probatio debet eſſe ex euidentiori & notiori & certiori, & ideo ſi non concedat argumentum, non eſt via ad probandum, ſed tamen habet viam ad reſpondendum. quia reſponſio non requirit talem euidentiam, qualem probatio, ſed ſufficit oſtendere q. probatio vel medium aſſumptum non cogit intellectum ... dato caſu quòd neſciam ſuum oppoſitum eſſe uerum. & hoc modo ut in plurimum doctores ſoluunt rationes contra fidē, quæ quidem ſolutiones licet non ſint ſemper ex creditis, ſunt tamen eſſe Theologicæ, quia aliqua latitudo ſtat in ſolutionibus, quæ non ſtat in diſcurſu Theologico, quoniam vt diximus probatio requirit euidentiam vel acceptationem alicuius principij ſolutioni autem ſufficit euidentia, vel oſtenſio per diſtinctionem, aut alio modo quòd medium aſſumptum non cogit intellectum &c.

I

Cum. n. fides infallibili ueritati innitatur &c. vſque in finē, aduerte q. omnes credentes fidem eſſe veram, & ueto cōſonat verum, iudicant omne argumentum contra fidem eſſe falſū, & per conſequens ſolubile, non tamē omnes poſſunt ſoluere, ſed qui exercent ſe ad inueſtigandum defectum, & ſic exercere ſe doctores. & B. Tho. non dicit q. ſciant ſoluere, ſed q. ſciunt eſſe ſolubilia eo q. firmiſſime teneant oppoſitum eſſe verū quia à Deo reuelatum, uidedato q. Theologia vt Theologus ſit potens ad ſoluendum, non tamen hic, uel ille, & propterea non monſtro, venit aliquid argumentum fieri cōtra fidem, quod nullus ſignatus Theologus poſſet ſoluere, quoniam forte pro aliquo tempore nullus habet complete habitum Theologię ſic vt ſentit D. Tholo... in 2. ſententiarum in illa q. 5. creator generis humani in ſolutione argumenti.

Vtitur tamen ſacra doctrina, & ratione humana, &c. Aduerte q. licet B. Tho. in proſecutione reſponſionis, non nominet gradū in quo debeat locari probatio ſumpta à ratione humana, ſi debet locari in extraneo, ſic ut locanis authoritates philoſophorū. ſunt enim eiuſdē ordinis; quia ſub lumine naturali licet alterū

Articvlvs IX.

Vtrum debeat vti metaphoris.

Circa titulum, aduerte primò q. metaphora propriè nō proprium verificatur de eo de quo dr̃ ſecundum proprium ſignificatū ſed ſecundū aliud ſimile ſiū. Aduerte ſecundò q. cū ... in ſecundo poſteriorum in tractatu qui incipit ſi autem diſputa. in metaphoris &c. prohibeat diſputationes, & diffinitiones per metaphoras primo aſpectu uidetur inconueniens hanc nobiliſſimam ſcientiam Dei ut metaphoris, & ideo B. Th. notanter mouet articulum ut oſtendat quòd licet. id eſſet vitium in ſcientijs humanis non tamen in hac &c.

H

Conueniens eſt ſacra ſcriptura &c. Aduerte q. ly: conueniens non debet interpretari ſolum pro vtili cōiter ſumpto. i. pro eo, quod ſolum confert, ſed pro neceſſario: non quidem ſimpliciter dicto, ſed p̄ ut illud ſine quo cū maxima difficultate abud conſequimur uel ſaltem pauci poteſt dici neceſſarium ſic ut ē diximus in primo articulo pro ſecunda quæſtione, & hæc expoſitio conſonat dicto Dionyſij q. aſſumitur in proba. Nā impoſſibile non eſt correſpondens ly: conueniens communiter dicto ut patet. Accepit aūt Dionyſius ly: impoſſibile non ſimpliciter dictum ſed eo modo, quo etiam diximus de neceſſario. Item hæc expoſitio conſonat reſpōſioni ad primum vbi dicit, quod non ſolum propter vtilitatem, ſed etiam propter neceſſitatem, vtitur metaphoris &c.

Articvlvs X.

Vtrum contineat plures ſenſus.

I

Circa corpus aduerte in cuius *poteſtate eſt vt non ſolum voces &c. Sed & res ad ſignificandum* Aduerte q. B. Tho. vt ſentire eſſe proprium ſolius Dei accommodare res ad ſignificandū & non ſolū voces quod quidē eſt verū. ſi ſumantur res uniuerſaliter traditæ conſiderandæ in aliqua ſcia, qualis eſt hæc ſcia. Nā ſi ſumantur res ſpecialiter non inconuenit q. etiam homo accommodet rem à ſe factam ad ſignificandam aliam, ſic ut illi, qui dicunt amico ſuo cum fecero tale quid & ad te miſero intelliges hoc uel illud ſignificare per ipſum, ex his ſequit correlariū q. non inconuenit authorem alicuius ſciæ humanæ in aliquo tradito poſſe exponi multiplici ſenſu licet non quo ad totam doct. niſi fortè conſiderēq. totam doctrinam ſub metaphoris uelauerit ut philoſophi primi tractantes diuina, neque. n. metaphora eſt inuenta ut primum ſignificatum. Poteſt dicere q. nec uniuerſaliter, nec particulariter hō pōt accōmodare rē ad ſignificandum ex proprietate rei, q̄ñ nō eſt author rei quo

K

ad ſubſtantiā neq; naturalis, nec artificialis &c. Non eſt inconueniens ut dicit Aug. &c. uſque in finem. Aduerte q. idē tenet in q. de potētia q. 4. ar. 1. ubi dr̃ ueritas, q̄ poſt diuinæ ſcripturę. Tu tñ nota q. una littera nō cōprehēdit plures ſenſus literales q̄ ſunt primo intentos ab authore, ſed quodam ordine ita quòd primo intentus eſt vnus, qui ſimpliciter eſt literalis & de hoc intendit Beat. Thom. in reſponſione ad primum cum dicit. Cum omnes fundentur ſuper vnum, à quo ſolo, ſcilicet literali poteſt trahi argumentum & quòd Be. Thom. tenerat hos ſenſus comprehendi quodam ordine manifeſtat in q. de potentia q. quarta. ubi non eſt incredibile Moyſi, & illic dicit quòd ſub una litterae literæ id eſt, ſub quodam ordine deſignantur plures ſenſus qui ſunt ſenſus authoris quorum quis ſit primo intentus ab authore quærendum eſt alio loco ſcripturæ, ut innuit Be. Tho. in reſponſione ad primum q. ſi nō poteſt haberi propter multitudinē expoſitionū, recurrendū eſt ad caput eccleſię vt caput eſt.

Quæſtio

Quæſtio ſecunda.

Articvlvs I.

Vtrum Deum eſſe ſit per ſe notum.

Circa titulum, aduerte q. ly *per ſe notum* conuertitur cū ly: ſe euidens & ly: per ſe euidens conuertitur cū propoſitione immediata. Nā vt inquit philoſophus in primo poſteriorū immediata propoſitio eſt qua nō eſt altera prior per quam. ſ. ſiat euidens, ſeu demonſtretur. Intendit ergo B. Tho. utrū hæc propoſitio Deus eſt, ſit ex ſe ipſa & immediate euidens.

Et ex hoc enim aliqua propoſitio eſt per ſe nota &c. Aduerte, q. propriè loquendo D. Thom. non intendit hanc eſſe propriè diffinitionem propoſitionis per ſe notæ, quoniam definitum eſſet in plus. Nam ſtat plures propoſitiones eſſe ſufficienter euidentes ſine alia & tamen prædicatum non eſſe de ratione ſubiecti ut quando negatur prædicatum à prædicato. Nec. n. quantitas eſt de ratione ſubſtantiæ, ſic ut ſunt propoſitiones notę ad ſenſum ut totum eſt maius ſua parte & ſic de alijs maximis mathematicis & in naturalibus ſicut iſta. Motus eſt. Ignis eſt calidus. Nam licet prædicatum nō ſit de ratione ſubiecti, nunc tamen demonſtrarentur cum ſint notiſſime. Dicendum igitur eſt quòd B. Thom. intendit aſſignare cauſam, per quam infallibiliter ſit propoſitio per ſe nota, & eſt quando prędicatum eſt &c. Non tamen intendit hanc ſolam eſſe ut declaraui. Eſt tamen hæc cauſa talis conditionis quòd quotiens ponitur redditur propoſitio per ſe nota, ſicut eſſe ſenſitiuum infert infallibiliter eſſe uegetatiuum, non tamen adæquate, ſtat enim eſſe uegetatiuum ſine ſenſitiuo.

B

Contra hanc propoſitionem arguit Aureolus, ſed nihil valent ſtante declaratione prædicta argumenta Aureoli. Credit enim B. Tho. hic definire propoſitionem, per ſe notam uel talem adducere cauſam adæquatam quod non eſt uerum, & nō poteſt concedi quòd omnes propoſitiones, quas adducit, ſint per ſe notæ pro quanto non poſſunt intellectu per euidentiores declarari, ſed ſufficit ſenſus, uel experientia.

C

Gregorius quoq; arguit, & conatur deſtruere cauſam adductam à B. Thom. arguens quòd dantur plures concluſiones in quibus prædicatum eſt de ratione ſubiecti, & tamen non ſunt per ſe notæ, ſed decipitur quoniam credit non dari propoſitionē per ſe notam, niſi ſit nota cuilibet potenti vti ratione, ſic enim ipſe definit in primo d. 2. q. 1. propoſitionē per ſe notam Vnde apud ipſum propoſitio p ſe nota in ſua maxima uniuerſalitate ſumpta conuertitur cum cōi animi conceptione. ſed apud B. Thom. ut patet in articulo hoc eſt falſum aliter non poſuiſſet diſtinctionem propoſitionis per ſe in ſecundum ſe, & quo ad nos, & ideo fantaſia Gregorij apud nos nihil eſt.

Propoſitio quidem quantum ſit in ſe erit per ſe nota non tamen &c. Aduerte quòd B. Thom. ex hoc innuit eadem numero propoſitionem poſſe eſſe per ſe notam vni, & non alteri: uel ſecundum ſe, non tamen viatori. quam quidem identitatem intelli ge quoad terminos, non autem quo ad conceptum vel conceptus. Nam ſi idem conceptus eſſent in omni intellectu talis propoſitio eſſet omni vel nulli cognita, & quoniam ex terminis & re ſignificata propoſitio habet identitatem materialem tantum, ex unitate autem conceptus formalem. ideo intelligas ly: eandem propoſitionem quoad identitatem materialem, ſed non quo ad formalem. Etenim ſi quæras unde eſt quòd propoſitio habens duos conceptus ſecundum unum eſt per ſe nota, & non ſecundum alterum. Reſpondeo quòd hoc prouenit quia contingit alterum iſtorum conceptuum eſſe ex proprijs, & intrinſecis rei ſignificatæ: alterum autem eſſe extrinſecis, uel à poſteriori, & ideo intellectui habenti primum conceptum erit euidens, non autem habenti ſecundum. Hinc eſt quod Deum eſſe eſt per ſe notum, Beato non autem viatori ex his uidebis ſoluta duo argumenta Aureoli in Capre. d. 2. quæſtio 2. contra ſecundam.

D

Dico igitur quòd hæc propoſitio Deus eſt &c. vſque ibi in finem articuli. Aduerte vt diximus quòd ly: hæc propoſitio debet intelligi quo ad identitatem materialem. & nō quoad formalem & quòd ideo eſt non per ſe nota nobis quia alio modo intelligitur à beato. p. in ipſa diuinitate & alio modo à nobis quia in ipſa creatura & propter hoc argumenta Aureoli in primo Capituli d. 2. q. 2. contra tertiam quæſtionem nihil concludunt. Credit enim quòd nos teneamus eādem formaliter ita quòd ſub eodem concepto ſit nota beato & nobis ſuppoſito quòd habeamus eundem conceptum quem habet beatus de Deo. Aduerte tamen quòd aliud falſum ſupponit in ſecundo ſuo argumēto. quòd beatus reſoluat hanc in priorem. ſ. Deus eſt in hanc, actus purus eſt ut ſic arguat actus purus eſt ergo

E

Aureolus ſupponit duo falſa.

Primum.

Secundū.

A

Deus eſt & propterea credit hanc Deus eſt eſſe mediatam tam beato quam viatori ex conſequenti non per ſe notam. Fallitur inquam quoniam talis reſolutio nō ſtat in intellectu beati, ſed intuetur eam immediate in diuina eſſentia ſic inueniuntur, prima principia in cognitione terminorum. Argumenta autem Gregorij contra eandem quæſtionem in Ca. Vbi ſupra fundātur in falſo de quo ſupra diximus. ſ. quòd omnis propoſitio p ſe nota ſit nota omni utenti ratione hoc ſupra reprobauimus. ex conſequenti non probat niſi quòd hæc Deus eſt, non eſt nota omnibus, cum hoc tamen ſtat quòd ſit nota ſecundū ſe &c.

In reſpōſione ad ſecundum aduerte ut ſcias quomodo hæc deſcriptio, id quòd eſt excedēs oē cogitabile attribuitur huic quod dico Deus. Quod deſcriptiones ſunt in triplici differētia. Quædam dantur, his quibus repugnant exiſtentia, ut deſcriptio contradictoriorum vacui infiniti impoſſibili, & non verificantur de deſcriptis, niſi ſecundum eſſe obiectiuum id eſt, ut apprehenduntur ab intellectu. Quædam dantur de his quę apprehenduntur ab intellectu & ut ſic abſtrahunt ab exiſtentia, & nō exiſtentia, ut homo eſt nobiliſſimum animalium. Roſa eſt pulcherrima florum. Quædam autem dantur de his, quæ apprehenduntur ab intellectu & inquantū exiſtunt ut cælum eſt primū generans & cauſa generationis perpetuæ deſcriptio allegata à B. Tho. de Deo non ponitur in primo ordine: quoniam conſtat non exiſtentia repugnare Deo. Nec in tertio quoniam tunc argumentū concluderet. ſ. quòd Deum eſſe eſt per ſe notum. Nam hęc eſſet ut communis animi conceptio Deus eſt quid exiſtens in rerum natura quo maius excogitari non poteſt. Sed ponitur in ſecundo ordine, nam intellectus cogitās de ly: Deus inuenit has conditiones ſibi eſſe attribuendas ſiue exiſtat ſiue non, ſicut cogitans de perfectiſſimo duce vel legiſlatore, attribuit ſibi, quòd eſt iuſtiſſimus prudentiſſimus &c. Dato etiam quod nullus talis eſſet in natura & propterea ſic ut hæc conſequentia non ualet perfectiſſimus dux eſt ille qui eſt iuſtiſſimus &c. ergo talis eſt in rerum natura ſic neceſſa Deus eſt quo maius &c. ergo eſt in rerum natura & hæc fuit intentio B. Thom. in reſponſione ad ſecūdum. Nam cum dicit non tamen propter hoc ſequitur innuit quòd hæc deſcriptio locatur in ſecundo ordine & cum dicit nec poteſt argui quòd ſit &c. innuit quòd non locatur in tertio ordine, & ideo non eſt per ſe nota.

Sed contra hoc inſtatur ab aliquibus ſic ergo adhuc ſtat argumentum, nam ſi hęc deſcriptio locatur in ſecundo ordine, & non in tertio ergo Deus non eſt id, quo maius probatur conſequentia maius enim eſt quod apprehenditur & eſt, quam quod apprehenditur tantum ſed ſi locatur in ſecūdo ordine, tantum apprehenditur in tertio autem apprehēditur & eſt &c. Ad hoc nego conſequentiam ad proban. nego illam comparationem. Non enim valet, niſi id, quod apprehenditur, locetur tantum in primo ordine ſicut uacuum & infinitum &c. ſi aūt locatur in ſecundo non ualet, quoniam licet expreſſe non ponat exiſtentiam non tamen negat eam, ſtat enim quod exiſtat licet non ſit euidens cogitanti, euidentia autem uel in euidentia exiſtentię ipſi cogitanti non ponit maioritatem, uel minoritatem in re ex parte rei.

In reſponſione ad tertium aduerte quod B. Thom. acceptat hanc conſequentiam factam in argumento. Nulla ueritas eſt ergo uerum eſt nullam ueritatem eſſe, & ratio acceptationis eſt quia ad propoſitionem de ineſſe ſequitur modalis de uero vel falſo: nam bene ſequitur. Nullus homo eſt lapis ergo verū eſt nullum hominem eſſe lapidem & hoc immediate ſequitur ex illa.

Scotus autem in primo d. 2. q. 2. reſpondens ad tertiū principale non conſiderans hanc regulam de modali negauit prędictam conſequentiam, dicens quòd ad hanc nulla veritas eſt ſequitur hanc ergo non eſt uerum aliquam ueritatem eſſe, & non ſequitur hęc ergo uerum eſt nullam ueritatem eſſe. Nos autem dicimus vtranque ſequi ſed immediate illam modalē hāc autem tanquā ęquipollentē uniuerſali negatiuę ſecundū regulas ęquipollentiarum propoſitionum. Nam nulla ueritas eſt, & aliqua veritas eſt ſunt contradictorię, ſi autem ponatur negatiua ſic non eſt uerum aliquam ueritatem patet quòd ęquipollent. Quod autem illa modalis nō ſequatur probat Scotus, quia veritas aut accipitur fundamētaliter aut pro ueritate intellectus componentis uel diuidentis, ſed neutro modo pōt accipi nō fundamētaliter quia ſi nulla ueritas eſt nulla res fundans remanet. Fundamentum enim ueritatis eſt entitas rei ergo ex illa negatiua nō ſequitur illa affirmatiua uerum eſt &c. Nam ſi uerum eſt ergo aliqua ueritas eſt quoniam eſſe uerū, & eſſe aliquam ueritatem ęquipollent ſi ergo nulla veritas eſt ſequitur ueritatem fundamentaliter non eſſe, nec poteſt ſumi formaliter, quia nullus intellectus eſt remanēs poſito q. nulla

Scotus.

veritas

Univerſidad de Deuſto Biblioteca

ueritas ſit ergo ex illa negatiua non ſequitur prædicta affirmatiua modalis &c.

Ad hoc dico quòd ex negatione ſequitur affirmatio prædicta, & per conſequens ſtat aliqua ueritas: nam bene ſequitur, verum eſt nullam veritatem eſſe, ergo ueritas eſt nullam, & ueritatem eſſe & cum quæritur quomodo ſumatur in hac affirmatiua ueritas, dico quòd ſumitur fundamentaliter. & cum arguitur quoniam nulla res fundans remanet, ergo &c. negatur conſeq. nam licet omnis propoſitionis modalis de uero, tam dicto, quam de modo affirmatiuè fundamentum ſit entitas rei vt hominem eſſe animal eſt uerum, tamen negatiuè de dicto fundamentum eſt non eſſe rei vt hominem non eſſe lapidem, eſt uerum: ſic in propoſito nullam eſſe ueritatem eſt uerum fundamentum eſt non eſſe ueritatem. Deceptus eſt ergo Scot. quia credidit omnis propoſitionis veræ tam affirmatiuè quã negatiuè eſſe, vel entitatem rei eſſe fundamentum, quod nos nõ concedimus niſi in affirmatiuis quorum termini ſunt poſitiui ad differentiam illarum, non ens eſt non ens non homo eſt non homo &c.

Articulus II.

Vtrum Deum eſſe ſit demonſtrabile.

Duplex eſt demonſtratio, vna quæ eſt per cauſam &c. Aduerte quod B. Thom. fundat ſe in primo poſterior. lec. 25. ſecundum ſignationem B. Thom. ſed ly, per cauſam non ſumitur abſtractè ſed pro cauſa prima, & immediatè nobis notiori quam effectus nam illic Ariſt. tenet quòd demonſtratio quæ eſt per cauſam remotam eſt demonſtratio quia vt videre poteris, alia eſt per effectum &c. Aduerte quod philoſophus illic docet facere demonſtrationem per effectum conuertibilem ſiue adæquatum, & per conuertibilem. B. Thom. in litera ly per effectum, accipit indiſtinctè, & cum applicat in propoſito neceſſe eſt vt intelligat de non conuertibili, & non adæquato. quoniam in creatis non datur effectus adæquatus diuinæ omnipotentiæ, differentia autem demonſtrationis per effectum adæquatum, & nõ adæquatum ſtat in hoc, quòd per effectum adæquatum non ſolum concluditur cauſam præexiſtere, ſed cauſa in ſe ſufficienter cognoſcitur ita quòd comparatur talis cognitio, cognitioni quidditatiuæ ut poteſt elici ex B. Thom. infra in quæſtio. 88. articul. 2. ad 7. per effectum autem inadæquatum concluditur cauſam præexiſtere, quæ quidem cognitio valde imperfecta.

In reſpon. ad primum de *præambula ad articulos fidei &c.* Aduerte quòd B. Thom. non intendit omnia quæ poſſunt ſciri de Deo cognitione naturali eſſe ſecundum ſe præambula, id eſt, priora articul. fidei in ſe acceptis. hoc enim eſſet falſum, nam aliqua præcedunt vt Deum eſſe, & eſſe vnum præcedunt Deum eſſe trinum; quoniã trinitas fundatur, in eſſentia vna. Aliqua autem ſubſequuntur vt Deum eſſe creatorem uel principium efficiens omnium, quoniam prædicata reſpectiua ſubſequuntur abſoluta, ut ſua fundamenta. Intendit igitur quòd omnia ſunt præambula vt ueniunt in cognitionem noſtram & comparantur ad articulos fidei nõ in ſe acceptos, ſed ut creduntur à nobis. Vnde ut ſic ſunt ergo diſpoſitio acceptandi articulos fidei, vnde dicit B. Tho. quòd ſicut natura deſeruit gratiæ, ſic cognitio naturalis deſeruit fidei. Sed dices, ergo artic. fidei non ſunt prima principia in hac doctrina. quoniam ſecundum te habent propoſitiones has præambulas in cognitione noſtra, Deus eſt Deus, eſt vnus &c. Reſpondeo nego conſequentiam ad probandum non ſequitur: quoniam non ponũtur præambula eodem lumine quo accipiuntur articuli fidei. Deinde illud præambulum non eſt neceſſarium ſimpliciter vt declarans. B. Thom. in ſecunda ratione ibi nihil tamen prohibet &c.

In reſponſione ad ſecundum *quia quæſtio quid eſt, ſequitur quæſtionem an eſt, &c.* Aduerte quòd B. Thom. fundat ſe ſuper philoſophum in ſecundo poſteriorum lectura prima, ibi quædam autem alio modo quærimus, vbi dicit philoſophus quòd cum quærimus de aliquo p. de Deo, uel centauro per ſecundum adiacens cognoſcentes quia eſt, poſtea quærimus quid ſunt, vt quid eſt Deus, quid eſt homo, ſed qa ſignificatum nominis præſupponitur cuilibet quæſtioni, ideo in noſtro intellectu iſte eſt ordo vt primi ſtatuamus, & ſciamus quid nominis, ſecundo ex quid nominis ſcrutemur ſi eſt per ſecundum adiacens. Tertio ex ſi eſt ſcrutemur quid rei. Quarto ex quid rei ſcrutemur ſi eſt, uel quia eſt per tertium adiacẽ. & eſt quãdo ſcrutamur paſſiones de ſubiecto, per quod quid eſt deducẽtes. & hunc ordinem ſeruauit infra B. Tho. vt declarabitur in articulo ſequentis quæſtionis.

Articulus III.

Vtrum Deus ſit.

Circa titulum occurrit dubium, quia ſtatim uidetur iſte articulus inconuenienter motus, nam ſi in qualibet ſcientia ſupponitur de ſubiecto quid, & quia ex primo poſterior. & B. Tho. concluſit Deum eſſe ſubiectum in hac ſcientia, ergo incõuenienter quæritur, an Deus ſit.

Ad quod vltra reſponſiones duas quas adducit expoſitor, quarum prima eſt quòd hæc ſcientia probat ſuum ſubiectum per accidens non per ſe, per accidens quidem, quia non participamus tantum de lumine diuino à quo eſt hæc ſcientia quod poſſit nobis conſtare Deum eſſe, cuilibet autem ſcientiæ prohibetur probare per ſe ſuum ſubiectum, eſſe, per accidens autẽ non eſt inconueniens quoniam ea quæ ſunt per accidens, non repugnant arti.

Secunda eſt quòd hæc ſcia probat ſuum ſubiectum eſſe non per medium diuinum & ſibi proprium, ſupponitur enim ex reuelatione iuxta illud Exodi tertio, qui eſt. Sed per medium extraneum, & naturale vt patet in rationib. huius articuli, licet autem ſit contra artem probare ſubiectum ex proprijs, non tamen extraneis.

Tu potes addere quòd mens philoſophi eſt de ſubiecto ſuppoſito quia eſt dummodo poſſit eſſe per ſe notum ſenſui, uel intellectui, qualia ſunt ſubiecta ſcientiarum naturalium, & cum hæc ſit alterius ordinis non inconueniens quòd ſcrutetur ſuum ſubiectum eſſe eo, quod non conſtat ſenſui, nec intellectui, & ſicut diximus in quæſt. præcedenti quod hæc ſcientia ut diuina, habet multa priuilegia ſuper alias, ut quod eſt ſimul practi. & ſpecul. ex obiecto, & non inconueniens, vt probet ſuum ſubiectum eſſe à poſteriori tamen &c.

Quantum ad rationes B. Thom. Aduerte quòd licet expoſitor teneat has rõnes non efficaciter concludere expreſſe Deũ eſſe quoniam prima & ſecunda non deducunt niſi ad primũ corpus, id eſt, cœlum, & animam intellectiuam. & ſimiliter aliæ non concludunt, ſed tantum concludunt quædam prædicata quæ pro ueritate ſunt propria Deo non curando quomodo vel qualiter ſint, tamen ſequendo doctrinam Capreoli 1. d. 3. quæſtio. 1. melius eſt quod ſuſtineas has eſſe ſufficiẽtes, ſupponendo unum quod ſ. non fuit neceſſe P. Tho. in quolibet ſuo libro in quo recitat aliquas rationes vniformiter ad ultimũ reſoluere, unde qui in primo contr. Gent. cap. 13. primam rõnẽ huius articuli vſq; ad ſuprema deducit ex Ariſtotele, ideo ſufficit ſibi in hoc articulo tangere fundamentum, qui inuenit ne fieret inutilis repetitio, reſolutionem ſupremam quærendam eſſe in primo contr. Gent. 13. Et ideo ſi Gregorius hoc cõſideraſſet, uel librum contra Gent. vidiſſet, non ita hanc rationem primam contempſiſſet dicens quòd non deducit niſi ad animam cœli, uel motorem coniunctum, ſimiliter ratio ſecunda quæ deducit ad unum primum efficiens optime ſuſtinetur à Capreolo, ubi ſupra, & declarat quomodo completur in ſecundo contra Gen. 15. Vide ibi illum. Tertia uerò & quarta & quinta ſufficienter concludunt vt formantur in articulo & ſuſtinebimus contra Aureol. examinando propoſitiones ſingularum rõnum. In prima ratione poſtquam reſolueris eam ſicut B. Thom. in primo contr. Gent. 13. quæſt. per totum ſuſtinebis duas propoſitiones. prima impoſſibile eſt, ergo q; ſecundũ idem & eodem modo aliquid moueat ſe ipſum, & moueatur. Scot. in 2. d. 2. q. 10. tenet oppoſitum in intellectu & uoluntate & in animato augente ſe. & in graui mouente ſe & in aqua calida infrigidante ſeipſam. eius argumenta recitantur à Capreolo 2. diſ. 9. quæſt. 1. contra primam, & ab eodem facillimè ſoluuntur, licet enim probent quòd aliquid eſt mouens & motũ non tamen id eſt uerum penitus ſecundum idem unde eum. De hac tamen materia diffuſius loquemur in tractatu de Angelis in q. 53. articulo primo &c. 1. propoſitio.

Secunda eſt *mouentia non mouent, niſi quia ſunt mota à primo &c.* Aduerte quòd coincidit cum illa, quæ ponitur in ratione ſecunda primum eſt cauſa medij &c. æquipollet hinc cauſa media pendet à prima quæ propoſitio poteſt habere triplicem ſenſum. pri mo quòd cauſa media, vt media & ſic non eſt uera, quoniam non eſt de ratione medij ut medium pendere ab aliquo primo, ſed tamen ab hinc, & inde ſiue mediate inter duo extrema, ſecundo quòd cauſa media uerã, & ſic non eſt vera: quoniam non eſt de ratione cauſæ ut cauſa pẽdere ab aliquo primo aliter omnis cauſa eſſet dependens. tertio quòd cauſa media ut cauſa media & ſic eſt uera, eſt enim cauſa media ratione cauſalitatis non à ſe, ergo cauſalitatis, id eſt, virtutem cauſandi recipit ab alio, ut priori, & quidem ſi illud 1. cauſat à ſe, ergo erit primo cauſa, & ſi non eſt à ſe, ergo eſt à priori & ſic aſcendendo, vel datur primum vel tota iſta complexio cauſarum fruſtrabitur, ideo enim cauſant vt compleant cauſationem ſuam in effectum, ſed ſi mediæ tandem non reducantur ad primum non complebitur cauſatio ſua. ideo ne euacuetur omnis cauſalitas in natura neceſſe eſt, vt cauſa media inquantum cauſa media producatur à prima. & ſi dicas quòd remota prima omnes cauſæ eſſent mediæ. ergo non neceſſario pendent à prima. reſpondeo, nego antecedens immo nulla eſſet cauſa, nec effectus vt ait Beatus Thom. in ſecunda ratione ibi, ſed ſi procedatur in infinitum, vſque ibi efficientes mediæ &c. & dicit Ariſtotel. in ſecundo metaphyſico. tracta. ſexto nihil eſt toto primum, nec ex toto cauſa illa, ſed contra Beatus Thom. in ſecundo metaphyſices, exponens textum ſextu. concedit illud antecedens. dicit enim ſi proceditur in infinitum omnes cauſæ ſunt mediæ. reſpondeo quòd ſumit ly, cauſas, non quo ad cauſalitatem, ſed quo ad denominationem ſecundum communem modum loquendi, ſed pro rei ueritate nulla cauſa remaneret, & hæc fuit mens illius philoſophi ibi.

In ſecunda ratione poſtquam reſolueris eam vt Capreolus in prima diſtinctione, tertia, quæſtione, primo articulo, & eſt defenſio prædictæ rationis. Beatus Thom. contra Aureolum. Declarabis illam propoſitionem: nec eſt poſſibile quòd aliquid ſit cauſa efficiens ſui ipſius, quia ſic eſſet prius ſeipſo, & aduerte, quòd hæc ratio eſt San. Auguſtini in decimo de Trinitate, vbi inquit, Si quid enim ſe ipſum gigneret ſe ipſo prius & poſterius eſſet &c. Hæc quidem ratio quantum ad ly, prius & poſterius, alio modo verificatur in productione, in qua productum eſſentialiter diſtinguitur à producente, & alio modo, quã do utrumque eſt coeſſentiale vt indiuiſum: nam in primo modo ly, prius ſtat pro prioritate durationis, uel ſaltem naturæ vt in cœteris. In ſecundo modo ſtat ſolum pro prioritate cauſalitatis, & dicitur prius à quo ut diffuſè tractabitur de Trini. Nam ſi omne producens eſſet prius duratione vel natura ſuo producto vitare non poſſemus, quin talis prioritas eſſet in diuinis inter perſonas. Intelligatur enim dictum contra Beat. Tho. indiſtinctè non præcisè primo modo.

Producẽs eſt prior producto Aut cauſalitatis prioritate aut durationis naturæ.

In tertia ratione ſunt propoſitiones impugnatæ ab Aureolo, ut recitat Capreolus vbi ſuprà. Prima eſt, quod eſt poſſibile non eſſe, quandoque non eſt &c. Aureolus dat inſtantiam de elementis, quæ correlatiua ſunt, ut patet, & tamen ſunt æterna etiam ſecundum fidem, quoniam terra, in æternum ſtat & cætera.

Ad hoc dico, quòd ſi mundus eſſet æternus, & generatio eſſet æterna, nulla pars elementi ſignata eſſet æterna ex ſecundo de generatione, & ſic eſſet verum dicere, quòd ideo terra corrumperetur, nec eſt æterna, niſi per æquiualentiam, quoniam ſi in una parte orbis partes terræ tranſmutantur in aquã in alias partes aquæ in terra & ſic tali uiciſſitudine elementa ſeruantur in æternum ab authore uniuerſi. ſecundum fidem autem dico quòd elementa non ſeruantur æterna, niſi ſecundum potentiam diuinam, qua etiam ceſſabit generatio. vnde ſibi derelicta per actionem contrarij approximati, & nõ impediti corrumperentur, &c.

Secunda omne neceſſarium habet cauſam ſuæ neceſſitatis, vel non habet &c. Aduerte quòd Aureolus & fortius Gregorius in ſecundo diſtinction. prima, quæſtione prima negant hanc, & dicunt philoſophum non concedere neceſſarium habere aliquam cauſam efficientem & quando ſibi adducitur ex philoſopho in quinto metaphyſic. in capitul. de neceſſario, & complexo, dicit Gregorius quod intelligunt de complexis, vt ſunt quæſtiones, ſed quòd etiam loquatur de incomplexis declaraui in duodecimo metaphyſic. in quæſtion. 43. uide illic ultimam reſolutionem, quam ſi non uideris, non proficient tibi allegationes, quas adducit Capreolus, vbi ſuprà pro defenſione prædictæ propoſitionis. In quarta ratione, impugnatur ab Aureolo hæc propoſitio. Quod autem dicitur maximè tale in aliquo genere &c. dat inſtantiam de albedine, quæ eſt maxima in genere coloris, & ideo non eſt cauſa omnium colorum, vt patet. Tu igitur aduerte primo quòd ly, maximè, non ſtat pro aliqua ſpecie alicuius generis, ſumendo genus ſtrictè pro aliquo uniuoco diuiſibili in differentias oppoſitas, ſed ſtat pro aliquo primo & perfectiſſimo, cui primo conuenit ratio formalis alicuius generis. id eſt alicuius communis ſaltem communitate uniuoca, uel analoga, & hoc dico quoniam ſumpto genere propriſſimè dicto & non alio modo ratio Beat. Thom. in propoſito non concluderet, quoniam apud ipſum nec ens, nec aliud tranſcendens eſt uniuocum, nec verè genus, eſt ergo ſenſus. Quod primum & perfectiſſimum, cui primo conuenit ratio formalis alicuius communis, ita quòd in ſe contineat omnes perfectiones illius communis, & nõ ſolum, quia magis participat de illis, eſt cauſa effectiua omnium aliorum cui conuenit talis ratio. Aduerte ſecundo, ſecundum Beat. Thom. in quæſtio. de potentia Dei, quæſtione ſeptima, articulo quarto. Quod accidentium licet proxima menſura ſit aliquod accidẽs. p. perfectiſſima ſpecies illius generis, non tamen eſt primo prima, ſed hæc eſt ſubſtantia maximæ entitatis & de menſura, primo prima quæ dicitur primo proxima, quæ dicitur primo primum, & perfectiſſimum intelligitur illa maxima. Quod eſt maxime tale &c.

Ex his ad inſtantiam de albedine, dico quòd non ualet, quoniam non eſt primo primum, vt menſura colorum, ſed menſura proxima, vt homo eſt menſura proxima, omnium animalium, vnde ſicut homo non eſt cauſa effectiua omnium animalium, ſed id, quod eſt primum in entitate ſic albedo nõ eſt cauſa effectiua omnium colorum, ſed quòd eſt primo, primum in eſſe.

Non tamen obſtat concedere Aureolo, quòd albedo eſt cauſa omnium colorum non quidem quo ad entitatem ratione dicta, ſed quo ad cognitionem pro quanto maximè participat lucem, & cognoſcimus alias ſpecies coloris, tanto perfectiores, quanto magis participant de albedine, & tanto imperfectiores quanto magis diſtant, & hoc habet inquantum eſt proxima menſura & prima ſpecies coloris, ſed ex hoc non infringitur ſupradicta maxima.

In ratione quinta, impugnatur ab Aureolo in Capreolo vbi ſuprà hæc propoſitio. Ea autem, quæ non habent cognitionem &c. Dicit Aureolus quòd hæc poteſt negari, nam dicetur, quòd omnia talia diriguntur, in finem, & inclinantur ex ſuis formis, & qualitatibus inter ſe, ſicut lapis inclinatur & dirigitur in centrum ſua grauitate, ſed hæc reſponſio non euacuat, quoniam illæ formæ non ſufficiunt, ut bene, & ordinatè dirigantur, ſicut requirit unitas ordinis in uniuerſo, & quòd contraria in unum ordinem complectatur, ſed requiritur moderator extrinſecus, qui tal. & tali modo dirigat, vt ſeruetur perfectio totius uniuerſi & de hoc vide Beatum Thomam, tertio contr. Gentiles ſexageſima quarta, & accipe rationem quintam & ſextam, in quibus Beat. Thom. uirtualiter euacuat reſpõſionem Aureoli.

In reſponſione ad primum. Aduerte quòd illa propoſitio in argumento, quæ eſt conditionalis, ſi unum contrariorum fuerit infinitum, totaliter deſtruet reliquum uera eſt, & reſpectu ſui obiecti, quoniam ſecum non compatitur aliquem gradum ſui oppoſiti, ut patet de maximè calido, cum quo non ſtat aliquis gradus frigidi, & reſpectu alterius ſubiecti exiſtẽs ſub oppoſito, in quo agit vt aſſimilet illud ſibi, ut ſi immè calidũ, ſummè calefaciat aquam frigidam, totaliter deſtruet frigiditatem. Duo tamen caſus dantur, in quibus non totaliter deſtruetur oppoſitum.

Primus eſt, ſi alterum infinitum agat & deſtruat oppoſitum non naturaliter, ſed voluntariè, & quantum expedit.

Secundus eſt, ſi totum unum contrarium non poteſt recipi in alio ſubiecto in quo eſt oppoſitum, ut ſi calor ignis eſſet infinitus, & non poſſet recipi in aqua niſi finite. Non inconueniens in aqua cum calore remanere aliquem gradum frigiditatis, ſuppono enim pro nunc duo contraria in gradu remiſſo ſe compati, de quo inferius determinabitur. Et quoniam in propoſito, bonum infinitum, id eſt Deus, eſt agens uoluntarium, increatum, & ſua bonitas non poteſt tota recipi in altera natura. Ideo Beat. Tho. in reſponſione ex utroque intendit negare illam conditionalem aſſumptam ex primo. ibi Deus cum ſit ſummè bonus &c. Ex ſecundo ibi hoc contra ad infinitam bonitatem pertinet &c. Poteſt tamen utrumque dictum ad voluntatem referri, præcipuè quia in ſecundo vtitur ly permittit.

Quæſtio

Universidad de Deusto Biblioteca

¶Quæſtio Tertia.

ARTICVLVS I.

Vtrum Deus ſit corpus.

Circa titulum aduerte quòd licèt B.Thom. de Deo, quem cõcluſit in articulo præcedenti exiſtere, poſſit quærere, an ſit ens quod eſt accidens, vel ens, quod eſt ſubſtantia, tamen ſtatim illis prætermiſſis quærit an ſit corpus, quoniam communis animi conceptio eſt apud omnes tenentes Deum eſſe, quòd eſt quid valde nobile, & independens, & firmum, ex conſequenti eſt ſubſtantia, & ideo quærit an ſit corpus, quoniam conſiderata nobilitate aliquorum corporum ut cœleſtium apud aliquos poſſet credi quod ſit corpus.

Aduerte ſecundo q̃ ly, *corpus*, ſtat pro qualibet ſubſtãtia quãtitate diuiſibili ſiue ſit compoſita ex materia, & forma ſiue nõ, vt fingunt illi, qui negant materiam à cœlo &c.

Reſpondeo dicendum abſolutè Deum non eſſe corpus &cę. Aduerte q̃ ly, abſolutè, intendit negare Deum eſſe corpus, non ſolum quia non eſt ſubſtantia ſub quantitate, ſed quia nullam conditionem corporeitatis habet, ita quòd nec eſt actus corporis extenſus ad differentiam cuiuſcunque formæ extenſæ. Non autem quæritur hic utrum poſſit eſſe forma corporis, qualis eſt anima rationalis ut ipſemet dicit in primo contra gen. 21. ibi & ad hoc dicendum.

In prima ratione nullum corpus mouet non motum &c. Aduerte q̃ hæc rõ correſpondet primæ quam formauit in quæſt. præcedenti in articulo tertio, vbi probauit q̃ eſt deuenire ad vnum mouens immobile, & cõſtat q̃ illa ratio procedit de motu locali, & ſic ad mentem philoſophi & B.Thom. in primo cõtra gent. 20. & eſt ſua ratio ſeptima applicat ad motum localẽ. H Et dicit nullum corpus mouetur localiter niſi moueatur, quoniam mouens, & motum oportet eſſe ſimul, & applicata igitur hac propoſitione ad motum localem nullam habet inſtantiã apparentem, ſi autem ſumeretur in quolibet motu uniuerſaliter, videtur eſſe inſtantia de magnete ad quem manentẽ motũ trahit ferrum, & aqua frigida ſtans infrigidat aerem, & obiectum ſtans immutat potentiam, ſiue uiſum, ſiue tactum &c.

In ſecunda ratione, *neceſſe eſt id, quod eſt primum ens in actu.* Aduerte quòd hæc propoſitio extrahitur ex 9. metaphy. 13. & ex 12. texti. 32. &c.

In tertia ratione, *Corpus uiuum nobilius eſt corpore non uiuo.* Aduerte quòd aliqui inſtant de cœlo, quoniam ſaltem ſecundum theologos & præcipuè Beat. Thom. infra in q. 20. Cœlum eſt nõ animatum. ergo uidetur ex hac propoſitione pomum & vermis ſint nobiliora cœlo, quod uidetur deriſibile. Nam communiter dicitur diuinum corpus & Ariſto. in ſecundo cœli textu. I ſecundo dicit bene eſſe appellare ipſum diuinum corpus & immortale &c. Ad hoc iam reſpondimus in 12. metap. quæſt. 25. & breuiter nunc dicendum eſt primo ad mentem philoſophi, 2o. ſecundum ueritatem.

Quantum ad philoſophum, ſi teneatur quòd apud ipſum cœlum eſt uerè animatum, argumentum, ut patet, nihil valet, ſi autem teneas, quod non eſt uerè animatum, diſtinguendum eſt de ly, nobilior, quoniam poteſt eſſe nobilius, vel quantum ad gradum eſſendi, uel quantum ad modum eſſendi gradus eſſendi eſt eſſe, uiuere, ſentire, & modi ſunt poſſibile, neceſſariũ corruptibile, incorruptibile potentia, actus, cauſa effectus. Ex his dico ad inſtantiam quòd forma, & cœlum ſe habent in nobilitate, ut excedentia, & exceſſa. Nam in gradu eſſendi forma eſt nobilior, in modo autem eſſendi, cœlum eſt nobilius, quoniam neceſſarium incorruptibile uniuerſalis cauſa conſeruans reſpectu ſuorum inferiorum, & animatorum, & ſi dicas quòd Ariſtotel. in ſecundo phyſicorum textu quadrageſimoquinto ap- K pellat cœlum diuini inter ſenſibilia, comparans etiam animalibus & plantis, ergo eſt ſimpliciter nobilius. Ad hoc dico quòd maiores etiam laudes attribuit in primo ſecundi de cœlo, dicit enim ipſum eſſe diuinum, & immortale, & impoſſibile, & inalterabile, quas tamen laudes non concludit ex animatione. Nam de ea nondum mentionem fecerat. Incipit enim hæc conſiderare in ſecundo libro, text. ſeptimo. vbi agit de differentijs localibus, & tamen has laudes ſibi attribuit in textu. tertio & ſecundo, & ipſemet declarat has ſibi competere, quoniam ingenitum, & incorruptibile, & quoniam eſt æterni motus, & æternæ actionis, in qua arguitur quoddam diuinum, & quoniam antiqui attribuunt cœlum locum eſſe Deorum, ideo inquit Ariſt. ponit ipſum ſolum inter corpora eſſe immortale: patet igitur quomodo nobilius eſt, & in quo ſenſu, & ſi non ſit

F animatum, & quoniam ſecundum veritatem, & B.Thom. non eſt animatum, ideo ad inſtantiam non reſpondeo, aliter quàm in prædictis immediatè.

ARTICVLVS II.

Vtrum ſit compoſitus ex materia, & forma.

Circa titulum aduerte quòd ſi omnes concederent compoſitionem ex materia, & forma non poſſe eſſe ſine quantitate, ex conſequenti omne tale corpus eſſet, hic articulus ſuperflueret, ſed quoniam Auicebron tenet in ſpiritualibus, materiam & formam, ideo propter ipſum hic articulus eſt neceſſa- G rius.

Primo quidem quia materia eſt id, quod eſt in potentia. Aduerte quòd hæc prima ratio fundatur in duodecimo metaph. text. 30. ibi oportet igitur eſſe principium &c. Et infert immediatè, amplius igitur, tales oportet eſſe ſubſtantias ſine materia & B. Thom. commentans dicit. Nam materia eſt in potentia: quaſi dicat, repugnat quòd ſit tamen actus, & habeat materiam: quoniam ſequerentur contradictoria &c.

Secundo quia omne compoſitum ex materia & forma &c. Aduerte quòd hæc ratio fundatur in primo phyſicorum, textu 81. ibi exiſtente enim quodam diuino, vbi philoſophus declarat, quòd ex tribus principijs naturalibus, materia eſt ſicut natura recipiẽs, priuatio ſicut maleficium. forma autem ut diuinum, quoniam dat eſſe & bonitatem, & perfectionem rei, vnde bene ſequitur quod ex quo non eſt bonum per materiam, quòd non ſit ſecundum ſe totum bonum, & ſic non eſſet bonum per eſſentiam.

Tertiò, quia vnumquodque agens agit per ſuam formam. Aduerte quòd hæc ratio in libro 9. metaphyſic. textu 13. ibi ſemper enim ex potentia ente fit actus ens ab actu ente. vbi vult philoſophus quòd agens agat quia eſt actu. contra, ſi ſe toto eſt actu ſe primo agit & non per partem, & ſic erit primum agens: ſi autem non, ſe toto, ſed parte eſt actu, non erit primo agens &c. Et ſic ſecundum hoc fundamentum, ratio B.Thom. concludit. & ſcias quòd ly, forma uel per ſuam formam ſumitur non pro forma phyſicali quæ dicitur informans, ſed pro forma metaphyſica, quæ dicitur actus, ſecundum quod ſubſtantiæ ſimplices dicuntur formæ abſtractæ. Nam ſi intenderet de forma phyſica, præciſè concluſio in articulo eſſet falſa, ſ. eſt igi igitur per eſſentiam formæ &c.

Quod igitur primum eſt & per ſe agens, patet quòd ſit primo & per ſe forma &c. Aduerte quòd ly, primum, excludit agens primum à quo recipiat uirtutem agendi per ly, per ſe excludit I agens per aliud tam extrinſecum, quam intrinſecum. Nam rex agens per gubernatores agit per aliud & agens per partem, vt homo videns per oculum intelligens per animam agit per aliud. Eſt enim pars aliud à toto. Intendit ergo quòd illud, quod eſt primum in ordine agentium, & non agit per aliud eo modo quo expoſitum eſt, oportet quòd ſit primo & per ſe forma. & ratio huius eſt, quoniam ſi eſt primum, eſt & non per aliud agens contra ſe toto eſt actu, quoniam ſe toto agit, ſi ſe toto eſt actu, ergo totum quod eſt actus, eſt contra primo & per ſe eſt forma id eſt actus. Et propoſitio ſic intellecta non habet inſtantiam: nam quod dicunt aliqui ſolem eſſe primum illuminatiuum, & tamen non eſt primo lumen, non ualet quia etſi ſit primum in ordine illuminatium, non tamen in ordine agentium ſimpliciter. Nunc enim loquimur de primo agente ſimpliciter. præterea licet ſit primum illuminans, non tamen eſt illuminans per ſe vt ly, per ſe excludit omnino per aliud. Nam lumen eſt aliud à ſole, & manifeſtum eſt quòd per lumen illu- K minat.

In reſponſione ad tertium. *formæ, quæ ſunt ſimpliciter receptibiles in materia &c.* vſque ibi *primum ſubiectum.* Aduerte quòd indiuiduo duplex indiuiſio cõpetit. Prima negatio diuiſionis in plura diſtincta realiter quia à diuiſione reali diuiditur homo in Sortem & Platonem &c. Et albedo in hanc & in illam albedinem, & hanc indiuiſionem trahit à materia poſitiuè, uel negatiuè. poſitiuè quidem reſpectu formarum receptibilium in materia. ſit enim hæc poſitiuè albedo quia eſt in hac materia. Negatiuè autem reſpectu formarum non receptibilium in materia, quoniam enim non habent materiam, unde multiplicentur, remanent per ſeipſas ſingulares & indiuiſæ, & hæc conſideratio indiuidui realis eſt & talis eſt in reſponſione ad tertium.

Sed a eſt negatio diuiſionis, qua diuidunt ſuperiꝰ inferiora. & hæc

& hęc competit indiuiduo ut ſtat ſub ſpecie ſpecialiſſima, & eſt A conſideratio logica, & hæc indiuiſio originatur ex prima. nam ex eo, quod forma recipitur in hac materia, vel non eſt receptibilis, ſequitur quòd non eſt plurificabilis in plura: ex conſequẽtia ſequitur quòd non eſt prædicabilis de multis. Et hæc indiuiſio eſt formale conſtitutiuum indiuidui ſub ſpecie ſicut indiuiſio quædam formalis conſtituit ſpecialiſſimum ſub genere. ſed de hac indiuiſione non facit mentionem B.Thom. in reſponſione, quoniam non oportebat, ſed tantum de prima. Et propterea Durandus credens dici indiuiduum per ſolam negationem diuiſionis in inferiora decipitur quia hæc originatur ex prima & illa ut diximus originatur ex materia, vñ ipſe conſiderat indiuiduum ſolum logicè, ſed B.Tho. ſolum realiter. propterea non præualet contra nos. hæc ſufficiant pro reſpõſione ad tertium. Infra autem plenius tractabimus de principio indiuiduationis, &c.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus ſit ſua eſſentia.

Circa titulum aduerte primo quòd *Deus* licet ſit terminus communis, prædicatur enim de hoc Deo, ſicut homo de hoc homine, tamen hic non ſumitur ut communis, ſed ut hic Deus, quem poſuimus eſſe ſubiectum in hac ſcientia ut ſit ſenſus, utrum hic Deus ſit ſua deitas, ſicut ſi quęreremus utrũ hic homo ſit ſua humanitas. Aduerte ſecundo quòd cum deciſio fiat in articulo per diſtinctionem, uel per identitatem inter ſuppoſitum & naturam, inſinuat quòd ly, Deus eſt ſuppoſitũ, qđ utique eſt uerum, ſi ſumatur ſuppoſitum metaphyſicum & non Theologicum. Nam apud metaphyſicum ſuppoſitum eſt ſingulare completum in natura indiſtinctum in ſe, & diſtinctum C à quolibet alio, quod non eſt ipſum. omnes autem hæ cõditiones conueniunt ly, Deo ſumpto pro hoc Deo conſiderato metaphyſicè ex lumine naturali. Apud Theologum uero ut dicetur in tractatu de Trinitate eſt ſingulare conſtitutum relatione diuina, & in hoc ſenſu quæritur in quæſt. 39. artic. 1. utrum ſuppoſitum, p. pater ſit eſſentia diuina, ſed tale eſt acceptatum ex ſola reuelatione ſuppoſitũ autem metaphyſicũ. ſ. hic Deus, manifeſtatum eſt lumine naturali, & quoniam cõſideratio de Deo eſt quæſt. metaphyſicis in hoc primo.

In rebus compoſitis ex materia & forma neceſſe eſt quòd differant ſuppoſitum & natura. Aduerte ut ſcias uniuerſalem differẽtiam inter ſuppoſitum & naturam.

Item materialibus & in abſtractis ſi qua ponit, quòd poteſt imaginari quadrupliciter vt clarè expoſuimus in noſtro reſolutorio de unione verbi in determinatione primi dubij.

Primo quidem quòd differant ſecũdum rationem logicam D idem ſecundum modum ſignificandi, ſicut abſtractum, & concretum quomodo & quòd habens & habitum, modo totius, & modo formæ. & hæc differentia ſeruatur in omni natura etiã in Deo, differt enim ſic Deus & deitas ut patet, ſed hęc non infert diſtinctionem realem, aliter ens, & entitas diſtinguerentur realiter, quantum tamen ualeat talis differentia in Deo declarabitur in tractatu de Trinitate, vbi oſtendetur hanc concedẽdam. Deus generat, hanc autem abijciendam. Deitas generat.

Secundo, quod differunt ut res duæ diſtinctæ numero & ſubiecto, ita q̃ una non ſit in altera ſicut differunt Sortes & Plato, & ſic in nulla natura hoc modo differunt. Conſtat enim q̃ ſuppoſitum includit naturam ut ſuum formale.

Tertiò, quod differant, quia ſuppoſitum includit in ſua ratione formali ſi diffiniatur aliquid, quod non includit natura vel eſſentia, & quia ſuppoſitum connotat aliquid, quod nõ cõnotatur à natura, & utroque modo in rebus compoſitis ex materia & forma differunt ſuppoſitum & natura p. hic homo & E humanitas. Nam hic homo ſi diffiniatur includit materiam ſignatam, & cõnotat eſſe. ſuppoſitum enim eſt id, quod eſt. Natura autem ut humanitas excludit materiam ſignatam, & includit tantum materiam in communi. Nec connotat eſſe, quoniam eſt id, quo eſt, & non quod eſt.

Quartò, quod differant quia ſuppoſitum connotat eſſe, & operationem, quæ licet ſint ipſius ſuppoſiti tamen diſtinguuntur realiter ab ipſo. Natura autem non connotat ea, quoniam Natura in abſtracto, nec eſt id, quod eſt, nec operatur, & ſic in quolibet creato abſtracto differunt ſuppoſitũ & natura, ut declarat B.Th. in ſecundo quolibet. quæſt. 2. ar. 4. ad primum ut bene recitat Capreol. in 1. diſt. 4. quæſt. 2. in cõcluſione. 4. ex his differentiis B.Thom. in artic. non tangit primam nec ſecundam relinquens quaſi manifeſtas, nec quartam, quoniam hic intendebat adducere ſolam differentiam intrinſecam, qua- A lis eſt tertia, quarta autem eſt extrinſeca, id eſt ex connotato, quam tamen ad completam doctrinam noluit addere in quolibet. Vnde locus ille in quolibet completo omnino præſentem articulum. Nam ex eo ſolo concluditur eſſe propriè Dei non habere aliquam differentiam realem inter ſuppoſitum & naturam. ex articulo autem præſenti, quia concluditur de Deo, poteſt concludi etiam de quolibet abſtracto, ſic etiam concluſit in ſe primo metaphyſic. ſuper text. 41. & eſt ſua lectu. undecima, & id quidem rationabiliter facit, quoniam Ariſtot. de omnibus abſtractis quaſi de uno genere loquitur.

Vnde hæ carnes, & hæc oſſa &c. vſque ibi, idem homo & humanitas. Aduerte quòd licet in hac propoſitione & propter hoc non eſt totaliter idem homo &c. ponat ly, homo, qui eſt terminus ſpecificus, & tamen non ſumit ipſum, ut ſtat ſpecificè, ſed pro ſuppoſito, & indiuiduo vagè ſumpto, alioquin B egrederetur propoſitum. Nam comparatio hominis, vt homo eſt ad humanitatem non eſt comparatio ſuppoſiti ad naturam, ſed comparatio huius uel illius hominis intelligitur: quia ly, homo, ſicut ly, Deus in titulo qui ſtat pro hoc Deo, vt diximus, ſed humanitas ſignificatur ut pars formalis hominis. Aduerte quòd B.Thom. in hac propoſitione inſinuat duplicem differentiam inter humanitatem ut naturam & hominẽ ut ſuppoſitum.

Prima eſt quia homo ut ſuppoſitum includit plura. ſ. materiam indiuidualem.

Secunda eſt quæ ſequitur ex prima, quia homo ſignatur vt totum, Natura autem ut pars, quia ut principium formale, & hæc differentia, eſt ſecundum modos habendi, quæ quoniam communis eſt in omni re inter ſuppoſitum, & ſuam naturam ut ſupra diximus, ideo non eſt principaliter hic intenta, ſed ponitur in materialibus, ut ſignum, quod cauſatur ex primo.

Pro uniuerſali reſolutione, & definitione præſentis articuli, aduerte quinque.

Primò, licet B.Thom. in toto articulo comparet ſuppoſitum, ad naturam ſpecificam, ut hunc hominem ad humanitatem, declarans quomodo differunt realiter, tamen ex doctrina ſua poſſumus habere quòd etiam inter ſuppoſitum, & naturam indiuidualem ſignificatam in abſtracto eſt differentia realis: nam ſuppoſitum connotat eſſe & operationem ſuam, & includit propria accidentia, non ut partes, ſed ut determinantia & ſingularizantia, & hæc non connotantur ab hac humanitate: quoniam non eſt, quod eſt, nec eſt quod indiuiduatur, ſed ſignificatur ut principium formale ipſius indiuidui. Ex hoc uidebis ſolutum argumentum Berardi in Capreol. 1. d. 4. quæſtio. 2. contra ſecundam concluſionem, & eſt ſecundum in ordine.

Secundo aduerte licet ut dicit B.Thom. Natura puta humanitas comprehendat in ſe principia diffinientia quæ ex ſui natura prædicantur de diffinito: tamen non poſſunt prædicari ſub nomine abſtracto, quoniam homo non eſt humanitas, prędicantur autem ſub nomine concreto, ut Sortes eſt homo. & propterea Aureolus ut recitat Capreolus, ubi ſuprà contra ſecũdam quæſtionẽ, uolens probare quod natura non comprehendit principia differentia, quia natura non prædicatur in recto de concreto p. de homine, illa etiam prædicatur in primo modo, per ſe nihil concludit, quia licet non prædicatur ſub nomine abſtracto, tamen bene ſub concreto nec oppoſitum dixit B.Tho. in artic. &c.

Tertiò, aduerte quod quando dicit Bea. Thom. in articulo, quòd in eo, qui eſt includuntur materia indiuidualis, & accidentia deſignantia hanc materiam, Nõ intendit quòd eadem ratione includantur, ſed materia includitur ut pars accidentia uero ex quibus cauſatur ſua indiuiduatio importat ut determinatiua, & non ut ſui partes propter quod ſuppoſitũ non eſt per accidens, ſicut homo albus. Ex hoc uidebis ſoluta argumenta Aureoli recitata à Capreolo. in prima diſtinctione quadrageſimaſecunda, quæſtione ſecunda, contra ſecundam quæſtionem.

Quartò, aduerte quòd licet ſuppoſitum connotet eſſe, non tamen importat, & includit ipſum in ratione ſua quidditatiua, & ideo poteſt conſiderari abſtrahendo ab exiſtẽtia. Ex hoc uidebis ſoluta argumenta Aureoli in Capreolo, prima diſtinc. 42. quæſtione ſecunda contra quartam quæſtionem, credidit non tenere quod includatur in ratione ſuppoſiti & excludatur a ratione naturæ.

Quintò, aduerte quòd philoſophus in ſeptimo metaphyſic à capite ſecundo, uſque ad uigeſimumſecundum ex intentione probat, quod in entibus per ſe, ut in homine, in animali &c. non autem in entibus per accidens ut in homine albo

Universidad de Deusto Biblioteca

idem ſunt quid eſt, & id, cuius eſt, & probat multiplici ratione, ſed ſi aduertas, inuenies quòd Philoſophus intendit agere contra Platonem qui ponebat quod quid eſt hominis, idest per ſe hominem ſeparatum à ſingularibus & per conſequens diuiſum, ſicut rem à re, quam diuerſitatem non ponimus nos, immo quòd quod quid eſt, eſt intrinſecum ei cuius eſt. Philoſophus igitur probat quòd non eſt ſeparatum nec aliud, immo quod eſt idem. quod utique eſt uerum quantum ad ea, quæ conueniunt naturæ ſpecificæ per ſe, ut Sortes & homo, & quæ conueniunt per ſe homini, conueniunt per ſe Sorti licet non primo. Cum his tamen ſtat quòd Sortes ſua ratione addat quid reale, ſ. materiam hanc ſuper hominem ut homo eſt & connotet multa, puta eſſe & accidentia quæ non connotantur ab ipſa natura, immo ab ipſa ſumpta in abſtracto præſcinduntur: ab ipſa uero ſumpta in concreto, nec expreſſe connotantur nec præſcinduntur, ſed uirtualiter connotantur: nam ideo hæc eſt uera, homo eſt quia Sortes aut plato eſt.

Ex quibus uidebis ſoluta argumenta Scoti recitata à Capreolo primo d. 4. q. 1. contra tertiam quæſtionem, quæ dicit eſſe ſumpta ex philoſopho, & uidebis quòd concludunt identitatem quoad prædicata quæ per ſe inſunt naturæ communi, ſed non quoad prædicata indiuidualia, & quoad connotata & ſcias pro certo quòd nullus arguens contra hanc uiam noſtram ex his qui recitati ſunt, penetrauit ſenſum B. Th. ideo facile eſt reſpondere.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in Deo ſint idem eſſentia & eſſe.

Circa titulum aduerte quòd ly, *eſſentia*, ſumitur pro ſignificato definitionis & ly, eſſe pro exiſtentia, & eſt ſenſus, utrum id, quod eſt Deus, & exiſtentia Dei ſint idem: ita quod hæc ſit uera Deus eſt ſua exiſtentia, ſicut eſt ſua bonitas & uita &c.

Aduerte ſecundo quòd hæc quæſtio de identitate eſſentiæ & eſſe in uniuerſali eſt metaphyſica, nec ſic pertractatur hic, ſed tantum applicando ad ipſum Deum, & propterea pro præſenti articulo non eſt neceſſe adducere argumenta recitata à Capreol. 1. d. 8. quæſt. 1.

Quicquid eſt in aliquo quod eſt præter eſſentiam &c. uſque ibi, *cauſatur ab igne &c.* Aduerte quod hæc diſtinctio ſic debet intelligi, quicquid eſt in aliquo, vel eſt cauſatum ab intrinſeco principio & extrinſeco ſimul, ab intrinſeco quidem naturali ſequela, ab extrinſeco autem verè productiuè, & hoc dico propter neceſſaria principia quæ licet apud D. Tho. cauſentur a principiis eſſentialibus reſultatiuè & ſic quodammodo actiuè ut ipſe dicit in q. 77. art. 6. ad ſecundum & tertium, tamen verè, & propriè productiuè ſunt ab eo, à quo res ipſa producitur: nam dans formam dat conſequentia formæ niſi eſt cauſatum tatum à principio extrinſeco, ſicut ſunt accidentia communia.

Impoſſibile eſt autem quòd eſſe ſit cauſatum tantum &c. Aduerte quod dicit tantum, quoniam non negat, quoniam in eo, in quo diſtinguitur eſſentia ab eſſe cauſatur eſſe ab eſſentia, ita quòd fluat ab ipſa: nam ſi paſſio fluit & quod eſt intimius fluet quale eſt eſſe. vnde ſicut natura rei reſpectu ſuæ paſſionis eſt cauſa quodammodo actiua, & ſuſceptiua, ſic proportionaliter ſe habet ad ſuum eſſe. Dato ergo quòd ſit cauſatum ab intrinſeco tamen principium intrinſecum, nō ſufficit quoniam nihil eſt ſibi ſufficiens cauſa eſſendi, & ideo dicit tantū. Hinc patet quòd Ant. Andreæ in 9. metaphy. q. 1. in prima quæſtione errauit. Vult enim quòd forma ſubſtantialis ſit ſufficiēs & totale principium ſuæ paſſionis. p. quòd forma ignis ſufficiēter in ſuo ſubiecto, idest in igne cauſet caliditatem, & leuitatē, remoto quocunque calefaciente, & leuificante extrinſeco. & ratio ſua eſt hæc.

Quicqd eſt præter eſſentiā alicui eſt productū ab extrinſeco vel intrinſeco & extrinſecum.

Ignis ex calore ſuo habet potentiam leuificandi. proprium enim calidi eſt leuificare, & ipſe ignis eſt receptiuus leuitatis, cum ſit proprietas ſua, ergo poteſt in ſe ipſo cauſare leuitatem.

Ad hoc dico quòd non ſufficit ignem eſſe leuificatiuum ex calore & leuificabilem ad hoc quòd in eo cauſetur leuitas, ſed neceſſe eſt leuificantem diſtingui realiter à leuificabili, eo, quod ſicut nihil eſt ſibi ſufficiens cauſa eſſendi, ſic nec ſeipſum reducendi à potentia ad actum & hoc ut principium uniuerſale tenemus, apud Ariſtot. & Bea. Thom. & quoniam Scot. tenens idem agere in ſeipſo non ſeruat hanc diſtinctionem realem, nec Anto. Andreæ, ideo ratio ſua apud nos nulla eſt. Vnde ut diximus agens producens ignem producit proprietates ignis quoniam ſtat diſtinctio realis inter producens ignem, & productum ignem.

Ignis nō eſt cā ſufficiēs ſui caloris, ſed generās ignē.

F *Eſſe eſt actualitas omnis formæ vel naturæ:* Aduerte quòd ly, actualitas, poteſt dupliciter exponi, per uerbum eſt, ut eſt ſecundum adiacens, vt anima eſt, lapis eſt, quòd autem nulla natura præter Deum ſit tantæ actualitatis quòd poſſit actu ſeipſa præciſe exiſtere niſi ei imprimatur hæc actualitas, quæ dicitur eſſe à primo exiſtēte & authore naturæ, uide Capreol. 1. d. 8. q. 1. in prob. 5. quæſtionis, & eſt allegatio domini Aegydij in primo quodlibet. q. 7. & in hoc ſenſu B. Th. intendit quod eſſe eſt actualitas omnis formæ, unde dicit in articulo, non enim bonitas ſignificatur in actu niſi prout ſigni cauſa eſſe. ſ. per propoſitionem de ſecundo adiacente.

Eſſe eſt actualitas ōis formæ.

Oportet igitur quòd ipſum eſſe comparetur ad potentiam &c. vſque ibi. *ad primum.* Aduerte quod B. Th. in artic. de hac conſequentia cito ſe expediuit, & ideo vt perfectè reſoluetur in ſecundo contr. Gent. c. 53. & 54. duo pertractat, Primo probat reſolutis rationibus, quod eſſe eſt actus, & eſſentia eſt potentia ut uidebis in c. G 53. Secūdo declarat quod non eadem ratione dicitur eſſe & eſſentia actus, & potentia, qua ratione materia eſt potentia, & forma actus: nam ut uerificantur de materia & forma ſumuntur potentia, & actus phyſicè, ut autem uerificantur de eſſentia, & eſſe ſumūtur metaphyſicè prout omne perfectibile dicitur potentia, & omne perfectiuus dicitur actus. Vide Fu. c. 54. clarum & reſolutum, & quaſi commentum huius articul.

Potentia & actus dupliciter.

Phyſicæ & Metaphyſicæ.

Sicut illud, quod habet ignem, & non eſt ignis &c. uſque in finem rationis. Aduerte quod hæc ratio uidetur fundari ſuper hoc principium tacitum, quod habet aliquid & non eſt illud eſt tale per participationem. Sed hoc principiū uidetur falſum. Nā ſol habet lucem, & non eſt lux, cum ſit qualitas & tamē eſt falſum, quod ſit lucidus per participationem, quoniam eſt primo lucidus & cauſa omnis luminis, ergo ratio B. Thom. non concludit. Ad hoc dico quòd aliquid eſſe tale per eſſentiam contingit dupliciter. Primo quando tale prædicatum, conuenit ei ex ſe H & à ſe, ita quòd excludat quodcunque agens ſiue ſuperioris ordinis ſiue eiuſdem ordinis, & tale prædicatum nō poteſt ei cōuenire per eſſentiam niſi ſit illud. Nam ſi non illud prædicatū ut dictum eſt in prima ratione erit cauſatū, uel ab intrinſeco, uel ab extrinſeco, ex conſequenti non conueniet ei per eſſentiam, hoc modo, ſed per participationem. Secundo quando tale prædicatum conuenit ei primo ita quod non eſt cauſatum in eo per aliquod agens eiuſdem ordinis licet nō inconueniat eſſe cauſatum ab agente ſuperioris ordinis, ſicut eſſe calidū cōuenit hoc modo per eſſentiam igni quia conuenit ei primo vt expoſuimus & in hoc ſenſu, non eſt neceſſe rem eſſe illud prædicatum, quod conuenit ei per eſſentiam, ſed ſufficit quòd cōueniat ei non mediante aliquo eiuſdem ordinis. Dico igitur B. Thom. fundat rationem ſuam ſuper illud principium intellectum in primo ſenſu, ſed inſtantia adducta de ſole, ſiue de igne, inclinat pro ſecundo ſenſu, ideo non infringitur ratio B. Thom. &c.

Aliquid eſſe tale per eſſentiā contingit dupliciter.

I In reſponſione ad ſecundum; *Alio modo ſignificat compoſitionem propoſitionis &c.* Aduerte quòd Bea. Thom. fundauit hanc diſtinctionem in 5. metaphyſic. capi. de ente. ibi amplius autem & eſſe.

Aduerte iterum quod illud eſſe ſignificans compoſitionem, aliud ſignificat in compoſitione tertij adiacentis præcipuè ſubſtantialis: aliud in compoſitione ſecundi adiacentis reſpectu poſitiui, & id dico, ad differentiam negatiui aut priuatiui, ut cum dicitur cæcitas eſt. Nam in compoſitione tertij adiacentis præcipuè ſubſtantialis ſignificat habitudinem prædicati ad ſubiectum. per accidens autem ſignificat exiſtentiam. Accidit enim hominem exiſtere ad hoc quòd hæc ſit uera homo eſt animal, ſed in ſecūdo adiacente ſignificat per ſe & habitudinem prædicati ad ſubiectum & exiſtentiam ſubiecti in poſitiuis Neque enim hæc poteſt eſſe uera, lapis eſt, niſi lapis exiſtat, unde in ſecundo adiacente eſſe uerum quod ſignificat in compoſitione fundatur ſuper exiſtentiam rei, ex conſequenti ſi cognoſco eſſe in tali propoſitione, cognoſco eſſe rei non abſtractè, ſed ut fundat ueritatem propoſitionis. Quando igitur dicit B. Thom. quòd non poſſumus ſcire eſſe Dei, ut ſignificat actum eſſendi ſicut nec eſſentiam, intendit ſcire abſtractè & in ſe ut eſt prædicatum quidditatiuum in primo per ſe. eſt enim de ratione Dei ut diximus in quæſt. 2. artic. 1. & quando dicit quòd cognoſcimus eſſe Dei ſolū ſecundo: Non intendit quòd noſtra cognitio terminetur ſolum ad eſſe uerū quòd dicit reſolutionem rationis, ſicut enim terminatur in propoſitionibus de tertio adiacēti ut diximus. ſed intendit quòd licet terminetur ad eſſe, ſiue ad exiſtentiam, tamen non terminatur, niſi ut fundat ueritatem propoſitionis, ſiue ut correſpōdet q. An eſt, & non. q. quid eſt. & quòd hæc ſit intentio B. Thom. patet cum dicit & hoc ſcimus ex effectibus. Nam ex tertio articul. ſecundæ quæſtionis concluſimus ex effectu, primum motorem efficiens

ciens exiſtere, hunc autem dicimus Deum, ergo intellectu attingimus exiſtentiam Dei, vt fundat hanc, Deus eſt. ex his patet quòd obiectio Scoti in primo diſt. 3. quæſt. 2. ibi. Nec oportet diſtinguere, de, ſi eſt, &c. non eſt alicuius ualoris contra B. Tho. Credit enim B. Tho. tenere, quod in hac propoſitione, Deus eſt, cognoſcimus tantum ueritatem propoſitionis, & non cognoſcimus exiſtentiam Dei, hoc autem eſt falſum, quoniam vt dicit B. Thom. reſpondēs Deum exiſtere concluditur ex effectibus.

ARTICVLVS V.

Vtrum Deus ſit in aliquo genere.

Circa titu. Aduerte quòd non quæritur de genere ſubiecti, uel obiecti: nam conſtat quod continetur ſub ente ut eſt ſubiectum metaphyſicæ, nec de genere prædicabili communiter dicto prout analogum poteſt dici genus, ſic ſubſtantia ut ſubſtantia communis finitæ & infinitiuæ, corporeæ, & incorporeæ, poteſt dici genus licet in uia noſtra ſubſtantia in ſua maxima communitate, non dicatur uniuocè ut declarabitur cum ſoluemus argumenta Gregorij, ſed quæritur de genere prædicabili propriè dicto. i. uniuoco quod ſit uere genus generaliſſimum uel ſubalternum.

Sed contra genus eſt prius ſecundum intellectum eo quod in genere continetur &c. Aduerte quòd ly, ſecundum intellectum, ſumitur in parte rei ſiue ſecundum rationem metaphyſicam quæ fundatur in natura rei, & non ſolum ex parte noſtri modi apprehēdendi: aliter propoſitio minor eſſet falſa. prius enim apprehendimus ens & ſubſtantiam quàm ipſum Deum, & prius ſapiētiam ut ſapientia quam ſapientiam infinitam, & tamen, ex parte rei nec ens, nec ſubſtantia eſt prior Deo cum ſit omne ens omnis ſubſtantia perfectionaliter, unde uerificatur illa minor, ſicut uerificatur apud philoſophum in 7. metaphy. tex. 21. loquens de quod quid eſt, & de eo cuius eſt, ibi. At uero nō ſolum ſunt unum, ſ. re ſed etiam eadem ipſorum ratio ſimiliter enim ly, ratio pro ratione obiectiua & non pro formali præciſè ex parte noſtri intellectus: nam eſſe diffinitum & eſſe diffinitionem diſtinguuntur ratione ex parte noſtri intellectus licet non ex natura rei &c.

Alio modo per reductionem vt principia & priuationes &c. Aduerte, quòd hæc reductio non eſt eiuſdem rationis reſpectu principiorum & reſpectu priuationum. Nam principia ut pūctus & unitas ſunt uere entia realia licet ut indiuiſibilia, & ideo uerè reducuntur ad genus prædicabile quod eſt pars ſubiectiua entis extra animam ex 6. metaphy. text. 4. Priuationes autē cum ſint negationes ex conſequenti non entia, nō ita propriè & intrinſece ſed potius extrinſecè reducuntur ad genus prædicamentale. idest gratia oppoſiti habitus contrariè negant, unde ſicut datur denominatio intrinſeca & extrinſeca: ſic in propoſito datur reductio intrinſeca reſpectu principiorum & extrinſeca reſpectu priuationum.

Semper autem a quo ſumitur differentia, uſque ibi ſimiliter manifeſtum eſt &c. Aduerte quòd hæc propoſitio poteſt dupliciter intelligi: primo quòd id à quo ſumitur genus ſit potentiale diſtinctum realiter ab eo, à quo ſumitur differentia, ut ab actu, & hæc non eſt mens B. Thom. quoniam ſenſitiuum, & intellectiuum non ſunt in eodem diſtincti realiter ut patet infra quæſt. 75. artic. 3. Secundo quòd eadem res ſit à quo ſumitur genus & differentia, ſed ut fundat conceptum generis eſt uere poſſibilis, & determinabilis, & ut fundat conceptum differentiæ eſt ut actus & determinans. Vnde licet ſit identitas realis ſtat tamen diſtinctio rationis fundamentalis potentiæ, & actus & propterea ex natura rei poteſt dici eadem natura determinabilis, & determinans, poſſibilis, & actualis, & quoniam omne ex natura rei poſſibile eſt imperfectum, ideo omne contentum in genere, ut ſic imperfectum eſt: propter quod Deus non eſt in genere, dico igitur quòd B. Thom. intendit dictum ſuum in ſecundo ſenſu, ut ipſemet declarat in q. 76. artic. 3. ad quartum, uide eum. Hinc patet quod argumenta Gregorij in Capreol. in primo diſt. 8. q. 2. contra tertiam quæſtionem, nihil concludunt. Arguit enim contra dictum B. Thom. ſupponens quòd B. Thom. teneat ipſum in primo ſenſu quod eſt falſum ut declaraui, ideo non aliter ſoluo ea. Vide tu Capre.

Si Deus eſſet in aliquo genere oporteret quod ens eſſet genus eius &c. Aduerte quòd B. Thom. intentio in hac ratione eſt hæc. Cum quælibet res collocetur in genere per eſſentiā ſuam, illud erit genus Dei ſi ponitur in genere, quod ſignificat eſſentiam ſimpliciter. idest illimitate, qualis eſt eſſentia diuina, & ſuum eſſe: ſed nullum aſſignatum ſub ente ſignificat eſſentiam illimita- A te, ſed determinate, vt patet de quolibet generaliſſimo. ſunt enim partes entis ſubiectiuæ, vnde ſubſtantia non continet in ſe eſſentiam quantitatis, nec quantitas eſſentiam qualitatis, ſolum autem ens vniuerſaliſſime ſumptum & nominaliter ſignificat eſſentiam vniuerſaliſſime: & participialiter ſumptum ſignificat eſſe vniuerſaliſſime. Cum ergo diuina eſſentia, & diuinum eſſe, ſint omnis eſſentia, & omne eſſe perfectionaliter, ergo optime ſequitur quòd ſi Deus eſſet in genere, tātum ens eſſet genus ſuum.

Ex hac ratione ſic formata & intellectu videbis ſolutum argumentum Greg. in Capreol. 1. diſtin. 8. quæſtio. 2. contra quartam quæſtionem, & eſt quartum in ordine. Nam ens nominaliter ſumptum non ſignificat illimitate eſſentiam creaturæ, & immediate ſicut ſignificat eſſentiam Dei, ſimiliter dico de ente participialiter ſumpto, ut ſignificat eſſe: & ideo dato quod de facto ſignificet eſſentiam rei creatæ, non ſequitur quòd ſit genus &c.

Oſtendit autem philoſophus in 3. metaph. &c. vſque ibi; unde relinquitur: &c. Aduerte quòd hæc probatio fundatur ſuper duo, quæ defendimus in noſtris quæſtionibus metaphyſicis in 3. & in 4. libr. primum eſt quòd differentia eſt extra rationem formalem generis, & è conuerſo. ſecundum eſt quòd ens prædicatur formaliter de omni contento ſub ipſo, & tam de differentijs ultimis quam de paſſionibus ſuis, & ideo ne ſiat inutilis repetitio, recurre ad illa &c.

Omnia quæ ſunt in genere communicant in quidditate, vel eſſentia, &c. vſque ibi. illius hominis. Aduerte quòd B. Thom. nō intendit quòd cōueniunt in quidditate uel eſſentia, quaſi quòd unitate reali conueniant in natura generis: neque enim datur vnitas realis apud B. Thom. niſi unitas ſingularis ſiue uniuerſalis. Vnde ſicut duæ ſpecies differunt realiter in eſſe idest non ſolum differunt eſſe ſpecifico & eſſe actualis exiſtentiæ, ſed et C non conueniunt quidditatiuè in ipſo, quoniam ut reponuntur in genere, abſtrahunt ab eſſe exiſtentiæ, non tamen ab eſſentia eum prædicatur de eis in primo modo per ſe. Et ſcias cum dicit differunt autem ſecundum eſſe intendit principaliter de eſſe exiſtentiæ ad quod ultimate deducit differentia ex intentione naturæ. Ideo enim rationale adueniens animali cōſtituit hominem ut ſit pars uniuerſi ex conſequenti ut exiſtat ex his uidebis ſolutum argumentum Greg. in Capr. in primo d. 8. q. 2. contra quartam quæſtionem & eſt ultimum in ordine procedit enim ac ſi B. Thom. intenderet communitatem in eſſentia ſecundum unitatem realem, quod non fuit intentum B. Thom. Videbis ſolutum etiam argumentum expoſitoris quod arguit quòd uidetur B. Thom. per æquiuocationem peccare, quoniam in antecedenti, cum dicit: differunt autem ſecundū eſſe &c. accipit ly, eſſe pro eſſe ſpecifico. In cōſequenti autem, cum dicit & ſic oportet quòd quæcunque ſunt in genere, differāt in eſſe &c. ſtat ly eſſe pro eſſentia, ergo &c. Sed ut diximus D in antecedenti ſumit principaliter, & prima intentione ly, eſſe pro exiſtere, ſicut & in conſequenti, quoniam eſt ultimum intentum propter quod cōſtituunt ſpecies, & indiuiduum: ideo non eſt æquiuocatio.

Et ſic oportet quæcunque ſunt in genere &c. vſque ibi, eſſentia. Aduerte primo quod B. Tho. non dicit quæcunque ſunt in genere componuntur ex eſſe, & eſſentia: quoniam natura animalis & lapidis præciſè ſumptæ ut abſtrahunt ab eſſe ſunt in genere, & tamen ut ſic non componuntur ex eſſe, & eſſentia, ſed dicit quod differt eſſe ab eſſentia. i. omne, quod ponitur in genere tale eſt, quod ſi eſſentia comparetur ad eſſe ſuum, differunt realiter. & ſi inuenias B. Th. dicentem quod repoſitum in genere componitur ex eſſe, & eſſentia ſic intelligas quod habet eſſentiam uel eſt eſſentia, componibile eſt cum ſuo eſſe, itaque propriè eſt compoſitio cum his ex his uidebis ſoluta argumenta Greg. in primo d. 8. q. 2. contra ſecundam quæſtionē, & ſunt 4. & 5. in ordine. Ad- E uerte 2. quod hæc propoſitio, *& ſic oportet quòd quæcunque &c.* eſt conſequens illatum ex illo antecedente quæcunque ſunt in genere &c. Sed difficile eſt uidere, quō ſequitur realis diſtinctio in eſſentia & eſſe, ex illo antecedēte: Nam ſi communicatio in eſſentia eſſet ſecundum unitatem realem, & differentia in eſſe ſecundum diſtinctionem realem, utique conſequentia eſſet manifeſta, ſed iam dictū eſt, quod ſicut diſtinctio in eſſe, ita & diſtinctio in eſſentia eſt realis. Alia enim eſt natura animalis in homine, alia in aſino, ſicut aliud & aliud eſſe. Cū igitur illa unitas in eſſentia ſit tñ formalis, & diſtinctio eſſe ſit formalis, conueniunt. n. in diſtinctione reali, tam in eſſentia quā in eſſe. quòd ſi in eſſe nō cōueniunt cōceptu quidditatiuo, cū non ſint de cōceptu eorum, ut diximus non videtur ſequi diſtinctio realis inter eſſentiam & eſſe, alioquin inter genus & differentias eſſet diſtinctio realis. ſpecies enim cōueniunt formaliter in genere, & differūt formaliter differētijs, ergo cōſequentia B. Tho. uidetur nulla.

Repoſitū in genere componitur ex eſſe & eſſentia. i. differt in eo eſſe ab eſſentia.

Univerſidad de Deuſto Biblioteca

F Ad hoc dico q; regulariter conſequentia non tenet, vt patet in inſtantia de genere & differentia: ſed in præſenti materia valet. Nam quodcúq; illud, in quo plura cõueniunt formaliter, eſt verè actuabile, & perfectibile per illud in quo plura differũt formaliter ex conuenientia & differentia formali, infertur diſtinctio realis inter ea, ſic eſt in propoſito. Nam in quibuſcúq; eſſentia eſt de ſuo conceptu quidditatiuo, non autem eſſe, eſſentia uerè, & realiter perficitur ſuo eſſe, ut declarauimus ſupra, quoniam nullius creati eſſentia ſibi ſufficit ad exiſtendũ. Dico igitur, q; conſequentia B. Tho. valet ex antecedente: quæcunq; ſunt in genere, conueniunt formaliter in eſſentia uere perfectibili, & differunt in eſſe uere perfectiuo: ergo in eis differt realiter eſſentia, & eſſe. Et ſi dicas, quòd genus determinatur differentijs, ex conſequenti actuatur, ergo ſequitur quod differat realiter ab eis. Reſpondeo hæc determinatio eſt logica, ideo non ſequitur ſicut in propoſito.

Quod autem Deus non ſit in genere per reductionem, &c.

G Aduerte quòd Capreol. in 1. diſt. 8. q. 2. in prob. ſecũdę quęſtionis ibi, *ſciendum tamen quod oppoſitum &c.* tenet quod dixerit, & tenuerit oppoſitum, exiſtens tunc in 1. d. 8. quæſtio 4. ar. 2. ad 3. & in q. de potentia. q. 7. ar. 8. ad 7. & cõcordat ipſum, ſed dicit ſtandum eſſe in ſumma. Expoſitor autem ſic concordat eum, quod eſt in genere reductiuè, eſt duplex: quoddã ut principium contentum, & determinatum ad tale genus & ſic negat in hoc artic. Deum eſſe reductiuè in genere: quoddam autem continens generis, & tale non eſt neceſſe, ut ſit determinatum præciſè ad unum genus. poteſt enim eſſe principiũ plurium generum, & ſic concedit in primo ſententiarum & q. de potentia Dei, Deum eſſe in genere reductiuè, nec hoc negaret in præſenti artic. hæc concordia poteſt admitti. Verumtamen ſententia Capreol. eſt apparens: quoniam ſi aduertas B. Thom. ijſdem exemplis. ſ. puncto, & unitate quibus declarauit negatiuam in præſenti artic. utitur in primo ſentẽtiarum & clarius H in q. de potentia ad declarãdam affirmatiuam, ergo in eo ſenſu in quo negat hic Deum eſſe in genere reductiuè, ſicut punctum, & unitatem affirmat in q. de potentia. Dicit enim illic, poteſt dici, quòd ſit in genere ſubſtantiæ per reductionem ſicut principium, & ſicut punctum eſt principium quantitatis continuæ, & ſicut unitas in genere numerorum: hæc ille. Poſſumus ergo dicere cum Capreol. quod ſtandum eſt in Summa &c. Poſtquam ſubſtinueris rationes B. Tho. pro prima quęſtione. ſ. Deum non eſt in genere, uidebis Capreol. ubi ſupra cõtra quartam quæſtionem, & inuenies tria argumenta prima in ordine, quibus arguit directè contra quæſtionem, uerũ qa Capreol. clarè. & ſufficienter ſoluit ea, ideo uide tu illa, & aduerte, quod omnia peccant in hoc fundamento quòd ſubſtantia, ſpiritus, pater, agens, &c. dicantur vniuocè de Deo, & creaturis ſuper omnia nota tertium quod fundatur in Ariſt. 12. met. à text. primo uſq; ad textũ 5. &c. in ratione ad 2. Aduerte duo. I primum quia in præſenti artic. tenet Deum nullo modo eſſe in genere, ideo ſimpliciter negat in hac ratione ad ſecundum Deum eſſe menſuram homogeneam, ita quòd ſit eiuſdem generis cum ſuo menſurato, nec per ſe nec reductiuè. In q. autẽ de potentia. quæſtio. 7. art. 3. ad 7. ſoluens argumentum ultimum quia tenet, quòd Deus eſt reductiuè in genere, ut principium generis, concedit quòd eſt eiuſdem generis menſura cum mẽſurato reductiuè, tamen ex conſequenti quod poſſit dici homogenea reductiuè uerumtamen ſtandum eſt ut diximus, in Summa.

Secundo, Aduerte quòd licet B. Thom. ſaluet Auerr. in q. de potentia Dei in eodem loco, quoniam concedit Deum eſſe primum in genere ſubſtantiæ, tamen in præſenti reſponſione nõ curat de intentione eius. ſed in illis uerbis, dicitur tamen menſura &c. declarat ſecundum ueritatem, quomodo debeat intelligi propoſitio illa. Quod autem talis declaratio ſit ad mentem Auerr. uel non non curat. & propterea licet arguens addu K xerit ipſum, tamen reſpondens non nominat eum, quaſi innuẽs, q; negat eum in ſenſu, quo ipſe loquitur: loquitur enim de menſura homogenea: unde uult quòd ſicut albedo eſt menſura omnium colorum, ſic primus motor omnis ſubſtãtiæ, & propterea nõ placet mihi Expoſitor in hoc, quod conatur declarare quòd B. Tho. reſpondens in illis uerbis. *Dicitur menſura &c.* loquitur ad mentem commentatoris, quod non eſt uerum: conſtat enim inſpiciẽti totum cõmentorũ ſeptimũ in x. met. q; talem homogeneitatem ponit cõmentator inter Deũ, ut menſuram, & alias ſubſtantias, qualis eſt inter unitatem, & numerũ, inter albedinem, & alios colores, quæ homogenitas nõ eſt illa, quam ponit expoſitor in 3. membro ſuæ diſtinctionis cum dicit, & hoc modo Deus eſt menſura homogenea coordinationis. De hac autem menſura quæ attribuitur primæ cauſæ, ordinaui quæſtionem in x. met. & eſt 7. in ordine.

ARTICVLVS VI.

Vtrum in Deo ſint aliqua accidentia.

Circa titu. Aduerte, q; hic quæritur de accidẽti prædicamentali, cuius eſt inhęrere, & facere compoſitionẽ in ſubiecto. Non aũt hic q̃ritur de accidenti prædicabili. ſ. prædicamento accidentali: cõſtat enim q; reperitur in Deo. hoc enim eſt per accidens. Eſſentia eſt pater, vt tractabitur in tractatu de Trinitate, aliter non poſſet committi in Deo fallacia accidentis &c.

Forma ſimplex non poteſt eſſe ſubiectum &c. Aduerte q; Boetius in lib. de Trinitate, non loquitur de forma ſimplici in tota ſua latitudine, ſed de ſimpliciter ſimplici, qualis eſt Dei eſſentia & propterea nõ verificatur niſi de Deo. nã ſubſtãtiæ abſtractæ & ſi ſint ſimplices ſimplicitate oppoſita cõpoſitioni ex materia & G forma, nõ tñ ſimpliciter ſimplices, quoniam actio ſua non eſt ſubſtãtia eorum, & ideo poſſunt habere cõpoſitionem cũ his.

Subiectum comparatur ad accidẽs, ſicut potentiam ad actum &c. Aduerte, q; hæc rõ fundaẽ in 12. met. text. 51. ibi: *Nam ſi non intelligi &c.* Sicut potẽtia ad actũ, & pfectibile ad pfectionẽ &c. *Et iterum id quod eſt aliquid poſſit habere adiunctum.* Aduerte, q; B. Th. intendit hãc cõparationẽ, ſicut ſe habent albedo, & albũ ad hoc, quod eſt, ſiue aliud, quã ipſum, ſic ſe habent eſſe abſtractè ſumptũ & id, quod habet eſſe, ſiue ens concretũ. i. cõpoſitum ex eſſentia & eſſe ſed albedo eſt tñ albedo, albũ aũt non eſt ſolũ album, ſed poteſt eſſe dulce, & graue, & lapis, ergo eſſe eſt tñ eſſe. i. omne quod eſt, eſt ipſum, & tñ concretũ non eſt ſolũ eſſe, ſed & eſt. cum ergo Deus ſit eſſe ſuum, ſequitur q; omne, quod eſt in Deo ſit ipſe Deus, ergo accidens non eſt in Deo &c.

Omne, quod eſt per ſe, eſt prius eo, quod eſt per accidens &c. Aduerte q; B. Tho. intendit à Deo excludere omne accidens & primo H accidẽs, per accidens. i. quod facit propoſitionem p accidens, deinde accidens per ſe, & ſupponit q; in Deo nõ ſit prius & poſterius, aliter non ſeruaretur omnimoda immutabilitas in Deo. Adueniente enim poſteriori aliter ſe haberet, & ſuper hoc fundamentum tacitum, fundat totã rationẽ ſuam. Conſtat enim q; cum accidẽs per ſe naturali ſequela emanet à principijs eſſentialibus prius eſt accidens per accidens tãquam extraneo.

In reſponſione ad primum. Aduerte q; illa propoſitio phyſica in primo phyſicorũ text. 27. Quod verè eſt nulli accidit, inducitur ab Ariſt. cõtra Parmenidem, & intendit q; id, quod ex natura ſua eſt ſubſtantia in quocunq; inueniatur uniuocè dictũ nõ põt eſſe accidens, ſicut nec id, quod eſt accidẽs ex natura ſua in quocunq; inueniatur uniuocè põt eſſe ſubſtantia. pater qñ ſecundũ doctrinã noſtrã Nomen cõe Deo, & Creaturæ eſt analogũ non concludit. ſicut concluderet contra Scotum.

In rñſione ad ſecũdũ. *Principia accidentium reducuntur ad principia ſubſtantiæ.* Aduerte q; hæc rñſio fundatur in 7. met. eſſe I ſinẽ ubi vult philoſophus, q; ſubſtantia nõ pducatur niſi à ſubſtantia pexiſtẽte in actu ſed quãtũ ad quale producitur in eſſe non quali, aut quanto pſuppoſito in actu, ſed tñ in potentia, & propterea ſecundũ ipſum principium accidentis tam receptiuum, q; effectiuum erit ſubſtantia, & uniuerſale effectiuum erit prima ſubſtantia, q; dr prima cauſa. ſimiliter principium primũ formale accidentium erit ſubſtantia. quoniã qualitates non agunt niſi in uirtute ſubſtantiæ uel formæ ſubſtãtialis.

Quod vere eſt nulli accidit vniuocè acceptũ.

ARTICVLVS VII.

Vtrum Deus ſit omnino ſimplex

Circa tit. Aduerte ly, *omnino ſimplex*, excludit omnino cõpoſitionem intrinſecam, vt ſic ſenſus utrum Deus in ſui ſub- K ſtantia non contineat aliqua plura diſtincta realia abſoluta, vt prætermittamus diuinas perſonas, & non eſt intentio ſua excludere compoſitionem extrinſecam: i. cum alio ſibi extrinſeco: aliter art. ſequens eſſet ſuperfluus, ut uidebis &c.

Omne compoſitum eſt prius ſuis componentibus, & dependens ab eis, &c. Aduerte q; hæc rõ fundatur in 5. met. in ca. de toto, ubi habet, q; toti ex partibus reſultat, ex cõſequẽti cõparatur ad partes, ut effectus ad cauſam. ergo eſt poſterius & depẽdẽs, & in 7. phyſicorũ textu ſecũdo, q; motus totius pẽdet ex motu partiũ ly, poſterius ſufficit, q; uerificetur tẽpore uel natura conſiderãdo totũ & partes quo ad entitates, non aũt ut relatiua ſunt, ſic enim ſunt ſimul natura licet depẽdẽs ſufficit q; uerificetur p aliquo gñe cauſę ſaltẽ materialis uel formalis, uel vtroq; mõ.

Omne corpus cum habet &c. Aduerte quod ly, cauſam ſtat pro cauſa actiua, fundatur hæc ratio princ. 8. meta. text. ultimo ubi. quare cum nulla alia &c. ubi vult philoſophus, quod in com

in compoſitione oportet aſſignare agens, in cuius actione ex partibus diuerſis. p. potentia & actu fiat unum.

In compoſitis oportet eſſe potentiam & actum &c. Aduerte q; hęc rõ fundatur in 7. meta. tex. 49. ibi, duo namque ſic actu nũquã ſunt unũ, vbi philoſophus arguit cõtra Platonẽ deducẽs q; neceſſe eſt omniũ cõponentium alterũ eſſe potentiã, alterũ uero actum, ut clarius manifeſtatur in 8. lib. text. ultimo uel utrunque eſt potentia ut partes lineæ componentis lineã. Aduerte tamen q; licet utroque modo fiat unum per ſe tamẽ multũ differunt ut declarauimus in 8. metaph. q. 27. uide tu ad placitũ.

In reſponſione ad primum, *eſt autem de ratione cauſati quod ſit aliquo modo compoſitum &c.* Aduerte q; ly cauſati ſtat ex eo, q; terminat actionem agentis, & dicitur cauſatum, ut quod & eſt illud, quod habet eſſe completum in ſe, vt homo lapis &c. nam ſumendo cauſatum communiſſime prout ſe extendit ad materiam ad formam, & accidentia, non eſt uerum q; talia ſunt cõpoſita, ut determinat B. Th. in d. 8. q. 5. art. primo unde reſpon- B dens ad primam q. probat aliquam creaturam eſſe omnino ſimplicem. quia forma eſt creatura, & tamen eſt ſimplex & inuariabilis, ex diffinitione ſua, dicit hæc ratio procedit de creaturis, quæ non habent eſſe completum, quæ non componuntur ex aliis, quales ſunt formæ & accidentia. Ex his patet. q; ſi Scot. in 1. d. 8. q. 1. ibi iuxta hoc quæro, Vtrũ aliqua creatura ſit ſimplex, aduertiſſet hanc deciſionem B. Tho. non impugnaſſet reſponſionem B. Th. datam hic ad ſecundum: probat. n. Scot. q; partes alicuius cauſati ſunt cauſatæ. p. materia, & forma, & tamen non ſunt compoſitæ aliter eſſet proceſſum infinitũ, uel dabitur cauſatum non compoſitum. hoc idem argumẽtũ format B. Th. in 1. d. 8 q. 5. art. 1. & eſt tertium in ordine, & reſpondens dicit q; concludit de eo, quod nõ habet eſſe completum. quod ſolet dici concauſatum. ſed B. Th. intendit de proprie & per ſe cauſato, ergo inſtantia Scoti non ualet, &c.

Cauſatũ ut qd eſt habet eſſe in ſe completum.

C In reſponſione ad ſecundum. Aduerte q; B. Th. intendit nec compoſitionem, nec ſimplicitatẽ abſolutè ſumptas eſſe perfectiones ſimpliciter. Aliter ſimplicitas ſ quolibet ente, vt ens eſt eſſet melior compoſitione & ſic forma eſſet melior cõpoſito & nobilior, & res quanto minus compoſita tanto nobilior eſſet, & ex conſequenti elementũ eſſet nobilius elemẽtato, ſed intendit q; ſimplicitas cum tali conditione eſt nobilior ſimpliciter. quæ autem ſit illa conditio, ſunt de hoc uariæ opiniones.

Simplicitas quomodo ſit perfectio ſimpliciter.

Robertus Holco. in 2. ſententiarũ. q. 6. reſpondens ad primũ dubium dicit q; requiritur q; res, cui ineſt ſimplicitas, non ſit compoſita ex iis, nec ſit componibilis cum altero. p. cum accidentibus, ſed hoc non conſonat doctrinæ. B. Th. ſequeretur. n. q; in ſolo Deo eſſet perfectio, qui ſolus non eſt componibilis alteri, ut patet in artic. ſequenti, & tamen in lib. de ente. & eſſentia. c. 2. tenet q; licet tam ſubſtantiæ cõpoſitæ quam ſimplices. i. abſtractæ habeant eſſentiam, tamen ſimplices habent ueriori modo, ſecundum quòd etiam habent nobilius eſſe, hæc ille. D vult ergo ſimplicitatem eſſe perfectionem in qualibet ſubſtantia abſtracta.

Prima opinio.

Scotus autem in 1. d. 8. q. 2. ad primum tenet quòd eſt perfectio ſimpliciter dummodo excludat compoſitionem uel componibilitatem ex acto, & potentia uel ex perfectione, uel imperfectione, ſed quia talis conditio ſaluatur in ſolo Deo, ideo dicendum eſt ad Scotum ſicut ad hoc: Aduerte tamen q; Scotus tenet in progreſſu ſimplicitatem, ut ſimplicitas eſt eſſe perfectionem ſimpliciter. licet in multis naturis repugnet, & conatur gloſſare definitionem Anſelmi ſuo modo contra quem expoſitor ſuper lib. de ente, & eſſentia, ſuper c. 2. ſufficienter ſe habet, nec uolo immutare eum &c. Eſt igitur tertia opinio, quæ eſt ipſius expoſitoris in eodem loco, & ſtat in hoc, ſimplicitas ſi adiungatur ſubſiſtentiæ, & naturæ eius tota perfectio apta eſt dare indiuiſa: nõ reſultare ex partibus integralibus, nec eſſentialibus, dicit perfectionem ſimpliciter, propter primam cõditionem, E excludo formas materiales naturales, accidentia, & materiam propter ſecundam: excludo omnia corpora à cœlo uſque ad elementum incluſiuè, & hanc ſententiam ut ueriorem & magis conformem B. Th. ſuſtinet.

Secunda opinio.

Tertia opinio.

Propria conditio. ſimplicitas ſubſiſtentię & naturę, cui tota perfectio apta ẽ ſtare indiuiſa, nõ reſultare ex partib. integralib, nec eſſentialib. dicit perfectionem ſimpliciter.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum Deus in compoſitionem aliorum veniat.

Circa titulum, Aduerte ad hoc, q; aliquid faciat cõpoſitionem cum altero in ſignificato proprio: neceſſe eſt quòd ſit forma ſubſtãtialis uel materia prima in compoſitione ſubſtantiali, uel ſit forma accidentalis, uel ſubiectum in compoſitione accidentali. Nam unio ſecundum operationem vel aſſiſtentiam, uel indiſtinctionem ſitus non facit compoſitionem.

A Quidam. n. poſuerunt q; Deus eſſet aĩa mundi &c. Aduerte q; ex his fuit Mercurius Termigiſtus in Pimandro, in quo ſequiẽ Platonẽ in Timæo, qm̃ apud eos diffinitur anima ex motu, q; qd hẽt uirtutem motricem dr anima apud eos, & qm̃ Deus mouet mundum ſiue ipſum uniuerſum, ideo dr anima mũdi. ex ſua tñ poſitione non ſequitur q; faciat cõpoſitionẽ, qm̃ ut declarauimus in ti. unio ſecundũ operationẽ, & aſſiſtẽtiã nõ facit cõpoſitionẽ. & ad hoc, &c. reducitur qd quidã dixerũt Deũ eſſe animã primi cęli &c. Hic vi eſſe commentator in 12. met. cõm. 44. In quo appellat primũ motorẽ, motorem omnium, & applicat ipſum primo cœlo, & ho. motores appellat formas & ſecundum eos in commen. 36. ponit cœlum animatum. ergo ſequentes intelligentiæ ſunt animæ ſequentium cœlorum. ſecundum ipſum, ſic Deus eſt anima primi cœli: uerũ ſecũdum Auer. non facit compoſitionem talem, qualem expoſuimus in titu. artic. quoniam apud ipſum repugnat principium intelle- B ctiuum eſſe formam dantem eſſe materiæ ex tertio de anima cõm 5. ut diffuſè pertractabitur. in q. 76. art. 1. ıõ pro nũc tranſeo.

Mercur. Termegiſtus.

Deus eſt aĩa mũdi Vnio ſecũdũ aſſiſtẽtiam uel operationem non facit compoſitionẽ Auer. cõa Deꝰ eſt anima primi cęli.

Nec ſicut principium formale, nec ſicut principium materiale &c. Aduerte q; B. Th. determinat ſe ad reprobandũ tertiũ, & quartũ errores, conſiderans q; prima & ſecunda opinio, ſiue uerę ſiue falſæ ſint nõ intẽdũt uerã componibilitatẽ, ideo relinquit eas.

Primo quidem quia ſupra diximus Deum eſſe cauſam efficientẽ &c. Aduerte q; B. Th. in hac ratione hanc cõditionalem ſupponit, ſi Deus in compoſitionem alicuius ueniret, ut forma, uel ut materia tale erit effectus Dei, ſed conſequens eſt impoſſibile. ergo & antecedens. conſequentia probatur ex præcedentibus quoniam dictum eſt, omnium eſſe cauſam efficientem. ergo omnium extra ipſum. falſitatem uero conſequentis probat in hac ratione declarans, quomodo forma agentis non incidit in idẽ numero omni effectui, nec materia in idem ſpecie, qd eſt principium apud philoſ. uniuerſaliter acceptum.

C *Quod autem venit in compoſitionem, non primo & per ſe agit, ſed magis &c.* Aduerte q; prima oppoſitio. ſ. Quod aũt vẽ pati inſtantiam de anima intellectiua, quę uenit in compoſitionem, & tñ reſpectu intellectionis eſt primo & per ſe intelligens cum ſit eſſentialiter à ſola anima ad differentiã aliarũ operationũ. Et ıõ quomodo uerificatur de anima & de coniuncto magis propriè, quã de anima declarabitur in q. 75. art. 6. pro nũc ſufficit quod ratio B. Th. concludit Deum non eſſe formam omnium rerum, ut dicebat tertia opinio. Conſtat. n. q; non eſt forma lapidis, quoniam cum illa forma non habeat operationẽ p ſe ut ad ſenſum patet. ſed omnis operatio lapidis ſit operatio compoſiti, non poteſt eſſe primo, & per ſe agẽs quale eſt Deus.

Anima ẽ primo & per ſe intelligens.

Item aduerte q; per ly, *ſed magis compoſitum.* non intendit B. Th. affirmare aliquod compoſitum eſſe primo & per ſe agẽs concludit enim oppoſitũ in art. 2. in 3. ratione, ſed loquitur comparatiue. q. d. ſi deberet admitti q; forma uel ſuum cõpoſitum, ſit primo & per ſe agens eſſet magis concedendũ de cõ- D poſito, quoniam eſt, quod agit, forma autem quo agit, tamen de neutro ſimpliciter concedendum eſt &c.

¶ Quæſtio quarta.

ARTICVLVS I.

Vtrum Deus ſit perfectus.

Circa titul. Aduerte q; ly, pfectꝰ põt tripliciter accipi, primo q; ſit pfectus ſubſtãtialiter. i. q; ſit ens pfectiſſimũ, & in optimo mõ eſſendi, qd eſt eſſe maximè actu ſicut eẽ maximè i potẽtia eſt imperfectiſſimꝰ modus 2. q; ut pfectus attributaliter. i. qd in ſe contineat pfectiones oẽs, ut bonitatẽ ſapiẽtiã &c. 3. q; ſecũdũ unũquodq; attributũ, E ſit pfectus. i. qd oẽ attributũ cõtineat in ſe perfectiſſimo modo.

Perfectũ dupliciter ſubſtãtialiter, & attributaliter.

In ti. intendit de perfecto ut n. mõ. Nam eſſe ſubſtantialiter pfectũ prius eſt quã eſſe. ſupradictõ, ſicut priꝰ eſt eſſe. Sorte pfectũ ſubſtãtialiter, quã eſſe doctũ. ſapiẽtẽ, iuſtũ &c. Ad hoc aũt, q; Deus ſubſtantialiter ſit perfectus quatuor conditiones requiruntur ſimpliciter, & abſolutè. primo q; nihil pertinens ad ſubſtantiã, ſiue eſſentiã ſuã deficiat ſibi. ſecundo q; non poſſit ſibi fieri additio, tertio quòd nihil ſit perfectius eo, quarto quòd nihil poſſit eſſe perfectius ipſo. Et id breuiter tetigit philoſophus in 5. meta c. de perfecto, ubi dicit commentator, perfecta uniuerſaliter ſunt illa, in quibus nihil inuenitur per quod dicantur imperfecta aut extrinſecũ, & hæc diſpoſitio primi principij. ſ. Dei. In ſecundo autem argumento agit de perfecto in ſecundo ſenſu. De tertio autem ſenſu non formaliter agit in hac quæſtione, ſed poteſt reduci ad tertium articulum, ut

Ad hoc q; Deus ſit pfectꝰ ſubſtantialiter quatuor requiruntur.

Universidad de Deusto Biblioteca

videbitur ſicut philoſophus narrat &c. Aduerte q. Ariſt. in 12. metaph. texta 4. poſtquam cõcluſerat Deum eſſe optimum, & feliciſſimum, adducit opinionem Pythagoræ & Leucippi, qui tenebant prima principia eſſe imperfecta, & ſumebant ſignũ ex ſeminibus plantarum, quæ ſunt imperfectiora his quæ naſcuntur ex eis, utpote quia animata ſunt tantum in potentia, ſed ut inquit illic Ariſto. decipiuntur quia ſemen non eſt primum principium, ſed illud, à quo producitur ſemen. Et uide tu illic. B. Thom. autem adducit fundamentum uniuerſale, in quo philoſophi prius conueniebant, ut habetur in primo phyſicorum & in primo metaphy. quod. ſ. non eſt aliquod principium rerum niſi materiale. unde dicit Ariſtote. in primo metaphyſi in principio opinionum recitatarum: Primi igitur philoſophi ea ſola principia exiſtimarunt, quæ ſub ratione materiæ collocantur &c. In reſponſione ad ſecundum aduerte quod illa fuit opinio Pythagoræ & Leucippi vt recitat philoſophus in 12. metaphyſ. tex. 40. & reſponſio, quam B. Thom. adducit, eſt reſponſio philoſophi illic &c.

In reſponſione ad tertium Aduerte q. B. Tho. non negat quod eſſe ſit communiſſimum, ſed negat q. ſit communiſſimum recipiens. hoc. n. eſt imperfectiſſimum, quoniam unumquodque in tantum eſt recipiens, inquantum eſt potentiale, & propterea materia prima eſt imperfectiſſima. concedit ergo q. eſt communiſſimum receptum, ſed ex hoc non ſequitur q. ſit imperfectiſſimum immo oppoſitum: quia receptum actuat, & perficit & ex conſequenti perfectio eſt. Hinc patet quòd ratio Scoti in primo diſt. 2. q. 1. ibi. Non enim eſſe eſt perfectiſſimus effectus, nullius eſt efficaciæ, ſic enim arguit. Quod includitur in multis non poteſt eſſe perfectius quocunque illorum in quo includitur. ſed eſſe includitur &c. cum ſit communiſſimum, ergo &c. Patet quòd hæc ratio coincidit cum arg. B. Tho. & ideo eadem reſponſione ſoluitur. Nam maior non eſt uera niſi de communiſſimo recipiente: eſſe autem communiſſimum receptum, quod eſt actualitas omnium. ſcias tamen quòd ratio Sco. ad plenum ſoluitur q. 45. art. 5. ubi ſuſtinebitur quòd eſſe eſt effectus ſolius Dei, ideo pro nunc ſufficit.

Articvlvs II.

Vtrum in Deo ſint perfectiones omnium rerum.

Circa titulum, aduerte primo q. perfectio proprie eſt id, quod pertinet ad bonitatem rei, & ſignificatur termino qualitatiuo, ut ſapientia, bonitas, vita, intellectus &c. Aduerte ſecundo quòd perfectiones rerum ſunt duplices: quædam ſimpliciter dictæ, quas melius eſt in unoquoque ineſſe, quam nõ ineſſe: quædam limitatæ, ut riſibilitas in homine, fortitudo in leone. In titulo ſumitur ly, perfectiones indiſtinctè non deſcendẽdo ad has uel illas. Tertiò aduerte quòd perfectiones poſſunt ineſſe, Aliquando formaliter, ut Deus formaliter eſt ſapiens: quandam uirtualiter uel eminenter. i. quamcunque perfectionem dixeris, riſibilitas in homine, calor in igne, lux in ſole totũ eſt in Deo uirtualiter. In titulo ly, ſint, ſtat indiſtinctè.

Perfectio duplex ſimplex & limitata.

Formaliter, & virtualiter.

In Deo ſunt perfectiones omnium rerum, vnde & dicitur uniuerſaliter perfectus &c. vſque ibi, in 5 metaphyſ. Aduerte q. ly, uniuerſaliter perfectus, alio modo intelligendum eſt ſecundũ mentem commentatoris, alio modo ſecundum ueritatẽ. Nam quoniam commentator, tenet Deum eſſe finitæ uirtutis dicit quòd eſt vniuerſaliter perfectus prout continet omnes perfectiones cuiuſcunque generis, quæ ſunt actu in rerum natura, & quoniam illæ, ut ſic ſunt finitæ ſunt, ideo Deus ſecundum ipſum eſt uniuerſaliter perfectus, finitè tamen ſecundum ueritatem non eſt uniuerſaliter perfectus, quia cõtinet perfectiones omnium generum, non ſolum actu exiſtentes ſed poſſibiles produci, tales autem ſunt infinitæ in potentia, quia non tot, quia K plures poſſunt à Deo produci, ut declarabitur infra, ideo Deus eſt uniuerſaliter perfectus, & infinitè. Igitur licet B. Thom. adducat dictum commentatoris in 5. met. capitulo de perfecto, non tamen intelligendum eſt ad mẽtem commentatoris, ſed ſecundum ueritatem &c. *Præexiſtere autem in virtute cauſæ agentis*, & uſque ibi. *inquantum huiuſmodi eſt perfectio.* Aduerte primo quòd ly, perfectiori modo, poteſt dupliciter intelligi. primo comparando effectum ad cauſam efficientem præciſè, & ſic non eſt uerum niſi in cauſa æquiuoca, aliter B. Tho. ſibi contradiceret in litera. Dixerat enim quòd ſi agens eſt vniuocum, quicquid perfectionis eſt in effectu, etiam eſt in cauſa effectiua, ſed ſecundum eandem rationem, ergo non perfectiori modo, ſed æqualiter. ſecundo comparando effectũ ad cauſam ſuam efficientem, & cauſam materialem, & ſic dictum B. Thom. eſt uerum tam in cauſa efficienti uniuoca quã æqui-

F nocamuenit enim quod licet contineatur effectus tã in cauſa efficienti quam in materia. tamen in efficienti perfectiori modo non eſſentialiter, ſed ex principalitate, & in dependentia: ſicut exponitur dictum philoſophi & commentatoris in 7. metaphyſi. texta & comm. 7. cum dicitur q. forma eſt prior & magis ens compoſito, quod utique eſt uerum principaliter, & independenter, non tamen eſſentialiter, quoniam compoſitũ eſt id, quod eſt forma uero quo.

Forma eſt prior, & magis ens cõpoſito gloſa principalitate & independẽtia nõ eſſentialiter.

Aduerte ſecundo q. ly, *cauſa agentis*, non debet intelligi de quacunque cã agente, ſed de cã principali, ad differentiam inſtrumentalis, quale eſt ſemen plantarũ & animalium, & inſtrumenta in artificiali. Nec. n. tanta perfectio inuenitur in ſemina, quanta in animali genito, cũ illud ſit animatum tantũ in potentia, hoc actu. Item debet intelligi de cauſa efficienti per ſe, & non accidentaliter, quoniam ut accidẽtalis non influeret in effectum, & hæc eſt doctrina commentatoris in 12. metaph. G com. 14. in fine, cum dicit: iſta igitur propoſitio uerificatur tribus conditionibus. ſ. in agente nõ inſtrumento, in propinquo non in remoto, in agente eſſentialiter nõ accidentaliter &c.

Nã cõpoſitũ eſt id, quod eſt forma ſit quo.

Cum ergo Deus ſit prima cauſa &c. Aduerte quòd per ly, prima innuit quòd ſit æquiuoca. Nam ſi eſt prima cauſa effectiua omnium rerum, ergo rerum diuerſarum rationum contra æquiuoca: patet conſequentia hæc ex diffinitione cauſæ æquiuocæ, & uniuocæ, & quoniam per primam intendebat æquiuocam: ideo infert, quòd oportet omniũ rerum perfectiones præexiſtere in Deo, ſecundum eminentiorem modum.

Quomodo perfectiones diuinæ diſtinguunt.

In reſponſione ad primum, *& ſi quæ ſunt diuerſa, & oppoſita in ſeipſis in Deo ſunt ut unum &c.* Ex his habemus in uia B. Tho. q. perfectiones diuinæ non diſtinguũtur realiter, cũ autem non ſint ſynonima alias eſſet nugatio dicere, Deus iuſtus fortis, ſapiens, & de eis uerificentur contradictoria: nam intellectus diuinus intelligit. & uoluntas non intelligit, ergo neceſſe eſt q. aliqua diſtinctione diſtinguantur, & quoniam hæc q. H ſatis vulgata eſt, & à multis pertractata, ideo reſolute procedẽs tria tantum perſtringam. primo opinionem B. Tho. ſecundò opinionem Greg. & ſoluam argumenta ſua. tertio opinionem Scoti, & ſoluam rationes ſuas.

Quantum ad primã opinionẽ B. Th. pſecůt hẽmus in 1. d. 2. q. 1. ar. 3. dicen q. ſtat in ſex. primo q. nõ diſtinguuntur realiter, & in hoc concordant oẽs, quia pluralitas abſolutorũ deſtruit omnimodam ſimplicitatẽ. ſecundo, q. non ſunt ſynonima, & in hoc cõcordant oẽs ne ſiat nugatio tertio q. diſtinguunt rõne, ita q. alia eſt ratio ſapientię, alia iuſtitiæ: intelligo aũt per rõnẽ id, quod intellectus apprehendit de ſignificatione huius nominis ſapientia & huius nois bonitas, & harum rõnum ſubiectũ quidem eſt intellectus, fundamentum aũt & cã eſt diuina eſſentia, quæ ſufficientiſſime correſpondent. nec intellectus põt unico conceptu eam ſufficienter apprehẽdere, niſi intellectus diuinus. Dico igitur q. diſtinguuntur rõne, non ſolum ex parte I intellectus, ſed ex parte rei, & hanc concluſionem ſufficienter probat S. Th. clare in 1. d. 2. q. 1. art. 3. ibi. Quantum vero ad quartum &c. Diffuſius autem Capr. in 1. d. 8. q. 4. in probatione ſecundæ quæſtionis, ibi adducit quatuor rationes, uide tu.

1. non diſtinguunt realiter. 2. nõ ſunt ſynonima. 3. diſtinguũtur rõne. 4. nõ plus diſtinguũtur quam ratione ſumpta ex parte rei. Capre. ad 8. q. 4.

Quartò non diſtinguuntur plus quam ratione ſumpta ex parte rei. i. cui correſpondet natura rei: quoniam apud B. Th. non datur diſtinctio niſi realis, autem rationis, & non diſtinguuntur realiter ut conceditur, ergo non plus quam ratione.

Quintò non ſolum iſtæ rationes pluraficantur ex extrinſeco. i. ex eo, quòd in creaturis cognoſcimus has perfectiones diſtinctas, & ſic de eis diſtinctas rationes formamus quas Deo attribuimus, ſiue tamen diffinitione reali diuerſarum perfectionum: ſed etiam ex intrinſeco. i. ex plenitudine, & excedẽtia diuinæ perfectionis, quæ nec uno conceptu, nec uno noie ſufficienter manifeſtari põt. Vnde dixit B. Th. in 1. d. 2. q. 1. ar. 3. ibi. *Sed tamen ſi intellectus videns Deum &c.* q. d. eſſet neceſſe ſi ea ſi K de eſſentia diuina formaret cõceptũ, multiplicare cõceptus, & noia propter eam dictã, unde ſecundũ Chryſoſtomũ. Quidã Angeli laudant Deũ ut maieſtatem, & quidã ut bonitatem &c.

5. Iſtæ nõ pluriſicãtur tantũ ex extrinſeco, ſed & ex intrinſeco ex plenitudine diuinæ perfectionis.

Quòd iſtæ rõnes nõ pluriſicantur ſolũ, ex cõnotato in creaturis. i. ex eo, quod diuerſos effectus cauſat in creaturis. p. quòd Deus dicitur bonus, quia cõmunicat ſe creaturis, q. dicitur iuſtus, quia præmiat uel ponit iuſta, iuxta opera &c. ſed q. iſtæ perfectiones uerſiſſimæ ſunt in Deo, & licet ſint unũ, ſi concepibiles pluribus rõnibus ab intrinſeco. i. ex correſpõdẽtia, & æquiualentia diuinæ eſſentiæ, q. in ſe continet eas. Et ſicut ſapiẽtia in creaturis diſtincta, à iuſtitia fundat diſtinctã rõnem a rõne iuſtitiæ, ita diuina natura & nobiliori modo ſtante ſua ſimplicitate fundat diſtinctas rationes: æquipollet enim ex ſufficienti diſtinctiſſimis & etiam oppoſitis realiter. Hæc eſt ſumma diſtinctionis B. Tho. & eius intentionis, quam intendimus defenſare contra Gregor. & Scot. Iſti enim ſunt principa-

6. Non diſtinguuntur tantũ realiter q. diuerſos effect. cauſant ſed q. uerũ ſunt in Deo & quatenus ſunt unũ ſunt cõceptibiles ſub pluribus rõnibus.

liores. Et ſcias quòd iſti tenent extrema, vt videbis, & B. Thom. medium contra rationabilius, nã Sco. quod formaliter ex natura rei, ac intrinſecè. Greg. extrinſecè per connotata.

Quantum ad Gregorium, aduerte quòd in 1. diſt. 8. q. 2. art. 3. in principio, quia tenet quòd non diſtinguantur ex natura rei contra Scot. nec ratione ad ſenſum B. Thom. præponit diſtinctionem trium membrorum, & in ſecundo articul. adducit quartum membrum, ego autem ſic ordino eum breuiter. Aliqua poſſunt diſtingui ratione quadrupliciter, primo quia ſunt diſtinctæ rationes vel conceptus, ſicut conceptus hominis & lapidis, ut ſunt formati ab intellectu, & ſic attributa non diſtinguuntur ratione, quoniam non dicunt conceptum, ſed rem ſignificatam, quæ eſt perfectio & res æternaliter exiſtens.

Secundò, quia ſunt plura, & vniuſcuiuſq; eſt propria diſtincta ratio, ſic homo & capra diſtinguũtur ratione, & hoc modo attributa non diſtinguuntur ratione, quoniã falſum eſt, q. ſint plura, immo q. d vnum ſimpliciſſime in Deo, hęc enim eſt iden B tica, bonitas eſt iuſtitia.

Tertiò, quia aliquid vnum poteſt concipi diſtinctis rationibus, & inquantum concipitur vna ratione, ac fundat eam, differt à ſe vt fundat & concipitur ſub alia ratione, & in hoc ſenſu dicit Gregor. intelligitur quæſtio, & ponit quæſtionem negatiuam, quam probat pluribus rationibus, & quoniã hic eſt ſenſus B. Thom. ideo volo ſoluere eas, ſed prius pono quartũ membrum.

Quartò quia alia eſt ratio vnius à ratione alterius, hæc tamen alietas rationum non ex diuerſitate rei ſignificatæ, ſed præciſè ex diuerſitate extrinſecorum connotatorum ſiue in complexo, ſiue complexe ſignificatorum, vt ſol alia ratione dicitur calidus, quia cauſat calorem in extrinſeco. p. in aqua, & alia ratione dicitur ſiccus, quia cauſat &c. iſtæ tamen rationes nõ ſignificant diuerſa in ſole, quia eadem fundamenti qualitate cauſat, hos diuerſos effectus. In hoc ſenſu tenet Gregor. & non C aliter quòd attributa diſtinguantur ratione in Deo. p. dicitur Miſericors, quia liberat nos à malo, dicitur bonus, quia ſe ipſum communicat nobis. Hanc tuam imaginationem nõ probat ratione, niſi quia apparet ſibi quod non alio modo ſaluentur inconuenientia. p. quòd in Deo non ſit multiplicitas abſolutorum. Fundat autem ſeipſum ſupra dictum Magiſtri in 4. diſt. 46. in c. ſed quomodo inquit. Vbi Magiſter ſic arguit. Iuſtitia Dei, & miſericordia ſunt idem, quia ſunt eſſentia Dei, ergo non ſunt alia opera Iuſtitiæ, & alia opera miſericordiæ: & reſpondens, magiſter dicit his locutionibus non diuerſitas rei ſubiacentis, ſed uarietas ſenſuum & effectuum in creaturis mõſtratur hæc ille. Ecce inquit Grego. quòd dicit varietatem non ſumi ex parte rei diuinæ, ſed ex parte effectuum, ergo ex diuerſitate præciſa, connotatorum extrinſeco. Hoc eſt totum fundamentum Gregor. qui ſi B. Thom. aduertiſſet in primo d. 2. q. 3. 1. articul. 3. ibi, qui contra dicetur quòd pluralitas &c. Non D tantum magnificaſſet ſe, nam Beat. Thomas illic excuſat hanc opinionem, & dicit quòd eſt uera inquantum ad occaſionem multiplicãdi has rationes. Nam quia intellectus noſter ex creaturis in Deum aſcendit & aduertit has perfectiones diſtingui re & ratione in creaturis, & quod cauſantur à Deo, ideo prima occaſio multiplicandi has rationes ſumpta eſt ex effectibus cõnotatis, ſed ut dicit Bea. Thom. hæc non eſt totalis cauſa multiplicandi has rationes. Nam & ſi nullam creaturam feciſſet Deus in ſe tal eſt, ut poſſet fundare omnes has rationes. Dicẽdum ergo eſt Magiſter non tangit totalem cauſam, ſed ſolum cauſam, quæ fuit prima occaſio in noſtro intellectu multiplicare has rationes.

Nunc igitur adducam pçipuas rationes quibus probat Gre. tertium membrum diſtinctionis, in quo ſtat ſenſum B. Thom. eſſe falſum & ſoluam eas, licet eaſdem Capreol. adducat, & ſoluat in primo d. 8. q. 4. contra ſecundam. Compendioſè igitur E procedens propono fundamenta.

Primum eſt, ſtat aliquam rem eſſe unam ſimpliciter æquipollere, tamen pluribus diſtinctis realiter, inquantum una eſt apta fundare unum conceptum, ſibi adæquatum inquantum æquipollet diſtinctis, eſt apta fundare plures conceptus, quorum nullus adæquatur ei, ſed quilibet partitur rem illam non realiter, ſed obiectiuè, uel ſecundum quod fundat hunc conceptum, ex qua partitione, poteſt dici res pluriſicata obiectiuè inquantum eſt obiectum unius conceptus diſtinguitur à ſe ipſa, ut eſt obiectum alterius conceptus, ſtante tamẽ ſemper ſua unitate reali. Exemplum patet in luce ſolis, quæ ut una, apta eſt concipi adæquatè una conceptione: ut autem æquipollet calori, & ſiccitati, & humiditati, eſt apta fundare plures & inquantum fundat conceptum caloris diſtinguitur à ſe ipſa, ut fundat conceptum ſiccitatis, & huius diſtinctionis cauſa æquipollentia ipſius lucis ad plures qualitates. Intellectus autem partia

Vna res ut æquipollet diſtictis realiter põt fundare diuerſos cõceptus ut ẽ una. i. nõ adæquatum. Lux ſolis.

A liter concipiens complet hanc diſtinctionem, ex hoc fundamento, tenemus has propoſitiones verificari contra Greg.

Prima aliqua ratio, ſiue conceptus non adæquatus, ſed partialis eſt alicuius rei, & non eſt eiuſdem rei prout diuerſimode æquipollet multis. patet ratio principij, eſt ratio puncti, vt inchoat & non eſt ratio puncti, ut terminat.

Secunda, eadem re ſit plura entia rationis. Non quòd res una realis mutetur in plura entia rationis, ſed quia una res æquipollens, multis præſentata intellectui in adæquate ſecundum uirtutem efficitur fundamentum plurium in adæquatorum conceptuum bene quot ſunt conceptus, tot poſſunt dici obiecta correſpondentia.

Tertia, una res, ut fundat conceptum adæquatum eſt una in ſe, ſed ſit plures obiectiue partialiter in intellectu.

Quarta, hæc propoſitio res diſtinguitur ratione à ſe ipſa: eſt uera in hoc ſenſu, res ut habet ordinem ad hanc rationem. p. B punctus ut habet ordinem ad rationem principij qui ordo eſt habitudo fundati, ad fundamentum diſtinguitur à ſeipſo: ut habet ordinem ad aliam rationem. p. finis, diſtinctione quadam non ſecundum ſe, ſed ad intellectum.

Quinta, licet accidẽtia non diſtinguant rem aliquam à ſeipſa, tamen diuerſæ rationes diſtingunt, quoniam accidentia licet inhæreant rei, nũquam ſunt ipſa res rationes autem ſicut, & ſpecies intelligibiles, ſunt ipſa res in eſſe intelligibili, & ideo ſi rationes partiales, multiplicantur & ipſa res multiplicatur obiectiualiter, partialiter.

Sexta, licet diſtingui ſecundum rem non conueniat enti rationis ſumendo ly, diſtingui ſecundum rem pro diſtinctione reali, tamen enti reali, conuenit diſtingui re & ratione, ut homo differt ab aſino re, & defectiue, & ideo dato quòd nullum ens rationis differat re à ſe ipſo, tamen non inconuenit ens reale diſtingui ratione à ſe ipſo. Ex his propoſitionib. ſimul cum C fundamento, videbis ſoluta ſex argumenta Gregorij, quę cum recitentur à Capreol. ubi ſupra nolo aliter adducere. vide tu illa &c.

Tertium fundamentum, dato quòd aliqua res æquipolleat multis, & fundet plures rationes, quarũ una nõ eſt alia, immo aliquando ſunt rationes oppoſitæ, tamen non eſt neceſſe concedere quòd diſtinguatur ratione à ſe ipſa, ſed ſufficit dicere, quòd eſt una ſecundum rem, & diſtinguuntur ſecundum rationem. id eſt fundat diſtinctas rationes, & hæc uia uidetur probabilior: quoniam diſtinctio alicuius à ſe ipſo importat diſtinctionem intrinſecum in eſſe rei, quod non eſt totum ideo, nec re, nec ratione. Præterea vt inquit Capreol. ſi non ſequitur Pater & Filius diſtinguuntur, realiter & Pater & Filius ſunt eadem res, ergo eadem res diſtinguitur realiter à ſe ipſa: ſed bene ſequitur, ergo in eadem reſtat diſtinctio realis, ſic in propoſito non ſequitur, ergo in eadem reſtat, diſtinctio rationis. D Ex hoc fundamento patet, quòd argumenta Gregorij non tãgunt uiam noſtram, quoniam dato quòd eadem res habeat plures rationes hæc tamen conſequentia non ualet, quaſi eadem res diſtinguatur ratione à ſe ipſa. Et omnia argumenta ſua tendunt ad probandum falſitatem conſequentis, quam iuxta hanc, reſponſionem concedimus, ſed negamus conſequentiam, & ſi ſic reſponderis, Gregor. concordat nobiſcum, quantum ad hoc, dicit enim diſtinctio. 8. quæſtio. 2. articu. 1. ibi ad aliud de agere, & pati &c. Dici poteſt, quòd ſcilicet attributa differunt ratione, quoniam ratio ſecundum unum, non eſt illa ratio, quæ eſt ſecundum aliquid nomen. ſic tamen ſemper remanent, quòd res illa non re, nec ratione differt à ſe ipſa, ſed rationes adinuicem, & nomina ſe ipſis, & rationibus differunt, hæc ille & ſufficiat quantum ad uiam Gregorij.

Quantum ad uiam Scoti, aduerte quòd eandem diſtinctionem tenet, ut dicit ipſe in primo diſtinctio. 8. quæſtio. 4. ibi iſta E autem nõ identitas formalis &c. inter diuina attributa, & inter eſſentiam, & proprietatem in patre ſcilicet innaſcibilitatẽ, & paternitatem: hanc autem diſtinctionem, ponit mediã inter diſtinctionem rationis, & diſtinctionem realem, ita quòd eſt maior diſtinctione rationis, & minor diſtinctione reali. Tria igitur agenda ſunt primo ponentur omnes diſtinctiones formalitatum Scot. quas ordinaui infra. in quæſt. 28. artic. 2. Secundò declaranda eſt diſtinctio ex natura rei, quam tenet Scot. ubi ſupra inter diuina attributa, in quo ſenſu, poteſt acceptari in uia noſtra, & in quo non, & conſequenter poſſumus arguere contra Scot. in ſenſu, in quo accepit eam, hæc unde bis à nobis reſoluta in quæſtio. 28. artic. 2. Tertiò reſoluendæ ſunt principales rationes Scot. quibus ſuſtinet diſtinctionẽ ex natura rei, inter diuina attributa. Tu igitur aduerte quòd Capreol. in 1. diſt. 8. contra primã adducit 6. rationes iuxta quarũ, q. omnes ſint Scot. formaliter, ſed partim Scoti, partim ſeque-

Deum ipſum, & ſi aduertes inuenies, quòd omnes rationes illæ concludunt attributa non diſtingui præciſè ratione ſumpta ex parte intellectus collatiui, quòd & nos concedimus, & quādo infertur primo diſtinguūtur, ex natura rei, negabis hanc conſequentiam ad ſenſum, quem tenet Scotus de diſtinctione ex natura rei, quam declaraui infra in quæſt. 28. articul. 2. ſed inferes ui, contra diſtinguuntur ratione ex parte intellectus, & ex parte rei: vt declaraui ſupra in declaratione opinionis B. T. Iterum quia Capreol. non recitat rationem Scot. niſi diſtin. 8. quæſt. 5. ibi, ad quæ reſpondeo, & dico quæ tamen eſt principale monumentum ſuum, ideo adduco eam, & ſoluo, ſic igitur dicit Scot. Inter diuinas perfectiones eſt diſtinctio, præcedens intellectum omnimodo, & eſt iſta quòd ſapientia eſt in re. p. in Deo ex natura rei, & bonitas eſt in re ex natura rei, & ſapientia in re formaliter, non eſt bonitas in re: his uerbis proponit quæſtionem ſuam, quomodo autem intelligat ſapientiam in re formaliter non eſſe bonitatem in re declarat infra dicens. eſt igitur aliqua non identitas formalis ſapientiæ & bonitatis, inquantum earum eſſent diſtinctæ diffinitiones, ſi eſſent diffinibiles. diffinitio autem, non tantum indicat rationem cauſatam ab intellectu, ſed quidditatem rei, eſt ergo non identitas formalis ex parte rei. hæc ille. ex quibus conſtat quòd cùm diffinitio apud ipſum, indicet quidditatem, & duæ perfectiones diuinæ ſi diffinirentur primo modo, haberent diſtinctas diffinitiones, quòd duæ perfectiones importāt duas quidditates, quas concedit eſſe formalitates in re, ex cōſequenti duas entitates abſolutas præcedentes intellectum omnimodo, & diſtinctione eas dicit eſſe diſtinctas ex natura rei, quam nos Thomiſtæ in tali ſenſu negamus, quoniam non concedimus talem diſtinctionem formalitatum quidditatis entitatis in diuina eſſentia. Hanc igitur quæſtionem ſic declaratam probat taliter modo, ſapientia in communi non eſt formaliter bonitas in communi, ergo ſapientia infinita non eſt formaliter bonitas infinita, quaſi diſtinguūtur ex natura rei. Antecedens patet, includere formaliter, eſt includere aliquid in ſua ratione eſſentiali, ita quòd ſic diffinitio includentis aſſignaretur incluſum eſſet diffinitio ſua, vel pars diffinitionis: conſtat autem quòd bonitas in communi nō eſt diffinitio, nec pars diffinitionis ſapientiæ in communi, ergo &c. Conſequentia autem ſic probatur, infinitas addita alicui non aufert rationem formalem eius, quoniam in quocunque producto inueniatur, remanet ipſum formaliter, ſicut in omni gradu albedinis, conſeruatur albedo ex conſequenti ratio formalis albedinis. ergo ſi ſapientia in communi non eſt formaliter bonitas in communi, cum ſapientia infinita ſit uerè ſapientia, & bonitas infinita ſit verè bonitas, ſequitur quòd ſapientia infinita non includit formaliter bonitatem infinitam, ergo diſtinguuntur formaliter.

Scot. quæ ſunt diſtinctione ex parte rei ſic diſtinctio ex natura rei.

D. Th. negat diſtinctionem formalitatum in diuina eſſentia. Probatio Scoti.

Ad hoc reſpondeo primo quòd apud B. Thom. ſumendo diſtingui formaliter, prout idem eſt, quod habere diſtinctas rationes formales in intellectu fundatas, tamen in re argumentum non concludit, niſi quòd ſicut ſapientiæ in communi, & bonitatis in communi eſt alia, & alia ratio formalis, ſic de ſapientia infinita, & bonitate infinita, ſed tunc negatur ultima conſequentia, quaſi diſtinguūtur ex natura rei, ſed bene ſequitur, quaſi diſtinguūtur rationibus ſumptis ex parte rei. Secundo ſi ly, diſtingui formaliter ſumitur prout idem eſt quòd habere diſtinctas formalitates in re, ex conſequenti apud Scot. diſtinctas quidditates, nego conſequentiam ad probationem, cum dicitur, infinitas &c. nego illam probationem quando ab eo, cui addita aufert vniuocationem ſicut eſt in propoſito in via noſtra, quoniam ſapientia in communi non eſt quid uniuocum ad ſapientiam infinitam & finitam, & ideo non eſt mirum ſi ſapientia infinita immutat rationem formalem ſapientiæ in communi, nam in non vniuoco, non ſtat una uerè ratio formalis communis ſuis contentis, & quoniam Scot. tenet vniuocationem talium communium nominum, ut prædicamenta de Deo & creatura, ideo apud ipſum argumentum eſt apparens, ſed non apud nos. Tertio ſumendo ly, diſtingui formaliter, in eodem ſenſu, nego conſequentiam. ad probationē, dico quòd illa propoſitio infinitas &c. non eſt uera niſi in re, quæ eſt infinita in aliquo genere. p. linea infinita, uel albedo infinita, in re autem, quæ eſt ſimpliciter, & in ratione entis infinita, illa propoſitio eſt falſa, quoniam talis res una exiſtens continet in ſe omnem gradum entis, & omnem perfectionē, unde ſapientia infinita eſt bonitas infinita & iuſtitia, ita quòd dicit eandem formalitatem. idest quidditatem loquendo ad ſenſum Scoti de formalitate.

In reſponſione ad tertium argumentum, in articulo aduerte quòd B. Thom. intendebat ſic arguere à ſuperiori ad inferius affirmatiuè non valet, ſed ens eſt ſuperius ad viuens & ſapiens, ſicut eſſe adviuere, cum igitur Deus ſit, ipſum eſſe nō valet, ergo eſt viuens &c. & reſpondens intendit negare quod arguitur ſic, quoniam Deus non eſt eſſe contrahibile per viuere, ſed eſt eſſe ſubſiſtens in ſe continens omnem gradum eſſendi ſine contractione: pro tota tamen reſponſione, uide expoſitorem, quoniam text. B. Thom. bene exponit.

Articvlvs III.

Vtrum aliqua Creatura poſſit dici ſimilis Deo.

Circa titulum, aduerte duo, primo quòd intentio primi articuli huius quæſtionis, diximus in tertio huic articulo, intendit quærere utrum Deus ita ſit perfectus ſecundum quamlibet perfectionem, quòd nulla creatura ſit ſimilis. p. q. Deus tantum habeat ſapientiam quod quæcunque inueniatur in creatura, non poſſit ei comparari. Vnde intentio ſua non eſt principaliter quærere de perfectione creaturæ, ſed de quātitate cuiuſcunque perfectionis diuinæ in comparatione ad perfectionem creaturæ. Aduerte ſecundo quòd dicit aliqua Creatura, vt præſeruet ſe à diuinis perſonis, inter quas ſtat æqualitas perfectionis, ut dicemus in tractatu de Trinitate, vel ut dicit expoſitor vt præſeruet ſe ab alio Deo, quoniam nondum probauit impoſſibilitatem plurium Deorum, ſed id reſeruatur in quæſtio. 11. tunc enim patebit quòd nec alius Deus poteſt eſſe ſimilis Deo, quoniam ſimilitudo ſupponit poſſibilitatem extremorum.

Cum omne agens agat ſibi ſimile, inquantum eſt agens; & ſique ibi. formas agentis. Aduerte quòd hæc propoſitio ſumpta eſt ex ſeptimo metaphyſ. texto 30. ubi inquit philoſophus, Palam uero ex dictis, quia modo quodam omnia fiunt ex uniuoco, & in 12. metaphyſ. textu 13. dicit poſtea quæque ſubſtantia ex uniuoco fit, quæ quidem propoſitiones non uerificantur ſimpliciter, niſi ut dicit complexor, in 12. metaphyſic. com. 13. in fine, in cauſa per ſe ad differentiam accidētalis, non enim inter muſicum ædificantem & domum eſt ſimilitudo, nec uniuocatio, ratione muſici, & ideo dicit B. Thom. quòd eſt ſimile, inquantum eſt agens, idest quantum ad illud quod eſt ibi ratio agendi, hoc autem in ædificatore eſt, ars ædificandi, ſiue domus in mente, & in cauſa principali ad differentiam inſtrumentalis, & in cauſa proxima, ad differentiam remotæ, ſiue vniuerſalis. In alijs autem productionibus per ſe ſufficit quòd aliquis gradus ſimilitudinis ſeruetur qui ponitur in articu. p. ſimilitudo uirtualis, ut inter ſolem calefacientem, & aquam calefactam, uel ſimilitudo in forma generica. p. quòd al. generat al. Corpus generat corpus, & hoc intendit B. Thom. cum dicit, *ſed ſecundum ſimilitudinem generis, uel ſimilitudo* in forma ſiue perfectè analogicè dicta de cauſa & effectu, & hæc ſola ſeruatur ſecundum doctrinam noſtram inter Deum, & Creaturam nam ens cauſat ens, bonum cauſat bonum, ſapiens cauſat ſapientem &c. & quoniam in hoc gradu ſimilitudinis non eſt determinata proportio inter cauſam & effectum, ideo tenet infimum locum &c. In reſponſione ad quartum, Aduerte pro authoritate Dyoniſij duo, primo quòd in loco, hoc ea dicuntur eſſe unius ordinis, quæ ita ſe habent quòd unum non neceſſario præciſè, & formaliter pendet ſiue cauſatur ex altero, ut duo alba, duo realia eiuſdē figuræ, & inter hæc ſtat mutua ſimilitudo, & æqualitas. dixi non neceſſario præciſè, & formaliter, quoniam dato quòd unum cauſetur ab altero, hæc cauſatio erit materialis & accidentalis. Nam licet homo per ſe generet hominem tamen humanitas fortis formaliter ſumpta, non cauſatur formaliter ab humanitate. p. Platonis, ſed & per oppoſitum, illa dicuntur diuerſorum ordinum, quæ ita ſe habent quòd unum neceſſario præciſè, & formaliter pendet ab altero, & non è conuerſo, ſicut in ſpeculabilibus, ſcientia pē det a ſcibili, imago ab imaginato, Creatura à primo agente & quantum ad relationem tertio modo relatiuorum poſito ab Ariſtotel. in 5. metaphyſ. & inter hæc non ſtat mutua ſimilitudo, ſed tantum ex parte dependentis, ad independens. Aduerte ſecundo quòd cum dicit, *non autem in cauſa, & cauſato*, nō accipit cauſam & cauſatum abſolutè, & uniuerſaliter, quoniam eſſet falſum, quòd inter nullam cauſam & cauſatū ſit mutua ſimilitudo, diximus enim quòd quādo ſunt eiuſdē ſpeciei, ſtat mutua ſimilitudo, ut inter Sortem generantem & Platonem genitum, ſed accipit cauſam, & cauſatum, quando cauſatum per ſe formaliter pendet a cauſa, ſicut homo à ſole, Imago, ab imaginato, effectus à prima cauſa. tunc enim ſemper ſunt diuerſorum ordinum, & ideo non ſtat mutua ſimilitudo inter cauſam & cauſatum, ſed tātum cauſati ad cauſam uel poteſt dicere breuius, quod tunc cauſa & cauſatum ſunt, eiuſdem

Agens eſt ſimile eſt ſectui quo ad rationē agēdi in cāp ſe propinqua principalis eſt fectus eſt ſimilis ſecundū rationē ſuę cauſę nō i alijs.

Illa vnius ordinis æquè dicunt, quæ ſē unum nō neceſſario, nec præciſè & formaliter pēdet ex altero. diuerſorū è cōtra imago ab imaginato, ſcientia à ſcibili.

Humanitas nō cauſatur formaliter ab humanitate Platonis ſed quia eſt hec.

Cū ſecū ſunt eiuſdem ordinis.

eiuſdem ordinis, quādo cauſa eſt cauſata ab aliquo alio, quod eſt eiuſdem ſpeciei, vel generis cum cauſato eiuſdem cauſæ, vt quoniam Sortes Pater prolis eſt cauſatus ab aliquo qui eſt eiuſdem ſpeciei cum Platone, ideo ſtat inter ſecundum cauſam & cauſatum, mutua ſimilitudo, ſed tunc ſunt diuerſorum ordinum, quando cauſa licet, ſit cauſata vel poſſit eſſe, non tamen ab aliquo quod ſit eiuſdem ſpeciei aut generis cum ſuo cauſato. licet enim imaginatum poſſit eſſe cauſatum, non tū ab aliquo quod ſit in gñe imaginis, & licet ſol ſit cauſatus, non tamen ab aliquo qđ ſit in genere ſuorum cauſatorum, & in his non eſt mutua ſimilitudo quaſi multo magis id ſeruatur in Deo, & hæc expoſitio eſt ad mentem Dyoniſij.

¶ Quæſtio Quarta. De bono in communi.

Articvlvs I.

Vtrum ens & bonum ſint idem.

Circa ordinem huius quæſtio. ad præcedentes, aduerte quòd dupliciter poteſt conſiderari ens, & bonum. primo quo ad rationes ſuas formales, ſecundum ordinem tranſcendentium, & ſic quæſtio hæc & ſequens non eſſent rectè ordinatæ: nam cum poſt ens ante quodcunque tranſcendens concipiamus vnum, vt docet B. Thom. in 4. metaph. & poſt unum cōcipimus aliqđ, & poſt aliquid concipimus rem, & poſt rem concipimus verum, & vltimum bonum, ut declaraui in tractatu par. quem formaui de ordine tranſcendentium, patet quòd prius prædicatum verificatum de Deo, poſt ens erit unum. ſecundo, ſecundum ordinem boni ad perfectum, de quo in q. pſenti tractauit, & ſic rectè ordinatur, quoniam ſicut dicit B. Tho. aliquid ſicut perfectum eſt, ſic bonum eſt, cum igitur conſideratio perfecti nō cōpletur niſi ex conſideratione boni, rectè ſubſequitur, hęc qō. Sed dices contra quæſtio. 3. & 4. malè ordinatæ ſunt, non. n. ad eſſe Dei immediatè, ſequitur ſimplicitas uel perfectio, ſed vnitas, & veritas, quo enim ordine hæc uerificantur de ente in cōmuni uerificantur applicata primo enti, ergo &c.

Bona dupliciter cōſiderātur ſecundū ordinē tranſcendentiū & ſic, 1. ens. 2. Vnum. 3. aliquid 4. Res. 5. Verum. 6. bonū. Alio mō ſecundū ordinem boni ad perfectū.

Ad hoc dico quòd B. Thom. non intendit ordinare has quæſtiones iuxta ordinem proprietatis entis, nec ipſius Dei, ſed vt uenit in conceptionem noſtram, uenit autem vt dicit Be. Tho. ordinans quæſtionem ſeptimam, potius remotiuè, quàm affirmatiuè, & ideò incepit à negatione compoſitionis, attribuēs ſibi ſimplicitatem, deinde à negatione imperfectionis attribuens ei ſuum oppoſitum, ad quod ſequitur bonitas.

Ordo qō nunc de Deo vt venit in cognitionē noſtram.

Sunt idem ſecundum rem, ſed differunt ſecundum rationem tantū. Aduerte quòd ly, ſecundum rationem, tantum, dupliciter poteſt exponi, primo quòd ſecundum rationem tantum ſumptā præciſè ex parte intellectus ratiocinantis, ſecundo ex parte rei ſignificatæ. in primo ſenſu eſt falſum, in ſecundo eſt verum: nam eadem natura, quæ eſt ens, & bonum alio modo fundat rationem entis, alio rationem boni ut declarabitur. Intendit igitur quòd ex parte rei diſtinguuntur tantum ratione, & nullo modo realiter ad differentiam aliquorum, quæ diſtinguūtur ratione, & aliquo modo realiter, vt quando idem comparatur ad ſeipſum ut minus includens ad magis includens. nam Sortes albus differt à ſeipſo, ut Sortes eſt præciſè & ratione, & eidem Dyoniſius ſuprà de ſuppoſito, & natura in materialib*, quoniam igitur res ut bona nihil reale addit ad ſeipſam, ut ens eſt, ſed tantum reſpectu rationis ut diceinus, ideo dicit B. Tho. quòd differunt ratione tantum.

Ratio boni in hoc conſiſtit quod ſit aliquid appetibile. Circa hanc propoſitionem tria inueſtiganda ſunt, Quomodo primo appetibilitas ſit de ratione boni, ſecundo ſi conuertatur cum bono, tertio ſi facit bonum eſſe relatiuum.

Quæſtio triplex.

Quantum ad primum, aduerte ut recitat Capreol. 2. diſt. 34. quæſtio. ad ſecundum contra ſecundam quæſtionem, quod illa appetibilitas non eſt prædicatum, quidditatiuum & eſſentiale ipſius boni, ſed conſequens ut propria paſſio, ſicut viſibilitas conſequitur colorem, & quando B. Thom. dicit quòd ratio boni conſiſtit &c. intelligendum eſt quòd appetibilitas eſt de ratione boni ut identificata à poſteriori & ex denominatione extrinſeca. ſ. in ordine ad appetitum, & non ſic, quòd ſit differentia eſſentialis: ideo enim aliquid eſt appetibile quia bonum, & non eſt è conuerſo, ſicut aliquid eſt riſibile, quia homo & non è conuerſo, & quod hæc ratio boni ſit conueniens declarat Be. Thom. in primo ethycorum, exponens textum. Bonum eſt, quod omnia appetunt, ubi dicit Thom. quòd cum bonum & uerum ſint tranſcendentia, ex conſequenti, prima quæ cadunt in noſtra apprehenſione non poſſunt notificari per priora, ſed à poſterioris. Aduerte tamen quòd dicit expoſitor, ſi appetibile ſumatur fundamentaliter. idest pro re, quæ eſt fundamentum appetibilitatis, ſic poteſt ſuſtineri quòd ſit de ratione formali & quidditatiua, & non ſolum notificatiua, & dicit hanc eſſe intentionem Beat. Thom. in artic. ſed cum Beat. Thom. in hoc artic. fundet ſe ſuprà philoſophum in primo ethycorum, quaſi uidetur quòd in eo ſenſu teneat appetibilitatem eſſe, de ratione boni, in quo illic declarauit præcipuè, cum illic dicit quòd prima non poſſunt notificari per priora, ſed per poſteriora ut cauſæ per effectus, quaſi nec in hoc articulo poteſt notificari per priora.

Appetibilitas non eſt prædicatū quidditatiuū boni, ſed propria paſſio.

Quantum ad ſecundum, Aduerte quòd apud S. Thom. ſunt æqualis prædicationis bonum & appetibile, ſumendo bonum pro eo, quod eſt vel æſtimatur bonum, ita quòd malum vt malum non eſt appetibile: contra quod tamen arguit Scotus, vide eum in 2. diſt. 43. quæſt. 2. ibi utrum voluntas creata, ut recitat Capreol. in 2. diſt. 34. q. 1. contra ſecundam quæſtionem, ſic apprehendatur odium Dei, ab aliquo intellectu creato non errante, & per conſequens non apprehendat illud, ſub aliqua ratione boni, ſed mali tantum, quæro aut uoluntas, poteſt velle illud aut non, ſi ſic habetur intentum. ſi non, ergo oportet rationem eſſe prius excæcata ita. ſ. quòd iudicet eſſe bonum Deū odiſſe. ſed hoc eſt inconueniens, quoniam ſecundum articulos pariſienſes ſtante ratione recta in uniuerſali & particulari actu, & habitu uoluntas, poteſt peccare, ergo poteſt odiſſe Deum, ratione non excæcata.

Bonū verum uel apparens cū appetibili conuertitur. Scotus.

Ad hoc dico, quòd non poteſt uelle illud ſtante ratione recta, & concedo, quòd oportet rationem prius excæcari, & ad articulos Pariſien. dicitur quòd non accepiantur niſi in hoc ſenſu, quod uoluntas habet potentiam peccandi, non tamē de facto exibit in actum peccati, niſi ex defectu rationis, quid defectus ſit aut obliquitas, aut in conſideratio, &c. vt manifeſtius erit cum loquemur de peccato Angeli.

Stante rōne recta nō peccat voluntas oportet. n. in rōne ſit defectus aut obliquitas aut in conſiderationis.

Quantum ad tertium. Aduerte ſecundùm doctrinam Beat. Thom. de ueritat. 7. q. 21. articul. 6. quòd relatiuum eſt duplex: quoddam eſt, cuius ſignificatum eſt reſpectu ut pater, filius &c. Et tale non dicit perfectionem, nec eſt perfectiuum appetitus, nec eſt conuertibile cum ente, quia non omne ens eſt reſpectiuum, quoddam eſt, cuius ſignificatum eſt abſolutum, ſed ad ipſum conſequitur reſpectus, ut ſcientia, imago & menſura, & tale poteſt dicere perfectionem ratione abſoluti importati. Ex his dico, quòd appetibile non facit bonum eſſe relatiuum, primo modo ſed ſecundo modo, & dicitur relatiuum, ſecundum dici uel quia conceptum, concepto relatiuo, licet ſit quid abſolutum. Ex his videbis ſoluta omnia argumenta in Capreol. in ſecundo. diſtin. 34. quæſtio. 1. contra primam quæſtionem, concludunt enim de relatiuo in primo ſenſu, ideo non valet contra nos.

Relatiuū duplex ſecūdū eſſe & hoc nō dicit nec perfectionē, nec ſ- perfectionē, & ſecundū dici, & hoc dicit, quo ad abſolutiuum. Appetibile facit bonum relatiuum ſecundum dici.

Articvlvs II.

Vtrum bonum ſecundum rationem ſit prius quam ens.

Circa titulum Aduerte, quòd eſſe prius ratione, eſt eſſe prius apprehenſione, vt ſit ſenſus, cum eadem res ſit apta concipi, ut ens, & ut bona, quæritur ante prius concipiatur ſub ratione entis, uel ſub ratione boni, ita quòd talis ordo ſit nō ſolum ex parte intellectus concipientis, ſed ex parte rei fundamentaliter.

Prius rōne. i. apprehēſione.

Et ſic eſt primum intelligibile. Aduerte quòd expoſitor contra hanc propoſitionem ſic arguit, ſi ens eſt primum intelligibile uel ex ſe, uel quo ad nos, ſi quo ad nos non ſatisfit quæſito. Vertitur enim in dubium, an ratio entis ſit prior ſecundum ſe quàm ratio boni, & non quo ad nos. ſi ſecundum ſe, contra datur intelligibile prius Deo ſcilicet, ipſum ens, ſed hoc contra dicit his, quæ dixit in quæſt. 3. articul. 5. ibi, non eſt prius Deo, neque ſecundum intellectum &c. Ad hoc dico quòd hæc propoſitio ens eſt primum intelligibile, poteſt dupliciter accipi primo quòd ly, primum dicat ordinem ad alias rationes formales quæ ſunt aptæ fundari, in eadem natura rei. p. homo fundat rationem entis, & boni, & ſubſtātię, uerum eſt dicere quòd homo ut ens eſt prius intelligibilis, quàm ut bonus &c. uel quàm ut ſubſtantia, & ſic in hoc ordine eſt verum abſolutè, quòd ens eſt primum intelligibile, & verificatur etiam in Deo: nam cum diuina natura fundet rationem entis, & boni prius fundare intelligitur ut ens, quàm ut bona, quia bonum fundatur in eſſe, & hunc ſenſum intendit Be. Thom. in articu. dum dicit

Rationes formales multæ cū in eadem rei, natura fundet vt hō fundat rōnē entis & boni & ſubſtātię, hō ut ens prius intelligibilis ē quam ut bonus vel ut ſubſtantia & ſic eſſe Deus vt ens q̄ vt bonus & ita ens eſt primū inter ſe.

Universidad de Deusto Biblioteca

primò in conceptione intellectus cadit ens. Secundo quòd ly, primum dicat ordinem, ad alia intelligibilia, quæ ſunt contenta ſub ente, p. homo Angelus Deus cœlum, & tunc diſtinguo de talibus intelligibilibus, quoniam quoddam eſt participans eſſe, vel ens, vt omne intelligibile creatum, quoddam autem eſt ipſum totum ens perfectionaliter, & contentiuè, ſiuè æquipollenter: & huiuſmodi eſt ſolus Deus, & in hoc ſenſu propoſitio Beat. Thom. eſt vera in ordine ſolum ad intelligibilia participantia eſſe, non autem in ordine ad Deum, & ſic patet quòd B. Thom. non contradicit ſibi, nam cum dicit ſupra quòd non eſt prius Deo, ſecundum intellectum ſuum, non in ordine ad intelligibilia, & non in ordine ad rationes formales, quæ ordine quodam fundantur ſuper rationem intelligibilium, ſed autem dicit hic quòd ens eſt prius intelligibile, intendit in ordine intelligibilium, non abſtractè, ſed participatur ens & ſic excluditur Deus.

Comparādo ad intelligibilia, quæ ſub ente continentur primū intelligibile eſt ens, primum intelligibile eſt Deus comparādo ad formales rationes, quæ prius intelliguntur

Aduerte quòd quæſtionem huius articuli, poteſt etiam aliter probare, & ſic conceptus entis eſt abſolutus, conceptus boni eſt relatiuus, ergo ille eſt prior, quoniam relatiuum fundatur in abſtracto, quia conceptus boni addit ſuper conceptum entis, quia bonum eſt, cui debetur eſſe appetibile, ens autem eſt cui debetur eſſe.

In reſponſione ad tertium, aduerte quòd B. Thom. intendit primam radicem cuiuſcunque appetitus fundari in aliquo eſſe perfecto uel verè, vel apparenter: ideo enim appetimus, vt perficiamur: omne autem perfectum eſt, quòd apprehenditur non admixtum grandi miſeriæ, accidit autem, quòd tale eſſe conſequi non poſſumus, ſed aliquid eſſe admixtum miſeriæ aduenit nobis, p. licet appetam eſſe liberum, tamen ſubijcior eſſe ſeruili, & ſi apprehendimus, non poſſe uitare ſeruitutem, non deſinam eſſe, ideo vt fugiam ſeruitutem appeto non eſſe, appeto autem non eſſe in ſeruitute, quia appeto eſſe liberum, & damnatus appetit non eſſe in pœnis, quia appetit eſſe beatum & ideo Be. Thom. benedicit quòd eſſe eſt per ſe appetibile, non eſſe vero per accidens tantum, inquantum ſ. quoddam eſſe, perfectum appetitur.

inquantū ens, q. Ens ratione cōparatur ad aliquas rōnes formales, prior ē alijs ſecū dū rōnem ex parte rei Comparādo ēt ea q̄ ſunt ſub ente ſecundum ſe primū intelligibile eſt Deus q eſt ipſum eſſe cū alia habent eſſe participatum.

Primò, ſed contra hoc aliqui arguunt probantes quòd non eſſe nullo modo eſt appetibile: quoniam ſi eſt appetibile magis quam eſſe in aliquo caſu, p. in miſeria quaſi eſt eligibile, quod falſum patet, conſequentiæ falſitas probatur quicunque dicit malle hoc, quam aliquid eligit ſecundum Auguſtinum in lib. de lib. arbitr. cap. 13. ſed non eſſe non eſt aliquid, vt patet cum ſit non ens, ergo non eſt eligibile.

Secundò, ſic omnis electio eſt aliquid melius, ſed non eſſe nō eſt melius, quam eſſe ut patet ergo.

Tertiò, ſic dicit B. Auguſtin. vbi ſuprà quòd quiſque eligit ratione appetendum neceſſe eſt, ut cum ad illud peruenerit eum meliorem fiat, ſed nullus efficitur melior ex non eſſe, quam ex eſſe, vt patet, ergo &c. Ad hoc dupliciter reſponderi poteſt, primo quòd omnia argumenta, concludunt de eligibili per ſe, tale n. eſt aliquid, & quid melius ſaltem exiſtimatiuè, & reddit appetentem meliorem, ſed de eligibili per accidens, quale eſt non eſſe, quoniam ſuum oppoſitum eſt adiunctum miſeriæ, prædicta argumenta non concludunt, quoniam omnes maiores ſunt falſæ, ſecundo poteſt dici iuxta doctrinam D. Roberti Olchot. in 4. ſententiarum, q. 7. iuxta finem, quòd appetitus, & electio poteſt cadere ſuper incomplexum, ut appeto panem, ſcientiam &c. & poteſt cadere ſuper infinitiuum verbi, ut appeto currere, vel ædificare, quoniam cadit ſuper incomplexum, tale eſt aliquid & bonum &c. quando autem cadit ſuper infinitiuum non eſt neceſſe quòd cadat ſuper aliquid, quoniam nulla res eſt currere in mente ſecundum terminiſtas, & quoniam non eſt ſicut nō currere eſt infinitiuū, ideò poteſt eſſe eligibile, & tamen non eſt aliquid verumtamen ſequere primam reſponſionem, quoniam melior eſt.

Eligibile per ſe eſt aliquid melius & reddit appetentē meliorē. Nō autē de eligibili per accidens.

Articvlvs III.

Vtrum omne ens ſit bonum.

Omne ens inquantum eſt ens, eſt bonum: Aduerte quòd ly, inquantum eſt ens debet exponi, inquantum eſt exiſtens dicit enim ſubſequenter. Omne ens inquantum eſt ens eſt actu, ex quibus inſinuatur quòd bonum non conuertitur cum ente ſumpto in tota ſua latitudine, ſed tantum cum ente reali actu, unde entia rationis non dicuntur bona, nec entia in potentia non in ordine ad eſſe, & propterea B. Thom. reſpondens ad tertium non concedit materiam primam eſſe bonam, nec in potentia, nec mathematica eſſe bona, vt conſiderātur à mathematicis.

Bonū nō conuertitur cū ente ſū pto in totā latitudinē, ſed tm̄ cū ente reali actu, unde entia rationis non ſunt bona nisi in ordine ad eſſe. Quæ addūt ſuprà ens dupliciter, quædam modos generales, quædam modos ſpeciales ſtes iſta cō contrahūt nonnulla.

Item aduerte quòd licèt, probet intentum eadem ratione, qua probauit quæſtionem primi articuli, ordine retrogrado, non tamen committit circulum, quoniam prima eſt à poſteriori, appetibile enim eſt paſſio boni, ſecunda eſt à priori, quoniam eſſe actu eſt ratio formalis eſſe participaliter ſumptū, quod ſolum conuertitur cum bono.

In reſponſione ad primum, aduerte quòd reſponſio ſtat in hoc illa, quæ addunt ſupra ens ſunt duplicia: quædam addunt modos generales, ut tranſcendentia, quædam modos ſpeciales ut generaliſſima & ſubalterna &c. nullum autem addit differentiam ex 3. metaphyſic. prima non contrahunt ens, ſed tantum ſecunda, & quoniam bonum eſt inter prima, ideo licet addat, non tamen contrahit, quomodo autem & quo ordine tranſcendentia addunt ſuper ens modos generales, vide B. Thom. in q. de verit. q. 1. articu. 1. ibi unde oportet quòd omnes aliæ conceptiones.

In reſponſione ad quartum, ſunt tria examinanda, primo quomodo hæc ratio Beat. Thom. ualeat, mathematica, ideo non ſunt bona quia non ſubſiſtunt ſeparata, nam à ſimili videtur quòd nec naturalia ſint bona, p. homo leo, quia non ſubſiſtunt ſeparata, ut volebat Plato, ſed habent tantum eſſe in ſingularibus ſenſibilibus, hoc autem eſt falſum, ut patet, ergo ratio Beat. Thom. non ualet. Ad hoc dico quòd mathematica, dupliciter accipiuntur primo ſecundum ſe, & ut res ſunt, & quoniam ut ſic ſunt termini rerum naturalium, & habent eſſe actu in ſubſtantia, ut in ſubiecto, ideo ſunt bona, ſicut etiam qualitates inhærentes ſubſtantiæ, ſed in hoc ſenſu non loquitur de eis Beat. Thom. nec philoſophus in tertio metaphyſicæ textu 3. immo ſub hoc ſenſu Beat. Tho. in 4. metaphyſicæ in 11. nelect. 4. concedit quòd in eis eſt bonum, & idem probat philoſophus lib. 11. ſecundo accipiuntur ut ſunt ſubiectum metaphyſices & ut ſic dicuntur abſtracta, & ſeparata à materia apud Pythagoram, ſecundum eſſe, apud Ariſtotel. & ueros mathematicos, ſecundum rationem tantum, quoniam nec de ratione lineæ, nec huius lineæ eſt aliqua materia ſenſibilis, & in hoc ſenſu principaliter loquitur de eis B. Thom. & Ariſtote. in 3. metaphyſices. textu 3. & ut ſic ſeparata cum non ſubſiſtant, nec ponant aliquod eſſe in rerum natura non ſunt bona, ex his dico quòd inſtantia de naturalibus nulla eſt, quoniam nec ſecundum ſe, nec ut cadunt ſub conſideratione phyſica, ſunt abſtracta ſecundum eſſe, nec ſecundum rationem, & ideo ad hoc, quòd ſint bona etiam ut cadunt ſub conſideratione phyſica, non eſt neceſſe quòd ſubſiſtant: ad hoc autem quòd mathematica ut cadunt ſub conſideratione mathematici ſint bona, cum ut ſic ſint ſeparata eſſet neceſſe, ut ſubſiſterent, ſicut ſunt metaphyſicalia ut intelligentiæ, quæ & ſecundum ſe, & ut cadunt ſub cōſideratione metaphyſica ſubſiſtunt ſeparata, & quoniam Pythagoras cenſebat idem de metaphyſicis & mathematicis, ideo ſecundum eos ut ſeparata erant bona quia ſubſiſtunt, ſecundo quomodo hæc conſequentia ualet, abſtrahit à materia, & motu, ergo abſtrahunt à ratione finis, nam in immaterialibus, & immobilibus, ut in ſubſtantijs ſeparatis datur finis ex 12. metaphyſic. tex. 36. mouet autem ut amatum, ergo conſequentia B. Thom. non ualet.

Ad hoc dico quòd cum conſequentia Beat. Thom. fundetur ſuper textū philoſophi in 3. metaphyſic. ex 3. ubi inquit finis autem cuiuſdam actus eſt finis, ſed actus omnes cum motu quærere, in immobilibus non contingit hoc eſſe, neque eſſe aliquid author. non eſt vera niſi in ſenſu, in quo propoſitiones philoſophi adductæ ſunt veræ, licet autem prima ſit vera abſolutè, ſcilicet finis cuiuſdam actus, id eſt alicuius operationis eſt finis, tamen ſecunda non eſt vera, niſi de actionibus materialibus, ſcilicet actus omnes cum motu ſumēdo motum pro motu phyſico & ex conſequenti, hæc propoſitio, quæ abſtrahunt à motu, abſtrahunt à fine, non eſt vera, niſi de fine acquiſibili motu phyſico: nam intelligens gratia alicuius intelligit, & tamen ibi non eſt motus naturalis, ſed metaphyſicus qui eſt actus perfecti, vnde & tertia propoſitio non eſt vera, niſi de fine & bono acquiſibili motu naturali ſcilicet, quare in immobilibus non contingit &c. & ſic ſequitur quòd ratio Beat. Thom. concludit in mathematicis non eſſe bonum, & finem acquiſibilem per huiuſmodi motum, & breuiter omnes propoſitiones Beat. Thom. hic in quibus ponitur motus aut mouens, intelligendæ ſunt de motu phyſico, & ſi tu videbis in Beat. Thom. in 3. metaphyſices lect. 4. circa finem, ibi hæc autem quæſtio. Ariſtotel. inuenies declarationem philoſophi eſſe veram de fine, & bono, vt expoſuimus. ſed dices, ergo nec Ariſtotel. nec Beat. Thom. ſufficienter probat bonum, & finem non eſſe, in mathematicis ex quo poteſt eſſe finis & bonum ſine motu phyſico.

Ad hoc reſpōdet virtualiter B. Thom. in eodem loco, & intendit,

tendit, quòd in entib. immobilibus, quæ tamen ſunt principia mouentia vt intelligentiæ, datur in eis finis, & bonum gratia enim alicuius mouentis, dato quòd non moueantur. Item ſi darentur aliquæ ſubſtantiæ ſeparatæ, vt Ideæ Plato. & nos ponimus angelos quòd licet non ſunt principia mouentia reſpectu alicuius determinati mobilis, tamen intelligunt, & volūt, in eis erit bonum & finis ex ſolo motu metaphyſico. Cum igitur mathematica non moueāt, nec moueantur, nec intelligant nec velint, non poteſt eis ineſſe finis nec bonum ex motu phyſico nec metaphyſico, & propterea Ariſtot. & B. Thom. probantes, quòd in eis non eſt bonum ex motu phyſico, ſufficienter probant intentum quoniam enim non ſint entia metaphyſica, conſtat; alio modo non poteſt eis ineſſe bonum & finis. 3. Quomodo Beat. Thom. ſatiſfacit argumento nam videtur ſic arguere: in nullis mathematicis eſt bonum: omnia mathematica ſunt entia, ergo quædam entia non ſunt bona: argumentum eſt in Felapton: & maior eſt philoſophi & 6. conſtat. ſunt enim ſubiectum mathematicæ, quòd autem non eſt non contingit ſcire ergo. Ad hoc dico quòd B. Thom. occupans ſe ad declarandum Authorem & determinans quòd non ſubſiſtit vt mathematica innuit non eſſe concedendum ſimpliciter, ſed tantum in hoc ſenſu mathematica ſunt entia ſeparata ſecundum rationem, & tunc bene concludit, ergo quædam entia non vt entia, ſed vt ſeparata ſecundum rationem nō ſunt bona, & hæc conſequentia eſt vera, quoniam licet vt entia i. vt ſecūdum ſe cōſiderata habeat eſſe actu, vel potentia, vt alia accidentia naturalia, tamen vt ſeparata ſecundum rationem idest ſecundum nullum modum abſtractionis, nec exiſtunt nec exiſtere poſſunt ideo non eſt in eis bonum, & hanc reſponſionem intendebat B. Thom. cum dixit non eſt autem in conuenientis, quod in aliquo ente ſecundum rationem idest ſic cōſiderato ab intellectu non ſit bonum quoniam ſub tali conſideratione non eſt natum exiſtere, & tamen nō ſequitur quòd ſit non ens, quoniam ſub alio modo eſt aptum exiſtere, p. vt eſt terminus corporis naturalis, & hoc ideo eſt quia ratio entis eſt prior ratione boni.

Articvlvs IIII.

Vtrum bonum habeat rationem cauſæ finalis.

Aduerte quòd in tribus articulis comparans bonum ad ens, locutus eſt de bono ſecundum quid, in hoc autem & ſequentib. de bono ſimpliciter vt patebit in declaratione.

Circa titulū aduerte quòd poteſt habere triplicem ſenſum. primo utrum bonum, & cauſa finalis ſint idem, & ſic non quæritur hic quoniam hoc conſtat, & eſt conceſſum ab omnib. in cuius ſignum Ariſtoteles in 2. phyſicorum, & in 5. metaphyſices cōmento de cauſa cum loquitur de cauſa finali, adiungit bonum, inquit n. alia vero cauſa vt finis, & bonum aliorum ſuper quod dicit commentator complementum & bonum & largitas non inueniuntur in reb. niſi per cauſam finalem, & ideo quod caret cauſa finali caret bono: ſecundo.

2. Vtrum bonum habeat rationem fundamentalē cauſæ finalis idest vtrum bonum ſit fundamentum propter quod aliquid ſit: hæc enim eſt ratio cauſæ finalis ex 5. meta. & ſic quidem ſenſus eſt verus & intētus ab Ariſt. & B. Thom. in 5. meta. commēto de cauſis ibi. nam cuiuſcūque cauſa optimum & finis aliorum & B. Thom. ibi inquit, quod omne agēs agit, agit per ſe loquēdo propter bonum, ſed ut apparet in determinatione huius articuli, non videtur eſſe ſenſus hic intentus.

3. Vtrum. Bonum habeat rationem cauſæ finalis idest utrū bonum conueniat cum cauſa finali ſiue cum fine in prædicato formali complente rationē finis, ita quòd ratio boni, ſit ratio finis. & hic ſenſus eſt B. Thom. in hoc articulo, nam in art. 1. dixit rationem boni conſiſtere in hoc, quòd aliquid ſit appetibile, & in præſenti articulo dicit hoc autem idest eſſe appetibile habet rationem finis, nam vt dicit in reſponſione ad primum appetitus eſt quaſi quidam motus ad rem, ut appetibilē. bene concluditur quòd cum appetibile habeat rationem finis formaliter, & bonum ſit quid appetibile formaliter bonum habebit rationem finis, aut cauſæ formalis formaliter hæc eſt determinatio. B. Thom. in. p. p. arti. vſque ad ibi, ſed tamen ratio boni.

Sed tamē ratio boni. Aduerte uſque in finem articuli quòd intendit declarare quomodo ſit potentiale bonum habere rationem cauſæ finalis, cum cauſa finalis habeat rationem primi inter omnes cauſas ex 5. metaphyſ. & 2. phyſicorum, & bonum habeat rationem ultimi ex articul. 1. ad primum ubi dixit, bonum dicit rationem perfecti, quod eſt appetibile, & per

conſequens dicit rationē ultimi. hæc ille. & ideo intēdit diſtinctionem impliciè, quam expreſſe poſuit in 5. metap. in commento de cauſis declarans cauſam finalem, quomodo habeat rationem ultimi & primi: eſt igitur diſtinctio hæc bonum & finis dupliciter conſiderantur, ſ. in eſſe, & in cauſare: quo ad eſſe habet rationem ultimi, & declarat ibi, uidemus enim q. id, quod eſt primum quo ad cauſare habet rationem primi, & declarat ibi in cauſando aut primum inuenitur.

Videmus enim quòd id, quod eſt primum in cauſando, ultimum eſt in cauſato. Aduerte quòd ſenſus huius eſt id, quod eſt bonum in ordine cauſalitatis, eſt ultimum in ordine generationis, uel productionis in eſſe, & quoniā hæc propoſitio eſt methaphyſicalis & uniuerſalis, & quia prius in Deo, non pōt declarari niſi exemplariter ex his uel illis uiſibilibus unde B. Thom. declarat ex ordine inuento in igne, in quo uidemus in ordine eſſendi formam ignis eſſe priorem calore ignis, ſequitur enim naturalis ſequela, & tamen in ordine cauſandi prius ignis calefacit, p. aquam, quam introducat formam ſuam in materia aquæ. ergo ſi generis eſt quòd primum in cauſando poſterius eſt in eſſe producto. ſed uidetur hoc principium eſſe falſum, quia aūt intelligitur abſolute, & uniuerſaliter & ſic eſt falſum, quoniam bonitas diuina eſt prima in cauſando quicquid enim de eis agit propter ſuam bonitatem agit, & prima in eſſendo cum ſit in producta: præterea patet quòd eſt falſum in exemplo adducto de igne, nā ſic forma ignis, prius eſt in eſſendo, quàm calor ignis, ita prius cauſat formaliter ignē i. facit, q. ignis eſt ignis formaliter, quàm ignis calefaciat, aut intelligitur particulariter & ſic licet ſit uerum, p. in ſanatione, in qua ſanitas eſt prima in cauſando, & ultima in eſſe, tamen non ſatiſfit quæſtio, hic enim quæritur de cauſalitate boni ut boni. & non tantum reſpectu boni huius, uel illius.

Ad hoc dicitur, quòd illud principium intelligitur abſtractè: ſed inſtantiæ procedunt ex malo intellectu ac ſi B. Thom. intendat quòd id, quod eſt primum in cauſando, illud idem numero ſit ultimum in eſſendo: ſed hic non eſt ſenſus B. Tho. quoniam inſtantia de diuina bonitate concluderet, ſed intendit quòd ſiue numero, ſiue ſpecie, ſiue genere, ſiue analogia ſit ultimum in eſſendo & hoc eſt uniuerſaliter uerum nam in Deo, ratio pp quam agit eſt bonitas ſua, & ſic eſt prima in cauſando. ideo autem agit ut producat bonitatem in creatura q bonitas & eadem analogicè cum bonitate Dei. & hæc eſt poſterior in eſſe ut patet ſimiliter. Inſtantia de igne non ualet quoniam cum dicitur id, quod eſt primum in cauſando non intelligitur de cauſalitate formali, q eſt reſpectu formæ conſtituentis ipſum compoſitum tale formaliter, ſed de cauſalitate effectiua, & finali, ut patet in articul. quæ ſortiuntur reſpectu alicuius agentis aliquid aliud, uel ſaltem ab eo diſtinctum realiter ut agens eſt, quæ quidem cauſalitas finalis ſimpliciter, prior, eſt effectiua & formali. Nam forma ignis non facit ignē formaliter, ſed facit producta ab aliquo efficiente: produxit autem efficiens propter aliquod bonum, ut finem intentum. p. propter operationem, uel propter conſeruationem ſpeciei, uel propter perfectionem uniuerſi, hæc eſt reſponſio expoſitoris, quæ nō uidetur B. Tho. nam ut patet in arti. ibi, ſed tamen ratio bōni præſupponit &c. non loquitur de bono, nec ex conſequenti de fine abſolutè, ſed ut producuntur actione agentis, cum igitur bonorum & finium aliquid præſupponatur nō exiſtēs in rerum natura, ut theſaurus inueniendus aliquod autē producitur per actionem agentis, dico quòd illud principium primum in cauſando ens ſufficit, ut uerificetur quando tale primum producetur in eſſe per actionem agentis, & hæc uidetur intentio B. Thom. in 5. meta. cōm. de cauſis quod facta declaratione cauſæ finalis, inquit ſciendum autem eſt quòd licet ſit ultimum in eſſendo in quibuſdam, in cauſando tamen eſt prius hæc ille, ergo ſecundum ipſum primum in cauſando & ultimum in eſſendo, non ſunt æqualis ambitus & ſic patet quòd inſtantia de bonitate Dei, non ualet inſtantia autem de igne ſoluitur ut ſupra, & ſtante hac ſententia patet quòd illud principium uerificatur reſpectu eiuſdem ſecūdum naturam, ſed dices ergo B. Thom. non comparat bonum, ut bonum ad alia, ſed tantum bonum productum, uel producibile ab aliquo agente, ſed hoc uidetur falſum, quoniam q. hæc eſt de bono in communi.

Ad hoc dico licet ex principali B. Thom. hic pertractet de bono in communi, tamen non inconuenit quòd aliquos articulos formet ad abundantiorem doctrinam, de bono in particulari uel particulariter, nam diſtinctio de bono, quam pertractat in 6. artic. conuenit propriè ſecundum Auguſtinum bono creato, & diſtinctio pertractata in 6. articulo propriè conuenit bono habendo. licet ut dicit B. Thom. bono in communi etiam poſſit attribui, ſic dico in propoſito licet illud

Universidad de Deusto Biblioteca

Illud principium poſſit ſaluari, uniuerſaliter iuxta ſenſum da- F tum ab expoſitore, tamen uerius apparet in ſenſu a nobis dato, nec repugnat B. Thom. vt ad duxim 5. metaph. ſic dicendū mihi occurrit. Tu uerò tene quod placuerit.

Bonū in triplici gradu.

Vnde ergo eſſe oportet in cauſato vſque in finem articul. Aduerte quòd hæc declaratio diſtincta in triplici gradu fundata eſt in artic. 1. in reſponſione prima, & intendit. In primo gradu cum dicit formam per quam eſt ens bonum ſecūdum quid vt dixit ſupra. In ſecundo gradu cum dicit, ſecundum quod eſt perfectum in eſſe intendit bonum ſubſtantialiter idest cum habet virtutem productiuam eſt bonum bonitate debita naturæ ſuæ, quo ad ea, quæ conueniunt ei per ſe & primo, & ſecundo modo. In tertio gradu cum dicit, conſequitur ratio boni per quam in ente, intēdit bonum ſimpliciter, quo ad omnia debita rei, tam ſubſtantialiter, quam accidentaliter tunc enim vt dixit in articul. 1. ad primum dicitur res perfecta ſimpliciter, & ibi dicit quòd perfectio finitur in ente per ra- G tionem boni idest per habere omnia ſibi cōnenientia. Aduerte vltimo quòd ex quo B. Thom. concluſit bonum habere rationem cauſæ finalis, poſſumus elicere rem, ex eodem eſſe bonam, & ex eodem eſſe cauſam finalem. Eſt autem bona vt patet ex primo articu. propter eſſe quod eſt prima actualitas, ergo eſt cauſa finalis propter ſuum eſſe reale, appetitur enim vt habeatur realiter, eſt tamen verum quòd non completur hæc cauſalitas niſi ſit eſſe in intentione, & apprehenſione ſit. vnde eſt conditio ſine qua non. Quod autem eſſe in intentione non ſit finis patet, quoniam infirmus non deſiderat ſanitatē cognitatam, & cognitam, quæ eſt in mente medici, ſed ſanitatem realem, quam tamen non appeteret niſi apprehenderet. Hinc patet deceptio Pauli Soncinatis in 5. metaph quæſtio. 5. quia neſciuit diſtinguere inter cauſam finalem, & eſſe conditionem cauſæ finalis, credebat enim hanc conſequentiā inueniabilem eſſe, cauſa finalis non eſt res, quo ad eſſe in executione, ſic enim habet rationem effectus, ergo eſt quoad eſſe in intentione. Verum datur medium ſcilicet quoad eſſe reale poſſibile producti, vel acquiſiti, & in hoc ſtat cauſalitas finalis, adiuncta conditione prædicta. ſ. q. apprehendatur, & quoniam de hoc ordinaui quæſtionē in ſcdo phyſicorum recurre illuc.

Rem ex eodē eſſe bonā et cauſam finalem eſt autem propter eſſe quæ eſt prima actualitas

Eſſe in natura ē ratio finis, in intētione cōditio ſine qua non, in executione effectus.

ARTICVLVS V.

Vtrum ratio boni conſiſtat in modo ſpecie, et ordine.

Circa titul. Aduerte quòd ly, bonum non ſumitur abſtractè ſed pro bono creato, nā in q. de uer. q. 21. art. 6 ſic proponitur. Verum bonū creaturæ &c. & hæc fuit intētio Auguſtini, vt patet in lib. de natura boni, & ratio eſt in promptu, quoniā diuinum bonum, exiſtens illimitatum non poteſt ſubijci mo- I do ſiue menſuræ, ponderi, & numero &c.

Item ly bonum ſtat pro bono concreato, & non creato ſcilicet quod eſt bonum, ut quod, non ut quo, ut patet in artic. in reſponſione ad ſecundum, & in q. de ueri. vbi ſupra. in reſponſione ad ſeptimum aliter modi eſſe modus, ſpecies eſſet ſpecies in infinitum.

Item conſiſtere in modo, ſpecie & ordine dupliciter poteſt intelligi. primo ut in partib. integralibus ſuæ propriæ materiæ, ſicut ratio hominis conſiſtit in carnib. oſſib. &c. ſecundo vt in partibus eſſentialib. & quidditatiuis, ſicut ratio hominis conſiſtit in animali & rationali expoſitor dicit intentionem B. Thom. eſſe in primo ſenſu, & non in ſecundo. tu tamen uide q. de uer. 21. quæſtio. 21. art. 6. 8. vbi B. Thom. declarans quomodo neceſſario, in his tribus modis conſiſtat ratio boni creati dicit quòd ſicut non poteſt Deus facere hominem, qui non eſſet animal rationale, ſic nec bonum &c. ergo poteſt interpretari intentio B. Thom. etiam in ſecundo ſenſu, & uidetur magis conſonum declarationi, quam facit Auguſt. in lib. de uera religione, vbi inquit quælibet res modū habet, quoniam unū eſt, & ſpeciem, quoniam diſtinguitur à cæteris, & ordinem, quoniam rerum ordinem non excedit, hæc ille: patet autem quoniam unum & diſtinctio, & non excedens ſunt prædicata eſſentialia ergo &c.

Reſpondeo dicendum, quòd unumquodque bonum dicitur &c. Aduerte q. B. Tho. in declaratione horum trium aliam expoſitionem dat hic aliam in 1. ſecundæ quæſtio. 85. ar. 4. aliā in q. de uer. q. 21. 6 art. quæ omnes ſunt bonæ adaptiones, nec multum laborandum eſt in his, ſi tamen cupis reducere ad unam in ſententia. Vide expoſitorem ad placitum. Capr. autē in primo diſt. 3. q. 3. in 4. quæſtione acceptat omnes, vt conuenientes, nec quantum ad hæc patitur impugnationes. Itē aduerte q. ſup & hæc tria fundant veſtigium Trinitatis, & ſolet inueſtigari quomodo ſint unum, vel diſtinguantur reſpectu ſui inuicem ſunt unum, & comparata inter ſe, ſed locus determinandi hoc erit. 1. q. 93. quæ determinatur à Capr. in 1. d. 3. q. 3. in probat. 4. quæſtionis, vide ad placitum.

Præexigitur autem ad formam determinatio, & vſque ibi per modū &c. Sed contra ſtante hac declaratione modi ſequitur, q. in bono creato abſtracto, vt eſt angelus non ſit modus, quoniam non poſſunt in eo deſignari determinata efficientia, cum ſint à ſolo Deo qui eſt interminatus & infinitus. & cum careant omni materia, ex qua, & in qua non poſſunt aſſignari principia materialia ergo.

Ad hoc dico q. propoſitio B. Tho. primo & euidenter habet locum in bono creato ſenſibili ſiue naturali, ſecundario verificatur etiam in abſtracto, & cum arguitur quòd ſunt à ſolo Deo, vt efficiente interminato dico quòd cum B. Th. dicit determinatio principiorum efficientium, poteſt dupliciter exponi. Primum quod ſit determinatum efficiēs uel ſecundum ſe, uel vt eſt efficiens huius, & ſufficit ſecundam partem eſſe ueram, & verificatur de Deo: cum enim producit Gabrielem per Ideam Gabrielis non poteſt per eandem Ideam aliud producere, vnde efficiens determinatum eius producens. Secundo poteſt exponi ly, determinatum pro certo efficiente quæcunq; enim per ſe producuntur ita ab hoc, quod non ab alio producantur & ſic verificantur de Deo, qui eſt certum & diſtinctum producens, efficiens ipſius Angeli, & iuxta hunc ſenſum obiectio tendit æquiuoco, neque enim determinatum agens in hoc ſenſu opponitur agenti interminato. i. infinito, ſed incerto, & vario quale aſſignatur effectui fortuito, ſimiliter obiectio de materia non ualet, non enim B. Tho. ſumit principia materialia, pro uera materia, ſed pro vera materia vel ſubiecto & natura perfectibili ſuo eſſe, & talis ſuperadditur qualitatibus & affectionibus. & ſecunda pars ſaluatur in Angelo.

H In reſponſione ad primum, Aduerte q. ex ea habet bonum nō conuerti cum ente abſtractè ſumpto, ſed in perfecto idest ut exiſtente actu ſicut ſupra declarauimus in art. 3.

Bonum non conuertitur cum ente ab ſtracto, ſed exiſtēte.

ARTICVLVS VI.

Vtrum cōuenienter diuidatur per utile delectabile honeſtū.

Circa hunc articulum nō cadit difficultas. Aduerte ſolum quòd hæc diuiſio boni eſt diuiſio totius in partes ſubiectiuas, & fundatur in 5. Ethicorum, in ea. quod incipit. Differunt autem hæc adinuicem ſpecie. ubi inquit philoſophus Tres. n. amicitiæ, ſpecies ſunt æquales numero amabilibus.

¶Quæſtio Sexta.

ARTICVLVS I.

Vtrum eſſe bonum conueniat Deo.

CIRCA quæſtionem huius articul. Aduerte quòd B. Thom. doctrinaliter procedens, & breuitati ſtudens non curauit probare eam, niſi ex fundamento poſito in q. præcedenti. ſ. ex diſtinctione boni, & intendit hanc rationem, quælibet res creata appetit ſuam perfectionē perfectio huiuſmodi eſt effectus primi agentis ſecundū quod communicat ſuam perfectionem creaturæ, ergo quælibet res appetit primum agens, ergo eſt appetibile, ergo bonum, hoc autem eſt Deus vt patet in ſecunda q. articul. 3. ergo &c. hanc autem propoſitionem perfectio autem eſt forma effectus &c. uſque. ibi. ſimilē ſibi declarauimus in q. 4 ar. 3. uide ad Philoſophum, poteris autem tu eandem quæſtionem multipliciter probare ad maiorem doctrinam, & primo ex ratione Philoſophi K in 12. metaph. texti 37. ibi at uero &c. quod bonum ubi declarat quòd coordinatio intelligibilium, & appetibilium correſpōdent, ergo primum intelligibile eſt primum appetibile, ſed primum mouens eſt primū intelligibile cum ſit maximè actu ergo &c. ſecundo ex. 12 metah. text. 52. ibi perſcrutandum autem eſt, ubi concludit uniuerſum habere bonum intrinſecum idest ordinem, & bonum ſeparatum, quod eſt ipſius uniuerſi, prius finis ut dictum eſt. tertio ex fundamēto poſito in q. præcedenti art. 1. ubi inquit unumquodque in tātum eſt appetibile inquantum eſt perfectum, ſed ex. q. 4. Deus eſt perfectus, ergo bonus. quarto ex fundamento poſito in eodem q. artic. vbi inquit vnumquodque intantum eſt perfectum inquātum eſt actu, ſed Deus eſt maximè actu, ergo maximè perfectus ex q. 4. artic. 3. ergo non ſolum bonus, ſed maximè bonus, vt has rationes tangit B. Thom. in primo contra gentiles. capitul. 38.

In reſpon-

In reſponſione ad primum confirmatur id, quod dixit in q. A præcedenti art. 5. vbi declarauimus diffinitionem boni, & materiam ſpeciem & ordinem non conuenire niſi bono cauſato. In reſponſione ad ſecundum, Aduerte quòd B. Thom. in q. de ueri. q. 22. art. 2. format totum illum articulum ad propoſitum huius ſolutionis, declarans quomodo cauſa efficiens ſecunda non influit in effectu agendo, non influente cauſa prima ſicut nec ſecundi fines influunt in effectu agendo, niſi primus finis, qui eſt Deus, influat hoc autem influere, eſt deſiderari. vide tu illic de deſidero implicito, & explicito.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus ſit ſummum bonum.

Circa titul. Aduerte ly. *ſummum* debet exponi iuxta regulā B ſuperlatiui *Deus ſit bonum, & non ſit aliud à Deo ita bonum ſicut Deus &c.* Non autē debet ſic exponi *& non ſit aliud melius Deo:* cum hoc enim ſtaret aliquid æquale ei in bonitate, quod B. Thom. intendit hic excludere.

Reſpondeo dicendum quòd Deus eſt ſummū bonum ſimpliciter &c. Aduerte quòd philoſophus ſimpliciter innuit diſtinctionem de ſummo bono, quoniam aliud eſt ſummum in aliquo genere. p. fœlicitas dicitur ſummum bonum in genere bonorum humanorum ex primo ethicorum, vbi dicit philoſophus ſummum bonum, & fœlicitas non in rationabiliter videtur eſſe ex ijs boni, quæ ſunt huius vitæ. ſ. humanæ: aliud eſt ſummum abſtractè & eſt illud, de quo dicit philoſophus in primo ethicorum ad mentem Platonis. Quidam autem exiſtimauerunt præter hæc multa bona aliud eſſe ſecundum ſe ipſum, quod eſt omnibus cauſa eſſendi bonum, & hæc ille: & tale bonum quærere Deo, intendit hic B. Thom. Vndè aſſerunt hoc princi- C pium quod etiam fuit Platonis. ſ. ſicut enim bonum Deo attribuitur inquantum omnes perfectiones &c.

Similitudo autem effectus contra cauſam quidem vniuoca, vſq; ibi propter hoc dicitur ſummum bonum. Aduerte q. ſi attendas ad exemplum ſolum datum à B. Thom. ſ. de calore ſolis, hæc ratio non concluderet Deum eſſe formaliter ſummum bonum ſic nec poſſet concludere ſolem eſſe formaliter ſummè calidum, ſed tantum virtualiter, & ideo hæc ratio ſupponit determinationem præcedentis articul. ſ. quod Deus eſt bonus formaliter deinde declarat in præſenti articulo, quòd cum ſit cauſa non vniuoca omnium, excellentiſſime ei conuenit bonum formaliter, nam non inconueniens perfectionem effectus inueniri in cauſa æquiuoca & formaliter, & virtualiter, vt lux & diaphaneitas cœlo: aliquando autem tantum virtualiter: ſemper tamen ſiue hoc, ſiue illo modo excellentius reperitur in cauſa, quam in effectu.

In reſponſione ad ſecundum, Aduerte quòd in hac difficul D tate, *bonum eſt, quod omnia appetunt ly:* bonum poſſet tripliciter intelligi. primo pro vno, primo, & vniuerſali bono, quale eſt fœlicitas & ſic diffinitio eſſet clara, ſed hæc non fuit intentio philoſophi 1 in primo Ethicorum, ſed de bono in communi: ſecundo pro bono communi ſtante diſtributiuè. ſ. pro huiuſmodi, & illo bono, & ſic definitio eſſet falſa quoniam vt dicit hic B. Thom. vnumquodque bonum non appetitur ab omnibus, vt patet.

Tertio pro bono communi communiter ſento, non quòd bonum cōmune. i. vniuerſale appetatur, quoniā vniuerſale vt vniuerſale non eſt perfectiuum appetitus, ſed quia ſi aliquid appetitur ad hoc ideo appetitur, quia continet aliquam bonitatem, ſiue ueram, ſiue exiſtimatam, quòd ideo bene dixit expoſitor, quod ſi conuertatur manifeſtius, ſic id, quòd omnia appetunt, ideo appetunt, quia eſt bonum, & teneat ly, omnia diuiſiuè.

E In reſponſione ad tertium, *ſiquidem ſunt in diuerſis generibus, nullo modo ſunt comparabilia.* Aduerte quòd hæc reſponſio fundatur in 7. phyſicor. tex. 29. & 31. vbi philoſophus non admittit comparationem inter ea, quæ ſunt diuerſorum generum ſecundum magis, & minus, non enim congrue dicitur, quòd actus eſt ſubtilior oleo, nec inter ea, quæ ſunt vnius generis, & differunt ſpecie, non enim congrue dicitur album eſſe magis coloratum nigro: ſed comparatio propriè inuenitur reſpectu alicuius ſpecialiſſimi, vt A. eſt magis album quam B.

Sed aduerte quòd propoſitio B. Thom. quæ etiam eſt philoſophi vt dixi, debet intelligi quo ad prædicata, in quibus diſtinguuntur genere. p. acus, & oleum dicuntur ſubtilia æquiuocè, ita quod ſubtilitas dicta de acu, differt genere à ſubtilitate dicta de oleo, uel aere, uel uoce &c. Et ideo in ea nō poſſunt comparari. cum hoc tamen ſtat quòd ſint comparabilia in aliquo prædicato dicto de eis uniuocè. p. in frigiditate uel aliqua ſpecie coloris neque enim reſpectu illius diſtinguuntur genere, ſed ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ vt acus, & oleum, in quantum frigida.

¶Quæſtio Sexta.

ARTICVLVS III.

Vtrum eſſe bonum per eſſentiam ſit proprium Deo.

Tale per eſſentiā.

CIRCA titu. Aduerte q. ly per eſſentiam opponitur ei, quod eſt, per participationem, & diſtinguitur in hoc quoniam tale per eſſentiam eſt primo & per ſe, & à ſe perfectiſſime tale, per non ſuperaddita, quod autem eſt tale per participationem, eſt ſuppoſitis conditionibus.

Tale per participationem.

Item ly, proprium ſtat quarto modo, & æquipollet excluſiuè, vt proprium eſt homini eſſe riſibile, ergo tantum homo eſt riſibilis. Item ly per eſſentiam quando ſtat parte prædicati exponitur cum conditionib. prædictorum, & hoc dico, quoniā cum ſtat à parte ſubiecti, idem ſignificat quòd per intrinſeca vel per ſui naturam, vel non per addita, & ſic poteſt conuenire alijs, quam Deo reſpectu alicuius prædicati ſubſtantialis, licet non reſpectu ly, boni, nam quælibet res per eſſentiam ſuam eſt vna, & Sortes per eſſentiam ſuam eſt homo: hæc tamen eſt falſa quælibet res eſt una per eſſentiam, quoniam non eſt vna cum conditionibus prędictis: eſt ergo ſenſus tituli vtrum ſolus Deus ſit per eſſentiam bonus idest per intrinſeca & non per ſuperaddita, non autem quęrit utrum ſit bonus per eſſentiam à parte prædicati quoniam vt ſic æquipollet ſummo bono, de quo egit in artic. præcedenti.

Hæc autem triplex perfectio nulli creaturæ competit. Aduerte q. B. Thom. in prima perfectione ſupponit duo, primo quòd in quolibet creato diſtinguuntur eſſentia & eſſe: ſed diſcutiendū eſt infra, cum loquemur de Angelis. Secundo quòd nulla eſſentia creata ex ſe habet perfectionem, nec comparata alteri eſſentiæ eſt perfectior vel imperfectior: ſed omnem perfectionem trahit ab eſſe. Hoc autem impugnat Scotus in primo, quoniam finitum, & infinitum entitatiuè conueniunt rei in eſſe quidditatiuo: ergo in primo modo per ſe: ergo ante omne eſſe actualis exiſtentiæ: quoniā res in primo modo per ſe abſtrahunt ab eſſe, ergo &c.

Ad hoc iam reſpōdi in tractatu quem ordinaui de tranſcēdentib. & nunc breuiter dico iuxta doctrinam B. Thom. poſitā in q. 5. art. 9. ad tertium vbi non concedit materiam primā eſſe bonum, niſi vt habet ordinem ad eſſe, quòd eſſentiæ rerū ſi præciſè ſumantur, non dicunt aliquam perfectionem, nec D ſunt graduandæ ſecundum maiorem vel minorem perfectionem: & ſic nego, quòd finitum & infinitum entitatiuè conueniant eis in primo modo p ſe ſi præciſè ſumantur, quoniam radix omnis perfectionis eſt eſſe: ſi autem ſumantur in ordine ad eſſe; p. quia hæc eſt apta nobilius exiſtere, illa autem ignobilius, concedo, quòd una pōt dici perfectior altera, non quidem formaliter, niſi actu exiſtat, ſed fundamentaliter & ſi arguas, quòd apud philoſophum in 5. met. tex. x. naturæ rerum ſunt ſicut numeri, ergo &c. Dico, quòd dictum philoſophi nō verificat niſi in ordine ad eſſe. Aduerte etiam, qd̄ in ſecunda perfectione ſupponit in nullo creato ſubſtantiam eſſe immediatum principiū operatis, ſed id dilucide infra cū loquemur de potentijs animæ, quærentes. vtrum anima ſit potentia ſua.

ATICVLVS IIII.

Vtrum omnia ſint bona bonitate diuina.

Circa titul. *bonitate diuina* non conſtruitur in ratione cauſæ efficientis, conſtat enim quòd ſic quoniam à primo bono eſt omne bonum, ſicut à primo ente eſt omne ens: ſed conſtruitur in ratione cauſæ formalis, & denominantis, vt ſit ſenſus, *omnia ſunt bona &c.* ſicut aqua eſt calida calore, & homo eſt ſciens ſcientia, & corpus locatum loco.

Denominatio duplex extrinſeca & intrinſeca.

Aliquid ab extrinſeco denominari. Aduerte denominationem eſſe extrinſecam qn̄ id, à quo fit denominatio non ineſt rei denominatæ, intrinſecam aut eſſe, qn̄ oppoſito modo exemplū primi: lapis eſt uiſus uiſione quę non eſt in lapide, ſed in vidēte: & lapis eſt locatus loco, qui eſt in locante exemplum ſecundi. Aqua eſt calida calore, & homo humanitate eſt homo.

Et quamuis hæc opinio irrationabilis. Aduerte quod ibi intēdit

ponere

Universidad de Deusto Biblioteca

ponit diſcordiam, & concordiam Ariſtotelis cum Platon. & intendit quod diſcordant in poſitione ſpecierum naturalium ſeparatarum: ex conſequenti negat Ariſtoteles quòd indiuidua denominentur ab illis, quia à non ente non fit denominatio: concordat autem, quod detur unum per ſe bonum ſeparatum, ad quod omnia ordinantur, ut ad ducem, à quo pendet omne bonum in entibus particularibus, vt patet in 12. metap. text. 52. ſed contra Ariſtoteles in 1. Ethicorum improbat Platonem ponentem fœlicitatem conſiſtere in quodam per ſe bono, ſeparato, quod ſecundum Platonem eſt cauſa omnis boni, ergo non concordat cum eo.

Ad hoc reſpondit B. Thom. in primo Ethicorum lect. 5. uel 6. ſuper text. qui incipit. *Tentiner autem optimum utique hanc.* & dicit Ariſtotel. non intendit reprobare Platonem, quantum ad hoc, quod ponebat unum bonum ſeparatum, à quo dependent omnia bona, nam ipſe Ariſtoteles id conceſſit in 12. metaphy. improbat autem eum quantum ad hoc, quòd ponebat unum bonum ſeparatum, eſſe quandam ideam communem omnium bonorum, hęc illa. Idea autem ſecundum Platonem, ut ibi attribuit Ariſtoteles dicit rationem & eſſentiam communem omnium eorum quæ participant. Ideam, & ideo facto, hoc fundamento, Ariſtoteles illic triplici ratione probat non dari hanc Ideam boni: primo quia quę habent unam Ideam, ſunt unius ordinis: ita quòd in eis non eſt prius & poſterius: ſed omnia bona non ſunt unius ordinis, cum quędam ſint ſubſtantia, quędã qualitas, quędam actio &c. ſecundam & tertiam rationē vide tu ad placitum in 1. Ethic. in eodem text. & eadem lect.

Idea Platonis quid.

A primo igitur per eſſentiam ente, & bono, &c. vſque in finem articuli. Aduerte quòd hic ponit determinationem ſuam ad mentem etiam Ariſtotelis, & intendit diſtinctionem ex qua ſoluantur quæſtiones: diſtinctio eſt hæc, omnia poſſunt dici bona bonitate diuina dupliciter, primo denominatione cauſali extrinſeca quæ denominatio poteſt fieri à cauſa exemplari, & effectiua, & finali, ſecundò denominatione cauſali intrinſeca quę poteſt fieri à materia & forma, dicimus enim gladium ferreum, quia conſtat ex ferro: & hominem animatum quia habet animam.

Bona bonitate diuina dupliciter cã ſari extrinſecè & intrinſecè realiter.

Prima Concluſio omnia poſſunt denominari bona bonitate diuina in primo ſenſu. eſt enim bonitas diuina exemplar, & efficiens, & finis omnis bonitatis. ſed diuerſimodè fit hæc denominatio: nam ſecundum cauſam exemplarem fit per ly, ad: vt omnia ſunt bona ad bonitatem diuinam, id eſt ad ſimilitudinem tamen deficientem bonitatis diuinæ, ſecundum autem cauſam efficientem fit per ly, à: ſecundum verò cauſam finalem fit per ly, propter.

Cauſa exemplaris, ad: cauſa effectiua, à: cauſa finalis, propter.

Secunda Concluſio. Nullum poteſt denominari bonum bonitate diuina in ſecundo ſenſu: quoniam in abſolutis, non eſt denominatio formalis niſi à forma intrinſeca dante eſſe ipſi denominato: vanum enim eſt dicere, quòd ſit homo albus albedine agni: ſed bonum eſt quid abſolutum: bonitas autem diuina eſt extrinſeca ab omni creato, ergo: & propterea B. Tho. concluſit, quòd unumquodque eſt bonum bonitate ſibi inhærente: dixi autem in abſolutis, quoniam non inconueniens in relatiuis. Dicitur enim urina ſana, vt ſignum ex relatione ſigni ad ſanitatem in animali & locatum dicitur ex relatione continentiæ paſſiua ad locum, & menſuratum, ex relatione ad menſuram.

In relatiuis fit formalis denominatio à forma extrinſeca. Res dicitur bonæ bonitate diuina extrinſeca. Non tamen dicũ tur bonæ bonitate diuina formaliter.

¶ Quæſtio Septima.

Articvlvs I.

Vtrum Deus ſit infinitus.

Circa titul. ly, *Deus* proprijſſimo ſignificato pro natura diuina in concreto, vtilis ſenſus verum id, quod eſt Deus. ly, *Infinitum*, dupliciter, ſcilicet quantitatiuè, & perfectiuè: conſtat quòd ibi non quæritur in primo ſenſu, quoniam omnis corporeitas remota eſt à Deo ſuprà quæſtione 3 art. primo. ergo finitas & infinitas conſequentes corporeitatem.

In ſecundo ſenſu autem iterum dupliciter, quoniam perfectiuè ſubſtantialiter, & perfectiuè attributaliter. Infinitũ primo modo eſt illud, cuius natura & eſſe non terminatur ad aliquos limites, nec gradus entis, ſed permanet omnino interminatũ. Infinitum autem ſecundo modo eſt illud, cuius perfectiones ſuperaddita ſunt illimitatæ, vt ſi Sortes haberet potentiam motiuam infinitam uel ſcientiam infinitam: in hoc art. B. Thom. intẽdit de infinito perfecto: primo modo ut patet ex probatione quæſtionis ſuæ, & correſpondet q. 4. art. 1. de infinito autẽ perfectiuè, ſecundo modo quæretur in q. 25. cũ loquemur de potentia Dei actiua, quæ ſe habet ad eſſentiam, vt perfectio ſuperaddita, non re quidem cum ſint idem, ſed ſecundum rõnem cum igitur ibi ſit ſermo de infinitate tantum perfectionali ſubſtantiali, non oportet ut hinc ſoluas argumẽta quæ adducit Capreo. 1. d. 43. q. 2. contra quintam & ſextam. probant enim q. non habeat potentiam productiuam infinitam, nec infinitam motiuam, ex conſequenti, quòd non eſt infiniti uigoris. ſoluentur autem in q. 25. art. 2. Nunc autẽ ſufficit, vt ſoluas argumenta quæ recitantur ibidem à Capr. contra tertiam, tãgunt enim propoſitum & propoſitionem. Bea. Tho. ut dicemus.

Infinitũ dupliciter effectiuè ſubſtãtialiter, & perfectiuè attributaliter.

Omnes antiqui philoſophi &c. Aduerte ut patet 3. phyſi. tex. 26. ibi: de natura autem omnes, quod ly, omnes non ſtat abſolutè, ſed pro illis, qui poſuerunt tãtum vnum primum principium omnium entium vt Thales, aquam &c. nam illic expreſsè dicitur, *finita autem facientium elementa.* puta qui ponunt duo tantum, aut quatuor. vt Empedocles, nullus infinita ponit, quoniã ut illic dicit B. Thom. diſtinctio elementorum contrariatis videtur eorum infinitati.

Forma vero finitur per materiam inquantum &c. Aduerte, quod hæc finitio non fit, quia materia det aliquid formæ, quoniam cauſalitas materiæ eſt tantum recipere: ſed ideo fit, quia eo ipſo, q. forma recipitur in materia non habet omnem modũ perfectionis ſibi debitum. ſecundum rationem ſuæ ſpeciei: limitatur enim ad capacitatem ſui ſuſceptibilis, prout & quodlibet accidens ad capacitatem ſui ſubiecti. Item fit, non quia forma extra materiam ſit apta eſſe infinita ſecundum eſſentiam & ſecundum eſſe: cum ſit ab alio producta, ſed quia extra materiã nil pertinens ad perfectionem ſuæ ſpeciei ſibi deeſſet: in materia autem non habet totum illud: & hoc eſt ex defectu materię, quæ non poteſt ipſum ſuſtinere: vnde ſequitur, quòd forma non recepta in materia ſit infinita ſecundum quid, quia vna exiſtens, habet totam ſuam amplitudinem ſibi debitam. Et quæ recipitur in materia, non eſt infinita ſimpliciter, nec ſecũdum quid: immo penitus artata ex gradu ſingularitatis, ſumpto ex materia, ex his uerbis ſoluta argumenta Aure. in Capr. 1. d. 43. q. 1. contra tertiam in primo loco, neque n. intelligit Bea. Tho. Credidit ſiquidem B. Tho. tenere formam non receptam in materia habere naturam infinitam ſimpliciter: ſimiliter & eſſe, & q. materia finiatur recipiens formam, dans finitatem ei & in natura & in eſſe, ac ſi nullam finitatem haberet ex ſe, & ſibi intrinſecam ſicut materia nullũ habet eſſe ante aduentũ formæ: Sed hæc tam abſurda non ſomniauit B. Thom. immo eius ſententia fuit, quam adduximus, conformiter Capr. vbi ſuprà.

Forma autem non perficitur per materiam vſq. ibi, habet rõnem perfecti. Aduerte q. intendit finitatẽ formæ ex materia dicere imperfectionẽ. quod quidem eſt verũ ſumendo formã metaphyſicè prout conuertitur cum actu, nam intelligentia, nõ finita per materiam una exiſtens & cõpleta hãc omnem perfectionẽ ſuam, quæ utiq. artaretur ſi uniretur materiæ ut forma naturalis: non autem eſt verũ de forma tali, puta cui non competit eſſe, niſi per eſſe compoſiti, vt ſunt formæ naturales, vel quę non eſt producta gratia ſui, ſed vt compleat tertiam naturam, dato q. habeat eſſe per ſe qualis eſt anima intellectiua.

Illud autem, quod eſt maxime formale omnium eſt ipſum eſſe. aduerto q. B. Th. licet inceperit determinationẽ ſuã à forma, & à finitate formæ & infinitate eiuſdem per receptionem, & nõ receptionẽ in materia: tñ nunc rõnabiliter. tranſit ad eſſe vt maximè formale. & rõ huius eſt, quia ſi ſteteſſet in infinitate formæ ex eo, q. non recipitur in materia, non maiorẽ infinitatem concluſiſſet de Deo, quam de Angelo. quæ eſt infinitas ſecundũ quid. dato enim quòd aliqua forma non finiatur per receptionem in materia, poteſt finiri intrinſecè per differentiam per quam trahitur ad determinatum gradum entis, ut patet de Angelis: vt igitur concluderet infinitatem ſimpliciter de Deo, tranſiuit ad infinitatem, quæ debetur eſſe non recepto in aliqua eſſentia, hæc autem eſt infinitas ſimpliciter, quoniam cum eſſe ut eſſe dicat perfectionem non poteſt imaginari, quòd dicat perfectionem limitatã, niſi adiungatur limitatio eſſentiæ ut eſſe hominis, eſſe leonis, & propterea Beat. Thom. concludit Deum infinitum ſimpliciter ex irreceptibilitate diuini eſſe in eſſentia, ſicut concluſerat infinitatem, ſecũdum quid alicuius formæ ex irreceptibilitate eius in materia: hinc uidebis quòd Scot. in 1. diſtinct. 2. q. 2. ibi, *vtrum oſtenditur* non impugnat B. Thom. quo ad ſenſum. credit enim B. Thom. in præſenti ar. concludere infinitatem Dei ex hac ratione præcisè, forma finitur per materiam: ergo forma quæ non recipitur in materia, eſt infinita: talis eſt Deus, ergo &c. ſed ut diximus: hæc non fuit mens eius, quoniam vt inquit Scotus. ſi hæc ratio

concluderet infinitatem ſimpliciter, omnis Angelus eſſet infinitus ſimpliciter: & propterea ex ſua natura quælibet forma & entitas habet intrinſecè tantam uel tantam perfectionem, vt præintelligitur omni comparationi ſui ad aliam eſſentiam in qua eſt apta recipi, uel non recipi, ergo intrinſecè finitur, uel non finitur, & nõ ſolum per comparationem ad alterum. Dico igitur quòd. B. Thom. ex forma non recepta in materia concludit infinitatem ſecundum quid, ſed ex eſſe non recepto concluſit infinitatem ſimpliciter, & ſecundum quid, ſed contradicet Scotus. Quælibet entitas habet gradum intrinſecum ſuæ perfectionis in quo eſt infinita, ſi gradus eſt infinitus vel finita, ſi finitus, ergo eſſe habet in ſe finitatem, vel infinitatem: etiam non comparando ad alterum, puta ad eſſentiam: ergo falſum eſt, quòd eſſe habeat finitatem, ex eo, quòd recipitur in eſſentia & infinitatem ex eo, quod non recipitur in ea ſed eſt per ſe ſubſiſtens.

Ad hoc dico, quòd licet eſſe in ſe ſit tantæ perfectionis, puta finitæ, uel infinitæ etiam non comparatum ad eſſentiã, vt receptibile vel non receptibile in ea tamen talis finitas, vel infinitas non innoteſcit noſtro intellectui, niſi per recipi, uel nõ recipi in eſſentia, hæc enim conſequentia eſt clara nobis. hoc eſſe eſt irreceptum: ergo eſt infinitum, & è conuerſo. Vnde ratio B. Thom. eſt ratio à ſigno, & non à priori, & quę conueniẽs eſt noſtro intellectui pro hoc ſtatu ad pertractandum diuina modo metaphyſicali: congruit enim quòd ſicut concluſimus Deum eſſe ab effectu & à poſteriori ſic concludamus, Deum eſſe infinitum à ſigno. Ad argumentum igitur, concedo totum, ſed non eſt contra nos, quia B. Thom. non intendit dicere primam & præciſam cauſam infinitatis ipſius eſſe cõſiſtere in irreceptibilitate in alio. ſed quòd ſignum infinitatis eſt ipſa irreceptibilitas, ſicut ſuũ oppoſitum eſt ſignum finitatis: vndè patet quòd Scot. decipit ſeipſum, credens B. Thom. in toto hoc articu. procedere à priori, cum tamen procedat à ſigno. Si autem vis tenere, quòd procedat à priori, dic, quòd licet forma & eſſe ſint intrinſecè tantæ perfectionis: tamen hæc tanta perfectio ſumitur ab extrinſeco: quoniam ordinem habent ad alterum, ſicut potentia ſumit unitatem, & diſtinctionem & perfectionem ab obiecto, & actum à termino: Vndè illa propoſitio Scoti non habet ueritatem niſi in entibus, quæ ſunt gratia ſui, & non ſunt intenta propter alterum, conſtat autem, quòd forma & eſſe ſunt intenta propter alterum.

In reſponſione ad tertium, Aduerte, quòd intendit negare illam conſequentiam quod ita eſt hic, quòd non alibi, eſt finitum ſecundum locum: ergo quòd ita eſt, hoc &c. & ratio eſt, quia omne, quod ita eſt hoc, quòd non alibi, terminatur loco diſtincto realiter à locato, ſed non omne, quod ita eſt hoc, quod non aliud, terminatur aliquo principio quo diſtinguatur ab alio poteſt enim ſe ipſo diſtingui à quolibet alio, ſicut albedo ſubſiſtens diſtingueretur ſeipſa ab omni albedine recepta in ſubiecto, & propterea dato, quòd non ſit omnis alia albedo formaliter, licet ſit perfectionaliter, non tamen ſequitur quòd ſit finita ad aliquem gradum albedinis, ſic in propoſito, dato, quòd Deus diſtinguatur à lapide, & homine, non tamen eſt neceſſe, quòd ſit finitus ſecundum, ſubſtantiam, quoniam ſe ipſo diſtinguitur: lapis autem diſtinguitur à Deo principio contractiuo naturæ lapidis ad certum gradum, puta differentia ſpecifica, & ideo licet omnia diſtincta à Deo finiantur ſecundum ſubſtantiam non tamen Deus, qui ſub differentia non arctatur.

Articvlvs II.

Vtrum aliquis præter Deum poſſit eſſe infinitum p eſſentiam.

Circa titul. ly *infinitum per eſſentiam* dupliciter poteſt exponi primo ut ſit idem quòd habere infinitam perfectionem in ſua eſſentia, & ſic non quæritur hic: quoniam in q. 6. art. 3. concluſit quòd eſſe ſummũ bonum ex conſequenti continere in ſe perfectionem infinitam. eſt proprium Dei. Secundo ut ſit idem quòd habere eſſentiam ſuam interminatam, ſiue illa eſſentia ſit materię ſuæ, ſiue compoſiti ſiue formæ: intendit ergo vtrum ſit, vel poſſit eſſe aliquid in rerum natura ſiue materiale ſiue immateriale, quod habeat eſſentiam, non limitatã ad certos terminos qualis eſt diuina eſſentia. In corpore articuli nota Capreo. difficultates. Quantũ ad argumẽta, aduerte quòd in reſponſione ad primum intendit negare hanc conſequentiam. Virtus Dei eſt infinita: ergo poteſt producere effectum infinitum, & declarat quare: ſtante infinitate virtutis, nõ poteſt &c. Aduerte tamen quòd per illam propoſitionem. *Cum quantitas virtutis &c.* Intendit probare conſequentiam, & reſpondens non facit mentionem de illa probatione: quoniam infra in quæſt. 25. oſtendetur quòd virtus infinita deprehenditur non ſolum ex producto, ſed ex modo producendi, puta ex nullo ſubiecto.

In reſponſione ad ſecundum intendit concedere infinitatem ſecundum quid, non autem ſecundum eſſentiam: quoniam tam Angelus, quam anima ſunt terminatæ naturæ ad terminatum gradum eſſendi.

In reſponſione ad tertium per formas naturales intendit, quas poteſt inducere agentes naturales præcisè, nam reſpectu Dei habet tãtum potentiam obedientialem, de qua loquimur.

Articvlvs III.

Vtrum poſſit eſſe aliquid actu infinitum ſecundum magnitudinem.

Circa tit. ly *poſſit* ſtat pro potentia non ſolum naturali ſed etiam logica, ut ſit ſenſus. Vtrum non implicet contradictionem eſſe aliquid &c. ly, *ſecundum magnitudinem* ſtat præcisè per magnitudinem molis, nam de finitate magnitudinis uirtualis quæretur infra in quæſt. 25.

Aliud eſt eſſe infinitum ſecundum eſſentiam, & ſecundum magnitudinem. Aduerte quod eſſe infinitum ſecundum eſſentiam eſt habere eſſentiam, non limitatam ad aliquem gradum entis, ſed contentiuam omnis entis, ex conſequenti, nõ contractam ad genus, & differentiam.

Eſſe infinitum ſecundum magnitudinem eſt habere quantitatem non terminatam ad aliquẽ gradum uel menſuram. Differunt autẽ iſtæ duæ infinitates, quia non repugnat vnam inueniri ſine alia: nam in Deo darĩ prima & non ſecunda. In corporeis autem ſi aliquid eſſet actu infinitum, puta Aer, daretur ſecunda & non prima. vt explicat B. Thom. de aere infinito.

Non tamen eſſet infinitum ſecundũ eſſentiam, quia eſſentia ſua &c. Sed contra Aer infinitus uel ignis haberet virtutẽ caloris infinitam: quoniam in 8. phyſicor. text. 51. in magnitudine infinita eſt uirtus infinita: ſed virtus infinita requirit eſſentiam infinitam. emanat enim ab eſſentia & radicatur in ea, ergo non poteſt excedere eam &c.

Ad hoc dico, q. aliud eſt ignẽ eſſe infinitum ſecundũ eſſentiã infinitam: nam ad ueritatẽ primi requirit q. habeat eſſentiam nõ limitatã ad aliquẽ gradũ entis, ſed ſit omne ens æqualiter. Ad ueritatẽ aũt ſecundi ſufficit, q. illa eſſentia ſit illimitata aliqua illimitatione, puta quo ad quantitatem. Ad argumentũ ergo dico ad minorẽ q. eſt vera de infinitate magnitudinis, non aũt de infinitate quo ad gradus entis & ſic B. Tho. concederet eſſentiã ignis poſſe dici infinitã: non tamẽ ignem eſſe infinitum ſecundũ eſſentiam. Et rationem adducit, dicens, q. eſſentia ſua eſſet terminata ad aliquam ſpeciem. Vtrum autẽ ſecundum philoſophum ſit neceſſe uirtutẽ exiſtentem in magnitudine infinita eſſe infinitã intenſiuè, dicam in q. 25. ar. 2.

Corpus eſt magnitudo completa dupliciter ſumitur Aduerte, q. hic non diuiditur corpus quoniam vltra phyſicum, & mathematicum aſſignatur metaphyſicum, quod dicitur eſſe ipſum cõpoſitum ex materia, & forma ſubſtantiali, vt præuenit aptitudinem ſui ipſius ad quantitatem. & motum: ſed diuiditur corpus, vt poteſt eſſe ſubiectum finitatis, uel infinitatis, nõ q. eſt, aut eſſe poteſt ſubiectum, niſi ratione quantitatis, quoniam finitum & infinitum ſunt paſſiones quantitatis ex 1. phyſicor. corpus autem vt ſufficienter diuiditur in phyſicum & metaphyſicum: quoniam metaphyſicum præuenit quantitatem: mathematicum dicit ipſam trinam dimenſionem, & phyſicũ dicit completum ex materia, & forma naturali, exiſtens ſub trina dimenſione.

Nam omne corpus naturale &c. Aduerte q. hæc ratio ſumitur ex primo phyſic. text. 36. contra Anaxag. & ex 2. de anima tex. 41. ibi *omnium natura conſtantium.* & in utroq; loco exponens B. Thom. vtitur eadem quaſi ratione, vt hic: Tu tantum aduerte quòd philoſophus præcipue in ſecundo de anima intendit de animatis, quæ poſitione augentur quòd in eis eſt terminata magnitudo, ex conſequenti non poteſt dari animatum infinitẽ magnum.

Sed B. Tho. in præſenti ar. accipit hãc vniuerſalem, q. tam in aĩatis quã in non aĩatis nõ põt dari infinitũ ſcdm magnitudinẽ: ex cõſequenti in oĩ corpore naturali dabile eſt maximũ.

Cum igitur ad formam ſubſtantialẽ conſequantur accidentia, vſq; ibi *inter quæ* Aduerte primo q. ſcdm viã noſtrã in eo inſtanti, in quo forma introducitur in materia, cõcomitantẽ ꝓprię qualitates, & ꝓpria quãtitas, ut cõſeruatiua ipſius formæ in materia,

origina-

Universidad de Deusto
Biblioteca

originantur à forma, vt à ſuo principio licet recipiantur in cõ F poſito: ut in ſubiecto. ita quod forma poteſt dici cauſa horum accidentium, & ipſa ſunt effectus formæ.

Aduerte ſecundò, quòd conſequentia B. Thom. fundatur in hoc: determinata cauſa, & limitata ad ſpẽm, cauſat determinatos effectus & quo ad numerum, & quo ad gradum, aliter effectus excederet virtutem cauſæ. Sed omnis forma naturalis eſt determinata ad ſpeciem, ut patet: ergo cauſat determinata ſua accidentia, & diſpoſitiones quo ad numerum & gradum: ergo determinatam quantitatem, quo ad gradum, puta bicubitum, vel tricubitum, ſicut & determinatam qualitatem, puta ut calorem, ut quatuor frigus vt duo.

Vnde omne corpus naturale habet determinatam quantitatem &c. Aduerte quòd dicit omne corpus naturale quod. ſ. habet eſſe per ſe & ſeparatum, exiſtens diuiſum actu à quocunque alio, vt hic lapis, hic homo, ſiue ſit homogeneum, ut hæc aqua ſiue hæterogeneum ad differentiam partium corporum na- G turalium inexiſtentium, & quæ non dicuntur habere determinatam formam, nec per ſe eſſe, ſed participant formam, & eſſe totius: in his enim non datur terminata magnitudo in maius & in minus: Vnde ſolet dici quòd in naturalibus datur maximum & minimum tam in homogeneis quam in hæterogeneis, ſeparatim & per ſe exiſtens, non tamen inexiſtens, & id pertractauimus in q. noſtris ſuper 1 phyſicorum: vnde recurre illuc, & in Capreo. in 2. diſtinct. 19. q. 1. conclu. 1. Verum quia B. Thom. in tota, p. parte non ita ad propoſitum loquitur de minimo & maximo, ſicut hic, & Scot in 1. diſtinct. 2. quæſt. 9. ibi, *ſed contra hanc reſponſionem &c.* Laborat ad probandum, q. etiã non datur in homogeneis minimum exiſtens, ſicut nec inexiſtens, & philoſophus in ſecundo de anima tex. 41. uidetur concedere ignem augmentabilem in infinitum ex conſequẽti non dari maximum ignem, ideo quantum ad minimum adduco argumenta Scot. quæ recitantur à Capreo in 2. diſt. 19. q. 1. contra primam & illa, quę directè probat, non dari minimum ſeparatim exiſtens, incipiunt ibi, *Dicitur forte quòd licet non ſit aliqua caro,* & quoniam Capreol. clarè, & completè ſoluit ea, ideo uide tu ſolutiones eius, quas formalizaui expoſitor ſuper præcedentem articulo non recedens à ſententia Capreoli: ideo ad libitum uide quem uolueris, quia claræ ſunt. H

Quantum autem ad dictum in ſecundo de anima, quòd non detur maximus ignis ſcias quòd illud dictum expoſui in quæſtionibus noſtris ſuper lib. de anima, & eſt quæſt. 15. in ordine, vbi poſt expoſitionem commentatoris, & Aegidij teneo, quòd philoſophus non intendit de eodem igne numero, ſed de aggregato ex pluribus ignibus, qui licet uideatur unus, non tamen eſt uerè unus: igitur uide illã. q. in qua non diſcedo à mẽte expoſitoris in præſenti articulo.

Neceſſe eſt quòd ad determinatam formam ſequantur terminata accidentia inter quæ eſt quantitas. Contradicit B. Th. in 5. metap. c. de ente, accidens conſequens materiam, eſt quantitas: accidens cõſequens formam eſt qualitas: ergo hic male computat quantitatem inter accidentia conſequentia formam. I

Ad hoc dico, quòd ſicut materia eſt propter formam: ſic omnia accidentia, quæ inſunt materię ante aduentum formę: ſunt propter formam introducendam, & per conſequens quãtitas: Ideo autem dicit in 5. metaphyſic. quantitatem conſequi materiam: quoniam primo diuidit materiam: & quoniam in nullo reperitur ſecundum viam noſtram, in quo non ſit materia: qualitas autem ideo conſequitur formam, quia remota materia, adhuc qualitas reperitur, vt patet in ſubſtantijs intellectualibus. Et quoniam qualitas eſt ut inſtrumentum formæ in agendo, non autem materię: quantitas autem, quoniam non eſt actiua, & multum habet de poſſibilitate, ideo ex hac ratione dicitur conſequi materiam, ut potè potentiam & non actum.

Corpus autem infinitũ non poſſet habere motum naturalem rectum. K

Aduerte quòd hęc ratio poteſt trahi ex primo cœli text. 62. vbi probat Aureolus, quòd corpus infinitum non poteſt moueri motu recto. Sed aduerte quòd B. Thom. & philoſophus loquuntur de corpore infinito, ſecundum omnem dimenſionẽ, conſtat enim quòd cum occuparet omnem locum non poſſet moueri ad aliquem locum extrinſecum ſibi: ſi autem daretur corpus infinitum ſecundum longitudinem ex utraque parte: & finitum ſecundum latitudinem non occuparet oẽm locum: ſecundum latitudinem patet, quòd tale eſſet mobile motu recto: ergo poſſet tranſferri per motum in latus in alium propinquum, uel diſtantem. Si uero daretur corpus infinitum ſecundum longitudinem ex una parte, puta ex parte orientis, & finitum ex parte occidentis, eſſet immobile ex utraque parte motu recto in longum: & quidem ex parte orientis patet quoniam occuparet omnem locum in longum ſibi correſpondentẽ quod etiam ex parte occidentis probatur: quoniam ſi moueretur uerſus occidentem: ergo relinquet aliquam partem loci verſus orientem, & ſic non erit infinitum: quod eſt contra poſitum.

Sed contra hoc arguitur, creet Deus corpus graue infinitum ex parte ſurſum, & finitum ex parte deorſum, ita quòd ſtet ſuſpenſum à terra per vnam lanceam, & relinquatur naturæ ſuæ, tunc quæro aut deſcendet, aut non, ſi ſic, habetur intentum: ſi non: ergo violentum erit perpetuum. Præterea corpus finitum graue poſitum in illo ſpatio deſcendet: ergo & infinitum: quoniam pono per caſum, quòd ſint eiuſdem ſpeciei.

Ad hoc dico, quòd non deſcendet: quoniam ſtante caſu, non daretur ſurſum reſpectu illius corporis ſurſum enim eſt verſus cœlum, & non extra cœlum, per conſequens non daretur deorſum, omnis autem deſcenſus eſt à ſurſum deorſum, ex conſequenti non erit uiolentum ſi non erit ſurſum: quòd autem dicitur de corpore finito graui, non valet, quoniam ultra hoc, quod eſſet eiuſdem ſpeciei, reſpectu ipſius ſeruatur ſurſum, & deorſum, quod non ſeruatur reſpectu corporis infiniti: & ideo non eſt eadem ratio. *Et ſimiliter etiam ſecundum motum circularem.* Aduerte quòd hæc ratio eſt philoſophi in primo cœli textu. 35. & eſt prima in ordine: ſed aduerte quod Gregorius in p. diſt. 44. queſtio. 4 artic. 3. ibi *ex hac concluſione inferre quòd philoſophus non demonſtrauit &c.* licet concedat demonſtrationem factam de motu recto, tamen hanc de motu circulari conatur ſoluere, & dicit ad illam conſequentiam: pro tractis duabus lineis, ſequitur quòd infinita diſtantia pertranſiretur. Infinitum ſpatium eſſe pertranſitum, poteſt intelligi dupliciter: primò quòd certa pars ſucceſſiuè pertranſeuntis commenſuret ſe infinitis partibus ſpatij ſibi æqualibus quarum una ſit prima & aliqua ultima pertranſita: & ſic concedit conſequens eſſe impoſſibile, ſed negat conſequentiam quoniam dicit ipſe, inter nullas lineas ſic protractas intercipitur diſtantia infinita, ſignatis quibuſcunque duabus lineis, ſic egredientibus à centro, ſiue cubitalibus, ſiue bicubitalibus, & ſic in infinitum: repugnat enim inter duo ſignata extrema dari diſtantiam infinitam. Secundo nulla pars pertranſeuntis ſucceſſiuè, commenſurat ſe infinitis partibus & æqualibus, ſed finitis: quibuſcunque enim & quotcunque vna ſe commenſurat, alia remotior à centro pluribus ſe commenſurat, & alia adhuc remotior pluribus & alia ad hoc pluribus, & ſic in infinitum cum remoueantur à centro infinitè: & tunc negat, conſequens eſſe impoſſibile, & concedit concluſionem. hoc eſt enim pertranſire infinita ſyncategorematice, quod non inconuenit, vt communiter conceditur, ſed non aduertit Greg. quòd dato tali corpore infinito & protractis lineis, ſequitur ſpatium interceptum eſſe finitum & infinitum categorematicè: finitum quidem quodcunque ſignatur inter duas partes, determinatè I acceptas illarum duarum linearum egredientium à centro: infinitum autem, conſiderata tota diſtantia, ex quo lineæ illæ continuæ protenduntur, ſiue fine: ex quo ſequitur quòd pertranſitur ſpatium finitum ſumpta quacunque parte ſignata in ſpatio, ſiue diuiſim, & pertranſitur ſpatium infinitum ſumpto toto ſpatio intercepto, ſiue coniunctim, licet in infinito non propriè uerificetur totum: fuit igitur mens philoſophi, quòd pertranſiretur ſpatium finitum in infinitum, & ſpatium infinitum ſumptum totum, ſiue coniunctim. Gregorius autem cõſiderauit hoc ſpatium partialiter. id eſt ſecundum omnem partem ſignabilem ſeorſum, & non conſiderauit totalitatem illius, & propterea credidit ſe ſoluiſſe rationem philoſophi, declarans, quòd quælibet certa pars eſt finitæ quantitatis: ſed ex hoc non ſequitur: quin illud ſpatium ſit coniunctum infinitũ, & vt ſic pertranſitum, licet diuiſim non. & vt patet philoſophus intendit de toto ſpatio, & non diuiſim, ideo reſponſio eius tendit contra ſenſum philoſophi. Et aduerte, ut dicemus infra in K tota hac materia Gregorius ſeipſum decipit ſemper arguendo & ſoluendo non ponens differentiam inter ſeorſum diuiſum, & coniunctum.

De corpore eſſe mathematico: eadem ratio eſt. Aduerte quòd Gregorius in 1. d. 44. art. 1. ibi *Secunda concluſio quòd poſſibile eſt eſſe aliquam magnitudinem* probat contra intentum B. Thom. quatuor medijs, quæ recitantur à Capr. 1. d. 43. q. 1. contra tertiam ibi, *ſecundo loco arguit contra eandem concluſionem.* ſed vt videbis in Capr. peccat primo in hac conſequentia: finis non aufert rationem magnitudinis, ergo non repugnat magnitudini potenti exiſtere actu: nos autem negamus conſequentiam: quoniã infinitas repugnat actui. & infinitas magnitudinis prohibet collocari in aliqua ſpecie quantitatis, quod autem non eſt locabile, in aliqua ſpecie, poteſt exiſtere. Reliqua tria, vt videbis in Capr. peccant arguendo à ſenſu diuiſo ad coniunctum.

In reſpon-

In reſponſione ad primum, Aduerte quòd philoſophus in A tertio phyſicorum tex. ... ibi *non remouet ratio &c.* ſoluit eãdem obiectionem, & reſpondet eiſdem propoſitionibus quibus Bea. Thom. utitur hic.

In reſponſione ad ſecundum, Aduerte quòd argumentum videtur fundatum in 1. phyſicorum tex. 14. vbi dicit Ariſt. contra Meliſſum, infinitum in quantitate eſt. Item infiniti ratio congruit quantitati: & propterea neceſſe eſt ut reſponſio B. Thom. tendat ad ſenſum philoſophi, nõ eſt autem ſenſus philoſophi illic concedere, quod infinitum poſſit inueniri in quãtitate de facto. hoc enim negat tertio libr. ſed contra Meliſſum qui ponebat ens infinitum, facit hanc conſequentiam, ſi infinitũ eſt: ergo quantum eſt. & hoc ideo quia hęc conditionalis eſt vera: ſi datur infinitum, non datur niſi in quãtitate, ſubſtantia. n. & qualitas non poſſunt eſſe infinitæ, niſi per accidens. i. ratione quantitatis: patet autem, quod ex illa conſequentia non poteſt inferri, ergo infinitum poteſt eſſe, aliter ex hac conſequentia, B datur uacuum, datur enim locum poſſet inferri, ergo uacuum poteſt eſſe: quod tamen repugnat philoſopho 4. Phyſic.

In reſponſione ad tertium, Aduerte quòd hæc reſpõſio trahitur ex 3. phyſicorum tex. 67. & uerba B. Thom. illic ſunt clariora: inquit enim manifeſtum eſt autem ex ijs, quę dicta ſunt lib. 2. quòd totum habet rationem formę. i. perfecti, & partes rationem materiæ: cum ergo in magnitudinibus à toto itur ad partem per diuiſionẽ, rationabile eſt, quòd ibi nullus terminus inueniatur, qui non tranſcendatur per infinitam diuiſionem: ſed in additione itur à partibus ad totum, quod habet rationẽ formæ & terminantis: unde rationabile eſt, quòd ſit aliqua determinata quantitas, quam infinita appoſitio non tranſcendit: hæc ille. Aduerte ſecundo, quòd Beat. Thom. in fine reſpõſionis intendit hanc conſequentiam: per additionem aſcenditur ad totum, ſiue ut ad formam: ergo non inuenitur infinitũ in additione magnitudinis: Circa quod nota, quòd antecedẽs C debet ſic intelligi: accedere ad totum uel ut ad formam ſimpliciter ſine admixtione potentiæ: & hoc dico, quoniam in numeris materialibus, licet omnis numerus ſit ut forma, & ex conſequenti additio in numeris materialibus ſit ad formam: tamen propter hoc non impeditur, quin additio in numeris ſit in infinitum, quoniam illa additio non eſt niſi cum admixtione potentiæ, uel diuiſionis ex parte continui: neceſſe eſt enim fieri additionem in numeris, ex additione continui ex tertio phyſicorum, & quoniam diuiſio tendit in infinitum, ſicut & appoſitio in numeris: ergo infinitas in numeris potius eſt ex parte materiæ & potentiæ, quam ex parte formę: in magnitudine autem ſimpliciter ex parte formæ. Et uideo ſi conſequenter B. Th. trahatur ex illo antecedenti, ſic intellecto, erit bona: quantũ autem ad conſequens illius conſequentię, nota, quòd non eſt abſolutè intellectum: nam philoſophus in 3. phyſicorum tex. 59. & 60. ponit infinitum in magnitudine ſecundum appoſitionem, ſicut & ſecundum diuiſionem: & B. Thom. in multis locis D concedit idem, præcipuè in tertia parte quæſtio. 5. art. 12. ad 1. Vbi ait ſi loquamur de quantitatibus mathematicis cuilibet finite poteſt fieri additio, quia ex parte quantitatis finitæ nõ repugnat additio. hæc ille. Tu igitur limita ipſum conſequẽs dupliciter primo ut limitat philoſophus in tertio phyſicorũ text. 60. ſcilicet quòd non excedat quamcunque determinatam magnitudinem, dummodo fiat additio per partes proportionales in infinitum, ut illic declarat philoſophus, & B. Tho. inde eum. ſecundo quòd non inuenitur infinitum in additione magnitudinis, ſtando præciſè in ratione continui, & hoc dico, quoniam ſi induit rationem diſcreti, non inconuenit: nam ut benè inquit Capreol. in 1 di. 43. q. 1. in probatione quartæ concluſionis ſicut quocunque numero dato, poteſt dari maior, ita quacunque magnitudine denominata à numero poteſt dari maior, & ſupra bicubitum dari tricubitũ, & quadricubitũ &c. in infinitum, & hæc etiam eſt ratio, quòd ſpecies figurarũ quę E denominantur à numeris, tendunt in infinitum: ſi autem ſtemus præciſè in ratione continui, eſt impoſſibile, quoniam illa acceſſus eſt ad totum, & ad formam, quæ habet rationem terminantis. Sed Aureol. ut recitat Capr. 1 diſtinct. 43. queſtio. 1. contra quartam probat, quòd eſt impoſſibile ſimpliciter magnitudini, ut induit rationem diſcreti, ita addere, quod excedat omnem terminatam magnitudinem: quoniam ſecũdum ipſum de facto eſſet dabilis magnitudo infinita actu, nam in tali magnitudine erunt poſſibilitates infinitę diſtinctæ numeraliter per quas magnitudo poteſt creſcere in infinitum, puta per unam poſſibilitatem, etiam creſceret bicubita, per aliam vt tricubitam: ſed ex omnibus illis poſſibilitatibus, poteſt integrari una totalis poſſibilitas, quę ab aliqua potentia poſſit reduci ad actum, ergo eſt dabilis magnitudo, infinita actu.

Ad hoc concedo illas infinitas poſſibilitates: ſed nego quòd ex eis poſſit integrari &c. immo dico quòd neceſſe eſt, ſi vna ponitur in actu, aliam eſſe poſſibilem poni, ita quòd non niſi ſucceſſiuè ſunt ponibiles in actu: ideo per nullam potentiam poſſunt ſimul poni actu, quoniam repugnat ex natura rei infinitas actu in magnitudine.

ARTICVL. IIII.

Vtrum poſſit eſſe multitudo infinita in rebus.

IN titul. ſtat *multitudo* abſolutè & eſt ſenſus, vtrum poſſit eſſe multitudo, ſiue in abſtractis ſiue in reb. materialibus, & in hoc eleuat ſe ſuper Ariſtotelem, quoniam in 3. phyſicorum loquitur tantum de materiali multitudine, quæ cauſatur ex diuiſione continui.

Dicitur enim multitudo infinita per ſe, &c. vſque ibi, *ſi infinito tempore.* Aduerte q. multitudo infinita per ſe in hoc loco, æquipollet cauſis infinitis, eſſentialiter ſubordinatis: & multitudo per accidens infinita ęquipollet cauſis accidentaliter ordinatis, & inter has triplex eſt differentia: prima eſt, q. in eſſentialiter ordinatis cauſa ſecunda, ut cauſat, i. inquantum habet virtutem cauſandi, pendet a prima in accidentaliter vero ordinatis non licet in eſſe uel in alio aliquo modo poſſit dependere, ſecunda in eſſentialiter ordinatis eſt cauſalitas alterius rationis, quia ſuperior eſt perfectior in cauſalitate, & eſſentialiter. In accidentaliter uero ordinatis non: nam omnes mallei ſunt eiuſdem rationis in cauſando gladium, & omnes homines in generando hominem. tertia omnes cauſæ eſſentialiter ſubordinatæ ſimul neceſſario requiruntur ad cauſandum: alioquin aliqua cauſalitas per ſe deficeret effectui: in accidentaliter vero ſubordinatis non: patet. n. quòd non eſt neceſſe uno malleo percutiente, omnes malleos percutere.

Per hunc igitur modum probauerunt. Aduerte quòd omnes cõuenerunt non poſſe dari infinitam multitudinem in eſſentialiter ordinatis. ſtatim enim conſtat, ut deducit philoſophus in 7. metaphy. quòd omnis cauſalitas tolleretur, quoniam in his ſecunda dependet à prima in cauſando, & media non cauſat, non mota à prima ut declarauimus in 2. q. articul. 3. in infinito autem non datur primum & hanc rationem etiam tangit Auicenna in lib. 5. ſuæ metaphy. cap. 1. ubi concludit eſſe ſtatũ in cauſis eſſentialibus non autem accidentalib. Vnde dicit in fine eiuſdem capitul. non eſt opus nobis oſtendere finitionem niſi in rebus quæ ſunt per eſſentiam cauſæ. & in 6. cap. dicit nõ nego cauſas non eſſentiales procedere in infinitum immo de facto debere hoc. &c.

Quia omnem multitudinem oportet. Aduerte q. non dicit ſpecies multitudinis ſunt ſpecies numerorum, quia non eſt neceſſe, ſpecies communioris adæquari ſpeciebus minus cõis, ut patet de D corpore animato, & de animali. multitudo aũt communior eſt quam numerus, quoniam addit ſuper ipſam menſurationem per unum: ſed dicit q. ſunt ſecundum ſpecies numerorũ, q. i. ſ. proportionantur ſpecieb. numerorum. quia non poſſumus cognoſcere ſpecies multitudinis niſi a denominatione facta per ſpecies numerorum. ut pote notiores, uel potes dicere, q. multitudo, & numerus ſunt cõuertibilia, ſed differũt ſecundũ rationẽ magis & minus contracti ſicut rõ entis, & ratio unius.

Item aduerte, q. ratio B. Tho. ſumpta eſt ex 3. phyſic. text 55. vnde inquit philoſophus neque poſſibile eſt quantitatem eſſe infinitã quantũ. n. aliquid erit aut bicubitũ, aut tricubitũ hæc quidẽ ſignificat quantũ & Cõmentator expreſsè dicit, impoſſibile eſt q. infinitum dicatur quantum ſimpliciter, niſi ſecundũ quod habeat aliquam ſpeciem quanti. v. g. bicubiti, aut tricubiti: quantum. n. non inuenitur niſi in ſuis ſpeciebus hæc ille. Eſt igitur ratio B. Tho. ratio philoſophi & Commentatoris differẽs E ſolum in hoc, q. philoſophus loquitur de quantitate magnitudine, & B. Tho. trahit ad multitudinem, ſed hoc non impedit quoniam ſi omnis magnitudo eſt in aliqua ſpecie magnitudinis determinata a numero. pari ratione omnis multitudo, ſed aduerte quòd Greg. 1. d. 44. q. 4. ar. 2. ibi *ad aliam probationem dico quòd uſque* quoniam non obligat ſe philoſopho: dicit hanc rationem non concludere, quoniam quantitas prima diuiſione diuiditur per finitam & infinitam, & vtraq; in ſpecies ſuas, ſed ſpecies finitę denominãtur à numero, nõ aũt ſpecies infinitæ: unde cõcedit hanc conſequentiã, ergo erit in aliqua ſpecie quãtitatis, ſed negat hanc, ergo in aliqua denominata a numero.

Sed contra: cum omnis ſpecies dicat aliquid determinatũ ſub ſuo genere, quoniam ſpecies rerũ ſunt ſicut & numeri, qui uariantur per additionem, & ſubtractionem, ergo omnis ſpecies quãtitatis ſiue finitæ, ſiue infinitæ dicit quid determinatum, ergo ſi datur quantitas infinita, non erit in aliqua ſpecie.

Universidad de Deusto Biblioteca

vnde patet quòd reſponſio Greg. non poteſt ſtare.

Præterea non dantur duæ ſpecies æquales ſub eodem genere: ergo una erit maior altera, ergo neutra erit infinita. Alij dicunt, quòd ratio D. Th. & philoſophi non eſt neceſſaria: quoniam philoſophus ſibi contradiceret: nam in 5. Metaphyſic. cap. de quanto dicit pluralitas quidem finita eſt numerus: ergo ſecundum ipſum non omnis pluralitas eſt numerus, ſed tantum finita, quaſi excipiens infinitam, ergo non eſt neceſſe omnem quantitatem continuam ſiue diſcretam eſſe in aliqua ſpecie numeri, ut uidetur dicere in 3. phyſicorum.

Ad hoc dico, quòd intentio philoſophi in 5. metaphyſi. non eſt excipere pluralitatem infinitam à finita, quaſi quoddam poſſibile eſſet: determinauit enim oppoſitum 3. phyſicorum, ſed quo ad menſurationem quaſi dicat, pluralitas finita eſt numerus i. menſurabilis, ad differentiam infinitæ, quæ ſi daretur nõ eſſet numerus: & hæc conditionalis utique eſt uera: ſed ex ea nõ poteſt haberi, quòd philoſophus excepit quantitatem infinitã ut G poſſibile eſſe, & eſt ſimile huic: omnis locus naturalis eſt conſeruatiuus: per quam propoſitionem excipio uacuum, non ut poſſibile eſſe, ſed quoniam ſi eſſet, non conſeruaret: ſic applica in propoſito.

Item omnis multitudo in rerum natura exiſtens. Aduerte quòd B. Th. intendit hanc conſequentiam omnis multitudo &c. eſt creata, & omne creatum ſub certa intentione creantis comprehenditur: ergo ſub certo numero: conſequentiam probat: quoniam agens in uanum nil operatur, ergo &c. Quoad primã partem antecedentis, aduerte, quòd ly, rerum nõ ſtat uniuerſaliſſimè, ſed pro rebus terminantibus productionem creatis, & actu exiſtentibus, ad differentiam rerum concauſatarum quibus propriè non cõuenit eſſe ut accidẽtia communia, partes materiales, forma materialis, excepta anima intellectiua: & ad differentiam rerum præteritarum, ut ſit ſenſus omnis multitudo rerũ per ſe exiſtentium, præſentium in rerũ natura, eſt creata. i. pendet effectiuè à Deo, dato etiam, quòd ad aliquarum productionem H concurrunt agentia ſecunda.

Secunda pars antecedentis quantum ad ly, ſub certa intentione, intelligitur de certa intentione finis intrinſeci, & non ſolũ extrinſeci: ita quòd quicquid Deus creat, & producit nõ ſolũ creat propter bonitatem ſuam uel propter integritatem uniuerſi, ut fines extrinſecos, ſed propter proprium finem, qui eſt propria operatio ipſius rei, qui enim auferet propriã operationem rei, remouet rei naturam ex ſecũdo cœli: & hoc dico, quoniam ex intentione finis extrinſeci, tantum non ualeret conſequẽtia, ergo ſub certo numero &c. Sed tãtum hoc ualeret, ergo omnis multitudo rerum exiſtẽtium eſt creata propter aliquem finẽ, ex intentione autem proprij, & intrinſeci finis bene ſequitur, ergo in certo numero: quoniam agens multos effectus ad proprios, & diſtinctos fines ſi non intendit determinatum numerum, non totaliter comprehendetur ſub intentione agentis: ergo agens primum uane & præter intentionem aliquid opera- I tur, puta quòd ſint tot, vel tot.

Item propoſitio aſſumpta ad probationẽ conſequentiæ, nõ enim agens &c. debet intelligi de primo, & uniuerſali agente, qualis eſt Deus, reſpectu cuius nihil eſt uanum, nec à caſu, ut dicemus infra. non autem eſt uera de agẽte, indiſtinctè ſumpto, aliter non ſeruaretur fortuna, & caſus. Sed contra hanc rationem dici poſſet, quod concludit de multitudine creatorum, eſſentialiter & per ſe ordinatorum, quam neceſſe eſt eſſe in certo numero, non autem in ordinatis per accidens, quales ſunt animæ intellectiuæ: ſic forte reſponderet Auicenna.

Sed hæc reſponſio non ualet, quoniam ſub illo antecedente, omne creatum ſub certa intentione creantis, quo ad intrinſecum finẽ comprehenditur, optimè ſubſumitur, omnis multitudo eſſentialiter & accidentaliter ordinata: licet. n. in animabus una comparata alteri, non ordinentur per ſe, tamẽ omnes comparatæ Deo creanti, ſunt ordinatæ per ſe: quoniam per ſe K intentæ & ad per ſe intentos fines proprios productæ.

Impoſſibile eſt ergo eſſe multitudinem infinitam actu etiam per accidens. Sed contra hanc concluſionem duo inſurgit primo doctrina B. Th. ſecundo argumento Greg. nam B. Th. in 2. contra Gent. 81 dicit non repugnare principijs philoſophi, dari infinitum in actu, i. non eſſentialiter ordinatis ſubſtantijs ſeparatis, quoniam philoſophus in 3. phyſicorum & in primo cœli non loquitur niſi de infinito materiali.

Præterea B. Tho. in quæſt. 46. artic. 2. concedit mundum potuiſſe produci ab æterno: ergo animæ potuerunt ab æterno eſſe: & cum ſint incorruptibiles, & multiplicentur ſecũdũ corpora, nunc eſſent actu infinita ſaltem ex parte unius extremi.

Ad primum dico, quòd loquitur ad mẽtem philoſophi, hic autem ſecundum ſententiam propriam: unde dato, quod Ariſtotel. concordaret cum Auicenna, & Algazel in ſeparatis, tamen F hic B. Th. non aſſentiret eis, quoniam in 1. parte determinat ex propria ſententia.

Ad ſecundum de infinitate animarum. Aduerte quòd beat. Tho. infra in q. 46. art. 2. format idem argumentum, & poſtquam recitauit opiniones multas, dicit ex propria ſententia, quòd hæc ratio eſt particularis propter quòd hæc conſequentia non ualet, mundus eſt æternus, ergo homo: ſtat enim primas partes mundi, ſ. quinque prima corpora eſſe æterna, non tamẽ hominem, nec poſſe eſſe, quoniam ſequeretur dari impoſſibile. ſ. animas infinitas actu. Vnde ad argumentum B. Thom. negat primam conſequentiam. Et ſi dicas, pono quòd diuina uoluntas determinauerit hominem producere ab æterno, ſicut & mundum, ergo homo erit æternus & ſic animæ erunt infinitæ actu.

Ad hoc dico cum Heruæo in 2. diſtinct. 1. quæſtio. 1. articul. 3. ibi ad ſecundum quòd illo caſu poſito, cum teneamus infinitum in actu omnino impoſſibile, animæ migrarent de corpore in corpus, uel deſinerent eſſe in morte, Deo ſubtrahente influentiam ſuam ab eſſe actu: nam licet eſſe animæ non dependeat a corpore, tamen dependet a conſeruatione Dei: & ſi dicas hoc non decuiſſet. Reſpondeo, licet non deceret ſecundum hunc ordinem, quem nunc uidemus in rebus, tamen dato illo caſu alius ordo, & curſus fuiſſet in rebus poſſibilis Deo, per quẽ Deus ſufficienter remuneraſſet hominem bonum pro hac uita, & malum puniſſet. 2. Greg. ut recitat Capr. 1. d. 43. q. 1. arti. 2. contra tertiam, in primo loco format tria argumenta contra concluſionem B. Th. Verum quia peccãt per ſenſum diuiſum, & compoſitum ſicut & cauſa poſita ſuprà, cõtra concluſionem de infinitate magnitudinis ideo non adduco ea, uide tu Capr. vel expoſitorem qui & eodem modo ſoluit ut Capr. ſed compendioſius.

In reſpõſione ad primum. Aduerte, quòd tracta eſt ex 3. phyſicorum tex. 37. ibi, *Non oportet autem.*

¶ Quæſtio Octaua.

ARTICVLVS I.

Vtrum Deus ſit in omnibus rebus.

CIRCA titul. Aduerte quòd ly, *Deus* ſtat pro ſubſtãtia ſua, ut ſit ſenſus, utrum Deus ſit ſecũdum ſuam ſubſtantiam in omnibus rebus, & ideo conſonat quæſtionis præteritæ, in qua pertractatum eſt, utrũ Deus ſecundum ſubſtantiam ſit infinitus, unde hic articulus eſt conſequens ad artic. 1. quæſt. præcedentis, nam bene ſequitur, Deus eſt infinitus ſecundum ſubſtantiam, ergo eſt in omnibus rebus, ſecũdum ſubſtantiam: quoniam proprium eſt infiniti eſſe in omnibus aliter non eſſet infinitum ſimpliciter. Non ergo quæritur in hoc articulo de uirtute uel potentia Dei ſed id quæretur in 3. artic.

Oportet omne agens coniungi ei, in quod immediate agit &c. Aduerte quòd B. Th. per ly, agens intendit agens proximum & per ly, immediatè intendit immediatione ſuppoſiti, & nõ ſolum uirtutis, aliter enim ſi intelligeret de quocunque agẽte abſolute, & de immediatione indifferẽter, falſo fundaret ſe ſuper dictum philoſophi in 7. phyſicorum tex. 9. Dicit enim philoſophus primum autem mouens, unde eſt prius motus eſt ſimul cum eo, quod mouetur: & B. Th. exponens dicit per ly, primum intendit ut diſtinguitur contra remotum, quod non eſt immediatũ mobili: patet ergo quòd intendit de primo. i. proximo & immediato ſuppoſitaliter. Præterea ſi intelligeret de agente & immediatione indifferenter. B. Th. non concluderet intentum: patet. n. quòd hæc conſequentia non ualeret, omne agens coniungi &c. ergo Deus ſecundum ſubſtantiam, uel ſecundum ſeipſum eſt in omnib. reb. ſufficeret, enim quòd eſſet uel ſecundum ſubſtãtiã, uel ſecundum ſuam uirtutem in reb. ſicut ſol eſt in inferiorib. ſecundum uirtutem, non autem ſecundum ſeipſum.

Cum autem Deus ſit ipſum eſſe per eſſentiam oportet, quòd eſſe creatum ſit proprius effectus eius. Aduerte quòd B. Thom. infra quæſtio. 45. articul. 5. adducit hanc eandem propoſitionem, ſcilicet eſſe eſt proprius effectus cauſæ prius & uniuerſaliſſimæ: & quoniam Scot. impugnat eam ex propoſito de creatione, ideo differo uſque ad q. illam totalem defenſionem pro nunc ſufficit declarare mentem Bea. Thom. in præſenti articulo. Dico igitur quòd non intendit Deum eſſe ſolam cauſam ipſius eſſe creati: nam omne generans deducitur ad eſſe ex quinto phyſicorum per diffinitionem generationis, ſed intendit quod ſolus Deus eſt primo & per ſe cauſa eſſe creati: dico primo quia dat omnia

dat omnia, quæcunque pertinent ad eſſe: agentia vero nõ cau A ſant totum: non enim producunt materiam dico per ſe, dupliciter. primo quia propria virtute, cauſæ vero ſecũdæ nõ propria virtute. Secundo quia reſpectu cuiuſcunque creati agit per ſe tertio modo, nam immaterialia ſunt à ſolo Deo, & materialia quo ad materiam primam. patet ergo quòd in omni creato Deus ſe ipſo ſolo producit eſſe, vel ſecundum totum, uel ſecundum partem. Et propterea dicitur propriè effectus Dei. Itẽ aduerte, quòd B. Thom. intendit hanc conſequentiam, Deus eſt ipſum eſſe per eſſentiam, ergo ſolus Deus eſt cauſa, primo & per ſe eſſe creati: ergo eſſe eſt proprius effectus Dei, ſecunda conſequentia patet: prima autem ſic probatur: calidum per eſſentiam vt ignis eſt primo & per ſe cauſa omnis calefacti: ergo à ſimili cum ſit Deus eſſe per eſſentiam, vt ignis, eſt primo & per ſe eſſe creati, & propterea dicit B. Thom. ſic ignire eſt proprius effectus ignis, ſuppleta, quia eſt primo & per ſe ab igne: ſi autem alijs conuenit, eſt quia agunt virtute ignis.

Eſſe autem eſt illud, quod eſt magis intimum cuilibet. Aduerte quòd eſſe dicitur magis intimum: quia eſt fundamentum omnium aliarum perfectionum, & eſt actualitas omnis formæ & naturæ ut dicit B. Thom. in q. 3 art. 4. non enim bonitas aut humanitas ſignificatur in actũ, niſi per eſſe, ut bonitas eſt, homo eſt: & quoniam fundamẽtum eſt omnium: ideo, vniuerſalius eſt, licet enim plura careant multis gradibus eſſendi, non tamen ipſo eſſe: aliter nullo modo exiſterent.

Vnde oportet, quòd Deus ſit in omnibus rebus, ſecundum ſeipſum. idest, ſecundum ſubſtãtiam ſuam, ex conſequenti eſſe præſentem ſecũdum ſubſtantiam cuilibet rei creatæ, & deducitur ex hoc, quòd Deus eſt proximum agens reſpectu eſſe creati: proximum autem agens ſimul eſt cum ſuo effectu: ſed contra hanc quæſtionem inſurgit Scot. multipliciter, primo quòd illa propoſitio, omne agens proximũ eſt ſimul cum eo, in quod immediate agit, eſt falſa. Secundo quòd propoſitio philoſo- C phi adducta à Beat. Th. in 7. phyſicorum, *motum & mouens, &c.* non ualet in hoc propoſito. tertio, quòd ex toto proceſſu articuli non poteſt B. Thom. inferre hãc conſequentiam, Deus eſt in omnibus rebus.

Quantum ad primum. Aduerte quòd Scot. in 1. diſtin. 37. q. vnica ibi *quando autem agens*, arguit dupliciter, primo quia ſol per ſuam formam ſubſtantialem eſt proximum & immediatũ agens aurum in viſceribus terræ & tamen non eſt ſimul cum auro, ut patet, ergo agens proximum poteſt agere ad diſtans. Diceretur fortè, quod non arguit per formam ſuam ſubſtantialem, ſed per radium ſiue lucem, quam neceſſe eſt attingere effectum productum.

Sed contra dicit Scot. ſubſtantia non eſt niſi à ſubſtantia, aliter effectus eſſet nobilior ſua cauſa: ergo radius non eſt productiua ſubſtantiæ auri.

Ad hoc dicitur ſecundum doctrinam noſtram, nulla forma D ſubſtantialis eſt immediatum principium actionis: ſed qualitas ſua eſt ut organum ipſius, in cuius virtute agit: unde licet ſit primum principium: non tamen proximum, & cõcedimus ſubſtantiam non eſſe niſi à ſubſtãtia ut principio primo, & eſſe à non ſubſtantia, ut principio proximo, nec inconuenit effectum eſſe nobiliorem cauſa ſua, non quidem principali, ſed organica, ſecundo quòd agens proximum non poſſit agere in diſtans, quin prius agat in præſens, & ſibi vnitum, eſt propter alteram duarum conditionũ, uel quia in ipſo agente ſunt duæ potentiæ ſubordinatæ actiuæ, ut in ſole illuminatiua & generatiua ſic autem ſunt ſubordinatæ, quòd non poteſt generare. puta ranam, quin prius illuminet medium: & ideo licet ſit proximum agens reſpectu ranæ, tamen non producet ranam ſibi diſtãtem, niſi prius illuminet omnia intermedia uſque ad terram: vel quia uirtus agentis eſt deficiẽs, & non introducit formam ſubſtantialem, niſi prius alteret: ſed neutra harum conditionum neceſſario requiritur in omni agente proximo: nã E agens primum vt Deus neutrum habet, ut patet, ergo propoſitio aſſumpta eſt falſa, oportet omne agens proximum coniungi ſecundum ſe ipſum in id, quod immediatè agit.

Ad hoc dicit expoſitor quod non eſt propter aliquam illarum conditionum neceſſario, ſed propter imperfectionem, negatiuè pertinentem ad uirtutem actiuam: quia ſcilicet uirtus cuiuſlibet agentis naturalis eſt limitata, & ideo reſeruatur hoc ſoli Deo, hæc ille.

Sed contra: ſi hoc reſeruatur ſoli Deo propter illimitationẽ uirtutis ſuæ, ergo Deus poteſt agere in aliquod diſtans, quod eſt falſum, quoniam non neceſſario eſſet in omnibus rebus, cuius oppoſitum tenet B. Thom. conſequentia uero probatur, quoniam ſecundum te in hoc differt agens naturale & Deus: quod agẽs naturale eſt limitatæ uirtutis, & ideo non poteſt in diſtans: ergo ſi Deus eſt uirtutis illimitatæ, poterit in diſtans: & propterea dico cum Capr. 1. diſt. 37. quæſtio. 1. contra primam ad tertium quòd non eſt propter aliquam illarum conditionum: ſed eſt, quia agens eſt quodammodo actus ipſius paſſi, & paſſum eſt quodammodo in potentia ad ipſum agens: actus autem & potentia de ſua ratione ſunt indiſtantes ex 9. metap. unde repugnat agenti proximo ut agẽs proximum eſt, diſtare à ſuo immediatè paſſo, unde cõſtat quòd Scot. in hoc nõ fuit bonus metaphyſicus.

Quantum ad ſecundum, Aduerte quòd Scot. in 1. diſtin. 37. quæſtio. vnica reſpondens ad argumentum in oppoſitum fundatum ſuper illud. 7. phyſicorum mouens, & motum ſunt ſimul, dicit dictum philoſophi eſſe uerum in agentibus naturalibus quæ agunt per qualitates naturales, uel ſuas formas ſubſtantiales, quæ non ſunt principia agẽdi in remotum, niſi ſint aliæ formæ concurrentes, quæ ſunt principia agẽdi in propinquum: ita autem non eſt de uoluntate Dei, qua omni præſens B agit: ergo non ualet in propoſito. Ad hoc dicimus, quòd imaginatio Scot. decepit eum, imaginatur enim in abſtractis, poſſe eſſe duplicem præſentiam, & duplicem rationem præſentialitatis, primam uocat præſentiam ſubſtãtialem ſiue ſecundum ſubſtantiam, qua vult ſubſtantiam abſtractam ante omnẽ uirtutis ſuæ applicationem poſſe fieri præſentem, ſiue coniunctã alicui loco, uel alicui rei: & huius præſentiæ rationem dicit eſſe ipſammet ſubſtantiam: ſecũdam uocat præſentiam uirtualem, qua ſubſtantia abſtracta coniungitur effectui ſuo propter applicationem ſuæ potentiæ, in qua præſentia non eſt neceſſe ſubſtantiam ſecundum ſeipſam fieri præſentem, & hoc modo poneret ſolem eſſe præſentem mineræ auri, licet ſecundum illam non ſit præſens: ſed ut declarabitur in tractatu de Angelis, hæc imaginatio eſt falſa: quoniam licet ſit uerum ſubſtantiam fieri præſentem alicui, non tamen eſt ratio ſuæ præſentialitatis, ſed ratio huiuſmodi eſt quantitas in corporeis, uel applicatio uirtutis in ratione agentis in abſtractis: propterea licet ex C applicatione uirtutis ad quodcunque paſſum non poſſet inferri præſentia agentis ſecundum ſubſtantiam: poteſt tamen inferri ex applicatione ad aliquid paſſum, in quod immediatè agit: quoniam talis applicatio: eſt ratio formalis præſentiæ Angeli ſecundum ſubſtantiam, quæ non ſtat, ſine effectu formali, unde ſicut in corporeis ex unione quãtitatis ad aliquem locum infertur præſentia ſubſtantiæ corporeæ, ſic ex unione uirtutis ad paſſum immediatum: infertur præſentia ſubſtantiæ ipſius agentis, & ideo conſiderans philoſophus, dixit uniuerſaliter, primum autem mouens idest, proximum & immediatum eſt ſimul cum eo, quod mouetur & quod intendit id uerificari abſtractè in omni agẽte proximo, & immediato: patet in eodem lib. 7. text. 12. ubi idem oſtendit ſeruari etiam inter ſenſum, & obiectum motiuum ſenſus, & tamen ibi non eſt motus, nec actio, niſi intentionalis. Vnde patet quòd Scot. potius innixus ſuæ imaginationi, quam rationi reſtrinxit dictum D philoſophi.

Quantum ad tertium, Aduerte quòd Scotus in 2. diſtinct. 1. quæſtio. 4. in contra concluſionem huius opinionis, argumentatur, Primo quòd ſic ponens contradicat ſibi ipſi &c. probat quòd ex toto proceſſu non concludatur intentum: & arguit ſic, ex eo, quòd Deus eſt primum efficiens & mouens, tu concludis, quòd eſt in omnibus rebus: quæro igitur aut intendis concludere, quod eſt præſens omnibus. idest, efficiens & mouens omnia, & tunc tu petis principium: quoniam idem ſunt medium à te aſſumptum, & concluſio: & non loqueris ad propoſitum debes enim concludere, Deum eſſe præſentem omnibus rebus, inquantum eſt infinitus: quoniam in 1. q. introduxiſti conuenire infinito eſſe in omnibus & non concludere, quòd ſit agens in omnibus Aut intendis concludere illam præſentiã in omnibus, quæ competit Deo, inquantum eſt immenſus, & infinitus: & tunc per medium tuum aſſumptum ex operatio- E nibus Dei in omnibus ſecundum eſſe, ſequitur præſentia Dei in omnibus quæ competit Deo, inquantum eſt immenſus: ergo prius naturaliter erit præſens inquantum immẽſus, quam inquantum operans: & hoc concludis ex hoc, quòd eſt in omnibus per operationem, ſicut ex poſteriori. igitur ultra præſentiam per operationem, ſubſtantialem tenes præſentiam in abſtractis, quam tamen negaſti in tractatu de Angelis, ubi tenes, quòd incorporea non poſſunt eſſe in loco, niſi per operationem: unde patet quòd tibi contradicis. Ad hoc dico, quòd B. Th. intendit concludere ſecundum ſcilicet ſubſtãtia Dei infinita eſt præſens omnibus ex eo, quòd operatur in omnibus & nego, quòd hoc ſit cõcludere à poſteriori: immo probatio procedit ex ratione formali ſicut enim quantitas dimenſiua eſt ratio formalis, qua corpus eſt in hoc, uel in illo loco. ſic in abſtractis ſe habet operatio uel applicatio uirtutis. Vnde licet quo ad entitatem quantitas ſit poſterior ſubſtãtia ſimiliter in abſtractis operatio:

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen quo ad præſentialitatem eſt prior eſt, enim ratio præſentialitatis. Tenet igitur B. Thom. ſubſtantiam Dei immenſam eſſe præſentem omnibus ſed non ex ſe ipſa, ſed ex operatione: & hæc probatio ut diximus eſt à priori. Nego igitur Scot. illam conſequentiam, ergo prius naturaliter erit præſens inquantū immenſus quam inquantum operās. credit enim ibi eſſe duas præſentialitates, quarum una ſit ſecundum ſubſtantiā immēſam, alia ſecundum operationem, poſterior illa, ſed hoc eſt falſum, quoniam ibi non eſt niſi præſentia, & ratio præſentialitatis, quæ ſumitur ex operatione, unde non ſunt duę præſentialitates propriæ ſicut nec ibi lapis eſt præſens huic loco ſecundū ſubſtantiam, & ſecundū quantitatem: nam ly, ſecundum ſubſtantiam dicit locatum, & ly, ſecundum quantitatem dicit rationem locatiuam. patet ergo quod Beat. Thom. ſibi non contradicit: ſed Scot. non intellexit eum.

In reſponſione ad tertium nota duas propoſitiones, prima *nullius agentis &c.* ly, *diſtans*, ſtat pro diſtantia ſuppoſitali, quaſi G dicat, ſi agens non agit in paſſum per media, neceſſe eſt quantumcunq; ſit uirtuoſum, ut ſuppoſitaliter ſit præſens ſuo paſſo & ratione deſignauimus in articu. contra Scot. & non ſtat p diſtantia naturali, quæ eſt differentia agentis, & paſſi in naturis propriis: nam ſecundum hunc agens quanto uirtuoſius, tāto in magis diſtans ſecundum natura agit. quoniā trahit paſſum de potentia ad actum, & quanto uirtuoſius trahit ex maiori potentia, ſicut generans ſubſtantiale ex ente in pura potētia, & primum agens ex nihilo, quod in infinitum diſtantius eſt, nec ſtat pro diſtantia ſituali: quoniam hæc nō ſecuatur inter quodlibet agens & ſuum paſſum, cum contingat utrumq; eſſe incorporeum, aliquando autem agens tantum.

Secundo hoc autem ad maximam uirtutem Dei &c. uſque ibi, *in omnibus agit*: ly, immediate: poteſt exponi quo ad uirtutem, & ſimpliciter eſt uera, quoniam nullum agens ſecūdum agit niſi uirtute primi. Sed hæc immediatio nō eſt intenta hic à B. Th. in H hoc art. loquitur enim de præſentia ſubſtātiæ Dei in omnibus poteſt igitur exponi de immediatione ſecundū ſuppoſitum, & ſic debet intelligi cū dicit, q; immediate in omnib^9 agit: ſed alio modo uerificatur in creatione, alio modo in productione naturali. nam quod creatur, totū eſt à Deo immediate: quod autem producitur naturaliter, ſecūdum partem eſt à Deo immediate: quoniam materia prima eſt à ſolo Deo, & propterea aduerte, q; B. Tho. non dicit, Deum agere immediate in omnibus quo ad omnia requiſita ad eorū eſſe, ſed dicit indiſtinctè, agit in omnibus ex conſequenti concludit, q; Deus à nulla re, quæ uel creatur, uel producatur naturaliter, diſtat ſuppoſitaliter.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus ſit ubique.

CIrca titu. Aduerte, quòd ſi Deus eſſet infinitus corporaliter conſtaret, quòd exiſteret in omni loco, quoniam occuparet omnem locum, ſed quoniam eſt incorporeus, & corpora non ſunt in loco, ideo, dato quòd ex ſua infinitate incorporea ſit in omni re ut operans, & efficiens uniuerſale, tamen nō conſtat, quòd ſit in omni loco, cum leges loci repugnent ipſi Deo, ideo ex propoſito mouet hunc articulum nec ſuperfluit ad præcedentem.

Cum locus ſit res quædam &c. Aduerte, q; intēdit ſic diſtinguere, locus capitur dupliciter, primo ut res habens eſſe, puta quātitatis, & talem perpetuitatem, puta uirtutem locatiuam, & cōſeruatiuam, ſic Deus eſt in loco, ſicut in lapide & in homine, ut efficiens in ſuo immediato paſſo, uel effectu, ut concluſum eſt in primo artic. & ſic Deus non eſt aliter in loco, quam ſit in aliis rebus. Secundo ut locus eſt. i. ut receptiuus locati, & replebilis ab eo: & ſic diſtinguendum eſt de repletione, quoniā alia eſt formalis, alia effectiua: formalis competit quāto: ſua enim quantitate occupat locum, & hæc non competit Deo, cum ſit non quantus effectiuè: ut competit illi agenti, quod dat corpori quantitatem, quæ formaliter replet locum: & quoniam tale agens primum eſt ipſe Deus, ideo dicitur eſſe in omni loco, ut locus eſt replens effectiuè omnem locum, in tantum q; eſſe ſic in loco, non eſt eſſe in loco ſimpliciter, ſed ſecundum quid & propterea licet B. Thom. concedat Deum eſſe in omni loco, ut res eſt ſimpliciter, non tamen in omni loco, ut locus eſt, niſi ſecundum aliquid, ut expoſitum eſt.

In reſponſione ad ſecundum, *Et hoc modo ſubſtantia incorporea ut Deus, & Angelus, & anima*, uſq; in finem. Aduerte, quod non eſt intentio B. Tho. concludere indifferenter tam de Ang. quam de Deo, quòd poſſit eſſe in uno & in pluribus locis, ſibi enim contradiceret in tractatu de Angelis, ſed cōcludit, quòd F ex parte ſubſtantiæ incorporeæ, ut incorporea eſt nihil repugnat, propter quod non poſſit eſſe in uno, & in pluribus locis, ſi autem repugnat alicui ſubſtantiæ incorporeæ, non eſt quia incorporea eſt, aliter repugnaret etiam Deo, ſed quia eſt talis incorporea limitatæ uirtutis.

In reſponſione ad tertium aduerte, quòd reſponſio formalis ſtat in hoc, quod eſt totum quantitatiuum ſi alicubi eſt, neque ſecundum totum, neque ſecundum partem eſt extra locū illum, quoniam terminatur loco: quod autem eſt totū, potius idem eſt, quod perfectum, ſi alicubi eſt, nil eius eſt extra, quin ibi etiam ſit totum, cum ſit impartibile, igitur cum Deus ſit totum non quantitatiuum, ſequitur quòd non terminatur loco, ꝓpter quod nihil impedit quin poſſit eſſe in alio loco, dūmodo, quòd ubicūque eſt, totus ſit, unde illa propoſitio quod eſt totum alicubi nil eius eſt extra locum illum ſolum in hoc ſenſu uerificatur in incorporeis. ſ. incorporeum, quod eſt totū alicubi nil eſt extra, quin ibi ſit totum.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus ſit in omnibus per eſſentiam præſentiam & potentiam.

CIrca titul. *eſſe per eſſentiam in omnibus*, eſt eſſe immediatè, in qualibet re immediatione ſuppoſiti: eſſe per præſentiā, eſt penetrare omnia per operationem ſuam. *Eſſe per potentiam*, eſt eſſe in omnibus immediatione uirtutis, ita q; nullum agens agat niſi uirtute Dei, & nihil producatur, niſi uirtute Dei.

Deus dicitur eſſe in aliqua re dupliciter. Aduerte quòd intēdit ſic diſtinguere, Deus dicitur eſſe in aliqua re modo generali, & modo ſpeciali. Modum generalem exemplificat dicens, modo H cauſæ agentis: quod tamen exemplum non æquipollet modo generali, aliter non poſſet ſubdiuidere infra modum generalem in eſſentiam & præſentiam, eſſe enim per præſentiam niſi aliud addatur, non eſt eſſe modo cauſæ agentis: Modum ſpecialem exemplificat de anima ſiue creatura rationali, quæ habet cognitionem Dei ex gratia, quod tamen exemplum non æquipollet huic modo ſpeciali, quo. ſ. Deus eſt in creatura rationali, ut obiectum cognitum &c. eſt enim in dæmone, & intellectu philoſophi gentilis: non tamen per gratiam.

Alio modo ſic obiectum operationis &c. Aduerte quòd Aureolus ut recitat Capr. primo diſt. 37. q. 1. contra tertiam quæſtionem, contra hunc modum ſpecialem in declaratione arguit tripliciter. primo ſic, Deus eſt in paruulis baptizatis, ſpeciali modo. ſ. per gratiam, & tamen non ſicut cognitum aut deſideratum, cum non habeant uſum rationis.

Ad hoc dicitur, quòd ſufficit Deum eſſe in eis ut cognitum I & deſideratum actu, uel habitu, & quoniam in baptiſmo recipiunt habitū fidei, & charitatis: ideo hoc ſpeciali modo Deus eſt in eis habitu, ut obiectum operationis immanentis in operante habitu, licet non actu, & ſufficit.

Secūdo Deus eſt in Dæmone, & in infideli, ut obiectū cognitum &c. ut in philoſopho extra fidem.

Tertio eſt ſpeciali modo in aliquibus etiam ſine gratia: B. T. ergo male dicit, quòd hoc habeat creatura per gratiam.

Ad hoc poteſt dici quòd B. Thom. non intendit de omni notitia, quæ poteſt haberi de Deo, ſed tantum de notitia, quæ cauſatur per donum ſapientiæ, & quando filius mittitur inuiſibiliter. & hoc non eſt in carente gratia.

Poteſt etiam dici quòd licet intendat de omni notitia, tamen non exemplificat de omni, ſed tantum de hac ſpecie, ſcilicet quæ habetur ex gratia, quæ præcipuè meretur dici cognitio Dei, ut radix dilectionis, & charitatis. 3. non adduco quoniam nullus eſt ponderis. K

Fuerunt ergo aliqui ſcilicet Manichæi &c. Aduerte quòd hæc opinio tangitur etiam à commentatore in 12. metaph. commenta. 52. ubi dicit, quòd aliqui poſuerunt duos, Deos Deum creantem bona, & Deum creantem mala.

Contra hos, ergo oportet dicere, quòd Deus ſit in omnibus per ſuam potentiam &c. Aduerte quòd Aureolus ubi ſupra in Capreol. arguit contra B. Tho. ſic ſi ponis Deum eſſe in omnibus per potentiam, ſicut rex in toto regno per potentiam: ergo Deus non eſt realiter in omnibus per potentiam, ſed tantum metaphoricè ſicut Rex: non enim alio modo eſt Rex in toto regno, niſi quia ſubditi apprehendunt mandatum Regium, & aliqui poſiti à Rege exequuntur ipſum mandatum: ex conſequenti potentia regis non ſtat niſi in reſpectu rationis, hoc autem eſt falſum de Deo, ergo eſt malè aſſignatus hic modus à B. Tho.

Ad hoc dico quòd B. Thom. non intendit per illam ſimilitudinem

tudinem concludere potentiam Dei in rebus eſſe eiuſdem ra- A tionis cum potentia regis, ſicut nec diuinum dominiū eſt eiuſdem rationis cum dominio humano: ſed intēdit aſſignare differentiam inter modum eſſendi per eſſentiam & modum eſſendi per potentiam in Deo proportionaliter ſicut in Rege, & ad hoc tendit ſimilitudo inducta, & non ultra.

Fuerunt uero alii qui licet concederent. Aduerte quòd hic fuit Commentator qui in 12. metaphyſi. comment. 37. in fine dicit quòd Deus non habet curam de indiuiduis, niſi ut communicant tantum in aliqua proprietate ſpeciei, & è conuerſo. ſi dicit quòd Deus non ſcit omnia, niſi inquantum ſunt entia, & ſic ſequitur quòd non habet prouidentiam de omnib. in ſingulari, & commento. 52. comparat ea, quæ ſunt ſub cœlo ſeruis, & beſtiis, quæ ſunt in aliqua domo, de quib. paterfamilias non habet curam, niſi pro quanto ordinantur ad bonum domus.

Et contra hos oportet dicere quòd ſit in omnibus per præſentiā. Aureolus, ubi ſupra in Capreo. arguit quòd Bea. Thom. hunc mo- B dum malè aſſignauerit: licet enim Bea. Thom. per præſentiam vero ſuam dicitur aliquid eſſe in omnibus, quæ in proſpectu eius ſunt.

Sed contra inquit Aureolus, ergo Deus eſt in eſſentia ſua, cū ſit in eius proſpectu: præterea per cognitionem, non eſt cognoſcens in cognito, ſed è conuerſo, quia ſit per aſſimilationem: ergo per præſentiam Deus debet dici præſens omnib. quia omnia ſunt in ipſo intelligibiliter.

Ad primū dico, q; non inconuenit dicere, Deum eſſe in eſſentia ſua hac ratione, quia penetrat ipſam ſua comprehenſione.

Ad ſecundum dico, quòd utrumque eſt uerum, & cognitum eſt in cognoſcente, quo ad ſimilitudinem, & cognoſcens eſt in cognito præcipuè per cognitionem intuitiuā perfectam, quia penetrat intima cogniti.

Fuerunt alii qui licet dicerent omnia ad Dei prouidentiam &c. Aduerte hic fuit Plato, qui in Tymæo introducit Deū alloquentem cœleſtes. i. intelligentias, motrices cœlorum ut producāt ho- C minem, & alia inferiora ne ſint incorruptibilia, exiſtimantem. Plato, q; quicquid eſt à Deo immediatè ſit incorruptibile: & propterea animam noſtram dicit eſſe incorruptibilem, & diuinā ſentiens. Platonem ſequutus eſt Auicen. in lib. 9. ſuæ metaphyſicæ cap. 4. qui poſuit quòd à primo non eſt niſi unum, eo quòd nulla multiplicitas eſt in eo: & contra ipſum propriiſſimè loquitur Bea. Thom. in præſenti articu. error Auicen. improbabitur infra, cum loquemur de multitudine, & diſtinctione rerum in q. 47. 1.

Et contra hos oportet dicere, quòd ſit in omnibus per eſſentiam. Aureolus ubi ſupra in Capre. arguit quòd B. Tho. malè aſſignauit hunc modum: dicit enim B. Th. eſt in omnibus per eſſentiā inquantum adeſt in omnibus, ut cauſa eſſendi.

Sed cōtra dicit Aureol. modus eſſendi per potentiam diſtinguitur à mō eſſendi per eſſentiā, ſed adeſſe oib. ut cā eſſendi eſt modus eſſendi per potentiam, ergo non per eſſentiam. D

Ad hoc dico q; uterq; modus fundatur ſuper operationem Dei: ſed modus potentiæ ſuper operationem mediāte alio ſuppoſito ut agente ſecundo licet immediatione uirtutis: modus autem per eſſentiam, ſuper operationē immediatione ſuppoſiti & uirtutis, & ſic intellexit B. Th. cum dixit inquantū adeſt omnibus ut cauſa eſſendi eo modo, quo concluſum eſt in 1. articu. quoniam in omni re uel operatur totū immediatè, uel aliquid ad ipſam pertinens, puta animam ut in homine uel materiam, ut in aliis inferioribus homine: nego igitur minorem argumenti, non enim eſt uera, niſi addatur ut cauſa eſſendi immediatione ſuppoſiti & uirtutis.

In reſponſione ad primum, *etiam ſola gratia facit ſingularem modum.* Aduerte q; B. Th. innuit ſe locutum fuiſſe in ar. de notitia gratuita, & non uniuerſaliter: propterea facit copulatā, cognitum, & amatum: ſed dices ergo Deus non eſt ſpeciali modo in philoſopho gentili: quod tamen uidetur ab omnibus cōcedi. E B. Thom. hic ut Theologus non multum æſtimat illam cognitionem habitam ex ſenſatis tātum, & multis erroribus admixtam, quæ non meretur comparari gratuitæ, quæ eſt principiū dilectionis, & charitatis diuinæ: ideo non propriè facit ſingularem modum exiſtendi Deum in rebus, licet igitur in articulo ad argumentum Aureoli dupliciter reſponderi poſſit, Tu tamen ſequere primam.

ARTICVL. IIII.

Vtrum eſſe ubique ſit proprium Dei.

CIrca titu. ly, proprium ſic debet exponi. ſ. conueniat Deo, & nulli alii à Deo, & æquipollet ſoli Deo.

Dico autem eſſe ubique primo quòd ſecundum ſe totum &c. Aduerte quòd hæc declaratio fundatur in 5. phyſicorum, textu 1. ubi agitur de mouente & mobili: *ergo & ſecundum partes & ſecundum accidens*. Vide tu: ſic igitur eſſe ubique primo & per ſe conuenit Deo, & eſt proprium Dei. Aduerte quòd licet B. Tho. probet conuenire Deo eſſe ubique, & primo, & per ſe, non tamen quòd ſit ei proprium. i. quòd nulli alteri cōueniat, & hoc fecit ut dicit expoſitor: quoniam per ſe manifeſtum eſt, dato n. quòd ſolus Deus ſit infinitus eſſentialiter, & quo ad uirtutem operandi, ſequitur quòd ſolus ſit ubique primo. i. ſecundum ſe totum. poteſt etiam dici, quòd id ſufficienter probat, reſpondens argumentis in oppoſitum quibus arguitur id non conuenire ſoli Deo.

¶ Quæſtio Nona.

ARTICVLVS I.

Vtrum Deus ſit omnino immutabilis.

PRIMO *quia ſupra oſtenſum eſt.* Aduerte q; hæc prima ratio fundatur in 3. phyſicorum ſuper tex. 60. ubi philoſophus oſtendit, quòd mouetur manere ſecundum aliquid. i. ſecundum ſubſtantiam, & tranſire ſecundū aliquid. i. reſpū termini a quo.

Quia omne, quod mouetur motu ſuo. Aduerte quòd hæc rō poteſt trahi ex 6. phyſic. text. 32. ubi habetur, quòd omne, qd mutatur, ſe habet aliter nunc, quam prius, talis non conuenit Deo, cum habeat in ſe omnem perfectionem actu.

In reſponſione ad primum, Aduerte quòd intendit ſic diſtinguere motum duplex. ſ. actus perfecti, & actus imperfecti, C primus eſt in Deo, & de eo intelligit Auguſt. alter non eſt, & de eo intendit in articulo. Motus autem qui eſt actus perfecti, idem eſt quòd actio immanans, & talis dicitur actus perfecti, quia actio immanens eſt perfecta, & completa, non ordinata ad aliquid melius ipſa actione, quoniam uel actio ipſa eſt finis agentis, uel ſi quid per ipſam actionem producitur, ut per intelligere uerbum, & per actus morales habitus: tale productum iterū ad actionem ordinatur, ut plenius declarauimus in q. 27. articu. 1. Actio autem tranſiens dicitur actus imperfecti, quia nō eſt ea ſ. ſed eſt uia ad acquirendam perfectionem, unde diffinitur per hoc quòd eſt eſſe actu exiſtentis in potentia, & de iis plenius diximus in q. 7. ſibo. metaphyſic. in quæſtio. 11. & quæſtio. 22. ubi ſignauimus Ioannis Bacconis, in ſecundo diſtinc. 25. q. 2. in fine.

ARTICVLVS II.

Vtrum eſſe immutabile ſit proprium Dei.

CIrca titul. ly, *immutabile* ſtat ut in primo articulo pro omnino immutabili, unde proponens concluſionem in articulo, & concludens dicit, *Vnde cum Deus nullo iſtorum modorum ſit mutabilis proprium eius eſt eſſe omnino immutabile*, ly, propriū ſic exponitur, conueniat Deo, & nulli alteri à Deo, & ſupponēs affirmationem ex 1. art. immoratur in toto hoc articul. ad declarationem negatiuæ.

Omnis enim creatura antequam eſſet, uſque ibi, *in eſſe producere &c.* Aduerte q; B. Th. non tenet dari niſi potentiam paſſiuā, & actiuam, & ideo Scot. qui tenet mediam. ſ. potentiam obiectiuam non acceptat hanc diſtinctionem ut ſufficientem. Verum defenſionem S. Th. ponemus in q. de anima, cum loque- E mur de potentiis, utrum ſint idem cum ſubſtantia animæ, nā locus proprius eſt illic & Scot. loquitur in illo propoſito.

Dico autem potentiam paſſiuam ſecundum quam, uſque ibi *vel in conſequendo finem.* Aduerte quòd per ly, perfectionem in eſſendo intendit eſſe actuale ſubſtantiale ſibi debitum, & perfectum ex concomitantibus, ly, *perfectionem in conſequendo finem*, intendit operationem perfectam, ad quam ut ad finem res producitur.

Sic igitur attendatur, mutabilitas rei ſecundum potentiam ad eſſe ſic non in omnibus. Aduerte q; ex immutabilitate eſſendi, ſequitur impoſſibilitas non eſſendi, & ex hac infertur neceſſitas eſſendi, ergo ſecundum B. Thom. aliquod creatum eſt impoſſibile non eſſe, & eſt neceſſarium ex conſequenti ens productum diuiditur in neceſſarium & poſſibile, ut igitur ſciamus fundamentum B. Thom. Aduerte quòd in q. de potentia q. 5. artic. 3. adducit duas ſententias. ſ. Auicen. & cōmentatoris, Auicenna

Univerſidad de Deuſto Biblioteca

quidem tenet, quod omne ens productum eſt poſſibile eſſe, & non [F] eſſe, & ideo ſolum Deum ponit neceſſe eſſe. Commentator vero ut habetur in 12. metaph. comment. 41. tenet quòd neceſſariorum quoddam eſt per ſe, quoddã per aliud: quod eſt ex ſe, improductum eſt: quod autem eſt ex alio, productum eſt. Ex his duabus ſententiis B. Thom. ſequitur eam, quæ uidetur Cõmentatoris: ut rationabiliorem: aduerte tamen, quòd diſſentit in hoc, quod Commentator non concedit neceſſarium ex alio niſi in motu, eo quòd motus eſt à mouente: cõcedit igitur motum cœli eſſe neceſſarium ex alio, id eſt ex mouente, non tamen concederet in permanentibus neceſſarium ex alio: vnde dicit in 12. metaphy. commen. 41. æternum autem eſſe neceſſarium ex alio, eo quòd neceſſariorum quoddam eſt neceſſarium per ſe, & quoddam neceſſarium ex alio, non eſt verum niſi in motu cœli tantum.

Quòd autem aliquid ſit poſſibile in ſua ſubſtantia, & per aliud ſit neceſſarium in cauſa, impoſſibile eſt, motus autẽ poſſibile eſt, ut ſit neceſſarius ex alio, & poſſibilis ex ſe: cauſa in hoc eſt, quòd eſſe habet ex alio id eſt, ex motore, hæc ille. ſed Beat. [G] Thom. intendit quòd etiam in permanentibus, ut in corpore cœleſti, & in abſtractis ſit neceſſarium, pendens ex alio, ut patet hic in artic. & in q. de potentia, ubi ſupra Scot. verò ut patet in 1. diſt. 8. q. 4. ad ſecundum in fi. q. ſequitur Auicen. Vulſe tenet quòd repugnat ens productum diſtinguit per neceſſarium & poſſibile: ſed omne productum eſt poſſibile, poſito quòd liberè agat ad extra, vel neceſſarium, poſito quòd Deus agat de neceſſitate naturæ. Sed hæc eius opinio impugnabitur, cum loquemur de uoluntate Dei, Vtrum ſit cauſa rerum: nunc autẽ ſufficit defenſare B. Thom. contra Aureolum, cuius argumẽta ſunt in Capreol. 1. d. 8. q. 3. contra ſecundam. Tu igitur ſcias, quòd ſeptem argumenta eius peccant per ignorantiam diſtinctionis de poſſibili, & impoſſibili & neceſſario ut bene notat Capreol. ibidem. Poſſibile eſt duplex ſcilicet logicum & naturale: logicũ [H] eſt, quòd ſiue ponatur, ſiue non non ſequitur contradictio, ut Sortem currere, eſt poſſibile. naturale autem eſt quod in ſe habet principium quo poteſt non eſſe, ut omnia cõpoſita ex contrariis. impoſſibile duplex. ſ. logicum & naturale: logicum eſt, cuius oppoſitum implicat contradictionem, ut hominem eſſe aſinum, eſt impoſſibile: naturale eſt in quo non datur principium intrinſecum quo poſſit deficere, ut cœlum non eſſe, eſt impoſſibile, poſſibili naturale neceſſarium duplex, logicum, & naturale, ſiue metaphyſicum, logicũ eſt, quod æquipollet, impoſſibili non eſſe, impoſſibilitate logica: metaphyſicum eſt quod æquipollet impoſſibili non eſſe, impoſſibilitate naturali, ſiue reali: inter hæc autem talis ſtat differentia, quòd poſſibile logicum non eſt reſpectu alicuius potentiæ intrinſecæ, ſed tantum dicit non repugnantiam: poſſibile autem naturale dicit potentiam intrinſecam, qua res poteſt eſſe, & non eſſe: Impoſſibile & neceſſarium logicè non ſubiiciuntur alicui potentiæ intrinſecæ, nec extrinſecæ: quoniam nulla potẽtia poteſt in id, quod [I] implicat contradictionem. Impoſſibile autem & neceſſarium reale non negant impotentiam intrinſecam. Vnde reſpectu cauſæ extrinſecæ conſeruantis per ſubtractionem influxus generalis, impoſſibile non eſſe, & neceſſe eſſe, poteſt deficere eſſe. Si autem detur ens, quod utraque impoſſibilitate ſit impoſſibile, & utraque neceſſitate ſit neceſſe: id penitus eſt indefectibile, qualis eſt ſolus Deus, & ideo meretur ſolus dici omnino neceſſe eſſe. Ex his dico, quòd B. Thom. intendit rerum creatarum, aliquam eſſe poſſibilem naturali poſſibilitate: aliquã neceſſariam neceſſitate metaphyſicali, ex conſequenti impoſſibile ad non eſſe impoſſibilitate metaphyſicali: nullam autem neceſſariam logicè, nec impoſſibilem ad non eſſe logicè, immo omnem poſſibilem logicè. argumenta autem Aureol. ut uidebis in Capreol. concludunt de impoſſibilitate, & neceſſitate logica, & poſſibilitate logica, & ideo nec ualet cõtra ſenſum Bea. Thom. Argumẽtum uero octauum, quoniam præ aliis [K] dubitat, ideo nolo adducere. Sic igitur arguit: Aut conſeruatur à Deo, quia eſt defectibilis in ſe, aut quia nõ eſt defectibilis in ſe: non ſecundum: quod enim non eſt defectibile in ſe, non indiget conſeruante, cum poſſit permanere per ſe: ergo datur primum, ergo poſſibilis non eſſe in ſe: ergo nõ neceſſaria in ſe: ergo non eſt neceſſaria logicè, neque metaphyſicè.

Ad hoc dico, quòd utraque eſt uera alia, & alia ratione, nã non eſt defectibilis in ſe, pro quanto non habet principiũ intrinſecum ſuæ defectionis, puta compoſitionem ex contrariis, vel materiam cum priuatione, & eſt defectibilis in ſe, pro quãto eſt talis naturæ, quæ non habet eſſe à ſe, ſed acquirit eſſe ab alio, & perſeuerat in eſſe manutẽtione ſui agentis. Vnde illud eſt ſimpliciter, & omnino indefectibile, quod habet eſſe ex ſe, & hoc tantum non indiget conſeruante, ut Deus. Ad argumentum ergo dico, quòd ideo conſeruãtur, quia eſt defectibilis in ſe, non per principium intrinſecum defectionis, ſed quia eſt talis naturæ, quæ non habet eſſe ex ſe, ſed ab alio: & cum arguitur: ergo eſt poſſibilis, non eſſe in ſe, nego conſequentiam: quoniam non eſt defectibilis per principium intrinſecum: ſimiliter alia conſequentia non ualet: ergo non eſt neceſſaria logicè nec metaphyſicè: logicè quidem concedo, quia non habet eſſe ex ſe, ex conſequenti non implicat contradictionem, ipſam non eſſe: metaphyſicè autem nego, quoniam caret principio ſuæ defectionis intrinſeco: hæc eſt uia Beat. Thom. quam reputamus Peripateticam, ſecundum quam neceſſarium & poſſibile debet ſumi penes cauſas proximas & intrinſecas, ut dicemus, cum loquemur de uoluntate Dei, quomodo eſt cauſa rerum.

In reſponſione ad ſecundum, Aduerte quod B. Tho. perfunctoriè tranſit, quoniam de Angelis nondum tractatum eſt: ſufficit ergo pro nunc ſoluere argumentum, unde autem Angelus ſortiatur immobilitatem electionis, & cuius electionis, dicemus cum loquemur de uoluntate Angeli. Item quomodo in Angelo beato ultra immutabilitatem loci, remaneat uariatio ſecundum intellectionem obiectorum naturalium, dicemus cum loquemur de intellectu Angeli.

In reſponſione ad tertium, Aduerte quod intendit formas eſſe uariabiles, non quia ipſæ uarientur per ſe, ſed per accidẽs, puta uariato ſubiecto, uariatur accidens, quia deſinit unum accidens, & aduenit alterum. idem intellige de materia prima & formis ſibi inuicem ſuccedentibus in ea. Vnde ſolet dici quod forma licet non ſit ſubiectum uariationis: ſed tamẽ terminus, à quo aut ad quem.

¶ Quæſtio Decima.

Articvlvs I.

Vtrum æternitas bene diffiniatur à Boetio.

SICVT in cognitionem ſimplicium oportet nos venire per compoſita. ſcilicet prius cognoſcere conditiones cõpoſitorum & earum oppoſitas attribuere ſimplicibus, ita in cognitionem æternitatis oportet nos venire per tempus. ſ. aſſignare conditiones temporis & rei menſuratas per tẽpus, & earum oppoſitas attribuere æternitati & rei æternæ.

Cum enim in quolibet motu ſit ſucceſſio. Aduerte quod hæc declaratio ſumitur ex 4. Phyſicorum, tex. 100. & 101. ubi philoſophus declarat, quod tunc apprehendimus tempus, quando in motu apprehendimus partem & partem, & unam ſuccedere alteri, & poſteriorem ad priorem ut diffuſius illic uidere poteris.

Quod nihil aliud eſt quam numerus prioris, & poſterioris in motu. Aduerte quòd ly, numerus ſtat pro menſura & eſt formale in tempore ly, *prioris & poſterioris*. ſtat pro materiali, & quoniam numerare eſt opus animæ: inde uidetur quòd tempus non habeat ſuum eſſe completum niſi per animam, ſed de hoc iã formaui quæſtionem in 4. phyſ. recurre illuc, quoniam hic eſt uelut impertinens.

Sic igitur ratio temporis conſiſtit vſque ibi *conſiſtit ratio æternitatis &c.* Aduerte quòd ly, in apprehẽſione poteſt dupliciter exponi, primo ut idem ſit quod in apprehendere & in cognoſcere reſpectu noſtri intellectus, & ſic non eſt uerum, quod in tali actu cognoſcendi uniformitatem diuini eſſe, conſiſtat ratio completa æternitatis, nam cum illa apprehenſio habet rationem formalem proportionaliter, ſicut numero in tempore ſequeretur quòd ſicut tempus non habet eſſe completum, niſi per animam, ſic nec æternitas, quod uidetur abſurdum, cum ſit attributum, & diuina perfectio, quæ nullo modo pendeat à noſtro intellectu. ſecundo ut ſit idem, quod ratione uniformitatis, ſumendo rationem non formatam à noſtro intellectu, ſed ex parte rei, quaſi dicat ſicut ratio prioris, & poſterioris in motu eſt ratio temporis ex parte rei, ſic, ratio uniformitatis diuini eſſe eſt ratio æternitatis, & hoc eſt uerum, & intentum Beat. Thom. Sed quæritur quando dicit Beat. Thom. quòd in apprehenſione uniformitatis &c. Vtrum ly, uniformitas in definitione æternitatis habeat rationem formalis aut materialis, neceſſe eſt enim ut proportionaliter tempori inueniamus formale, & materiale in definitione æternitatis. Capr. in 1. diſtinc. 9. q. 1. art. 3. ad ſecundum Aureoli, contra primam dicit quòd ſtat pro materiali, & vult quòd ſicut ratio tẽporis cõpleatur per hæc duo. ſ. numerus prioris & poſterioris. ita ratio æternitatis compleatur per hæc duo. ſ. unitas, ut habet rationem menſuræ, & opponitur numero, & uniformitas di-

uini eſſe, & primum eſt formale. ſecundum autem materiale, [A] oppoſitum difformitati motus: & fundat ſe ſuper B. Thom. in 1. diſtin. 10. quæſtio. 2. ad 1. ubi dicit permanentiam actus ſecundum quod intelligitur in ratione unitatis, quæ habet rationem menſuræ, complet rationem æternitatis, hæc B. Thom. & Capre. per ly, permanẽtiam actus intelligit vniformitatem eſſe diuini.

Expoſitor tenet, quòd ſtat pro formali, quoniam in ſcientia ſemper formalis intellectus præponitur materiali, quando æque ſaluari poteſt, & dicit quòd Capr. committit nugationẽ, dicendo æternitatem eſſe vnitatem vniformitatis diuini eſſe, quoniam non differunt vniformitas & vnitas, niſi ut genus, & ſpecies, eſt enim vniformitas ſpecies unitatis, ergo ſicut eſt nugatio, dicere animal homo, ſic in propoſito, & dicit quòd B. T. primo ſententiarum pro eodem ſuſcepit vnitatem pro quo & hic ſuſcipit vniformitatem ſcilicet pro formali in æternitate: ſed in primo, ſentẽtiarum aſſignauit genus remotum ſcilicet [B] unitatem. hic autem genus proximum ſcilicet uniformitatẽ. & propterea ſecundum ipſum declaratio poſita in prima parte eſt melior, & magis propria.

Cõtra Caietanum.

Sed hæc obiectio parum ualet: falſum eſt enim quòd ſemper committatur nugatio, quando apponitur ſpecies generi. poteſt enim apponi vt contractiua generis, ut cum dicitur animal appoſitiuè homo currit ſicut poſſet dici in propoſito: ſed aliud eſt quòd Capr. dum format diffinitionẽ æternitatis declarat ſe uirtualiter quomodo ſumat uniformitatẽ, non enim accipit ipſam in abſtracto & in recto, ut credit expoſitor, ſed in obliquo, & in concreto proportionaliter diffinitum temporis, unde ſic dicit ſicut ratio temporis eſt numerus prioris & poſterioris in motu, ſic ratio æternitatis eſt unitas diuini eſſe non difformis, nec uariabilis: hæc ille, & ſic patet quòd non committit nugationem & optimè declarat rationem æternitatis per oppoſitas conditiones temporis, ut docuit agendum [C] B. Thom. in præſenti articulo, ſequendo iam Capreol. uidebis ſoluta quatuor argumenta Aureol. quibus probat, quòd æternitas non conſiſtit in ratione uniformitatis, ſicut nec ratio tẽporis in ratione difformitatis &c. Omnia enim concludunt, quòd vniformitas non ipſum formale, ſicut nec difformitas in motu. item quòd præciſa uniformitas non perficit rationẽ æternitatis, quod & nos concedimus, & ideo non adduco ea. uide tu in Capreol. 1. diſt. 9. quæſt. 1. artic. 2. contra primam in primo loco.

Item ea dicuntur menſurari tempore quæ. vſque ibi *finem habere poteſt.* Aduerte quòd ly, *principium & finem* non intelligitur quo ad tempus rei, quaſi quod omne menſuratum tẽpore incipiat eſſe, & deſinat eſſe in tempore: aliter cœlum non eſſet æternũ, nec poſſet eſſe, neceſſet incorruptibile, ſed intelligitur quoad durationem, pro quanto menſuratur tempore, menſurantur autem inquantum exiſtunt ſub motu, intendit ergo quòd ea [D] menſurantur tempore, quæ ut exiſtunt ſub motu, habent principium & finem ſui motus in tempore, principium autem & finis motus ſumuntur à principio & fine exiſtentiæ uel magnitudinis rei mobilis. Exiſtentiæ quidem ut in omnibus generabilibus & corruptibilibus in quibus datur alteratio. Magnitudinis uero, ut in omnibus mobilibus, motu locali, aliter tamẽ, & aliter in mobili motu recto, & in mobili motu circulari. nã in primo datur principium & finis diſtincta formaliter, & realiter: in ſecundo uero ſufficit diſtinctio ſecundum rationem: Idem enim punctus eſt principium & finis in motu circulari, & hoc intendit B. Thom. cum dicit *& hoc ideo, quia in omni eo, quod mouetur.* Sed contra, ſi ea ſolum menſurantur tempore, quæ ut exiſtunt ſub motu, habent principium & finem ſui motus in tempore, ſequitur quòd cœlum ut motum non menſuretur tempore.

Ad hoc negatur conſequentia: quoniam licet totalis motus ſecundum philoſophum non inceperit in tempore, tamẽ quælibet [E] circulatio incipit, & terminatur in tẽpore, & hoc ſufficit ut menſuretur tẽpore. unde uerum eſt dicere, quòd totus motus cœli menſuratur tempore, exponendo ſic, quia nulla eſt circulatio, nec eius, quæ non menſuretur tempore, non tamen totus ut totus, quoniam ſi eſſet æternus, eſſet infinitus, ex conſequenti immenſurabilis.

Quod vere eſt immutabile omnino. Sicut nec ſucceſſionem, id eſt uariationem & difformitatem habet in ſe, ita nec principium nec finem ſcilicet nec in eſſe, nec in magnitudine, nec quacunque alio modo poteſt habere, & ſcias, quòd tota hæc ratio fundata eſt in 4. phyſicorum tex. 117. ubi inquit philoſophus, neceſſe eſt omnia quæ ſunt in tempore contineri ſub tempore, ut quæ ſunt in loco ſub loco. hæc ille: & paulo infra ponit correlarium dicens, quare manifeſtum eſt, quoniam quæ ſemper ſunt ſecundum quod ſemper ſunt, non ſunt in tempore. neque etiam continentur ſub tempore, neque eſſe eorum menſuratur tempore.

Sic ergo ex duobus notificatur &c. uſque in finem articuli. Aduerte quòd Boet. tres partes inſinuat, prima interminabilis uitæ, ſecunda tota ſimul, tertia & perfecta poſſeſſio, & B. Thom. reddit rationem primæ & ſecundæ, ſed non tertiæ expreſſe, quoniam hanc declaraturus erat in reſponſione ad quintum: potes etiam dicere, quòd tertia nõ diſtinguitur à ſecũda, quod enim totum ſimul perfectum eſt: unde & in tertio phyſicorũ totum & perfectum ſunt idem: appoſuit autem Boetius perfectã: cauſa maioris expreſſionis & ornatus.

Articvlvs II.

Vtrum Deus ſit æternus.

NEc ſolum eſt æternus, ſed eſt ſua æternitas, cum tamẽ nulla alia res ſit ſua duratio. Aduerte, quòd ex his uerbis trahuntur tria: primò quòd Deus eſt ſua æternitas, ſecundo quòd nulla alia res eſt duratio: tertio elicitur, quòd æternitas, poteſt dici duratio: deinde ante primum probat ſecundum, & intendit hoc medium: nulla alia res à Deo, ſumendo rem pro exiſtente, ut quod eſt ſuum eſſe: ergo nec eſt ſua duratio: Antecedens ſupponitur & probatur conſequentia. Magis diſtat duratio à re durante, quam eſſe à re: ergo ſi eſſe rei, quod eſt proximius non eſt idem cum re, nec duratio: ergo magis diſtat: ex hoc ſecundo probatur primum, quoniam eſſe Dei eſt ipſe Deus, ergo eſt ſua æternitas, nam ſi negatio eſt cauſa negationis, affirmatio eſt cauſa affirmationis: Quantum ad tertium, quòd æternitas ſit duratio.

Aduerte quòd duratio formaliter dicit manentiã ſiue moram in eſſe: ſicut autẽ diuerſificatur ipſum eſſe, ſic & ipſa mo[C]ra. Eſt igitur quoddam eſſe omnino immutabile & uniforme, ut eſſe diuinum, eſt aliud eſſe cõiunctum mutationi, ſiue ſubſtantiali, & accidentali ut in corruptibilibus, ſiue accidentali tantum, ut in ſuperioribus corporibus, & in abſtractis: duratio igitur diuini eſſe, quoniam eſt proportionata illi, caret omni prioritate & poſterioritate, ante & poſt, maioritate & minoritate, & omni diſtenſione, ſed eſt ſicut indiuiſibile, & unitas.

Duratio vero eſſe creati compatientis ſecum aliquam uariationem aliquo modorum, ut dixi ſecum habet omnes has cõditiones, maior & minor, prior & poſterior: ſed diuina duratio habet has tantum eminenter, uel ut dicit Capreol. in 1. diſt. 9. quæſtio. 2. ad primum Aureoli in 4. loco duratio diuina, poteſt dici menſura non quia inferat prius & poſterius, ſed quia attingit omnes alias durationes, & non exceditur, ſed excedit eas ſine omni diſtenſione: ex hac declaratione uidebis ſoluta [D] argumenta Aureoli in Capr. ubi ſupra: omnia enim probant quòd duratio includit diuiſionem & ante & poſt: quod nõ eſt uerum de duratione ut duratio eſt, ſed tantum de duratione eſſe non omnino immutabilis aut ſecundum ſe, aut ratione adiuncti: de duratione autem diuini eſſe, cum ſit alterius rationis & ordinis, non uerificantur hæc niſi eminenter.

In reſponſione ad primum nota quòd B. Thom. in 4. phyſicorum textu 104. & eſt lectio 18. adducit eandem ſententiam quam & hic, & incipit, *ex hac autem conſideratione de ſaeculi poteſt accipi intellectus æternitatis.*

Aduerte ſecundo quòd B. Thom. ut patet ibidem non aliter intendit, nunc ſuo fluxu cauſare tempus quam punctum ſuo fluxu cauſare lineam: conſtat autem quòd punctus non poteſt realiter fluere, quoniam ex 6. phyſicorum, nullum impartibile poteſt per ſe moueri. ille igitur fluxus eſt imaginatus & apprehenſus tantum: & ideo dicit B. Thom. ibidem: imaginemur ſecundum Geometras: quòd punctus motus faciat lineam, ex conſequenti cauſat lineam non realiter, ſed apprehenſiue in noſtro intellectu: quoniam nõ poſſemus cognoſcere ſolam longitudinem, niſi imaginemur tale indiuiſibile ſe habere ac ſi flueret: ex conſequenti, non realiter cauſat tempus, ſed apprehẽſiuè in noſtro intellectu, realiter enim cauſatur tempus à quo cauſatur primus motus, quoniam uel eſt idem realiter cum primo motu, uel eſt paſſio eius, ab eodem autẽ cauſatur ſubiectum, & paſſio quodam ordine, & propterea dicit B. Th. quod cauſatur in nobis apprehenſio temporis ex fluxu non reali, ſed imaginato ipſius nunc & non dicit quòd cauſatur realitas temporis: eodem modo intelligendum eſt: quod nunc ſtans. id eſt, apprehenſum ac ſi ſtaret, cauſat non realiter æternitatem (quoniam cum ſit attributum diuinum eſt improducibile) ſed apprehenſiue: apprehendimus enim quod ſicut nunc ſi flueret, cauſaret durationem fluentem, ita ſi ſtat, cauſat dura-

Universidad de Deusto Biblioteca

ſat durationem permanẽtem, & indiuiſibilem, qualis eſt æternitas: cauſat igitur notificatiuè, ſed non realiter. Aduerte tertio quòd Aureolus, ut recitat Capr. in 1. diſt. 9 quæſt. 1. art. 2. in 3. loco arguit contra hanc propoſitionẽ, *nunc ſtans cauſat æternitatem*, & principaliter arguit, quòd non poſſit concipi, nec apprehendi nunc vt ſtans: immo eſt implicare contradictionẽ dicere, nunc ſtans, ſicut ſi diceret motus permanens: & eius principale fundamentum eſt, quia credit quòd inſtare, accedere, adeſſe, & non poſſe his demonſtrari, ſint de ratione quidditatiua inſtantis, ut inſtans eſt: ſed nos dicimus, quòd inſtans, vt inſtans, non dicitur vniuocè de inſtanti temporis & æternitatis, & quòd illæ conditiones non conueniunt niſi inſtanti temporis, nec philoſophus aut Commentator cognouerunt niſi hoc inſtans, ſed hoc ſolum eſt de conſideratione phyſica: ſi autem quæres, quæ ratio formalis inſtantis, ut inſtans eſt. Reſpõdeo quod eſt eſſe indiuiſibile quid in omni duratione, nec plura ſunt de ratione eius formali: ideo argumenta Aureoli non
G valent contra nos. Aduerte quarto, quòd arguit contra hoc: nunc ſtans cauſat æternitatem, ut recitat Capreo. ibidem in ſecundo loco: ſed non eſt neceſſe, ea adducere: peccant enim ſicut præcedentia in hoc fundamento quod imaginatur, nunc, & nunc eſſe uniuoca ad nunc temporis & æternitatis & durationem omnem includere ſucceſſionem & diſtenſionẽ, ex conſequenti, quòd omnis duratio cauſata ab ipſo nunc ſit extenſa ſucceſſiua, ſicut eſſe cauſatum à puncto eſt extenſum permanens: ſed ut iam diximus de ratione formali durationis eſt tãtum manentia in eſſe: quòd autem ſit ſucceſſiua uel non, hoc pendet ab eſſe menſurato, ſicut tempus ex motu habet ſucceſſionem & prius & poſterius: & propterea nũc ſtans cauſat durationem ſtante, quæ eſt menſura eſſe omnino ſtantis idest diminutum autem fluens cauſat durationem fluentem quæ autem differentia ſit inter nunc æternitatis & nunc æui cum utrumque uideatur ſtans, dicam infra. patet igitur quòd Au-
H reolus laborat in æquiuoco. Et ſi dicas ſicut ſe habet pũctus ad lineam, ſic nunc ad durationem, ſed punctus non poteſt cauſare lineam inextenſam: ergo nec nunc durationem inextenſam, & non ſucceſſiuam qualem ponis æternitatem. Ad hoc dico, quòd ſimilitudo non ualet niſi in hoc, quòd ſicut punctum eſt quid indiuiſibile cauſatiuum lineæ, ſi nunc eſt quid indiuiſibile cauſatiuum durationis: in præſenti autem applicatione, non ualet, quoniam punctus ut punctus eſt uniuocum & ideo non cauſat lineam diuerſarum rationum, puta extẽſa, & non extenſa: nunc autem eſt non uniuocum ad nunc principium temporis, & ad nunc æternitatis: ideo non eſt par ratio de puncto, & de nunc.

Articvlvs III.

Vtrum eſſe æternum ſit proprium Dei.

Circa tit. Aduerte, quòd æternum ut patet ex art. 1. duo includit ſcil. certam immutabilitatẽ & interminabilitatem, quæ poteſt eſſe ex parte utriuſque extremi, ut ſi ponatur motus cœli non incœpiſſe, nec deſinere: uel ex parte alterius extremi, ut ſi ponatur cœlum incœpiſſe, & tamen non deſinere, uel cõuerſo. B. thom. in tit. intendit de æterno quoad utramque conditionem ſimul, & propterea reſpondens ponit concluſionem per excluſiuam. quantum enim ad interminabilitatem patet: quòd conuenit alteri à Deo ut cœlo, & Angelo, licet de facto ex parte unius extremi, tamen de poſſibili ex parte utriuſque: & philoſophi tenent de facto mũdum æternum, & tempus æternum quod tamen ueritas fidei non concedit.

Quædam igitur quantum ad hoc &c. & vſque ibi *æternitas Angeli*, Aduerte quòd licet indeſinentia in eſſe conueniat terræ, & alijs elementis, & Angelis, non tamen eadem ratione: quoniam Angeli nullomodo quo ad eſſe ſubſtantiale deſinunt eſſe: elementa uero cum habeant materiam ſubiectam priuationi, ſecundum partes deſinunt eſſe, cum ad inuicem tranſmutentur ex ſecundo de generatione & perſeuerant ſecundum totum, idest per æquiualentiam tantum, ut expoſuimus ſupra in quæſtio. 2. artic. 3. defenſantes B. Thom. contra Aureolum in defenſione tertiæ reſponſionis: poſt ceſſationem autem motus cœli terra conſeruabitur in eſſe ſine termino durationis, & ſecundum partes, & ſecundum totum ex diuina uirtute: & pro ſtatu illo propriè uerificatur dictũ ſcripturæ: terra in æternum ſtat.

In reſponſione ad ſecundum: *unde tamen in inferno non eſt uera æternitas, ſed magis tempus*. Aduerte quòd in hac reſpõſione duo dicuntur, primum eſt quòd æternitas ex principali importat immutabilitatem, eo quòd eſt menſura eſſe omnino
F uniformis: & propterea ex ſola interminabilitate nõ datur uera æternitas ſecundum eſt, quòd poſt motum cœli adhuc dabitur tempus in inferno: ergo non omne tempus eſt menſura primi motus, quale autem ſit hoc tempus, an continuum an diſcretum, dicemus, cum loquemur de motu Angeli.

In reſponſione ad tertium, Aduerte quòd intendit implicitè neceſſarium eſſe duplex, ſ. incomplexum, ut Deus, cœlũ Angelus: & de hoc negandum eſt, eſſe æternum q. ſit neceſſarium ab intrinſeco & ab extrinſeco, qualis eſt ſolus Deus. ut diximus in u. præcedenti artic. 1. Et complexum, ut propoſitiones per ſe & principia prima, & tale neceſſarium concedit non pe æternum non quo ad eſſe, ſed quo ad ueritatem: ſunt enim immutabilis ueritatis ad differentiam propoſitionum contingentiũ, quarũ ueritas mutabilis eſt. Vnde propoſitio categorica in materia contingenti reducta ad modalem ſignificatur per ly, poſſibile, ut Sortẽ ſedere, eſt poſſibile: per quod notatur q. mo-
G dus ueritatis importatus per talem modalem, eſt mutabilis de uero in falſum, & è conuerſo. Categorica autem in materia naturali & per ſe reducta ad modalem ſignificatur per ly neceſſe, ut hominem eſſe animal, eſt neceſſe: per quod notatur q. modus ueritatis importatus per talem modalem, eſt immutabilis, ex conſequenti æternus, & hoc eſt, quod dicit B. Thom. quòd neceſſarium, ſcilicet ſumptum in propoſitione modali ſignificat quemdam modum ueritatis, ſicut poſſibile ſumptũ eodem modo, ex quo tamen non habetur q. aliud extra Deum ſit æternum, quoniam ueritas propoſitionis eſt tantum in intellectu: ergo ueritas æterna eſt in intellectu æterno, q. eſt Dei ſolus intellectus.

Articvlvs IIII.

Vtrum æternitas differat à tempore.

H *Si tamen ex dicta differentia &c.* vſque ibi & finem in tempore. Aduerte quòd hanc propoſitionem declarauimus in 1. art. huius quæſt. quare illic, *Vnde ſi motus cœli &c.* & vſque *totam durationem*. Aduerte quòd Scot. in 2. diſtin. 2. q. 3. ibi *conceditur conſequens propter iſtam rationem*. Improbat dictum B. Thom. dupliciter primo ſic: aliquid eſſe in tempore eſt ſicut aliquid eſſe in numero: ſed non eſt de ratione exiſtentis in numero quod excedatur à numero: ſed ſufficit, quòd quælibet pars numerati excedatur à tali numero, quia ipſum numeratũ eſt maius ſua parte, & ipſum totũ adæquatur ſuo numero, ergo à ſimili nõ eſt de ratione exiſtentis in tempore, quod excedatur à tempore, ſed quòd ſit uariabile, & habeat aliam & aliam diſpoſitionem, & quod quælibet eius diſpoſitio excedatur à tempore: igitur cũ primus motus, dato q. eſſet æternus, habeat quamlibet circulationem, quæ excedatur à tempore, licet ſecundum
I ſe totum non excedatur, ſed adæquetur poteſt dici menſurari tempore: ſecundo ſic cuilibet menſuræ uniformi aſſignandũ eſt primum, & adæquatũ ſuum uniforme adæquatum: ſed tẽpus æternum eſt menſura uniformis, cum ſecundum omnes partes ſit ſucceſſiua & regularis ergo aſſignandum eſt ſibi adæquatum menſuratum uniforme: hoc autem non poteſt imaginari, niſi totus motus cœli, ergo.

Ad hoc dico quòd fundamentum Scot. eſt contra philoſ. nam in 4. phyſicorũ. tex. 117. dicit ſic, quoniam autem ſicut eſt in numero ſic eſt in tempore, accipiatur ad plus tempus omni eo, quod eſt in tempore hæc ille, & ſubdit unde neceſſe eſt omnia, quæ ſunt in tempore, contineri ſub tempore ex quibus habemus, quòd omne menſuratum tempore, exceditur à tempore: ſed ſecundum Scot. Totus motus æternus non ſolum quo ad ſingulas partes menſuratur tempore, ſed ut totus: ergo neceſſe eſt, ut tempus excedat non ſolum ſingulas partes, ſed etiã
K totum, ergo non ſufficit adæquari, quod ponit Scot. & hæc eſt intentio Commentatoris ſuper eundem text. Vnde inquit omne quod eſt in tempore, tempus excedit in duobus extremis. quod autem dicit Scot. de numero, quòd non eſt neceſſe excedere numeratum, ſed ſufficit adæquare: falſum eſt ſumendo numerum in tota ſua latitudine, quoniam cum numerus tendat in infinitum, poteſt dari maior numerum quocunque applicato cuilibet numerato. Vnde dicit Commentator ſuper eundem text. & omne, quod eſt numeratum in aliquo numero, numerus excedit ipſum in duobus extremis. Fallitur autem Scot. quoniam non conſiderat totam latitudinem numerorum, qui creſcunt in infinitum, ſed hunc numerum, puta x. applicatum x. lapidibus, de hoc conſtat, quòd non eſt neceſſe excedere ſuum numerum, ſed ideo nihil eſt. ad hoc enim quòd decem lapides menſurentur numero, neceſſe eſt, ut adæquetur ſuo numero. ſ. x. & ultra hoc, quòd detur maior nume-

rus quam

rus quam x. ex his igitur dico ad primum Scoti quòd tam in numero quam in tempore non ſufficit adæquatio, ſed requiritur excedentia, & quo ad ſingulas partes, & quo ad totum ſecundum mentem philoſophi & Cõmentatoris: ideo Scotus in hoc deuiat a philoſopho. Ad ſecundum dico, quòd ſufficit cuilibet menſuræ aſſignare ſuum adæquatum menſuratum, quod ſit menſurabile aut ſecundum totum, aut ſecũdum partes ſingulas. Et hoc ſufficit: & ſic concedimus totum primum, motum æternum menſurari tempore: & ſi dicatur, ergo totus motus, ut totus, eſt ſine menſura, concedo, quoniam infinitũ eſt immenſurabile. Et ſi dicas, quòd eſſe creatum, uel creabile eſt conſiſtentem in aliqua menſura: concedo quoad determinatum gradum entitatis: non autem quoad extenſionem, ut patet ſi daretur linea infinita uel creſceret in infinitum.

In reſponſione ad ſecundum, *nunc temporis eſt idem ſubiecto*. idest, ut eſt quoddam ens, *in toto tempore, ſed differens ratione* id
B eſt vt apprehenditur in continuo fluxu, aliter, & aliter ſe hẽt & ſic cauſat tempus: ſicut mobile manẽs idem ſecundum ſubſtantiã, & uariatum ſecundum diuerſa ubi cauſat motum &c. Aduerte quòd eandem ſententiam ponit Be. Thom. in 4. phyſicorum text. 104. & incipit ibi, *ipſum autem nunc eſt quidem ſicut idem &c*. Sed contra hanc reſponſionem arguit Scot. in 2. d. 2. q. 2. ad hoc ſ. ſunt duæ rationes philoſophi, ſed antequam adducam argumenta propono quòd ipſe deceptus fuit in duob. qa non agnouit diam inter nunc extrinſecum & intrinſecum nã extrinſecum eſt tm̃ vnum. & correſpondet mobili ut menſura, & non eſt ſubſtantia mobilis, ſed unitas ipſius vt ſub motu, & non cõtinuat nec terminat tempus, ſed cauſat ipſum ſuo fluxu imaginariè, ſed non realiter, ſicut punctus fluẽs cauſat lineam: intrinſecum autẽ plurificatur, ſicut plurificantur mutata eſſe in motu, & ſic mutata eſſe non ſunt aliud, quã diuerſa eſſe ipſius mobilis ut eſt ſub motu, quoniã ſemper aliter
C ſe habet, ita nũc intrinſeca ſunt diuerſa eſſe ipſius nunc extrinſeci fluentis imaginariè, & correſpondentes mutatis eſſe, ut menſuræ ſuis menſuratis, & hæc nunc intrinſeca continuant & terminant tempus. In hac igitur reſponſione B. Tho. quando dicit quòd eſt idem nunc ſubiecto in toto tempore, intendit de nunc extrinſeco: quando dicit, quòd eſt diuerſum ratione, intendit quod eſt diuerſum ſecundum diuerſa eſſe acquiſibilia ſibi, ut cauſat tempus, & talia diuerſa eſſe, ſunt nunc intrinſeca ſicut diuerſa eſt ipſius mobilis, ut eſt ſub motu ſunt diuerſa mutata eſſe.

Secundo deceptus eſt quia credidit, omne diuiſibile eſſe actu terminum alicuius continui, uel partem alicuius diſcreti: quod non eſt uerum de indiuiſibili cauſante ſuo fluxu extenſionem, ſiue permanentem, ſiue ſucceſſiuam, quod dicitur indiuiſibile extrinſecum: propoſitio igitur aſſumpta à Scot. non eſt uera niſi de indiuiſibili intrinſeco: Ex his uidebis faciliter ſolutã argumenta eius quæ recitantur etiam à capreol. in 2. d. 2.
D quæſt. 1. contra ſecundam & 12. & 13. in ordine, & quoniam ipſe ſoluit iuxta declarationem hic præmiſſam, ideo non addiſco eam vide.

In reſponſione ad tertium *eſſe vero rerum corruptibilium, &c.* vſque ibi *æternitate ſed tempore*, Aduerte quoniã idem recitat in articul. ſequenti, ideo illic defenſabitur contra. Henricum & Scot.

Articvlvs V.

Vtrum Aeuum differat à tempore.

Circa titu. Aduerte quòd licet proponat dubium de æuo & tempore, tamen reſpondens pertractat differentiam æui
E ab æternitate & tempore, qualis eſt differentia medij ab extremis ex hoc enim res. &c. uſq; ibi eſſe tranſmutabilẽ Aduerte q. ratio fundatur ſuper quartum phyſicorum in text. 117. vbi inquit philoſophus de menſuratis, & tempore: tabefacit tempus, & ueteraſcunt omnia ſub tempore, quæ ſcilicet habẽt eſſe tranſmutabile: unde infert philoſophus illic, quòd quæ ſunt ſemper, ut ſunt ſemper non ſunt in tempore.

Et extranſmutabilitate &c. vſque *eſſe tranſmutabile*. Aduerte q. ratio fundatur ſupra 4. phyſicorum tex. 99. ubi philoſophus docet, quòd prius & poſterius primo inueniuntur in magnitudine, ſecundo in motu, tertio in tempore: ita quòd ex primo ſequitur ſecundum & ex ſecundo tertium: & ſic patet, quòd ex uariatione, quæ eſt in motu ſequitur uariatio in tempore, vt in ſua propria menſura: ex quo ſequitur quòd ſi menſuratum non habet prius & poſterius, nec ipſius menſura habebit
A ita quod ſicut affirmatio eſt cauſa affirmationis, ita negatio eſt cauſa negationis.

Sed aduerte quòd Scot. in 2. diſt. 2. quæſt. 1. ibi, *ad argumenta contra illam propoſitionem ad primum quod probat contradictionem ſequi &c.* conatur ſoluere hanc rõnem, & dicit q. illa propoſitio, *extranſmutabilitate menſuratis*, non eſt neceſſario vera quia ſtat eſſe innouationem & diſtinctionem partium in duratione alicuius, & tamen non in exiſtentia vel in eſſe illius, cuius eſt talis duratio, & ponit exemplum de carne, quæ ſi non haberet partem & partem ſub eadem quantitate permanente. tamen & eſſet alietas partium in ipſa extenſione formaliter: 1. in ipſa quantitate, cum de ratione quãtitatis ſit poſſe diuidi in partes abſque diſtinctione partium. i. corporis, cui accidit extẽſio talis. Et cum probatur, quòd non eſt diſtinctio in menſura niſi fuerit in menſurato per philoſophum in 4. phyſicor.
B inquit Scot. Dico, quòd bene ſequitur ſi partes temporis ſunt aliæ, & partes motus ſunt aliæ, ſicut ſequitur ab effectu ad cauſam, ſed non eſt neceſſe, quòd in quibuſcunq; partes durationis ſunt aliæ, quòd aliqua diſtinctio partium prior, ei ſit cauſa huius diſtinctionis: quia illa, quæ alicui eſt ſecunda, in alia poteſt eſſe prima. exemplum huius eſt ignis, qui calefacit & exiccat propter accidentia diſtincta in eo. ſ. propter calorem & ſiccitatem, ita quòd diſtinctio harum actionum eſt ſecunda, ſupponens diſtinctionem accidentium in igne, ut priorem: tamẽ non eſt neceſſe, hunc ordinem ſeruari in omnib. nam in ſole eſt utraque actio, & tamen non reducitur ad priorem diſtinctionẽ accidentium cum eadem qualitate, puta luce vt æquipollet calori, & ſiccitati, vtramque cauſet actionem, ſic inquit Scotus dicendum eſt in propoſito.

Sed quòd hæc ſolutio non poſſit ſtare patet hic. ſi menſura eſt habens partes, & menſuratum ſit indiuiſibile: ergo nõ certificabit menſuratum, quoniam ex x. metaphyſico. text. 36. *me-*
C *trum cognatum eſt. i.* vnius generis cum menſurato: propter quod inquit philoſophus magnitudinem magnitudine metimur. ſed diuiſibile & indiuiſibile nõ ſunt cognata, nec proportionata ut patet, ergo &c. igitur mẽſura non poteſt habere partes niſi & menſuratum habeat aliter non erit menſura. Vnde patet q. Scot. contradicit philoſopho in x. metaph. exemplum autem ſuum de carne nõ eſt ad propoſitum: dato enim quòd caro non haberet partes, & quantitas ſecundum ſe habet partes tamen non poterit dici ſtante illo caſu, quòd caro ſit menſura & quantitas ſit eius menſura cum non proportionentur diuiſibile & indiuiſibile: exemplum de igne non ualet quoniam actiones ignis & accidentia ſua, quæ ſunt principia earum actionum non ordinantur: ſicut menſura, & menſuratum, & ratio non inconuenit ab aliori principio diuiſo prouenire immediate plures actiones: ſtando autem in propoſito de menſura, & menſurato non inconuenit in aliqua natura quòd partes menſuræ ſupponant partes menſurati ut priores, ſicut
D effectus ſupponit cauſam: unde patet quod Scot. conatus reprobare propoſitionem Bea. Thom. cum ſit etiam philoſophi in 4. phyſicorum vt diximus, reprobat etiam philoſophum, & ſatis ineptè.

Quædam autem ſic recedunt. vſque *rerum corruptibilium*. Aduerte quod Henricus in 2. quodlibet. quæſt. 11. tenet q. eſſe rerum corruptibilium non menſuratur tempore, ſed nunc temporis diſcreti: & probat duplici medio primo ſic: ſicut eſſe ſubſtantiæ incorruptibilis eſt totum ſic & eſſe ſubſtantiæ corruptibilis: ſed illud non menſuratur tempore etiam, ſecũdum Bea. Thom. ſed æuo: ergo nec iſtud: ſecundo ſicut tempus eſt mẽſura ſucceſſiui diffinitur enim per eſſe, menſuram motus, ſed eſſe ſubſtantiale rei corruptibilis non eſt de genere ſucceſſiuorum, immo permanentium: ergo nõ menſuratur tẽpore. Ad hæc dico, quòd ad hoc quòd aliquid menſuretur tempore ſufficit hanc diſiunctiuam eſſe ueram quòd eſt ſucceſſiuum, uel
E ſubiectum mutationis, quo tendit & diſponitur ad non eſſe ſi eſt ſucceſſiuum, eſt primo menſuratum tempore, ſi eſt ſubiectum mutationis quo diſponitur ad non eſſe, eſt ſecundario menſuratum tempore. Ex his dico ad primum ad maiorem: licet utrumque ſit totum ſimul, prout neutrũ acquiritur per partem poſt partem: tamen eſſe rei corruptibilis eſt ſubiectũ mutationis alteratiuè propter qualitates actiuas, & paſſiuas, ſed illud non, ideo non eſt eadem ratio: dico autem alteratiuè ad differentiam motus localis: nam eſſe ſubſtantiæ cœleſtis eſt coniunctum motui locali, & tamen non menſuratur tempore, ſed æuo, quoniam motus localis ut ſic non uia ad non eſſe.

Ad ſecundum dico quòd concludit eſſe ſubſtantiale rei corruptibilis non primo menſurari tempore: quoniam tempus eſt prima menſura motus: cum hoc tamen ſtat, quod eſt ſecundario mẽſuratum. i. ratione mutationis annexæ, qua diſponitur

ad

Universidad de Deusto Biblioteca

ad non eſſe, & ideo ad inſinuandum hanc differentiam Bea. Thom. in articulo utitur disiunctiua cum dicit quòd eſſe eorum, i. ſubiectum tranſmutationis, uel in tranſmutatione conſiſtit eſt.

Item aduerte quòd Scot. in 2. diſtinct. 2. quæſtio. 4. ibi *Concedo concluſionem &c.* tenet quòd eſſe ſubſtantiæ corruptibilis menſuretur æuo: & ſoluit rationem, cui uidetur inniti D. Thom. quòd menſuretur tempore: & quidem quòd menſuretur æuo fundat ſe ſuper hoc ſuum principium. Quæcunque exiſtentia actualis cui repugnat acquiri per partem, poſt partem, ex conſequenti eſt manens, quam diu manet, eadem menſura menſuratur ſecundum eſſe: ſubſtantia corruptibilis eſt talis, quam diu manet: eſſe ſubſtantiæ incorruptibilis eſt tale, & actiones Angelicæ ſunt tales, quam diu manent: ergo eadem menſura menſurantur. Sed eſſe ſubſtantiæ incorruptibilis menſuratur æuo: ergo & eſſe ſubſtãtiæ corruptibilis nec obſtat inquit Scot. quòd alterum ſit corruptibile: alterum non dummodo exiſtẽtia dum manet ſit eiuſdem rationis, puta quòd ſit permanens & non partibiliter acquiſibilis, quoniam perpetuitas, & corruptio, & annihilatio non uariant menſuram formaliter ſtante exiſtentia eiuſdem rationis dum manet.

Ad hoc dico quòd Maior aſſumpta niſi aliter exponatur, eſt falſa, aliter eſſe diuinum & eſſe hominis eadem menſura menſurarentur: dico igitur quòd non eſt uera: niſi vltra illas conditiones addatur hæc, & à principio intrinſeco non eſt tranſmutabilis eſſentialiter & ſic conceſſa maiore, nego minorem, ergo ad eſſe rei corruptibilis, & quo ad operationes Angelicas: quoniam ex ſe & ab intrinſeco ſunt defectibiles cum ſubſtantia corruptibilis includat materiam ſubiectam priuationi & operationes naturales Angeli, ſunt à potẽtia actiua creata quæ ex ſui natura aliquãdo eſt in potentia, aliquando in actu, unde patet quòd ratio Scot. eſt nulla, nec concedimus perpetuitatem à principio intrinſeco, & corruptibilitatem à principio extrinſeco non uariare menſuram. Ratio cui uidetur inniti Be. Thom. præcipue in articul. præcedenti in reſponſione ad tertium: eſt hæc: quies ex quarto phyſicor. menſuratur tempore igitur illa, quorum eſſe eſt cum motu, quando non ſunt in motu menſurantur tempore, ſicut ſi eſſent in motu tales ſubſtantiæ corruptibiles & eſſe earum &c.

Ad hoc Scot. dicit quòd bene ſequitur quies menſuratur tempore, ergo & motus: quia eſt priuatio motus: ergo ſi priuatio menſuratur multo magis habitus: ſed non ſequitur inquit Scot. ergo exiſtentia rei corruptibilis, permanentis menſuratur tempore: quoniam talis permanentia eſt extra genus ſucceſſiuorum. ſed Scot. non tendit ad ſenſum Beat. Thom. nam intendit Beat. Thom. probare, quòd eſſe rei corruptibilis menſuratur tempore, non præciſè ſumptum, ſed ut adiunctum tranſmutationi alteratiuæ qua res corruptibilis diſponitur ad non eſſe. Scot. autem formans illam conſequentiam: ergo exiſtentia rei permanentis &c. accipit ly, exiſtentiam ſecundum ſe præciſè: & ſic concedimus quòd conſequentia non ſequitur ſi autem ſic formaſſet, ergo exiſtentia rei corruptibilis vt coniuncta tranſmutationi menſuratur tempore: vidiſſet ueritatem conſequentiæ quam intẽdit Beat. Thom. & aduerte quòd ratio Beat. Thom. fundata eſt in 4. phyſicor. text. 118. vbi philoſophus declarans, quomodo tempus eſt menſura non ſolũ eorum quæ mouentur actu, ſed quæ mutabilia ſunt, inquit menſurabit autem tempus, quod mouebitur & quieſcens, ſecũdum quod hoc quidem motum: illud autem quieſcens. hæc ille: ex quo habetur, quod cum omne quieſcens ſit mutabile, ſi omne quieſcens menſuratur tempore, & omne mutabile, ut ſic menſurabitur tempore, & tunc Beat. Thom. aſſumit hanc minorem ſed eſſe rei corruptibilis eſt mutabile ut conſtat: & ideo bene concludit. ergo menſuratur tempore: præcipue quia eſt mutabile ex principio intrinſeco, ut diximus ſupra patet igitur quòd Scot. impugnans Beat. Thom. impugnat philoſophum.

In reſponſione ad primum duæ ſunt propoſitiones defendendæ, primo *Creatura ſpiritualis quantum ad affectiones &c.* Secunda *quantum ad viſionem gloriæ participant æternitatem.*

Cõtra primam, aduerte quòd Sco. in 2. diſtinct. 2. quæſtio. 4. duplici via arguit: primo probat quòd menſurentur æuo, ſecundo quòd non tempore: quantum ad ſecundum ſic arguit: quæ habent vniformem modum mouendi, dum manet, habent menſuram eiuſdem rationis, licet vnum diutius maneat quam aliud: hæc fundamenta videntur ſupra doctrinam Be. Thom. in prima parte quæſtio. 10. in præſenti articul. vbi diſtinguit tres menſuras penes tria eſſe rerum ergo quæ habent eſſe, eodem modo menſurantur eadem menſura: ſed operatio Angeli habet eundem modum eſſendi, quem habet exiſtentia Angeli, quoniam eſt indiuiſibilis, licet tota ſimul ſicut eſſe An-
F geli, cum ſit motus, qui eſt actus perfecti & non actus exiſtentis in potentia: ergo licet non tantum duret quantum eſſe Angeli menſurabitur æuo: ſicut eſſe Angeli. Nec ualet inquit Scot. ſi dicatur, quòd non menſuratur æuo: quia operatio non ſemper erit, & tamen eſſe Angeli ſemper erit: quoniam etiam ſi Angelus cras annihilaretur, menſuraretur, æuo, ergo.

Ad hoc dico quòd maiore conceſſa, minor eſt falſa. nam ad hoc, quòd operatio Angeli habeat eundem modum eſſendi, quem habet exiſtentia ipſius, non ſufficit, quod utrunque ſit indiuiſibile, & non partibiliter fiat, ſed quòd vtrumq; ex ſuo principio intrinſeco ſit indefectibile: quòd autem ſit defectibile à principio extrinſeco, hoc non impedit, puta quòd ſit annihilabile: non modo eſt Angeli, eſt indefectibile ex ſuo principio intrinſeco: quoniam vt ſic, eſt neceſſarium ut docuimus ſupra: operatio autem vtroque modo eſt defectibilis de principio extrinſeco, patet ſicut omne creatum: de principio autem
G intrinſeco probatur, quoniam omnis potentia actiua creata ex ſui natura eſt in potentia ad operationem ſuam, ſicut perfectibile ad ſuam perfectionem: ergo quantum ſit ex ſua naturalitate poteſt habere operationem ſuam, & non habere eam: ex conſequenti operatio eius naturaliter defectibilis eſt: dixi quantum ex naturalitate potentiæ, ut præſeruem me à viſione beatifica, de qua dicam, & ab intellectione, qua Angelus intelligit ſe ipſum: hæc enim eſt perpetua propter continuã præſentiam obiecti, & non propter potentiam intellectiuam Angeli: cum ſecundum ſe ſit in potentia ad omnem actum ſecundum, ut dicemus in tractatu de Angeli. patet igitur quòd ratio Scot. non ualet. Arguit, quòd non menſuretur tempore, ſed quoniam Be. Thom. intendit de tempore diſcreto de quo eſt ſpecialis locus infra quæſti. 57. de motu Angeli, an fiat in inſtanti, & Scot. principaliter intendit reprobare ab tempus: ideo differo huiuſmodi argumenta vſque ad illum locum: nam & Capreol. in illo propoſito adducit in 2. diſt. 2. quæſtio.
H 2. contra tertiam.

Contra ſecundam, Aduerte quòd Scot. in 4 diſtinct. 49. quæſtio. 6. ibi *de ſecundo dubio, ſcilicet qualis ſit &c.* tenet quòd viſio beatifica menſuratur æuo: ſicut eſſe Angeli, & aliæ operationes ſuæ: & contra Beat. Thom. arguit quòd non menſuretur æternitate participata, primo ſic ſubſtantia Angeli immutabilior eſt operatione ſua beatifica: ergo ſi ſubſtantia ſua menſuretur æuo, & operatio eius beatifica, conſequentia nota: Antecedens probatur, quoniam ſubſtantia ſua eſt fundamentum operationis, ergo nobilior, & permanẽtior. Præterea ly, beatifica ſe habet ad operationem beati, ſicut forma, uel qualitas, uel modus operationis ad ſubſtantiam eiuſdem operationis, ſed qualitas aut modus non eſt immutabilior eo cui accidit, quoniam quod eſt per ſe, immutabilius eſt eo, quod eſt per accidens: ergo ſi beati operatio, vt eſt operatio agentis creati ſecundum ſubſtantiã menſuratur æuo, & vt ſtat ſub ly, beatifica
I menſuratur æuo. Præterea menſuratum æternitate, eſt indefectibile, & penitus immutabile ex definitione æternitatis quã ſupra poſuimus. Sed nulla operatio creata eſt indefectibilis, poteſt enim non conſeruari à Deo, & poteſt etiam annihilari: ergo & operatio beatifica ex conſequenti non menſuratur æternitate.

Ad horum euidentiam. Aduerte tria: primo quòd Beat. Thom. nec hic, nec in 3. contra gent. 61. dicit abſolute operatione beatificam menſurari æternitate, ſecundum quòd participat æternitatem: & intendit quòd ſecundario menſuratur æternitate, quaſi dicat, æternitas eſt menſura primo quidem diuini eſſe, & diuinæ operationis, deinde ſecundario viſionis beatificæ: unde æuiternitas & æternitas participata eſt eadem menſura, ſed diſtinguitur ratione ſolum penes primum & ſecundũ menſuratum: vnde non eſt concedendum, quòd æuum ſit idẽ quod æternitas participata: Nec obſtat quod Beat. Thom. dicit
K in quinto quodlibet. quæſtio. 4. articul. 1. quòd æuum eſt quædam æternitatis participatio: intendit enim per participationem, deriuationem, ſicut & tempus deriuatur ab æuo ſecundum Boetium.

Aduerte ſecundo, quòd cum æternitas menſura diuini eſſe ſit, nihil poteſt menſurari æternitate, niſi ſit diuini, & ſupernaturalis ordinis. Vnde omne naturale mobile menſuratur tempore, omne naturale immobile ut ſic menſuratur æuo ſicut eſſe cœli & Angeli & animæ: & quoniam beatus in ſuo intellectu pro forma intelligibili habet diuinam eſſentiam, ex conſequenti eleuatur ab ordine naturali ad ordinem diuinum, ut plenius loquemur in quæſtio. 12. ideo operatio, quæ elicitur ab intellectu ſic eleuato efficitur operatio non naturalis, ſed ſupernaturalis, & dicitur diuina, ſicut beatus dicitur diuinus, ex conſequenti non eſt menſurabilis, niſi menſura diuina.

Aduerte

Aduerte tertio quòd ly, operatio beatifica dicatur immutabilior quacunque operatione elicita à creatura, propter omnimodam præſentiam, & ſufficientiam obiecti beatifici, tamen defectibilis eſt, quoniam omne productum eſt defectibile ex ſubtractione uniuerſalis influxus Dei: & indefectibilior quam ſit ſubſtantia ipſius beati, cum ſit minoris entitatis: quoniam non ratione immutabilitatis præciſè, ſed quia eſt actio diuini ordinis conuenit ei ſic menſurari, ex his patet ſolutio ad obiectiones Scot. Ad primam nego conſequentiam quam reputat eſſe notam: dato enim quòd ſubſtantia beati eſſet immutabilior: tamen eſt in ordine entium naturalium: actio autem beatifica in ordine entium diuinorum. & ideo conſequentia non valet. Ad ſecundum ſupponit falſum, ſcilicet quòd ly, beatifica in ordine entium diuinorum ſit conditio accidentalis, adueniens illi operationi: ſed hoc non eſt verum, immo eſt vt differentia per ſe diſtinguens talem operationem eſſentialiter ab omni operatione naturali, & ex tali differentia efficitur diuini ordinis, & propterea conſiderare talem actionem ſecundum ſe, deinde ut ſtat ſub ly beatifica, eſt falſa imaginatio, ſicut imaginatus eſt Scotus: vnde nego, quòd ſit apta ſecundum ſe menſurari æuo: quoniam non poteſt abſtrahere à ly, beatifica, ſicut homo, non poteſt abſtrahere à rationali. Ad tertiam dico, quòd maior non eſt vera de primo menſurato, ſecundum autem menſuratum poteſt eſſe defectibile dummodo non ſit diuini ordinis.

In reſponſione ad ſecundum *æuum eſt totum ſimul.* Aduerte q; Capreol. in 2. diſtinctio. 2. quæſtion. 2. contra quintam: adducit 12. argumenta, quibus aliqui defendunt opinionem B. Bonauenturæ tenentes, quòd in æuo ſit ſucceſſio, ſiue prius & poſterius: ex conſequenti non eſt totum ſimul. ex quibus arguens vt videbis quarum fundat ſuper dictum Hieron. & ſecundum ſuper dictum Auguſtini ſoluuntur hac reſponſione Beat. Thom. Verum eſt enim quòd licet æuum, in ſe non habeat ſucceſſionem ex conſequenti nec præteritum, nec futurum, tamen ſecum compatitur ſucceſſionem ratione operationum ipſius æuiterni: & ideo licet æuiternum ſecundum eſſe ſubſtantiale non cadat nec ſub præterito, nec ſub futuro, tamen vt operans cadit ſub his differẽtiis, quoniam verum eſt dicere, quòd aliqua operatio eſt præſens aliqua præterita & hac de cauſa vt dicit Beat. Thom. differt æuum ab æternitate.

In reſponſione ad tertium, aduerte, quòd per hanc reſponſionem uidebis ſolutum primum argumentum & vndecimũ: & duodecimum recitata à Capreol. vbi ſuprà: & Capreo. in reſponſione ad primũ ibi, *Tum quia ſi illa reſponſio non placet &c.* optimè declarat reſponſionem hic datam à B. Thom. & expoſitor imitatur verba Capreol. de coexiſtentia actuali uel potentiali, vt uidebis.

In reſponſione ad quartum, *Duratio æui eſt infinita, quia non finitur tempore.* Aduerte quòd ex hac reſponſione ſoluitur argumentum ſecundum recitatum à Capreol. vbi ſuprà, & intendit hanc diſtinctionem infinitum dupliciter, poſitiuè, & negatiuè, primum repugnat creaturæ, non autem ſecundum. Quid ſit utrunque, vide in Capreol. ubi ſuprà in reſponſione ad ſecundum: & quoniam æuum eſt infinitum negatiuè, quia non habet potentiam in ſe, per quam poſſit deficere hodie, non cras, nec poſt cras, & ſic in infinitum: ideo nullum ſequitur inconueniens: ſed aduerte quòd argumentum tertium recitatum à Capreol. ubi ſupra eſt ſicut replica contra reſponſio. Beat. Thom. probat enim quòd ſi æuum eſt infinitum negatiuè, & ſit infinitum poſitiuè: & arguitur ſic: negatio infinitorum defectuum arguit poſitionem infinitarum perfectionum: ergo ſi in æuo eſt infinitas negatiuè ſequitur in eodem infinitas poſitiua.

Ad hoc bene reſpondet Capreol. quòd æuum includit negationem infinitorum defectuum eiuſdem rationis. id eſt qui omnes ſunt eiuſdem ſpeciei, & diſtincti ſolo numero, ut non poſſe deficere hodie, cras, & poſt cras &c. omnes enim partes temporis ſunt eiuſdem ſpeciei: ex conſequenti ponit infinitas perfectiones diſtinctas ſolo numero, puta poſſe eſſe hodie, cras, poſt cras, &c ſed hæc non eſt infinitas poſitiuè ſimpliciter, ſed tantum ſecundum quid, quam non negamus in creatis ut diximus in quæſtio. 7 articu. 2. Tu tamen uide Capreol. quoniam diffuſior, & clarior: ideo nolo immorari. ſimiliter nota quod argumentum ſextum recitatum à Capreol. vbi eſt velut replica ad hanc reſpon. immediatè datam: & intẽdit probare, quòd ſit infinitum poſitiuè ſimpliciter: & arguitur ſic: ſi eſſet aliqua creatura, quæ haberet in ſe perfectiones omnium creaturarum &c. Vide Capreol. & aduerte, quòd dupliciter poteſt reſpondere, primo negare conſequentiam, quia perfectiones omnium creaturarum, non ſunt eiuſdem rationis: & ideo licet ex incluſione talium perfectionum concluderetur infinitum
A ſimpliciter, non tamen in æuo quoniam omnes perfectiones quas includit, ſunt eiuſdem rationis, ſecundo reſponde ut dicit Capreol. quòd argumentum concluderet, ſi æuum actu exiſteret omni parti temporis futuri, ſicut æternitas, quòd enim commenſuretur actu alicui infinito neceſſe eſt, ut ſit actu infinitum, ſed æuum non coexiſtit actu toti tempori futuro, licet actu coexiſteret toti tempori præterito: & ideo non ſequuntur, quòd ſit actu infinitum poſitiuè ſimpliciter.

Vltimo aduerte, quòd argumentum quintum & nonum, & decimum recitata à Capreol. vbi ſuprà inducitur ad probandum, quòd æuum non eſt totum ſimul: & tangunt hoc unum, Deus poteſt creare Angelum: deinde annihilare, deinde recreare. Præterea Deus poteſt creare unum Angelum ante alium. Præterea Deus poteſt deſtruere Angelum: Quæro ergo an in inſtanti, in quo eſt, aut in alio: non in eo, in quo eſt, quoniam ſequerentur contradictoria, ergo in alio, ergo in æuo ſunt duo inſtã-
B tia, ergo non eſt totum ſimul.

Ad hoc dico quòd ſupponitur vnum falſum, ſcilicet, quòd creatio & recreatio & deſtructio Angeli menſuratur æuo, ſimiliter quòd ratione æui poſſit vnus Angelus creari ante alium: hæc omnia ſunt falſa. ſed dicimus quòd menſurantur inſtantibus temporis diſcreti, in quibus ſtat ſucceſſio ſine quantitate: & propterea non eſt aliud dicendum ad tria argumenta: nam cum loquemur de Angelis, tunc declarabitur, quòd in Angelis datur aliquid menſuratum æuo tantum, ut eſſe ſuum aliquid inſtanti temporis diſcreti, ut actiones inſtantaneæ, qualis eſt creatio, intellectio, aliquid tempore continuo, ut motus localis, ſi eſt continuus, uel tempore diſcreto, ſi motus eſt diſcontinuus.

ARTICVLVS VI.

C *Vtrum ſit tantum unum æuum.*

CIrca titu. ly æuum ſumitur propriè: ly, *vnum* ſtat pro uno numeraliter: probat enim vnitatem æui per comparationem ad vnitatem temporis. quam dicet eſſe numeralem ex vnitate numerali primi motus, quicunque ſit ille.

Ratio vnitatis temporis eſt vnitas primi motus. Aduerte, quòd tempus dupliciter conſideratur: primo modo propriè & ſic tantùm numerus primi motus dicitur tempus ut declarabitur, ſecundo modo communiter: & ſic numerus cuiuſque ſucceſſionis poteſt dici tempus, & cum omnis motus habeat ſuam propriam ſucceſſionem, ſequitur quòd omnis motus habeat ſuum proprium tempus communiter dictum: & id concedit Beat. Thom. in 2. diſtinctio. 12. quæſtio. 1. articulo quinto ad tertium vt videbis: in præſenti autem articul. intendit inueſtigare vnitatem temporis propriè dicti, cuius vnitas pendet ab unitate
D primi motus, & hoc fundatur in 4. phyſicor. textu. 132. vbi inquit philoſophus. Si igitur prima menſura omnium proximorum, circulatio, quæ regularis, maximè menſura: & Commentator. in 4. phyſicor. commentat. 99. inquit omnes conueniunt in hoc, quòd tempus ſequitur motum cœli, ut dicitur in decimo metaphyſicor. Aduerte quòd philoſophus illic in text. 4. declarat per expoſitionem aſtrologiæ, omnem motum iudicari per primum motũ. Vnde inquit, quapropter in aſtrologia tale unum principium & metrum, motum enim regularem & uelociſſimum ſupponunt eum, qui eſt primi cœli, ad quem alios iudicant hæc ille.

Si ergo tempus vſque recipit vnitatem. Aduerte quòd hæc etiam fuit intentio Commentatoris in quarto Phyſicor. commentat. 132. vbi inquit tempus igitur ſequitur hunc motum, & eſſe motus accipitur in definitione eius, & ipſum menſurat illum non ſecundum quòd numerus menſurat numeratum, ſed ſecun-
E dum, quòd menſurat aliquid quòd eſt forma. id eſt, quod eſt de ratione formali illius: alios vero motus menſurat ſecundum quòd numerus menſurat numeratum, ſcilicet, quod numeratum non accipitur in definitione numeri: hæc ille. & intendit, quòd alij motus ſunt menſurati ſed non ſunt ſubiectum ipſius, & ideo non cadunt in definitione eius. Ad primum uero comparatur ut menſura, & ut propria paſſio, & ideo definitur per ipſum & habet vnitatem ab eo, ſicut accidens trahit vnitatem uel pluralitatem à ſuo ſubiecto. Contra prædicta arguit Aureolus multipliciter vt adducit Capreol. in 2. diſtinct. 2. quæſtion. 2. contra primam concluſionem probans, quòd tempus conſequitur omnem motum, ut ſubiectum ſuum, & non ſolum motum cœli: nolo illa adducere, quoniam omnia probant de tempore communiter dicto, de quo non intendimus hic: nihil autem concludit de tempore propriè dicto, quoniam in ſolo illo eſt ſucceſſio regulariſſima, &

aduerte

Universidad de Deusto
Biblioteca

aduerte quòd tempus per ſe conſequitur motum primum qui F conſequitur ille: hoc dico: quoniam dicitur, quòd ſi motus primi cœli ceſſaret: propter hoc non deſtrueretur tempus ſimpliciter, ſed conſequeretur alium primum motum in quocunque corpore poni &c. Aduerte etiam quòd Capreol. reſpondens tangit de identitate vel diſtinctione temporis, & motus, & an ſit eadem ſucceſſio in tempore & in motu, ſed hæc pertinent ad quarto phyſicor. & illic ordinaui quæſtionem ſuper hoc uide tu.

Secundum autem ſecundam opinionem. vſque in finem. Ad euidentiam huius concluſionis tria conſideranda ſunt, primo à quo trahit æuum unitatem: ſecundo quod eſt illud æuiternũ, in quo eſt ſubiectiuè: tertio quid dicit æuum in tali æuiterno, an ſit eſſe ipſius, vel quid ſuperadditum. Quantum ad primum, aduerte quòd Beat. Thom. hic ſtudens breuiter tangit medium, & ratione vnitatis æui in hoc, quod dicit *quòd unumquodque menſuratur*. Sed facit proportionem inter tempus & æuum, & declarat, quòd ſicut tempus ſortitur vnitaG tem à primo motu ſimpliciſſimo vniformi, & perfectiſſimo: quoniam per ipſum & ut menſura homogenea menſurat omnem alium motum ex decimo metaphyſico. textu. 4. ita cum æuiterna ſint vnius generis in quantum menſurabilia, & in eis detur primum medium & infimum ſecundum doctrinam Dionyſij, æuum trahit unitatem à duratione ſua ab eſſe primi & ſimpliciſſimi æuiterni, quo menſuratur eſſe cæterorum æuiternorum.

Sed contra, quod non ſit unum æuum tantum, quod ſit in primo æuiterno, multipliciter arguit Aegidius: adducit Capreol. in ſecunda diſtinctio. 2. quæſtion. 2. contra ſextam concluſionem. ſed ut uidebis pro maiori parte fundatur in quibuſdam falſis.

Primò quòd Deus poteſt creare æuiternum ſimplicius: ergo æuum non eſt in primo æuiterno producto: hæc conſequentia non ualet ſicut nec in tempore, vt diximus ſupra, ſufficit H enim quòd æuum ſit in primo æuiterno, quodcunque ponatur: nam nunc eſt in primo producto, ſi autem produceretur ſimplicius, eſſet in illo.

Secundo quòd Deus eſt menſura omnis ſubſtantiæ, ergo omnis eſſe: & hoc vtique eſt verum de menſura hæterogenea: ſed nunc agimus de homogenea.

Tertio quòd menſura eſt à menſurante: ſed æuiternum primum non eſt cauſa aliorum ergo &c. & patet quòd illa maior eſt falſa de cauſa effectiua, ſufficit quòd ſit cauſa ut formalis, & ſecundum cognitionem.

Quarto quòd omnia æuiterna ſunt eiuſdem rationis, cum ſint perpetua: ergo æuum non eſt magis in vno, quam in alio, antecedens eſt falſum quo ad ſimplicitatem & uniformitatem: & penes has conditiones ponitur æuum in primo in quo nobiliori modo inueniuntur. reliqua leuia ſunt, vſque ad decimum tertium. ideo uide tu. Durandus autem ut recitat Ca- I preol. ubi ſuprà arguit tripliciter, & primo quòd cætera æuiterna non menſurentur in comparatione ad primum: ſecundo & tertio, quòd nullum æuiternum ſit menſurabile per menſuram unigeniam. primo igitur ſic arguit Durand. & quantitas durationis cuiuslibet æuiterni eſt nouer ex ſua propria ratione quàm in comparatione ad alterum, ergo non poteſt menſurari per comparationem ad aliquod primum: conſequentia nota, quod menſura debet eſſe notificatiua menſurati. Antecedens probatur, quoniam propria ratio æuiterni eſt, non poſſe deficere: & ex hac ratione conſtat, quod eius duratio eſt perpetua: ergo non poteſt magis conſtare per comparationem ad alterum: ex conſequenti vane menſuratur per alterum æuiternum.

Ad hoc dico, quod decipitur Durandus ignorans menſuratum per æuum, nec enim etiam eſſe perpetuum præcisè, ſed hoc totum eſſe perpetuum tantæ uel tantæ ſimplicitatis, & vniformitatis: hoc autem non poteſt cognoſci, niſi per comparationem ad aliquod primum: ſicut magis, & minus calidum non agnoſcitur niſi per comparationem ad primum calidum.

Secundo ſic: infinita duratio non habet menſuram, quia infinito repugnat menſurari: ſed cuiuslibet æuiterni duratio eſt infinita ſaltem à parte poſt: ergo.

Ad hoc dico quod maior non eſt uera, niſi de duratione ſucceſſiua, quæ non eſt tota ſimul, non ſic eſt duratio æuiterni, quoniam in ea pars non ſuccedit parti: & cum probat, quoniam repugnat infinito menſurari, dicitur quod hoc non eſt uera, niſi de infinito materiali & de infinito formali, quod eſt infinitum ſimpliciter & poſitiuè: ſicut eſt Deus. De infinito autem ſecundum quid & negatiuè qualis eſt duratio æuiterni, quæ ideo dicitur infinita quia non finitur tempore, non eſt vera: alter

Angelus non menſuraretur aliqua menſura nec æternitate nec æuo, nec tempore.

Tertio omne menſurabile habet rationem quanti: duratio æuiterni ſecundum ſe non eſt quanta cum ſit tota ſimul, ergo. Ad hoc dico, quòd Maior non eſt vera niſi de menſurabili, menſura extenſa, cum ipſum eſſe æuiternum ſit indiuiſibile, & totum ſimul. Vnde potius habet rationem unitatis, quam numeri, ſicut diximus de æternitate licet deficiat, ab ea quoniam ſecum compatitur prius & poſterius, ex conſequenti numerum: & propterea non concludit argumentum.

Quantum ad ſecundum aduerte quòd Be. Thom. in quodlibet, queſti. 7. determinat, quod eſt ſubiectiuè in æuiterno ſimpliciori ſecundum ſubſtantiam & ſecundum operationem beatificam, eo quòd illud ut ſic erit primum & perfectiſſimum inter æuiterna, ſicut ſubiectum temporis eſt corpus ſimpliciſſimum ſecundum ſubſtantiam, & ſecundum motum, quale eſt primum cœlum: & aduerte quòd Beat. Thom. ſumit ly, *ſimplicior*. ſecundum ſubſtantiam, & ſecundum operationem beatificam coniunctim, & non diuiſim, nam ſi diuiſim ſufficeret, lucifer damnatus eſſet ſubiectum æui, quoniam poſito quòd ſit prior abſolutè eſt ſimplicior ſecundum ſubſtantiam. *ſimiliter anima Chriſti* cum cauſa ſit perfectior in actione beatifica omni æuiterno, eſſet ſubiectum æui.

Sed contra: æuum eſt menſura naturalis, ergo erit ſubiectiuè in quo eſt natura ſimplicior dato, quòd non ſit beatus. Ad hoc dico, quod licet tempus ſit menſura naturalis, & tamen nõ cõpleatur niſi per operationẽ ex quarto phyſicorum, ſic non inconuenit, quòd æuum compleatur per actionem gratuitam, quoniam per ipſum primum æuiternum maxime propinquat æternitati, ex conſequenti efficitur ſubiectum æui: quod deriuatur ab æternitate.

Quantum ad tertium, Aduerte iuxta Capreolum in 2. diſtinctio. 2. queſtio. 2. in reſponſione ad primum & ſextum factum H contra ſecundam partem concluſionis quòd æuum non eſt accidens in primo æuiterno alioquin cum per ipſum menſurentur omnia æuiterna, menſura eſſet indignior menſurato, ex conſequenti non eſt ſubiectiuè in eo, vt accidens in ſuo ſubiecto, ſed eſt eſſe primi æuiterni, quod diſtinguitur realiter ab eſſentia eius, & comparatur ad ipſam ſicut actus ad potentiam. Sed aduerte, quòd tale eſſe ſimpliciter conſideratur primo abſolutè, & ſic dicitur eſſe & actus eſſentiæ: ſecundo ut non rapitur tranſit, ſed eſt ratũ: & ſic dicitur ratio: durare enim formaliter eſt manere in eſſe. Tertio ut indiuit rationem unitatis & ſimultatis, & ſic dicitur æuum, unde æuum formaliter nõ eſt aliud niſi unitas uniformis eſſe ſubſtantialis ſecum compatiẽtis prius & poſterius ſecundum operationem, & ſic in hoc diſtinguitur ab æternitate.

Ex his uidebis ſoluta omnia argumenta quę recitantur à Capreolo, in ſecunda diſtinctione 2. quęſtione ſecunda. con- I tra ſecundam partem concluſionis textę: omnia enim probant, quòd æuum non addit aliquid abſolutum diſtinctum realiter, à ſubſtantia primi æuiterni: quod tamen ſtat, quòd addit aliquid, quod comparatur ad ſubſtantiam, ſicut actus ad potentiam.

Sed aduerte, quòd ſi æuum eſt eſſe primi æuiterni, videtur vt inquit Scot. & tenet in ſecunda diſtinctione 2. quęſtione tertia quòd primum æuiternum non menſuretur æuo, quoniam mẽſura notior eſt menſurato, ex decimo metaphy. Sed idem non eſt notius ſeipſo &c.

Ad hoc dico, non inconuenit idem eſſe notius ſeipſo, diuerſa ratione, ſicut qui tenent motum cœli & tempus eſſe idem, dicunt quod motus, ut numeratus notior eſt ſeipſo, & ideo ut ſtat ſub numero, menſurat ſeipſum, ſic in propoſito eſſe primi æuiterni ut habet rationẽm unitatis, eſt notius ſeipſo, & ut ſic eſt menſura ſui ipſius, quoniam inter menſuram: & menſuratum ſufficit diſtinctio formalis. utrum autem tempus, & K motus diſtinguantur realiter, vide in quarto phyſicorum vbi ordinaui particularem quęſtionem: huic autem propoſito eſt impertinens.

In reſponſione ad primum, aduerte quòd Beatus Thomas intendit de æuo propriè dictorum: nam de communiter dicto poteſt concedi dictum Eſdræ: quoniam æuum communiter dictum eſt unitas, ſiue ſimultas eſſe tranſmutabilis ſubſtantialiter: talis autem ſimultas ſeruatur in quolibet æuiterno, ut patet, æuum autem propriè dictum eſt unitas primi eſſe primi æuiterni, in quo ut ſimpliciori menſurentur alia eiuſdem generis.

In reſponſione ad ſecundum, aduerte quòd intendit, licet cœlum & Angelus differant genere phyſico, non tamen genere menſurabilium, quia ſunt menſurabilia gradu tamen ſecundum triplex eſſe ſcilicet tranſmutabile omnino, intranſmutabile

bile ſubſtantialiter tantum & intranſmutabile: omnino. Quæcunque conueniunt in primo menſurantur tempore: quæ in ſecundo, æuo: quæ in tertio æternitate: & id fuit unum de argumentis adductis à Capreolo. in ſecunda diſtinctione. ſecunda quæſtion. ſecunda contra ſextam concluſionem, & eſt octauum in ordine.

In reſponſione ad tertium, Aduerte quòd intendit duo poſſe conſiderari in æuiternis, primo quòd conueniant in eſſe intranſmutabili: & hoc eſt per ſe requiſitum, ut menſurentur æuo: ſecundo quòd ſimul inceperint: & hoc eſt per accidens, quoniam dato, quòd non ſimul incœperint adhuc ſtat eſſe intranſmutabile ex conſequenti menſuratur æuo, & hoc fuit vnum ex argumentis Ægydij contra vnitatem æui, ut adducit. Capreol. vbi ſupra & eſt quintum in ordine.

In reſponſione ad quartum, *non requiritur quòd illud unum ſit cauſa omnium*. oppoſitum videtur dixiſſe ſupra in quæſtione ſecunda articul. tertium cum dicit, quod eſt maxime tale in B aliquo genere, eſt cauſa omnium illius generis, & explicat de cauſa effectiua. Sed quòd eſt menſura, eſt maxime tale, quoniã eſt primum illius generis ex 10. metaphyſicorum textu. ſecunda. ergo &c. Ad hoc dico, quod ſupra locutus eſt de menſura primum prima quæ in ſe continet abſolutè omnes perfectiones aliorum communis &c. vt illic expoſuimus. hic autem loquitur de menſura proxima quæ dicitur eſſe prima ſpecies alicuius generis & hanc non eſt neceſſe eſſe cauſam effectiuam, ſed cauſam cognoſcendi omnem gradum perfectionis illius generis ſecũdum maiorem, uel minorem propinquitatem ad illud primum: concedo igitur, quòd menſura primo prima ipſius Angeli quæ eſt diuina ſubſtantia, eſt cauſa effectiua, nõ autem proxima quale eſt æuum ſicut albedo reſpectu aliorum colorum, & aurum ad alia metalla comparatum: ſufficit enim quòd hæc ſint cauſa cognoſcendi.

¶ Quæſtio Vndecima.

Articvlvs I.

Vtrum vnum addat aliquid ſupra ens.

Circa hanc quæſt. antequam deueniam ad articulum dico inueſtiganda ſunt, primo quare B. Thom. tractans de unitate diuina, primo tractat de vnitate per comparationem ad ens, & ad multa, cum hæc præciſè ad metaphyſicum pertineãt ſecundo quare B. Thom. ponit hanc quæſtionem de unitate vndecimam cum ens prius diuidatur per unum & multa quã per ſimplex & compoſitum, perfectum, & imperfectum, &c. er D go poſt ſecundam quæſtionem in qua concluſit exiſtentiam Dei, debuit inueſtigare de unitate.

Quantum ad primum, dico, quod hoc fecit, quia in hoc tractatu agit de primo ſeparato modo metaphyſico inueſtigando ſcilicet, eius prædicata quidditatiua & proprietates: doctrina autem metaphyſicalis requirit quòd conſideratio communis præcedat. Vnde Ariſt. ante 12. metaphyſic poſuit librum quintum vbi agit determinans primis metaphyſicalibus inueſtigans quotupliciter dicantur. Sed dices cum Bea. Thom. agat de Deo vt eſt perfectus ut infinitus vt immutabilis, ut ſciens, vt uolens &c. Cur ergo prius non agit de his in communi ſicut de uno?

Ad hoc dico, quòd Beat. Thom. ideo non agit niſi de tranſcendentibus vt bono, uno, vero, & ratio eſt, quia hæc ſunt prima ſimpliciter, quorum notitia ſimpliciter ſupponitur in omni cognoſcibili: & ideo prius debent notificari communi: ſed dices, hæc notificata ſunt in metaphyſicis, ergo &c. Reſpõdeo non ita clare reſoluit, & vniuit: & ideo Beat. Thom. inſtituens notitiõ, bonum exiſtimauit tradere prius in communi horum tranſcendentium cognitionem: Quantum ad ſecundum dico vt dixi in quæſt. de bono, quòd iſte tractatus non ordinatur ſecundum ordinem, diuiſionem, diuiſionis entis, ſed vt Deus venit in cognitione intellectus viatoris, & hoc ſit, vt dixit Beat. Thom. introducens quæſtionem tertiam potius remotiue quam affirmatiue via ergo remotionis inueſtigauit pluraliter, ut prædicata quidditatiua ſimplicitatem perfectionem infinitatem immutabilitatem, ad quam ſequitur æternitas: nunc autem imitans Ariſtotelem in duodecimo metaphyſicor. agit de vnitate, ut opponitur pluralitati. ſic enim proceſſit philoſophus in 12. Nam incipiens à textu 3. uſque 36. inueſtigat, & probat, quòd datur aliqua ſubſtantia æterna, immate- A rialis, quæ eſt actus A textu autem 36. vſque ad 42. inueſtigat perfectionem eius quomodo. ſcilicet eſt primum intelligibile primum appetibile, penitus immobile, impaſſibile, in alterabile, indiuiſibile: A tex. autem 42 vſque ad tex. 51. agit de vnitate & pluralitate eius: A textu 51. vſque in finem agit de operatione eius intellectuali, & quomodo diſponit vniuerſum, ſicut dux exercitum.

Vnum non addit ſupra ens rem aliquam, ſed tantum negationem diuiſionis. Aduerte quòd hic intendit de uno tranſcendenti, & non de numerali. De illo namque loquatur in reſponſione ad primum.

Aduerte ſecundo, quòd Beat. Thom. non immoratur ad probandum quaſi ſupponens vt clarum, quòd addit tantum indiuiſionem quæ non eſt aliqua natura, & ideo uide in quarto metaphyſic. ſuper textu. 36. qui incipit *ſi igitur ens, & vnum idem &c.* vbi philoſophus adducit duas rationes ad hoc pro- B poſitum: prima incipit ibi, *Idem enim numero homo, & ens homo*, & ſtat in hoc quæ vni tertio ſunt eadem, inter ſe ſunt eadem, & ſecunda incipit ibi, *amplius autem cuiuſque ſubſtantia*. & vtrãque formalizat Beat. Thom. exponens illum textu. uide tu, & conformat ſe commentatori in comment. 3. ſuper eundem textum.

Sed aduerte quòd Scotiſtæ præcipue Anton. Andreas in 4. methaphyſic. quæſtio. 3. dupliciter inſurgit contra Be. Tho. & Commentatorem: primo conatur ſoluere ſecundam rationem B. Thom. quam etiam tangit in ſolutione primi in hoc articul. ibi, *ſi enim aliquid aliud eſſet vna*, & dicit quòd peccat per fallaciam figuræ dictionis, mutando quo in quod. Sed quòd hæc ſolutio non valeat, declaraui in 4. metaphy. in quæſt. noſtris, & eſt quæſt. 4. & uide in ea ibi iſtam rationem reprobat Anton. Andreas dicens, & non diſcedo à ſenſu expoſitorum hoc, in reſponſione ad primum, ſecundo tenet, quòd formale in C vno eſt poſitiuum, ex conſequenti addit poſitiuum ſupra ens, non tamen illud additum eſt diſtinctum realiter ab ente, quoniam apud ipſum paſſio non diſtinguitur realiter à ſuo ſubiecto quod igitur dicat formaliter poſitiuum, probat in eadem quæ ibi, *dimiſſa igitur opinione*, & arguit quadrupliciter. & poſtquam formauit rationes ſuas, adducit ſolutionem, quæ eſt ad mentem B. Thom. ſcilicet quòd vnum duo dicit ſcilicet, materiale, & hæc eſt entitas: & formale, & hæc eſt negatio diuiſionis, Ratione materialis, dicit perfectionem, & ſuſcipit magis & minus, & non ratione ſui formalis. Sed contra hanc ſolutionem arguit, quia vnum eſt paſſio entis: ergo vel ratione entis, uel ratione ſupperadditi non ratione entis, quia idem non eſt paſſio ſui ipſius: ergo ratione additi: ergo additum eſt poſitiuum. ſed ad hoc negatur diuiſio, ut inſufficiens. Dicimus enim quod ens, ut ſtat ſub indiuiſione, eſt paſſio entis. Tu igitur uide rationes eius in noſtris quæſtionib. in 4. metaphyſic. quæſt. 8. ibi, *eſſe viam Scotiſticam*. Eaſdem recitat expoſitor in hoc argum. & ſigillatim ſoluit: ſolutiones eius, uide ad placitum.

In reſponſione ad primum, *Pythagoras enim & Plato &c.* Aduerte quòd Ariſtoteles in 3. metaphyſic. textu. 16. adducit has opiniones, & Bea. Thom. in lec. 12. eiuſdem lib. in fine lectionum declarans, quid dicendum. in ſecundum veritatem, facit quaſi eandem determinationem quam & hic: uide tu è contrario Auicenn. & aduerte quòd intentio Auicennæ poteſt haberi ex tertio libro ſuæ metaphyſic. capitul. 3. ubi inquit vnitas eſt intentio, quæ eſt accidens. ſed quoniam hoc eſt propoſitum metaphyſicale. & totum pertractaui in 4. metaphyſi. q. 7. vbi adduxi plures textus Auicennæ, & rationes eius, & ſolutiones ideo recurre illuc.

Sed vnum quod eſt principium numeri addit aliquid ſupra ens, eſſe vnum, quod eſt principium numeri quòd ſit illud accidens de genere quantitatis pertractaui in 4. metaphyſicor. E quæſtio. 8 ibi, *eſſe vnum numerale*. Illic defendimus viam Capreol. & reprobauimus ſententiam Pauli Soncinatis. ideo recurre illuc.

In reſponſione ad ſecundum aduerte, quòd Beat. Thom. non curauit de maiori, ſcilicet omne quod diuidit aliquod commune, addit ſupra illud: quoniam de addito realiter, eſt manifeſtè falſa, ſed ſufficit, quòd in ratione eius includat aliquid ſiue poſitiuum, ſiue priuatiuum, quod non includit ipſum commune diuiſum: ſic unum & etiam multa addunt ſuper ens alterum quidem indiuiſionem, alterum autem diuiſionem. Immoratur igitur circa minorem, declarans qualis eſt hæc diuiſio entis in vnum & multa, & intendit quod non eſt diuiſio ex æquo, ſicut par, & impar diuidunt numerum: talis enim eſt natura diuiſionis ex æquo quòd vnum extremum non participat de altero: immo excludit: ſed multa participant vno. quoniam nulla ſunt ab eo diuiſa, quin habeant

aliquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquam indiuiſionem, ut declarat D. Tho. ſuper Dionyſium. Eſt igitur diuiſio nõ ex æquo, ſed ſimpliciter quidem in unũ: quare omne quod eſt, eſt unum, & quanto magis eſt ens, tanto magis eſt vnum: ut patet in ſeparatis aſcendẽdo, & ſecundum quid in multa, eo quod multa præciſè, non continentur ſub ente, niſi ut habent aliquam vnitatem: & huius ſignum eſt, quòd aliquid unum nullo modo multa eſt ens, nulla autem multa niſi aliquomodo ſint unum, ſunt ens. Ex quibus patet, quòd licet unum uideatur eſſe pars diuiſi, tamen adæquatur diuiſio, & conuertitur cum eo, quoniam multa non ſunt alia pars diuiſi, niſi ſapiant naturam vnius: ſicut poſſumus dicere, quòd ſanum ſimpliciter diuiditur in ſanum, quod eſt animal, & ſecundum quid in ſanum, ut urinam, quoniam id non dicitur ſanum, niſi in ordine ad animal: & propterea ſanum adæquatur animali.

Articvlvs II.

Vtrum vnum, & multa opponantur.

Circa titul. Aduerte quòd ly *multa* vniuerſaliter, idest tam in tranſcendenter quam in quantitate.

Nam vnum quod eſt principium numeri, & aduerte quòd Beatus Thom. hic ſtudens breuitati, aſſignat inter vnum principium numeri, & multa in quantitate, ſolam oppoſitionem relatiuam, ſed in primo diſtinct. 24. quæſt. art. 1. tertio ad quartum declarat quomodo poteſt habere oppoſitionem relatiuam, & contrariam, & etiam nullam, prout eſt conſtituens multitudinem.

Vnum vero, quod conuertitur cum ente, & aduerte quòd licet tam hic, quam in primo diſtinct. 24. quæſtio. 1. ubi ſupra inter vnum tranſcendenter, & multa tranſcendenter non aſſignat niſi oppoſitionem priuatiuam, tamen poteſt aſſignari oppoſitio relatiua prout unum eſt principium ſiue menſura numeri tranſcendenter: poteſt etiam aſſignari nulla oppoſitio, ſi ſumatur ſine præciſione conformiter, ut dicit de uno principio numeri: oppoſitionem uero priuatiuam non intelliges puram, quoniam vnum non eſt mera priuatio: & ideo philoſophus in 10. metaphyſic. text. 9. reducit hanc oppoſitionem ad contrariam, ut uidebis.

Sed dices ergo Beat. Thom. in hoc articulo eſt diminutus, quoniam non aſſignat omnes modos oppoſitionis inter unũ & multa. Ad hoc dico, quòd Beat. Thom. ſufficit aſſignare modos famoſiores, & notiores, imitans philoſophũ in 10. metaphyſic. qui tantum duos aſſignauit: nam oppoſitionẽ relatiuam, ut inter menſuram, & menſurabile aſſignauit in 10. libr. text. 71. ibi, *opponitur autem vnum multis vt metrum,* & oppoſitionem autem priuatiuam aſſignauit in tex. 9. ibi, *opponitur autem vnum, & multa* alijs autem ſufficit vt aſſignauit in primo ſententiarum.

In reſponſione ad primum, aduerte quòd primo immoratur ad declarandum veritatem illius minoris. *Sed omnis multitudo eſt quodammodo vnum,* & intendit hoc ideo eſſe quia tranſcendentia dicunt actus ſiue formas generales, quæ cum ſupponantur omnibus fundant ſuas priuationes: nam malum fundatur in bono, & multitudo, quæ dicit priuationem vnitatis, fundatur in uno, quoniam omne, quod eſt aliquo modo unum eſt. Non ſic autem reperitur in formis ſpecialibus: quoniam non ſupponuntur omnibus: & propterea licet tenebra fundetur in ente, puta in aere, non tamen in luce, ſicut ergo iſta eſt vera. Malum eſt quoddam bonum, ratione ſubiecti, ſic omnis multitudo eſt quoddam vnum, quia includit aliquam indiuiſionem, ut multa numero, indiuiſionem in ſpecie &c. vt dixi in primo articulo ad ſecundum: Deinde illam maiorem, *nullum oppoſitum prædicatur de ſuo oppoſito,* eſſe ueram tantum, quando vtrumque eſt ſimpliciter tale, puta bonum ſimpliciter, non eſt malum ſimpliciter: cum hoc tamen ſtat, quòd malum ſimpliciter eſt bonum ſecundum quid, & ſimiliter multa ſimpliciter, ſunt unum ſecundum quid. Aduerte tamen, quòd nunc loquimur de oppoſitis tranſcendentibus. vtrum autem in oppoſitis ſpecialibus, unum ſecundum quid prædicetur de altero ſimpliciter tali, puta quòd hæc ſit uera, album ſimpliciter, eſt nigrum ſecundum quid, non determino pro nunc: ſpectat enim ad illud, vtrum contraria ſe compatiantur in gradibus inæqualibus, puta calidum vt 8. frigidum vt 2.

In reſponſione ad ſecundum, Aduerte duo, primo quòd idem argumentum format in primo diſtinctio. 24. quæſtion. 1. articulo tertio, & reſpõſio formalis ſtat in hoc, quod unum vt componit, non opponitur. Nam ut componit, non dicit priuationem diuiſionis, quã ponit multitudo: ſed dicit priuationem diuiſionis in ſe ipſo, nam vnum eſt, quod in ſe indiuiſum eſt, & ut componit multitudinem, ſecundo quod illa propoſitio Beat. Thom. *non quòd vnitates conſtituant multitudinem ſecundum id, quod habent &c.* vſque ibi, *de entitate &c.* ſic habet intelligi, vnum ratione indiuiſionis præciſè eſt negatio.

Negatio autem non poteſt eſſe pars alicuius entis poſitiui, ſicut nec negatio domus eſt pars domus: igitur erit pars, prout vnum dicit unitatem non abſtractè, ſed vt ſtat ſub indiuiſione: ex conſequenti ratione entitatis eſt pars: ſed conditio ſine qua non eſt ipſa indiuiſio: ſicut lapis eſt pars domus, ut ſtat ſub hac negatione, quòd non eſt habens in ſe formam domus.

In reſponſione ad tertium, Aduerte quòd hoc argumẽtum eſt philoſophi in 10. metaphyſic. textu 20. & reſponſio Beati Thomæ, eſt reſponſio philoſophi in eodem textu: ibi, *vno quidem modo ſi fuerit multitudo habens excedentiam &c.* Et ſic concludit philoſophus. ſic igitur ſunt multa, ut ipſa duo: vt autem multitudo habens excedentiam non ſunt.

In reſponſione ad quartum. Aduerte primo eandem reſpõſionem habet à Beat. Thom. in 4. metaphyſic. ſupra textum quartum in lect. tertia ibi, *ſciendum eſt autem quòd quamuis vnum importet,* & in 10. metaphyſic. ſuper textum 9. vbi philoſophus declarat, quomodo multitudo ratione, idest cognitione noſtra eſt prior vno quoniam ſenſibilior: & Beat. Thom. illic adducit duo dubia quorum ſecundum eſt argumentum quartum huius articuli: & reſpondet vt hic licet diffuſius: ita quod ex illa intelligas hanc. Aduerte ſecundo quòd in illa propoſitione, *vnde oportet quòd diuiſio ſit prior vnitate non ſimpliciter,* vt ly, *non ſimpliciter* ſit ad differentiam prioritatis, quam habet vnum comparatum multitudini, nam vtrumque dicit aliquam naturam vt patet & inter ea non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia: ergo vnum prius eſt ſimpliciter multitudine. Diuiſio autem cum ſit negatio, non dicit aliquam naturam, nec datur in rerum natura ſecundum eſſe reale ens diuiſum plus vno: & tamen non inconuenit in rerum natura dari unum, non data multitudo: ergo diuiſio non eſt ſimpliciter prior vno, ſed ſecundum rationem noſtræ apprehenſionis: quod quomodo fiat declarabo poſt pauca. Sed contra, habitus eſt prior ſimpliciter priuatione, ſed diuiſio eſt habitus, & indiuiſio, quæ importatur per unum eſt priuatio: ergo &c.

Ad hoc dico, quòd maior non eſt uera, niſi de habitu importanti aliquid poſitiuum, qualis non eſt negatio: unde ſufficit talem habitum eſſe priorem in eſſe cognoſcibili: nec eſt intentio Be. Thom. quòd diuiſio ſit vere habitus. Sed eſt ut habitus: & ideo ſufficit, ut ſit prior, uel re, uel cognitione noſtra.

Sed multitudo etiam ſecundum rationem &c. Aduerte quòd intendit multitudinem, ut multitudinem eſſe poſteriorem vnitate, & re: quia principiata ſunt ex vno, & ratione, idest apprehenſione: quia non apprehendimus aliqua duo eſſe multa, niſi prius apprehendamus unumquodque eſſe indiuiſum in ſeipſo, ex conſequenti vnum. Multitudo autem, ut importat diuiſionem, prior eſt apprehenſione, ut nunc declarabo.

Sed diuiſio cadit in intellectu, & ipſa negat one entis &c. Aduerte quòd ly, *diuiſio* vt dicit Beat. Thom. in quarto metaphyſic. lect. 4. non ſtat pro diuiſione quantitatiua: illa enim eſt determinati generis, ſed pro diuiſione formali, ſiue metaphyſic. Quæ quidem poteſt eſſe duplex, prima inter ens, & non ens & hæc ſeruatur in omni conditione: ſecundo inter vnum ens eſt aliud ens, prima dicitur diuiſio ſecundum extrema contradictionis, ſecunda dicitur diuiſio inter extrema poſitiua: exemplum primæ homo eſt homo, & non eſt non homo. exemplum ſecundæ, homo eſt homo, & non eſt lapis. Sed hæc ſecunda adhuc eſt duplex, quoniam quædam eſt negatio inter duo extrema poſitiua, ſiue etiam non ſint in rerum natura, ſiue tantum vnum illorum ſit, ut roſa generanda non eſt, pomum generandum, uel roſa exiſtens, non eſt pomum generandum: quædam autem eſt relatio realis inter duo extrema poſitiua, quorum vtrumque eſt in rerum natura, ut Deus nõ eſt cœlum. Aduerte igitur, quòd cum Beat. Thom. dicit, *ſed diuiſio cadit in intellectu &c.* intendit de diuiſione formali, quæ eſt inter extrema contradictionis, & de diuiſione formali inter extrema poſitiua. Quorum tamen vtrunque non eſt neceſſe in rerum natura, ita. quòd ſic procedimus ad conceptum vnius, primo apprehendimus quòd hoc eſt ens: ſecundo quòd non eſt non ens: tertio quòd non eſt illud, uel illud ens puta lapis generandus: ex conſequenti eſt indiuiſum in ſe, & diuiſum à quolibet alio ente, poſſibili poni, ergo eſt vnum: in quarto autem gradu ſic attingimus conceptum multitudinis, hoc eſt ens exiſtens indiuiſum in ſe, & hoc eſt ens indiuiſum in ſe: & hoc non eſt illud, cum tamen vtrumque ſit in rerum natura: ergo ſunt duo. Sed hic ſunt duo dubia. primum eſt quòd Beatus Thom. dicit, ſecundo quia hoc ens non eſt illud ens: ergo diuiſio entis ab ente eſt in ſecundo gradu: & non in tertio vt dictum eſt.

Ad hoc dico quòd in ly, ſecundo complexus eſt duos modos diſtinctos formaliter ſcilicet, diſtinctos inter extrema contradictionis, & inter extrema poſitiua, quorum tamen utrumque non eſt neceſſe eſſe in rerum natura: vnde in 4. meta. lect. 3. dicit unum, quod conuertitur cum ente, importat priuationem diuiſionis formalis, cuius prima radix eſt oppoſitio affirmationis & negationis: in declaratione autem quam fecimus, diſtinximus primum & ſecundum pro euidentiori doctrina, ex conſequenti ſecundus aſſignatus à D. Thom. erit tertius in ordine, quoniam ipſum non expreſsè poſuit.

Secundum dubium eſt, quare diuiſio ut eſt relatio inter duo extrema, poſitiua, exiſtentia, non eſt de ratione unius, cum dicatur illud eſſe unum, quod eſt indiuiſum in ſe, & diuiſum à quolibet alio.

Ad hoc dico, quòd hoc ideo eſt, quia accidit ipſi enti uni, vt vnum eſt, quòd ponatur alterum, non ipſo poſito. nam Deus ante mundum erat vnus, & tamen non diuiſus hac diuiſione à quocunque alio: quia nihil aliud erat: & cum dicitur *quia de ratione vnius eſt &c.* Reſpondeo quòd ly, diuiſum à quolibet alio ſtat pro diuiſione inter extrema, quorum vnum ſufficit eſſe in rerum natura, aliud poſſibile ſit eſſe. unde ante mundum hæc erat vera, Deus eſt indiuiſus in ſe, & diuiſus à quolibet alio poſſibili eſſe.

Articvlvs III.

Vtrum Deus ſit vnus.

Circa tit. aduerte quòd ly, *vnus* opponitur plurificabili quocunque modo, ſiue ſpecie, & æquipollet huic. Vtrum poſſint eſſe plures Dij.

Circa rationes Beat. Thom. non cadit difficultas ſtantibus fundamentis iactis, quòd in Deo ſit idem penitus, ſuppoſitum & natura, & quod eſt vniuerſaliter perfectus, & quod eſt ordinans omnia &c. tu tamen aduerte quòd Scot. in 1. diſtinctione ſecunda, quæſtione tertia conatur probare idem ſeptem rationibus, quas ut ſingulares ſibi attribuit: ſed quod non ſint magnæ efficaciæ, conatur oſtendere Ioann. Baccon in 1. diſtincti. 21. quæſtio. 1. uerum quia ſoluit etiam uirtualiter ſecundum rationem Beat. Thom. ideo vide in 12. meta. q. noſtram penultimam, vbi plenius de hoc pertractauimus.

Articvlvs IIII.

Vtrum Deus ſit maximè vnus.

IN hoc articulo non cadit difficultas: niſi in reſponſione ad primum cum dicit *tamen ſecundum quòd eius oppoſitum recipit magis.* ex his videtur innuere, quòd indiuiſio recipit magis non ſecundum ſe, ſed pro ut diuiſio, quæ eſt ei oppoſita, recipit magis, & minus.

Sed contradiuiſio vel eſt negatio vel relatio, ut diximus in articul. 1. ſed neque negatio, neque relatio recipiunt, &c. cum abſtrahant à perfectione, & imperfectione.

Ad hoc dico, quòd Beat. Thom. non ſiſtit in diuiſione, ut eſt negatio, uel relatio, ſed eam reducit ad fundamentum ſuum, quod comparatum alteri poteſt dici magis & minus diuiſum ab eo ut homo minus diuiditur ab aſino, quàm à planta, & à planta minus quàm à lapide: ſicut ergo relatio recipit magis, & minus ſecundum fundamentum: *illud eſt magis ſimile, quod eſt magis album ſic diuiſio &c.* propterea Beat. Thom. non dicit diuiſionem ſuſcipere magis, & minus pro quanto eſt maior diuiſio, vel minor, ſed pro quanto aliqua ſunt magis, uel minus diuiſa vel nullo modo.

¶ Quæſtio Duodecima.

Articvlvs I.

Vtrum intellectus creatus poſſit videre Deum per eſſentiam.

Circa titul. ly, *creatus* ſtat in tota ſua latitudine, ſiue Angelicus ſiue humanus: ly, *poſſit*; ſtat abſtractè per potentiã quæ ſit in ſeipſo, vel per potentiam extrinſecam per quam deducatur in hanc ſublimitatem: ly, *videre Deum quidditatiuè*: eſt cognoſcere eius prædicata propria, ſubſtantialia, & non ſiſtere in prædicatis communibus tunc enim complectur quod quid eſt ex 7. metaphyſicor. quando vltimam differentiam attingimus: id autem fieri non poteſt ex doctrina Beat. Thom niſi per effectum adæquatum, aut per ſpeciem ſufficienter repræſentatiuam obiecti, aut per ipſum obiectum, quod per ſeipſum uniatur intellectui: igitur ſi aliquis horum trium modorum erit intellectui creato poſſibilis, poterit uidere Deum per eſſentiam ſi ne autem, non.

Sed quod eſt maxime cognoſcibile &c. vſque ibi *ſupra intellectum,* & aduerte quòd per ly, *exceſſum ſupra intellectum*, intendit hanc difficultatem uel impoſſibilitatem prouenire præciſè ex parte intelligentis.

Hoc igitur attendentes quidam &c. Aduerte quòd inter eos non fuit Auicenn. ipſe enim libro nono, ſuæ metaphyſicæ capitul. tertio. dicit quòd cauſa prima eſt deſiderata ab omni intelligentia ut motor uniuerſalis. Deſiderium autem in ſeparatis eſt intellectuale, & in capitulo quarto dicit, quòd prima intelligentia producta intelligit ſimpliciter principium: quod eſt prima cauſa, & intelligit ſeipſam. in eodem metaphyſicor. capitul. tenet. quòd eſt commune cuilibet intelligentiæ, intelligere ſuum producens, ut principium proprium: ergo B. Thom. vt bene dicit expoſitor, non intendit arguere contra Auicenn. neque enim Auicenn. erat fidelis: vnde uane obligaſſet ipſum ad fidem, quod tamen facit, cum dicit, *quod eſt alienum à fide*: intendit igitur arguere contra aliquos Chriſtianos, qui erant illius ſententiæ.

Si unquam eſſentiam Dei videre poteſt intellectus creatus, & vſque ibi *alienum à fide.* Aduerte quod hæc conſequentia non concederetur à puro philoſopho, qui diceret cum Ariſtotel. decimo Ethicorum quod vltima fœlicitas conſiſtit in cognitione Dei, non faciali, ſed qualis poteſt haberi ex effectibus, & ex ſtudio ſcientiarum ſpeculatiuarum præcipuè ex metaphyſica: & propterea Beat. Thom. id conſiderans in tertio contra Gent. probat contra philoſophos, quòd non conſiſtit in cognitione Dei, quæ habetur communiter, neque per demonſtrationem, neque per fidem, neque per ſcientias ſpeculatiuas, vt videre poteris in commentat. 38. 39. 40. & quadrageſimoprimo. obligat autem prædicta conſequentia fidelem, quoniam acceptat ſcripturam, in qua dicitur, videbimus eum, ſicuti eſt.

In ipſo enim eſt ultima perfectio &c. Aduerte quòd falſitatem conſequentis manifeſtat dupliciter. primo, quia eſt contra fidem, ſecundo manifeſtat ratione, cuius aſſumptum eſt hæc propoſitio ſuppoſita vt vera: quòd Deus eſt primum principium productiuum creaturæ rationalis: quam propoſitionem dicit expoſitor eſſe creditam, & ex hac credita deducit conſequentiam.

Sed hoc dictum non eſt Thomiſticum: quoniam Beat. Tho. infra quæſtion. 44. articul. 1. probat etiam de mente Platon. & Ariſtotel. eſſe aliud à Deo, eſſe productum ab ipſo. Itaque ſub fide cadit ſolum productio in tempore, & non ab æterno. igitur propoſitio illa non eſt neceſſariò credita: ex conſequenti deductio Beat. Thom. eſt ex principio demonſtrabili, nec inconuenit aliquam rationem concludere apud fidelem, quæ procedit non ſolum ex aliquo credito, ſed etiam ex aliquo naturaliter cognito.

Si igitur intellectus creaturæ rationalis pertingere non poſſit &c. vſque in finem, Aduerte quòd Beat. Thom. videtur intendere naturale deſiderium ineſſe creaturæ intellectuali uidendi diuinam eſſentiam, quod tamen non uidetur verum. primo quia finis beatificus eſſet nobis naturalis, & tamen dixit in quæſtion. 1. articul. 1. quòd homo ordinatur in finem excedentem rationem omnem, & facultatem naturalem: ergo finis ille eſt ſupernaturalis.

Præterea hoc eſt incidere in ſententiam Scoti, qui vult finem beatificum eſſe naturalem: licet denominatione extrinſeca dicatur ſupernaturalis, ut declaraui in quæſtio. 1. ſuper primum articulum: cuius tamen argumentum illic ſolutum eſt, & negatum quòd viſio diuina ſubſtantialis ſit nobis naturalis.

Præterea ſi hæc cognitio eſſet nobis naturalis, haberemus in nobis naturalia principia quibus poſſemus illam conſequi. vanum enim eſt arbitrari aliquid naturaliter ordinari in aliquẽ finem. vnde dicit philoſophus in ſecundo cœli, ſi aſtra eſſent mobilia motu progreſſiuo, natura dediſſet eis organa ad talem motum: vnde dicit ſic in text. 50. irrationale uidetur, nullum organum ipſis dediſſe naturam ad motum, nihil enim ut contingat. id eſt qualecunque facit natura: hæc ille. Ex his igitur videtur, quòd non in ſit nobis naturale deſiderium videndi diuinam

Universidad de Deusto Biblioteca

uiſuam eſſentiam, cuius tamen oppoſitum intendit Be. Thom. in hac ſecunda ratione, & manifeſtius in 3. contra gen. 50. pro torum.

Ad euidentiam horum præpono quòd tota hæc quæſtio eſt merè Theologica, & conatur Beat. Thom. procedere ex reuelatis, & acceptatis à fideli, propterea rationes eius & ſi non philoſopho, tamen fideli efficaces ſunt. Secundo quòd cum ſola natura intellectualis, ſit illa, quæ eſt cognoſcitiua Dei, & Deus dupliciter, cognoſcibilis ſit, ſcilicet, ut cauſa, & in ſe, id eſt, ſecundum eſſentiam ſuam, & ut eſt cauſa dupliciter, primo vt cauſa uniuerſalis, ſecundò vt cauſa particularis, quorundam effectuum, qui non poſſunt eſſe niſi à ſolo Deo ut gratia, &c. ipſam natura intellectualis alio modo conſideratur à philoſopho, alio modo a Theologo, ut docet Beat. Thom. in ſecundo. contra gentil. capit. quarto. Nam à philoſopho conſideratur ut eſt talis naturæ, ut habet tales proprietates, conſequentes naturam, vt poteſt ſic operari, & tantum operari ex principiis actiuis ſuis intrinſecis, à Theologo conſideratur ut creata eſt à Deo ad ipſum Deum, ut obiectum beatificum. & hoc notum eſt Theologo ex reuelatis, ex his dico, quod conſiderato homine ſecundum philoſophum, nihil eſt ſibi naturale, niſi in quod poteſt per mera principia actiua ſibi intrinſeca, ex conſequenti dicet Philoſophus, quòd cum deſiderium abſolutè ſit poſſibilium, homo non deſiderat ſcire niſi quæ poteſt cognoſcere per intellectum agentem & poſſibilem, conſtat autem, quod poſita tota uirtute intellectus agentis, non poteſt pertingere ad ſpeculationem diuinæ eſſentiæ, ex conſequenti non habet deſiderium naturale ad hoc: conſiderato autem homine, vt ordinatur in Deum, ut in obiectum beatificum: ſicut ſibi in ſcriptura reuelatum eſt, dicet Theologus quòd naturaliter deſiderat illam ſpeculationem, quoniã cum credat ſe eſſe creatum ad illum finem: nulla alia cognitio, quam habeat de Deo quietat eum. Vnde licet cognoſcat Deum eſſe creatorem omnium, & prouiſorem, & ipſum ſolum eſſe auctorem gratiæ & ſanctificantem creaturas rationales, tamen non quietus, niſi ſciat intrinſecè qualis eſt hic creator, & quæ ſit ſubſtantia eius, ex conſequenti habeat facialem cognitionem.

Ad obiectiones igitur, dico, ad primam, quòd Beatus Thomas in principio articuli, dicit finem beatificum eſſe ſupernaturalem homini abſolutè conſiderato: & quia trahit hominem ad ſtatum diuinum, ut diximus illic qui eſt ſtatus ſupernaturalis.

Ad ſecundam nego quòd id ſit incidere in ſententiam Scoti, quoniam vult ipſe talem finem eſſe naturalem, quocunque modo homo conſideratur: nam ut diximus in primo articul. vult Scot. nullam ſupernaturalitatem conuenire potentiæ paſſiuæ, comparatæ actui ſuo, & in hoc deceptus eſt, vt illic oſtendimus.

Ad tertiam nego conſequentiam. ad probationem: non ualet niſi in eo, quod eſt naturale alicui abſtractè conſiderato, & ad hoc præcisè tendit intentio philoſophi in ſecundo cœli, vbi loquitur de motu conuenienti cœlo, vt cœlum eſt: non autem valet in eo, quod eſt naturale alicui propter ordinem ad alterum. nam calor naturalis naturaliter generat carnem, non inquantum calor, ſed vt coniunctus eſt animæ: & ideo non eſt neceſſe quòd in ſe habeat, & ex ſe uirtutem generandi carnem, ſed id ſibi confert anima: ſic Deus confert homini ut ordinatio in Deum, gratiam, & lumen, quo pertingit ad ſpeculationem diuinæ eſſentiæ.

Sed contra Beatus Thom. in tertio contra gentil. capit. quinquageſimo. probat abſolutè quòd ſubſtantia intellectualis ſeparata, deſiderat naturaliter uidere diuinam eſſentiam, ergo non ſolum inquantum ordinatur in Deum, vt in finem beatificum.

Ad hoc dico, quòd cum Beat. Thom. in ſecundo libro contra gentil. quarto, determinaſſet, non conſiderari creaturam à Theolog. niſi ut ordinatam in Deum, aliter Deus non eſſet ſubiectum adæquatum in hac ſcientia, non fuit ſibi neceſſe, toties replicare idem: ſed ſemper debent ſermones eius intelligi circa hanc materiam, in eo ſenſu, in quo dixerat in ſecundo lib.

Vnde ſimpliciter concedendum eſt quòd beati &c. Aduerte, quòd hæc concluſio inferitur ex illis conſequentijs, beati vident, effectum Dei, ergo deſiderant videre cauſam, ergo eſſentiam Dei ex his duabus prima eſt formaliter vera, ſecunda autem valet de materia, quoniam vt inquit Beat. Thom. in 3. contra gentil. capit. 50. ex hoc quòd ſubſtantiæ ſeparatæ cognoſcunt omnium rerum ſubſtantias, quarum vident, Deum eſſe cauſam, non quieſcit earum naturale deſiderium, niſi etiam ipſius Dei ſubſtantiam videant. Dixi autem quòd ualet de materia, quoniam abſolutè non tenet: aliter concluderet etiam de puro philoſopho: nam ex quo cognoſcit effectum primæ cauſæ, puta motum æternum, deſiderat ſcire primam cauſam, & tamen non ſequitur ut ſupra diximus quòd naturaliter deſideret ſcire eſſentiam ſuam, cum non habeat facultatem perueniendi ad talem ſtatum.

In reſponſione ad quartum proportio dicitur dupliciter: & aduerte quòd hæc diſtinctio trahitur ex quinto metaphyſicor. in capit. de ad aliquid, vbi philoſoph. dicit quòd inter quoſcunque numeros eſt determinata proportio: quoniam omnes numeri menſurabiles ſunt una communi menſura, ſcilicet vnitate aliquoties replicata, ſed non inter omnes quantitates continuas eſt determinata proportio: quia non omnes ſunt menſurabiles vna communi menſura, ut coſta, & diameter quadrati, licet autem non ſit inter eos determinata proportio, eſt tamen proportio aliqua: quoniam autem ſunt inæquales aut æquales aut vna eſt continens, aut altera eſt contenta, continens autem eſt quid tantum, & amplius: ſed hoc eſt indeterminatum, inquit philoſophus. Ad propoſitum Be. Thom. applicat illam indeterminatam proportionem ad Deum, & creaturam, quoniam vera eſt, creaturam eſſe inæqualem Deo, & contineri in Deo exceſſu tamen indeterminato. eandem proportionem ponimus inter cauſam illimitatam, & effectum limitatum. Inter potentiam determinatè perfectibilem, & actũ potentem perficere in infinitum. Et quoniam ſic Deus ſe habet ad creaturam vt effectum & ad intellectum creatum, ut perfectibilem determinatum. Deus autem ut omnibus potens perficere in infinitum. Ideo ſtat proportio inter Deum & intellectum creatum, licet indeterminata tanquam inter coſtam, & diametrum.

ARTICVLVS III.

Vtrum eſſentia Dei ab intellectu creato per aliquam ſimilitudinem videatur.

CIrca titu. ly, *per aliquam ſimilitudinem*, ſtat abſtractè & non ſolum ex parte uidentis, vel ſolum ex parte rei viſæ: principalis tamen intentio eſt de ſimilitudine ex parte rei viſæ, quoniam omnis cognitio, videtur fieri per aſſimilationem.

Si autem eſſet vna & eadem res. & vſque ibi, *& formam per quam*, Aduerte quòd in hac conditionali ſic intendit, ſi aliquid produceret potentiam viſiuam, & ab eadem videretur, potentia viſiua eſſet effectus eius, & imprimeret ei formam per quam, vel ſub qua potentia viſiua uideret. Itaque ly, *formam* ſtat à parte videntis, & hæc forma eſſet lumen impreſſum oculo, ſicut apparet in oculo cæci, & tunc videns duplici forma uideret authorem potentiæ viſiuæ, primo uideret potentia viſiua, quæ eſt quoddam lumen: omne enim manifeſtatiuum, & cognoſcitiuum lumen eſt. ſecundo videret lumine in ipſo oculo.

Manifeſtum eſt autem & uſque ibi, *ſequitur ergo* Aduerte quòd dixit de potentia viſiua, applicat ad intellectum, & intendit quòd cum Deus ſit autor potentiæ intellectiuæ, & poſſit ab ea intelligi, neceſſe eſt, quòd producat eam, vt quoddam lumen, & vltra hoc quod imprimat ei quoddam lumen, quo eleuetur &c. ita quòd creatura intellectualis, uidet Deum duplici lumine, ſcilicet naturali, id eſt ipſo intellectu & ſupernaturali impreſſo, de quo dicemus infra. ſed utrunque lumen Be. Thom. comprehendit ſub uirtute intellectuali, & ſic talis uirtus non eſt ſolus intellectus: ſed intellectus cum lumine impreſſo, ſi autem virtus videndi in cæco eſt potentia viſiua, cum tali lumine impreſſo in organo viſus, quomodo poteſt in tenebris illuſtrari, medium?

Sed ex parte rei viſæ, quam neceſſe eſt & ſcias quòd ut adducit Capr. in 4. diſt. 49. q. 5. contra primam. Aureolus arguit contra concluſionem, deinde ſoluit tres rationes, quas Beat. Thom. hic adducit.

Contra concluſionem ſic arguit actus quo vt adducit diuina eſſentia eſt expreſſiua ſimilitudo eiſdem eſſentiæ: hanc probat pluribus dictis Auguſtini vt uidebis & ratione, quoniam per uiſionem ponitur diuina eſſentia in eſſe apparenti & conſpicuo ante intellectum beati. ergo eſt ſimilitudo, & repræſentatiuum ipſius eſſentiæ: & deinde ſubſumit, quòd cum talis actus ſit quid creatum, eſt quid limitatum, & finitum, ergo nõ inconuenit aliquam ſpeciem creatam eſſe repræſentatiuam eſſentiæ infinitæ.

Ad hoc dicitur ad mentem Capreoli: maiorem eſſe falſam: ad dicta Auguſtini dicimus quòd uiſio nec cognitio eſt expreſſa ſimilitudo obiecti, ut uiſio eſt, ſed hoc habet ratione principij ipſius, quæ eſt ſpecies repræſentatiua quæ in actu beatifico non eſt niſi diuina eſſentia: quæ eſt ut forma intelligibilis. Ad probatio. nego ſimiliter, quòd actus ipſe ſecundum ſe ponat in eſſe apparenti diuinam eſſentiam: hoc enim habet ex principio actus, ut dixi, & ex uerbo, ſiue conceptu formato. quando per actum intelligendi formatur, & hoc dico: quoniam beatus non format uerbum de diuina eſſentia, ut dictum eſt.

Ad primam rationem Bea. Thom. dicit Aureol. quòd aliqua ſpecies poteſt dici inferioris ordinis dupliciter, primo tranſitiuè ut ſit ſenſus, ſpecies quæ eſt repræſentatiua rei inferioris ordinis, non eſt principium cognoſcendi clarè rem ſuperioris ordinis: ut per ſpeciem repræſentatiuam corporis, nõ poſſum clarè cognoſcere ſubſtantiam ſeparatam, & in hoc ſenſu propoſitio eſt uera: & hæc fuit intentio Dionyſij, & ex hoc infert, quòd per nullam ſpeciem repræſentatiuam creaturæ põt clarè cognoſci diuina eſſentia. Secundò intranſitiuè ut ſit ſenſus per nullam ſpeciem, quæ eſt entaliter uel ſecundum eſſe eſt inferioris ordinis quam ſit ſuum obiectum poteſt cognoſci: & ſic propoſitio eſt falſa, quoniam ſpecies lapidis eſt inferior quo ad eſſe, quam ſubſtantia lapidis, cum ſit accidens: & tamen ſufficienter per ipſam cognoſcitur lapis, quoniam in repræſentando adæquatur lapidi, ſic dicit in propoſito, licet omnis ſpecies creata ſit inferior quo ad eſſe quam diuina eſſentia: tamen nõ ſequitur quòd in repræſentare ſit inferior, ex conſequenti nõ inconuenit finitum repræſentare infinitum.

Ad ſecundam dicit hanc conſequentiam non ualere, omnis ſpecies creata non eſt ſuum eſſe, ergo non poteſt repræſentare diuinam eſſentiam quæ eſt ſuum eſſe, quoniam dicit ipſe. hoc eſt per accidens in ſpecie, ſicut eſt per accidens, quòd ſubſiſtantiam dato, quòd non ſubſiſtat, adhuc eſt repræſentatiua ſubſiſtentis, ſicut ſpecies Archangeli impreſſa in intellectu Angeli ſimili, dato quòd non ſit ſuum eſſe, adhuc poteſt eſſe repræſentatiua eſſentiæ quæ eſt ſuum eſſe.

Ad tertiam dicit ſicut ad primam quòd non inconuenit aliquid determinatum eſſe repræſentatiuum eſſentiæ infinitæ, licet ſit inferius quo ad eſſe, & ſecundum aliquam determinatam rationem.

Sed Aureolus deceptus eſt, ignorans quid ſit ſpeciem eſſe inferioris ordinis ad mentem B. Thom. propter quod aduerte, quòd ſpecies quæ eſt principium formale cognoſcendi aliquid, dupliciter conſiderari poteſt, ut ens quoddam, ſecundo ut ſpecies eſt, ut eſt ens accidit ſibi, quòd ſit ſubſtantia, uel ſit accidens: poteſt enim utrumque eſſe diuiſim, nam ſubſtantia Angeli eſt ſpecies ſui intellectus qua ſe ipſum intelligit, & ſpecies lapidis eſt accidens ſimiliter accidit ſibi quòd ſit inferioris ordinis quo ad ens eſſe reale, quam ſuum obiectum hoc enim impedit quin ſit ſufficiens principium cognoſcendi ſuũ obiectum, ut patet, quòd ſpecies lapidis ut ens, licet ſit accidens, & lapis ſubſtantia, tamen ſufficit ad cognoſcendum lapidẽ quidditatiuè. Vnde hæc conſequentia non ualet: ſpecies lapidis eſt inferioris ordinis, quo ad eſſe reale, quam ſubſtantia lapidis, ergo non eſt ſufficiens principium cognoſcendi lapidem, ſecundo conſideratur ut ſpecies eſt, & ſic ei conuenit eſſe ſimilitudinem eius, cuius eſt ſpecies, & ſecundum quod eſt ſimilitudo, ſic eſt principium cognoſcendi in ſimilitudine: Nã quædam eſt ſimilitudo alterius tantum ſecundum genus, vt ſpecies animalis non indicat hominem, niſi in genere, quædã eſt ſimilitudo ſecundum ſpeciem ſpecialiſſimam, ut ſpecies hominis indicat hominem ſecundum ſpeciem inter has duas eſt conuenientia, & differentia, conueniunt quidem in hoc, quòd utraque eſt inferioris ordinis, ut entia ſunt quàm ſint ſua repræſentata, diſconueniunt autem, quoniam prima ut ſpecies eſt, eſt inferioris ordinis: quoniam non completè indicat: ſecũda autẽ ut ſpecies eſt, eſt eiuſdẽ ordinis, quoniam æquipollet ſecundum eſſe intelligibile quidditati hominis, & hanc latitudinem ordinum Bea. Thom. intendit ut per ſe diuerſificat ſpeciem, ut ſpecies eſt &c. intendit in prima ratione quando dicit, *per nullas ſimilitudines inferioris ordinis, prout ſcilicet ſimilitudines ſunt, & non ut entia ſunt &c.* Aureolus autem credidit Bea. Thom. intelligere de inferiori ordine ut entia ſunt, ideo eius ſolutio non ualet. Sed dices unde eſt, quòd non poteſt dari ſpecies creata eiuſdem ordinis cum eſſentia diuina ut ſpecies eſt, ex quo non impedit, ſi etiam ſit inferioris ordinis, ut ens eſt. Reſpondeo, ut dicit B. Tho. in hoc art. omnis ſpecies creata, ut ſpecies repræſentat ſuum obiectum ſub aliqua determinata ratione, puta ſub ratione ſubſtantiæ, uel uidentis, uel boni &c. Diuina autem eſſentia interminatè cõtinet omnia, & ideo nulla ſpecies ut ſpecies creata plenè indicat eam. Vnde ſicut ſpecies ſenſibilis ut ſpecies eſt inferioris ordinis ad naturam uniuerſalem intelligibilem, ſic & quælibet ſpecies creata comparata uniuerſalitati, & immenſitati diuinæ eſſentiæ: patet igitur, quòd ratio B. Thom. prima ſtat in ſuo robore, ſimiliter ſecunda ſolutio non ualet credit enim quòd Bea. Thom. intendit eſſe neceſſe, quòd hæc ſpecies ut ens eſt ſit ſuum eſſe, ſicut Dei eſſentia & ſuum eſſe: ſed hæc non eſt intentio: quoniam ut diximus eſt præter accidens, quòd ſpecies ut ens ſit eiuſdem ordinis cum ſuo obiecto: ſed intendit, quòd nulla ſpecies creata eſt ſufficienter repræſentatiua diuinæ eſſentiæ: & rationem aſſignat, quoniam diuina eſſentia eſt ſuum eſſe: ex conſequenti eſt omne ens perfectionaliter: ex conſequenti eſt uniuerſaliſſimum repræſentabile: omnis autem ſpecies creata, ut ſpecies eſt, repræſentat illam ſub aliqua ratione particulari, ut diximus, & ideo non poteſt eſſe ſufficiens principium cognoſcẽdi tantam excellentiam.

Similiter tertia ſolutio non ualet, peccat enim in eo, quod eſt per accidens credens B. Th. tenere quòd ſit neceſſe ſpeciem, vt ens, eſſe eiuſdem ordinis cum obiecto, ut per eam quidditatiuè cognoſcatur: ſed hoc non tenet quia id eſt per accidens: ſed dicit ideo eſſe, quia eſſentia Dei eſt obiectum uniuerſaliſſimum ergo eius ſpecies ut ſpecies debet eſſe uniuerſaliſſima, hoc autem non conuenit ſpeciei creatæ: quia quicquid repræſentat, ſub aliqua particulari ratione repræſentat: propter quod benè ſequitur, quòd ſola Dei eſſentia ſit ſui ipſius adæquata & perfecta ſpecies.

In reſponſione ad primum, Aduerte, quòd exponit ly, *ſimiles* ex parte videntis, quoniam lumen gloriæ quod eſt diuinum lumen, & eſſentiale in Deo, participatur à beato, in quo uidet Deũ, ſicut Deus uidet ſeipſum lumine ſuo: ratione ergo luminis beatus eſt ſimilis Deo: ſed in 3. contra gent. cap. 51. ibi *ſecundum autem hanc viſionem &c.* exponit ly, *ſimiles* ex parte ſpeciei quæ ſe tenet ex parte rei uiſæ, quæ eſt ipſamet diuina eſſentia: Intendit igitur, quòd erimus Deo ſimiles, quoniam ſicut uidet ſeipſum per eſſentiam ſuam, ſic per eandem uidebimus eum: ex conſequenti eadem eſſentia erit quo & quod reſpectu intellectus creati & diuini.

In reſponſione ad tertium duo declarãda ſunt, primo propter quòd Dei eſſentia, poteſt per ſeipſam eſſe forma intellectus non autem aliæ eſſentiæ creatæ, ſecundo quid ſit Dei eſſentiam facere intellectum in actu &c.

Quantum ad primum, Aduerte quòd Beat. Thom. in 3. contra gent. capitu. 51. ibi *hoc autem ſic &c.* dicit cauſam huius eſſe quia ſola Dei eſſentia eſt ipſa ueritas: ex conſequenti ipſa actualitas in genere intelligibilium. Vnde per ſeipſam poteſt eſſe forma intellectus, non quidem ſecundum eſſe reale, quoniam ut ſupra in quæſtio. 3. articu. ultimo uiſum eſt, diuina eſſentia, non uenit in compoſitionem alicuius, ſed ſecundum eſſe intelligibile: Ita quòd perfectiori modo conſtituit in actu intellectum beati, quàlibet ſpecie intelligibili: ſpecies enim hæret intellectui, & illum perficit. Nulla autem eſſentia creata quantumcunque ſit forma, & per ſe ſubſiſtens, ut Angelus, eſt ipſa ueritas, ſicut nec ſuum eſſe: nam ſic res ſe habet ad eſſe, ita ad ueritatem: ſed eſt res uera: ex conſequenti non eſt ſeipſa actualitas in genere intelligibilium: ergo oportet, quòd per ſpeciem mediam actuet intellectum extrinſecum: Dico autem extrinſecum, quoniam ut diximus in tractatu de Angelis eſſentia Gabrielis cum intelligit ſeipſam, efficitur forma ſui intellectus. In præſenti autem reſponſione dicit cauſam huius eſſe, quia ſola Dei eſſentia eſt ſuum eſſe, ergo ſe ipſa dat omne eſſe alteri, quod ſibi non repugnat, repugnat autem, quod det eſſe reale, quoniam haberet rationem partis & imperfecti: ut dictum eſt in queſt. 3. artic. ultim. non repugnat autem quòd det eſſe intelligibile, quoniam eſt ipſa actualitas in genere intelligibilium: nec aliqua imperfectio ponitur in Deo, non enim formæ intellectus ut eſt principium intelligendi conuenit per ſe, ſed per accidens inhærere intellectui, alioquin Angelus non intelligeret ſeipſum per ſeipſum: poteſt ergo dari forma intellectus abſque hac imperfectione: ex conſequenti non repugnat Dei eſſentiam per ſeipſam actuare intellectum, & quoniam nulla eſſentia creata eſt ſuum eſſe, ideo per ſeipſam non dat omne eſſe, quod poteſt dari alteri, ſed per ſpeciem mediam.

Sed dices, ſi ipſam dat eſſe intellectui ſibi intrinſeco, quare etiam non in extrinſeco.

Reſpondeo id prouenit ex determinato ordine, quem habet ad intellectum ſibi intrinſecum, ſicut determinatum mouens ad determinatum mobile: ſed Dei eſſentia, ut pote illimitata

Universidad de Deusto Biblioteca

nitate actualitas in genere intelligibilium, ſicut mouere poteſt in genere entium omne mobile.

Quantum ad ſecundum, Aduerte quòd cum Dei eſſentia vniatur intellectui beato, vt diximus ſicut ſpecies intelligibilis eo modo, quo ſpecies intelligibilis facit intellectum in actu, ſic etiam affirmari poteſt de diuina eſſentia: Tripliciter autem ſpecies ſumitur. primò ut qualitas inhærens & actuans ſuum ſubiectū: hoc non facit, ut ſpecies, ſed ut tale ens, puta forma accidentalis, hoc igitur modo diuina eſſentia non facit intellectum in actu: quoniam imperfectionis eſt ut diximus, ſecundo ut forma comparata intellectui ut materiæ in genere intelligibilium conſtituens ipſum in actu primo. i. faciens ipſum intelligentē in habitu, ſicut ſe habet ſpecies lapidis in intellectu philoſophi dormientis: & hoc modo diuina eſſentia nō facit intellectum beati in actu, hoc enim eſt actuare imperfectè, & admixtione potentiæ, & beatus poteſt non actu frui Deo, quod non admittimus in doctrina B.Thom. Tertio ut forma comparata materiæ dans ei completum eſſe in genere intelligibilium, hoc autē completum eſſe eſt ipſum intelligere, & ſic eſſentia Dei facit intellectum in actu, quia facit perfectiſſime intelligere intellectū: Vnde ſicut forma cœli vnita materiæ, facit ipſum perfectè exiſtere actu in genere entium. ſic Dei eſſentia unita intellectui vt forma, facit ipſum exiſtere actu, & hoc exiſtere actu eſt ipſius intelligere: quod eſt eſſe eſſentiale ipſius intellectus ut intellectus eſt: Dico, ut intellectus eſt, quoniam ſi conſideretur vt ens cui inhæret talis actio, idest ei accidentale. Et aduerte, quòd ignorantia huius diſtinctionis intellectus ut tale ens & intellectus ut intellectus, eſt cauſa multarum deceptionū in hac materia, ut magis patebit infra, & præcipuè cum loquemur de anima intellectiua.

Ex determinatione huius articuli patet, q̄ ſi B.Th. negat poſſe dari ſpeciem productam, quæ ſit principium uidendi diuinam eſſentiam multo magis negabit beatum poſſe producere conceptum ex uiſione illa, in quo reluceat diuina eſſentia: ſed de hoc loquemur in tractatu de Trinitate, ubi diſtinguemus de uerbo totali, & de partiali.

ARTICVL. III.

Vtrum Dei eſſentia poſſit uideri oculis corporalibus.

IN hoc articulo non cadit difficultas, ideo pertranſeo. Aduerte ſolum illud, quod dicitur in reſponſione ad ſecundum *ſicut nunc oculi noſtri vident alicuius vitam &c.* vſque in finē, non intendit quòd ſicut uita eſt ſenſibilis per accidens à uiſu, & per ſe à cogitatiua, quæ cognoſcit non ſenſatum ex ſenſato. De ratione enim ſenſibilis per accidens eſt, ut ab aliqua potentia cognoſcatur per ſe, ut declarant B.Tho. in 2. de anima ſuper text. 65. ibi, *ſciendum eſt igitur quòd ad hoc quòd aliquid ſit ſenſibile per accidens &c.* ſic Deus eſt cognoſcibilis per accidens a uiſu, & p ſe ab intellectu: cognoſcitur autem per accidens à uiſu: ad ſeprimum argumentum: *quoniam per ſe uidet corpora ſicut glorificata &c.* in quibus adeſſe Deum, uel gubernantem deprehēdit ſic ſubſtantiam Socratis dico uidere, quia uideo figuram, cui ſubeſt ipſius ſubſtantia. Item aduerte quòd reſponſio ad tertium, clarior & diffuſior ponitur in artic. 1. huius quæſtionis, & eſt reſponſio ad primum ex dicto Dionyſij, vide tu.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum intellectus creatus per ſua naturalia Dei eſſentiam uidere poſſit.

CIrca titul. ly, *per ſua naturalia* ſtat præciſè, & excludit omne donum gratuitum quaſi dicat, Vtrum intellectus creatus ſit tantæ uirtutis, quòd per ſe ipſum, & omne medium naturale, quod aptum eſt habere, quales ſunt ſpecies abſtractę a rebus poſſit uidere Dei eſſentiam.

Cognitio enim contingit, ſecundum quod cognitum eſt in cognoſcente: & aduerte quòd cognoſcens dupliciter ſumitur primo ſecundum ſubſtantiam ſuam, ſecundo ut cognoſcens eſt: Eſt autem cognoſcens ſecundum quod unitur cognito: vnitur autem ſecundum quod habet in ſe ſpeciem cogniti. Igitur cognoſcens eſt cognoſcens, non quia eſt talis ſubſtantia, ſed quia eſt actuatus ſpecie cogniti: & iuxta hunc ſenſum intelligendæ ſunt propoſitiones Bea. Thom. Et prima quidem ſic: cognitio contingit ſecundum quod cognitum eſt in cognoſcente actuato ſpecie cogniti; ſecunda ſic, cognitum autem eſt in cognoſcente ſecundum modum cognoſcentis: idest ſecundum quod repræſentatur cognoſcenti per ſpeciem, quam in ſe habet: tertia ſic, unde cuiuslibet cognoſcentis cognitio eſt ſecundum modum naturæ ſuæ, non ſimpliciter ſumptæ, ſed ut conſtituitur in actu primo per ſpeciem cogniti: quarta ſic Si igitur modus eſſendi rei cognitæ, excedat modum naturæ cognoſcentis actuati quacunque ſpecie ipſius rei cognitæ, oportet quòd cognitio, ſcilicet perfecta, & quidditatiua illius rei cognitæ excedat naturam. idest ſit ſupernaturalis ipſi cognoſcenti.

Sic intellectis propoſitionibus B. Thom. uidebis quòd Scot. in 4. diſtin. 49. q. 11. ibi. *Reſpondeo ad primam rationem primæ opinionis &c.* Fruſtra laborat contra B. Thom. Conatur enim ex propoſitionibus B.Thom. quas ſuo modo exponit arguere cōtra ipſum: & primo probat hanc conditionem eſſe falſam. *Si modus eſſendi alicuius rei &c.* inquit enim quòd ſi hæc conditionalis eſt uera, ergo nullus angelus inferior cognoſcet quidditatiuè ſuperiorem, quoniam ſuperior excedit inferiorem in eſſendo.

Præterea Beatus etiam cum quantocumque lumine gloriæ non uidebit eſſentiam Dei, quoniam excedit in infinitum ſecundum modum eſſendi, cum ſit intellectus beati finitus, & cum lumine gloriæ: eſſentia autem infinita: ſecundo dicit rationem B.Thom. deficere, quia non eſt in forma, & ſi reducatur ad formam, duæ propoſitiones erunt falſæ: ſic enim reducentur. Si modus cognitionis eſt ſecundum naturam cognoſcentis, ergo nulla cognitio naturalis excedit modum naturæ cognoſcentis. Igitur nulla cognitio naturalis eſt de obiecto, cuius natura excedat modum naturæ cognoſcentis: cum ergo modus cognitionis ſit ſecundum modum cognoſcibilis, ſi modus eſſendi rei cognitæ excedit modum eſſendi ipſius cognoſcentis, illa cognitio erit ſupernaturalis. Dicit Scot. ſic arguendo, argumentum tenet, ſed duæ propoſitiones ſunt falſæ. Iſta modus cognitionis eſt ſecundum modum cognoſcibilis: & hæc, nulla cognitio naturalis eſt de obiecto, cuius natura excedit modum naturæ cognoſcentis, quoniam ſtat, cognitionem eſſe naturalem & tamen obiectum excedere ipſum cognoſcētem, aliter imperfectius nunquam cognoſcet perfectius cognitione naturali. Vltimo credit Scot. quòd Beat. Thom. fundet ſe ſuper hoc principium neceſſe eſt inter obiectum & potētiam cognoſcitiuam eſſe proportionem æqualitatis, quo ad modū eſſendi, ſi debet ſeruari cognitio naturalis, ſed inquit Scot. hoc eſt falſum, ſufficit enim quòd inter ea ſeruetur proportionalitas actiui, & paſſiui: etiam ſi ſint maximè diſſimilia in modo eſſendi, ut patet in materia & forma, & quoniam obiectum habet rationem motiui, & intellectus rationem mobilis: ideo ſtat, cognitionem de obiecto excedente modum eſſendi ipſius cognoſcentis eſſe naturalem.

Ad hęc facile eſt reſpondere, ſtante declaratione propoſitionum, quam præmiſimus.

Ad primam obiectionem nego conſequentiam: ad probationem dico, quòd licet Angelus ſuperior excedat inferiorem in eſſendo, comparando ens enti, ſubſtantiam ſubſtantiæ, nō tamen excedit comparando inferiorem, ut cognoſcentem ad ſuperiorem ut cognitum eſt: cum cognoſcens, ut actuatus ſpecie cogniti, & quoniam illa ſpecies repræſentatiue adęquatur cognito, ideo Angelus inferior ut cognoſcens adæquatur, & non exceditur à cognito: decipitur autem Scot. quoniam non conſiderat cognoſcens, & cognitum formaliter, ſed tantum materialiter.

Ad ſecundum dico ad conſequentiam, quòd ſi intendit de diuiſione naturali, de qua hic loquimur conceditur conſequētia, & nego falſitatem conſequentis: hæc enim eſt concluſio Bea. Thom. quòd beatus non poteſt uidere naturaliter diuinā eſſentiam: ſi autem intendit de diuiſione abſolutè ſiue naturali, ſiue ſupernaturali nego conſequentiam: quoniam lumen gloriæ eleuat intellectum: & diuina eſſentia efficitur ſpecies intellectus beati, ita quòd eſt ſufficientiſſime repręſentatiua ſui ipſius, ex conſequenti proportionabiliter intellectus beati conſtitutus eſt in actu, & ueluti Deus effectus ad diuinam viſionem &c.

Quantum ad illud, quod dicit Scot. rationem B. Thom. eſſe in propoſitionibus non ſyllogizatis. Dicimus q̄ facilè ad formam reducitur & pro nunc ſuſtinemus formalizationem Scoti, licet propoſitiones aliquas inutiliter immiſceat, & ſuſtinemus hanc eſſe ueram: *modus cognitionis eſt ſecundum modum naturæ cognoſcibilis*, ſumendo ly, *cognoſcibilis* formaliter omne enim cognoſcibile eſt cognoſcibile per aliquam ſpeciem ſui repræſentatiuam, uel per ſe ipſum. qualis igitur erit ſpecies, talis erit. cognitio igitur ſi ſpecies perfecta & cognitio perfecta erit, ſi ſpecies imperfecta, & cognitio diminuta erit. Patet igitur,

tur, quòd hæc eſt uera, *omnis cognitio eſt ſecundum* modum naturæ cognoſcibilis, repræſentatæ per ſpeciem, uel per ſe ipſam quantum ſit ex parte naturæ cognoſcibilis, & hoc dico, quoniam ſtat ſpeciem eſſe ſufficienter repræſentatiuam obiecti cognoſcibilis: & tamen cognitio non erit ſecundum modum ſpeciei ex parte cognoſcentis, cui fortè improportionatur talis ſpecies, ut dicemus de anima ſeparata, quæ non cognoſcit perfectè ſubſtantias ſeparatas, licet impreſſas in ſe habeat earum ſpecies: ſimiliter hæc eſt uera: *nulla cognitio naturalis eſt de obiecto, cuius natura &c.* ſumendo ly, *cognoſcentis* formaliter: idest ut actuati ſpecie cogniti, & quoniam diuina eſſentia excedit intellectum beati: quacunque ſpecie creata actuati, ideo uiſio illa eſt ſupernaturalis: cum autem dicit Scot. quòd perfectius nunquam cognoſceretur ab imperfectiori naturaliter: nego conſequentiam, ſicut etiam dixi in ſolutione primæ obiectionis. Requiritur tamen, quòd perfectius, & imperfectius ſit eiuſdem generis in genere cognoſcentium, & hoc dico propter animam intellectiuam, quæ non poteſt cognoſcere naturaliter ſeparatas ſubſtantias perfectè, & quidditatiuè ſiue ſeparata, ſiue coniuncta, quoniam in latitudine cognoſcentium anima ipſa, ut cognoſcens diſtinguitur genere à ſubſtantijs ſeparatis, ut patet in præſenti articu. in quo B. Thom. aſſignat triplicem gradum cognoſcentium, & dicit eſſe connaturale animæ cognoſcere materialia, & Angelo ſeparata, & Deo ſe ipſum. Quod autem ultimate dicit B. Thom. fundatur ſuper illud principium, neceſſe eſt inter obiectum, & potentiam eſſe æqualitatem vel ſimilitudinem in modo eſſendi: falſum eſt: nec id habetur ex D. Thom. Vnde dico, quòd B. Thom. intendit duas conditiones eſſe neceſſarias ad cognitionem naturalem: prima eſt quòd cognitum non excedat ipſum cognoſcens, ut cognoſcens eſt. idest ut actuatum cognitū.

Quod autem excedatur à cognoſcente quo ad ſubſtantiam non impedit: nam Angelus cognoſcit lapidem. ſimiliter quòd cognitum excedat ſubſtantialiter ipſum cognoſcens, non impedit dummodo ſint eiuſdem generis, vt dixi, ut excipiatur anima intellectiua, quæ non poteſt cognoſcere ſeparata naturaliter ſed vel præter naturam, uel ſupra naturam. Angelus autem cognoſcit Archangelum. Secunda eſt, quòd inter obiectum, & potentiam cognoſcitiuam ſeruetur proportio proximè motiui, & proximè mobilis quæ nunquam ſeruatur, niſi obiectum præſens ſiat potentiæ, aut ſeipſo, aut ſpecie &c. & potentia cognoſcitiui ſiat ipſum cognitum in eſſe intelligibili ex huiuſmodi præſentatione, & unione: unde negandum eſt ipſi Scot. quòd inter obiectum excedens potentiam cognoſcitiuam, & ipſam potentiam abſolutè ſeruetur proportio motiui, & mobilis, niſi accedentibus conditionibus prædictis: exiſtimauit autem Scot. quòd quoniam obiectum intellectus eſt ens, ut ens: ideo omne ens quidditatiuè, & naturaliter ſit intelligibile ab intellectu creato: ſed id non acceptamus in uia noſtra. Item quoniam apud ipſum nulla datur ſupernaturalitas reſpectu potentiæ paſſiuæ, quod tamen reprobauimus in 1. quæſtio. articu. 1. Vnde per intellectum connaturale eſt nobis cognoſcere naturas, quæ quidem non habent eſſe niſi in materia &c. Aduerte quòd B. Tho. graduat hic tres intellectus non penes diuerſa obiecta adæquata, quoniam omnis intellectus ut intellectus pro obiecto adæquato habet ens uniuerſale ut dicit D. Thom. infra quæſtio. 79. articul. 2. ſed penes prima cognita quidditatiuè naturaliter: nam obiectum primum intellectus noſtri coniuncti eſt quidditas materialis. intellectus autem Angelici eſt quidditas immaterialis, cuius tamen eſſe non eſt ſubſiſtēs. intellectus autem diuini eſt eſſentia Dei. cum hic tamen ſtat, quòd intellectus noſter coniunctus attingit ens in uniuerſali, & omnem gradum entis. etiam ipſum Deum aliquo gradu cognitionis naturalis, & ſi non q̄dditatiuè, de quo hic eſt ſermo.

In reſponſione ad primum ſcias, quòd illa ſimilitudo refulgens in Angelo, in qua uidet Deum, eſt eſſentia ipſius Angeli, ut patebit infra cum loquemur de Angelo, in q. 56. ar. 3. ubi B. Tho. dicit expreſſè. uide tu ad placitum.

In reſponſione ad tertium, *Sed intellectus noſter vel Angelicus qui ſecundum naturam a materia aliqualiter eleuatus eſt &c.* Aduerte quòd ly, qui, refert intellectum noſtrum, & non Angelicum: quoniam ille omnino à materia eleuatus eſt, ut dicemus infra. Nec eſt neceſſe quòd referat vtrumque, quoniam loquitur disiunctim.

ARTICVLVS V.

Vtrum intellectus creatus ad videndum Dei eſſentiam aliquo lumine indigeat.

CIrca titul. ly, lumine ſtat pro omni eo, uel ſub quo diuina eſſentia manifeſtatur intellectui creato ly, *indigeat* ſtat abſolutè, ita quòd non aliter poteſt. Quæritur, ergo utrum ſit neceſſe Deum infundere intellectui alicui creato, aliquam qualitatem ſub qua manifeſtatur Dei eſſentia & hanc qualitatem dicimus lumen.

Omne, quod eleuatur &c. vſque ibi, *ad talem formam &c.* Aduerte quòd Durandus ut adducit Capr. in 4. diſtin. 49. q. 4. contra ſecundam: & eſt eius argumentum ſecundum conatur deſtruere hanc maximam, ſuper quam B. Thom. ubique fundat ſe. ſ. *Omne illud, quod eleuatur ad recipiendum aliquam formam ſupernaturalem, neceſſe eſt quòd diſponatur aliqua diſpoſitione ſupernaturali.* quoniam ut inquit in q. de ueri. q. 8. art. 3. vltim. diſpoſitio ad formam, & formam ipſa ſunt unius ordinis in hoc quòd ſi vnum eſt ſupernaturale, & reliquum.

Contra inquit Durandus, illa diſpoſitio ſupernaturalis eſt forma: quæ cognitio aut recipitur in ſubiecto naturali immediatè aut per aliam diſpoſitionem ſupernaturalem: non ſecundum: quia eſſet proceſſus in infinitum: ergo primum: ergo eadem ratione forma ſupernaturalis poterit recipi immediatè in ſubiecto naturali, ſicut illa diſpoſitio.

Ad hoc bene dicit Caprea. & ab eo accepit expoſitor, quòd in illa maxima *licet ad recipiendum aliquam formam ſupernaturalem* intelligit de forma principali, ad quam conſequendam ordinatur actio, & non de qualibet forma diſpoſitiua: ad argumentum ergo dico, quòd illa diſpoſitio ſupernaturalis recipitur in ſubiecto immediate, quia non eſt neceſſe diſpoſitionis eſſe diſpoſitionem: nego autem, quòd eadem ratio & forma eſt principalis: quoniam etiam in materialibus forma ſubſtantialis recipitur mediantibus diſpoſitionibus diſpoſitiones autē non neceſſario requiruntur præuias diſpoſitiones.

Cum autem intellectus creatus, & uſque ibi *formæ intelligibilis*, ſufficit quòd det eſſe intellectui, ut intellectus eſt in genere intelligibilium: hoc autem eſſe eſt ipſum intelligere, ut diximus ſupra: eſt igitur forma intelligibilis, quia facit intellectum actu intelligere, ſic forma accidentalis, puta albedo in genere entium facit ſubiectum albere. Aduerte tamen, quòd non eſt dicenda ſimpliciter & ſecundum eandem rationem forma intelligibilis ſicut ſpecies impreſſa, quoniam hæc dat formaliter eſſe intellectui: ut ſubiecto: & hoc imperfectionis eſt. Deinde facit intellectum intelligere, & hoc ſecundum ſeruatur in diuina eſſentia.

Vnde oportet quod aliqua diſpoſitio ſupernaturalis, &c. vſque ibi, *in tantam ſublimitatem &c.* Aduerte, quòd ly, *ſupernaturalis* dupliciter poteſt intelligi, primo quòd ſecundum ſuam entitatē ſit altioris naturæ quam illud, cui ſuperadditur: & ſic non eſt uerum, quòd diſpoſitio hæc ſit ſupernaturalis, quoniam eſt accidens, quod eſt inferioris entitatis ipſa anima intellectiua, quæ eſt ſubſtantia: quia eſt maioris efficaciæ, & uirtutis quam illud præciſè, cui additur: & quia à ſolo agente diuino effluit: & ſic hæc diſpoſitio eſt ſupernaturalis, quoniam eleuat animā ad diuinum ordinem, ad quem non poteſt tota ſua facultate: & quia ſolus Deus eſt author huius diſpoſitionis. Aduerte tamen quòd hæc ſecunda conditio non facit ipſam ſupernaturalem niſi denominatione extrinſeca, alioquin anima intellectiua eſſet forma ſupernaturalis, cum ſit à ſolo Deo: Dicitur igitur ſupernaturalis intrinſecè, quia eſt principium effectus uincentis totam facultatem naturæ creatæ, ut dicemus ſoluentes argumenta aduerſantium.

Et hoc augmentum virtutis intellectiuæ &c. vſque ibi *vocamus &c.* Aduerte quòd Durandus ut adducit Capre. in 4. diſtinctio. 49. quæſtio. 4. contra ſecundam & eſt eius argumentum primum: arguit contra hoc augmentum ſic: hoc augmentum uirtutis intellectus non eſt niſi confirmatio. hæc autem non fit niſi duobus modis, primo per intenſionem eiuſdem uirtutis, ut quando calor ut tria efficit, calor ut quinque, ſecundo per coniunctionem alterius conſimilis agentis, ut ſi luminoſo. A. adiungatur luminoſum. B nullo modo lumen gloriæ auget nec confortat intellectum, non primo modo: patet, quoniam intellectus qui eſt proprietas animæ non eſt forma intenſibilis, nec ſecundo modo, quoniam lumen ipſum eſſet intelligens partiale, ſicut luminoſum. B. illuminans partiale. quo &c.

Ad hoc negatur diuiſio: quoniam non primo modo ut expreſſe tenet B. Thom. in 3. contra 53. ibi, *contingit autem dupliciter aliquam virtus fortificari.* & nec ſecundo modo ut bene probat Durandus, ſed tertio modo quando eſt, exponit B. Thom. in 3. contra gentil. in eodem loco: & intendit hoc augmentū fieri per appoſitionem nouæ formæ, qua actiuum eleuatur ad operandum aliquam actionē, in quam non poteſt, ſtans præciſè in limitib. naturæ ſuæ: ſic augetur aer: ut recipiat lumen:

quoniam per receptionem luminis poteſt illuminare, quod non poteſt vt ęt eodem modo, augetur ſecundū aliquos phātaſma per receptionem alicuius virtutis ab intellectu agente, ſecundum quam eleuatur ad comproducendum ſpeciem intelligibilem, tamen quid de hoc tenendum ſit in via Beat. Th. dicemus in tractatu de anima.

In reſponſione ad primum plura tangit. Primo quòd hoc lumen eſt neceſſarium: ſicut etiam dixit in artic. Secundò quòd non eſt neceſſarium vt eſſentia diuina fiat actu intelligibilis, ſicut dicimus, lumen intellectus agentis neceſſarium, ut materialia fiant actu intelligibilia, & hoc ſecundum conceſſum eſt ab omnibus. Tertiò quid eſt neceſſarium ut intellectus fiat potens ad intelligendum Dei eſſentiam. Circa quod aduerte & non dicit, *vt fiat potens ad recipiendum intellectionem diuinæ eſſentiæ*: quoniam ex ſe receptiuus eſt poſtquam actuatus eſt diuina eſſentia ut forma intelligibili. Dicit autem, *vt fiat potens ad intelligendum*, id eſt exeundum in actum ſecundum: verum quia actus ſecūdus præſupponit actum primum: ideo ſecundum Beat. Thom. lumen hoc eſt neceſſarium, ut intellectus recipiat diuinam eſſentiam ut formam intelligibilem, qua conſtituatur in actu primo: hoc licet non expreſſerit in hac reſponſione, tamen expreſſit in corpore, ut ibi, *cum autem intellectus creatus &c.* & diffuſius in 3. contra gent. capit. 53. igitur ſolum ipſum ponitur vt conſtituatur in actu primo, & vt exeat in actum ſecundum. Quarto hoc lumen gloriæ eſt habitus. vnde dicit *per modum ſuæ potentiæ ſit potentior ad operandum &c.* per habitum, ergo ſecundum ipſum uiſio diuina nō poteſt intelligi pro hoc lumine, antecedit enim ut diſpoſitio eleuatiua.

Sed contra hoc multi inſurgunt, & primo Sco. in 4. diſtinct. 49. quæſtio. 11. ibi, *reſpondeo ergo ad duas quæſtiones* & licet teneat charitatem eſſe neceſſariam ad beatitudinem: non tamen lumen gloriæ, & principalia eius motiua ſunt hæc: ſi hoc lumen eſt neceſſarium uel propter receptionem uiſionis, uel propter eleuandam uiſionem: non primum quia habitus non eſt ratio recipiendi actum, etiam in uia, ſed potius è conuerſo, quoniam habitus generantur ex actibus: ſed hoc lumen ponitur vt habitus: ergo &c. non ſecundum: quoniam quanto obiectum eſt magis in ſe lux, tanto minus de lumine requiritur vt uideatur ſed diuina eſſentia eſt maximè lux in ſe, ergo nihil de lumine requirit, ut uideatur. Aliud medium non adducitur à Scoto in illo loco contra S. Thom. nam argumentum ſecundum, quod adducit Capreol. in 4. diſtinctio. 49. quæſtio. 4. contra ſecundam ſcilicet, Quòd omni potentiæ paſſiuæ correſpondet actiua Scot. ſoluit ipſum, dicens. quod eſt uerum non tamen eſt neceſſe illam actiuā eſſe in natura creata, quoniam & materia propria eſt naturaliter receptiua animæ intellectiuæ: non tamen aliqua creatura eſt productiua eius. Tu tamen potes negare intellectum eſſe in potētia paſſiua quo ad beatitudinem pro actu primo & ſecundo. Nam non conſtituitur in actu primo, niſi quia ſibi unitur diuina eſſentia ut forma. quæ unio ut diximus non fit niſi mediante lumine.

Argumentum autem tertium Scot. recitatum ſoluemus, cū examinabitur reſponſio tertij argumenti poſiti in artic. Nunc igitur ſufficit ſoluere argumentum adductum. Concedo igitur, quòd non ponitur lumen propter primum. Præcipuè quo ad receptionem actus ſecundi. Sed eſt propter ſecundum: ad improbationem, concedo totum: non enim concludit aliud, niſi quòd nullum lumē requiritur ex parte obiecti quo fiat viſibile, cum Dei eſſentia ſit maximè uiſibilis, ſed ex hoc no probatur quin ſit neceſſarium ex parte intellectus ut fortificans, & eleuans ipſum.

Durandus etiam ut adducit Capreol. in 4. diſt. 49 quæſtio. 4. contra ſecundam adducit plura media ad negandum hāc neceſſitatem, inter quæ eſt tertium & quartum & quintum, ſed quintum nullius eſt efficaciæ: tertium autem ſoluetur cum examinabitur reſponſio tertij argumenti in articu. 4. igitur tale eſt B. Thom. in 4. diſt. 49. tenet quòd beatitudo poteſt communicari homini exiſtenti in puris diſpoſitionibus uiæ, & ita non habenti lumen gloriæ: ergo non eſt neceſſarium: aliter ſibi ipſi contradicit.

Ad hoc reſpondet Capre. ubi ſupra, & facto longo proceſſu, tandem concludit ex eo, quod habetur in quæſtio. de verit. q. 13. art. 2. & in 2. 2. quæſt. 175. ar. 3. ad ſecundum mentem Beat. Thom. fuiſſe, quòd Deus poteſt communicare huiuſmodi uiatori miraculoſè beatitudinem, ſine lumine gloriæ impreſſo per modum habitus, non tamen ſine lumine gloriæ impreſſo per modum paſſionis. ſic enim B. Thom. expoſuit ſe ipſum in q. de verit. & in 2. 2. vbi ſupra.

Aureolus autem, ut adducit Capr. in 4. diſt. 49. q. 4. contra ſecundam ibi, *quarto loco proponit quatuor dubia &c.* & ſic arguit: F Deus immediatè poteſt facere, quicquid facit mediante creatura: ſed mediante, lumine creato facit, q̄ intellectus uideat Deum, ergo hoc immediate facere poterit: ergo tale lumen non eſt neceſſarium.

Ad hoc reſpondet ipſemet Aureol. ſed reſponſio non ualet apud nos. Tu igitur reſponde, ut Capre. quam reſponſionem formaliter recipit expoſitor: & ſtat in hoc: illa maior eſt uera quo ad entitatem rei, nō quo ad relationem, & denominationem: nam ad hoc quod dicatur. Sortes uidere Deum, neceſſe eſt uiſionem illam eſſe actionem immanentem, ex conſequenti productam ab ipſo Sorte, licet igitur Deus poſſit immediatè producere illam entitatem uiſionis, non tamen per eam denominaretur Sortes videre.

Aduerte quòd Aureolus ut adducit Capre. in hac materia, multipliciter arguit, ſed plura eius argumenta non militant contra uiam noſtram, ſicut illa quibus probat, non eſſe ponendum hoc lumen ad uigorandum intellectum agentem: G nos enim non dicimus hoc. illa autem, quibus probat idem ex parte intellectus poſſibilis partim nullius ſunt efficaciæ, partim ſoluuntur, eodem modo & argumenta Scot. & Duran. Tu igitur nota argumenta ipſius, quæ recitantur à Capre. in quinto loco, quibus conatur oſtendere, quòd cōceſſo lumine hoc, quoniam in ſcriptura expreſſe ponitur, ut etiam B. Thom. allegat in corpore articuli: non tamen eſt neceſſe hoc lumen eſſe habitum, nec quid diſtinctum ab ipſa uiſione, ſed ſemper ponitur pro ipſa uiſione, uel pro obiecto ſcilicet Dei eſſentia quæ uerè eſt lux. & in hoc ſenſu dicit eſſe interpretādas omnes authoritates, in quibus eſt mētio de hoc lumine, præcipuè decretalis terua extra de hæreticis cap. ad noſtram. Verum quòd talis expoſitio non ſit ad mentem authoris, Capreol. diffuſè oſtēdit: nec ego uolo in hoc immorari: uide tu ad placitum & in illis inuenies, quomodo decretalis illa fundata eſt ſupra doctrinam B. Thom. & Albert. & aliorum, qui poſuerunt hoc lumen, ut habitum &c. H

In reſponſione ad ſecundam, Aduerte quòd licet neget hoc lumen eſſe ſimilitudinem diuinam, & in artic. 2. huius quæſt. dixerit, hoc lumen eſſe ſimilitudinem ex parte potentiæ uiſiuæ, tamen non ſibi contradicit, quoniam in articu. 2. intendit hoc lumen eſſe ſimilitudinem non repræſentatiuam Dei, ſed deriuatam à diuino, & eſſentiali lumine, quaſi dicat ſic intellectus Dei in lumine ſuo eſſentiali videt ſeipſum, ſicut intellectus creatus in lumine deriuato ab illo diuino lumine, uidebit Deum.

In reſponſione uero ad ſecundam negat ipſum eſſe ſimilitudinem non abſtractā, ſed in qua Deus uideatur, ex conſequēti non eſt ſimilitudo repræſentatiua.

In reſponſione ad tertiam, aduerte primo quòd Scot. & Aureol. & Durandus virtualiter faciunt idem argumentum, ut adducit Capreol. vbi ſupra, & tamen nullus recitat ſolutionem Beat. Thom. quæ tamen maxime doctrinalis eſt: I Aduerte ſecundo quòd Beat. Thom. intendit negare illud aſſumptum ſcilicet *illud, quod eſt creatum &c.* & ratio negationis eſt, quia ſi tale creatum deberet eſſe naturale alicui, eſſet neceſſe ut flueret à natura talis rei: nam ex 2. phyſi. text. 5. ſecundum naturā ſiue naturale eſt, quod fluit à natura, ut igni ferri ſurſum, ut inquit Ariſt. impoſſibile eſt autem hoc lumen fluere à natura creata, quoniam cum ſit ens diuinum, & ordine diuino, non eſt aptum fluere niſi à natura diuina, & ideo eſſet neceſſe, ut inquit Beat. Thom. quòd natura creata transferretur in naturam diuinam, ſicut exemplificat de diſpoſitione ad formam ignis.

Sed poſito, quòd non poſſit eſſe naturale alicui creato, adhuc inſtat Durandus probans quòd non eſt ſufficiens mediū ad illam uiſionem: quoniam quantumcumque lumen infundatur intellectui adhuc ſtat diſtantia infinita inter intellectum K ſub tali lumine, & Dei eſſentiam: ergo non ſufficienter eleuat intellectum.

Ad hoc dico, quòd B. Thom. ante Durandum formauit hoc argumentum & reſpondens concedit antecedens, & negat cōſequentiam: quoniam inquit per illud lumen fit ut eſſentia Dei uniatur intellectui ut forma intelligibilis, & intendit iudicio meo, quòd lumen hoc non eſt conſiderandum, ut accidens uel qualitas uel tale ens in tanto gradu entitatis, quoniam ut ſic nullam habet proportionem ad illam infinitam eſſentiam: ſed conſiderandum eſt, ut ſimilitudo diuini luminis eſſentialis, quo Deus uidet ſe, & ut ſic eſt de ordine entium ſupernaturalium, & eſt diſpoſitio uelut connaturalis, ac propria ad formam ſupremam intelligibilem in eſſe intelligibili: ita quòd ſicut calor, & ſiccitas ſunt connaturales diſpoſitiones materiæ ad formam ignis, licet ſint inferioris entitatis, quoniam accidentia ſunt: forma autem ignis eſt ſubſtantia, ſic &

ſic & hoc lumē ad Dei eſſentiam. Ex his patet, quòd omnia argumenta de diſtantia infinita, ſiue exceſſu infinito diuinæ eſſentiæ ſuper hoc lumen peccant in hoc, q̄ non conſiderāt, cuius ordinis ſit, ſic enim poſſet argui de gratia, & charitate, & actu meritorio, quaſi non conſiderentur ut ſunt de ordine entium diuinorum, & ut ſic ſignum faciunt creaturam intellectualem uitæ æternæ, non poſſent eſſe condigna media ratione entitatis ſuæ, cum ſint accidentia.

ARTICVLVS VI.

Vtrum uidentium Deum, unus alio perfectius uideat.

Circa hunc articul. non cadit difficultas. Tu tamen nota q̄ Bea. Thom. hanc concluſionem affirmatiuam in præſenti artic. ò breuiter probat, ſupponens inæqualitatem charitatis, & non aliter, & propterea in 3. lib. contra gent. cap. 58. per totum probat eandem triplici ratione. primo quia datur ſummum. uidens Deum, qui eſt ipſemet, comprehendens ſeipſum: ergo datur magis, & minus uidens: conſequentia nota ex 10. lib. metaphyſic. &c. Secundo quia lumen gloriæ eſt ſimilitudo diuini intellectus: quia per ipſum efficimur deiformes. non inconueniens autem aliquid magis, & minus aſſimilari Deo: ergo: tertio non omnes æqualiter præparant, ſed ad finem, quoniam præparatio eſt per uirtutes, quæ non ſunt æquales in omnibus, ut conſtat: ergo non omnes æqualiter vident Deum.

In reſponſione ad tertium, *ſed per diuerſam facultatem intellectus non quidem naturalem, ſed glorioſam &c.* Sed contra B. Thom. infrà in quæſt. 62. art. 6. dicit concludendo, uidetur, q̄ Angeli qui habuerunt meliorem naturam, habuerunt plus de gratia, & de gloria: ergo diuerſitas uidendi Deum prouenit ex diuerſitate facultatis naturalis.

Ad hoc dico, q̄ B. Th. non illud tenet de Angelo, ut neceſſarium, ſed ut probabile unde dicit in principio artic. *rationabile eſt &c.* ſuppoſito etiam, q̄ in hoc ut eſt certum, nō ſibi contradicit: quoniam hic loquitur de immediata cauſa diuerſitatis & per ſe, quæ eſt diuerſa participatio luminis tam in homine, quam in Angelo: infrà uero in loco allato non adducit cauſam immediatam, ſed remotam vel potius occaſionem, quantum ad Angelos, & ideo non eſt contradictio.

ARTICVLVS VII.

Vtrum uidentes Deum comprehendant ipſum.

Circa determinationem articuli non cadit difficultas: ideo pertranſeo. Tu tamen nota in reſponſione ad tertium: *non quidem ita quòd eius modus uideatur &c.* vſque ibi, *modus cognoſcentis &c.* intendit, quòd ideo non videtur tōtaliter, quia modus, quo eſt cognoſcibilis, non adæquatur modo, quo cognoſcens creatum cognoſcit ipſum: modus enim ille infinitus eſt, hic autem finitus. & eſt ſimile huic: Sol non uidetur totaliter ab oculo mēo, quia ipſe ſummè uiſibilis eſt, ſed oculus meus videt ipſum remiſſè, quia caliganter.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum uidentes Deum omnia in Deo uideant.

Circa titu. ly, omnia ſtat uniuerſaliſſimè & diſtribuit pro quolibet ſiue abſoluto, ſiue reſpectiuo, ſiue in actu, ſiue in potentia tam naturali, quam obiectiuali: & ly, in Deo ſtat obiectiuè, ita quòd in eo uiſo, illuceſcant omnia uidenti.

Sic igitur uidentur omnia in Deo ſicut effectus in cauſa ſua &c. Aduerte quòd multipliciter poſſumus imaginari res creatas eſſe in Deo: Primo ſicut res in ſpeculo: & hunc modum uidetur ponere Auguſtinus in libro de uidendo Deo, cum dicit, Deus eſt ſpeculum uoluntarium, & ſi vult, uideor, ſi non vult, non uideor. Secundo ſicut concluſiones in uniuerſali principio. Tertiò ſic effectus in ſua cauſa productiua ſufficientiſſima: uerum eſſe ſicut in ſpeculo, non propriè, ſed tantum metaphoricè uerificatur de Deo, ut docet Bea. Thom. in quæſtio. de verit. quæſt. 12. artic. 6. eo quod de ratione ſpeculi eſt, quod repræſentatum in eo ſit ab alio impreſſum uel à ſpeculo reflexū. ſiue autem conditiones non conueniunt diuinæ eſſentiæ, ut patet: ideo B. Thom. qui hic loquitur de proprio modo eſſendi in Deo, noluit hunc modum ponere, quoniam à ſenſu metaphorico non trahitur ualida ratio. ſecundum autem poteſt, prout trahitur ad tertium: quoniam ex ſecundo phyſicorum præmiſſæ cauſæ effectiuæ concluſionis efficienter. Igitur Beat. Thom. aſſignauit modum eſſendi res in Deo, cum dicit, *ſic effectus in cauſa*: quoniam nullus alius eſt proprius niſi reducatur ad iſtū, ex quibus patet, quòd ratio Beat. Thom. non peccat per fallaciam conſequentis ſine arguendo à ſuperiori ad inferius affirmatiuè, nam res eſſe in Deo propriè, & eſſe in Deo ut effectus in cauſa conuertibiliter ſe habent: & non ut ſuperius, & inferius.

Sed dices, quomodo ergo uerificatur dictum Augu. Deus eſt ſpeculum uoluntarium. Reſpondeo dicitur ſpeculum propter hanc ſolam conditionem, quia diſtinctè, & non confuſè res in ſe, & ſecundum proprias rationes repræſentat, & iuxta hanc repræſentationem diſtinctam ſumitur ratio ideæ, ut patebit infrà: dicitur uoluntarium ratione uiſionis: quoniam ſtat in uoluntate ſua exhibere ſe intellectui creato, & etiam ſe ſubtrahere. Dicitur etiam uoluntarium ratione reuelatorum, poſito enim quòd uideatur Dei eſſentia à Gabriele, ad huc eſt in poteſtate uoluntatis diuinæ reuelare ei plura aut pauciora, ſiue nulla eorum, quæ merè ex Dei uoluntate pendent, ut prædeſtinatio Sortis, hora iudicij, iuſtificatio Pauli &c. Quantum autem ad ea, quæ naturaliter & ex neceſſitate relucent in diuina eſſentia: alia ratio eſt, nec de his intendit Auguſtinus &c.

Sed res in Deo ſunt unitiſſimæ, & indiſtinctæ, ſicut effectus indiſtincti ſunt in uirtute cauſæ, nec unquam ſunt diſtincti, niſi quando habent eſſe in propria natura: ergo non poteſt dici ſpeculum, quia diſtinctè contine res, immo indiſtinctè.

Ad hoc dicitur, quòd utraque eſt uera, ſcilicet res in Deo continentur indiſtinctè, quantum ſit ex parte rei, quoniam nullam pluralitatem ponunt in Deo, & continentur diſtinctè, quantum ſicex parte repræſentatarum rerum: ſic enim repræſentantur, ac ſi eſſent diſtinctæ una ab alia, quoniam ſecūdum propriam rationem uniuſcuiuſque: & propterea dicitur ſpeculum æquipollenter, quoniam ſicut res in ſpeculo apparent, ut diſtinctæ ſunt actu abinuicem, ſic apparent in Dei eſſentia, ac ſi eſſent diſtinctæ, quòd autem ſint actu indiſtinctæ, non compatitur diuina ſimplicitas. eſt igitur ſpeculum, remota imperfectione.

Sed manifeſtum eſt, aliqua cauſa quanto perfectius uidetur, tanto plura &c. Aduerte quòd licet Bea. Thom. non dicat expreſſe: & è conuerſo tamen ſubintelligi debet: intendit enim ſic arguere. Quanto cauſa perfectius uideatur, tanto plures effectus in cauſa uideri poſſunt, & è conuerſo: ſicut patet de principio & concluſione: quia quanto perfectius principium ipſum videtur, tanto plures concluſiones uidentur in eo: ergo potēs uidere omnes effectus in cauſa prima, poteſt cōprehendere ipſam: ſed nullus intellectus creatus poteſt ſecundum, ergo nec primum. Ratio hæc impugnatur à Scot. quantum ad illud antecedens. *Quanto cauſa perfectius uidetur &c.* A Durando: & Gothofredo. Quantum ad illud de principio & cōcluſione, & iterum à Scot. & Aureolo, & Gothofredo quantum ad illam conſequentiam: *ergo potens uidere omnes effectus in cauſa prima, poteſt comprehendere ipſam &c.*

Scotus igitur in 3. diſt. 14. quæſt. 2. *ad ſecundum quæſtio dicitur &c.* ſoluit hanc rationem dicens in ea eſſe fallaciam conſequentis: quia licet perfectius repræſentans cauſata: non tamen è conuerſo, quia poteſt ſtare cognitio principij, non autem ſe pluribus cōcluſionibus ex ipſo elicitis, & ſimiliter erit de cauſa & effectibus pluribus cognitis: quòd autem hoc ſit uerum, probat tripliciter, & incipit ibi, *præterea illud exemplum de quæſtione ex principijs &c.*

Primo cauſa in quantum cauſa, nullam perfectionem accipit à cauſato, quia naturaliter eſt prior: ergo cognitio principij ut eſt cauſa cognitionis concluſionis nullo modo perficitur, nec augetur per cognitionem quæſtionis.

Secundo accipio aliquod principium ut notum in aliquo gradu, & quæro, utrum per ipſum ſic præcisè cognitum poſſit aliqua concluſio cognoſci: ita quòd poſt deductam concluſionem maneat in intellectu cognitio principij non aucta: aut non: ſi ſic habetur propoſitum: ſi non, ergo hoc principium in tali gradu præcisè cognitum non eſt principium, quia ſecundum te nullius concluſionis eſt principium: quod tamen eſt falſum, quoniam eſſet principium & non principium.

Tertio ex primo poſterior. de ſubiecto præcognoſcitur quid eſt: & ratio ſumitur: quia in quidditate ſubiecti uirtualiter includitur tota ratio ſcientiæ, nec ipſum quid ſubiecti acquiritur per demōſtrationem, ſed totaliter ſupponitur, ſed

 per de-

Universidad de Deusto Biblioteca

per demonſtrationem ſolum acquiritur cognitio paſſionum inhærentium ipſi ſubiecto: ergo ita erit de concluſione reſpectu principij quòd cognitio principij totaliter præſupponitur demonſtrationi: ex conſequenti non acquiritur perfectior, ex eo, quòd plures concluſiones demonſtrantur per ipſum: ſtat ergo cognitio principij non aucta in ſe, dato quòd plures & plures concluſiones eliciantur, ex conſimiliter poteſt ſtare cognitio cauſæ non aucta in ſe, dato quòd plures & plures effectus videantur in ea, uel ex ea: ergo aſſumptum Beat. Thom. non ualet è conuerſo.

Antequam reſpondeamus Scoto, declarandum eſt, quomodo illud aſſumptum teneat, ita quòd ualet è conuerſo: Aduerte igitur primo quòd cognitio cauſæ & cognitio effectus ex natura rei pendet à cognitione cauſæ. Aduerte ſecundo quòd cauſa naturalis ſecundum ſe determinate, & tot producit effectus ſtans ſub certa diſpoſitione uel gradu: nec poteſt in plus, ſi non uariatur. Nam omne agens naturale non mutatum ſemper facit idem, & ſi quid de nouo agit, quod prius non poterat, mutatum eſt. Ex his dico quòd intentio Beat. Thom. in illo aſſumpto hæc eſt: certa cognitio cauſæ eſt cauſa naturalis certorum effectuum, puta cognitio cauſæ ut quatuor facit naturaliter cognoſcere quatuor effectus & non plus. ergo ſi in ea cognoſcuntur plures, puta x. neceſſe eſt cognitionem cauſæ mutatam eſſe in maius: probatur conſequentia: quoniam agẽs naturale quamdiu manet idem, facit idem & non aliud niſi mutetur, ergo bene ſequitur quòd ſecundum quòd plures & plures effectus cognoſcuntur in cauſa etiam ipſa perfectius, & perfectius cognoſcatur, & ſic patet, quòd aſſumptum tenet, & è conuerſo, & quòd hæc duo ſunt conſequenter ſe habentia: cauſa perfectius uidetur, ergo effectus plures in ea uidentur, & è conuerſo, ut dicit Capreol. in 4. diſt. 49. q. 6. ad obiecta Aureoli contra primam ibi, *dicitur ergo &c.* Sic ſequitur, Sortes eſt homo: ergo eſt riſibilis & è conuerſo.

Aduerte tertio quòd licet cognitio plurium effectuum inferat perfectionem cognitionem cauſæ, non tamen illa perfectior cognitio cauſæ cauſatur de neceſſitate à cognitione plurium effectuum: ſed ſufficit præſupponere ipſam: ita quòd ſi debeam cognoſcere hora præſenti decem effectus ſolis, neceſſe eſt, & præſupponere intellectu meo cognitionem ſolis in tanto gradu: & ſi hora ſequenti duodecim effectus neceſſe eſt præſupponere maiorem cognitionem ſolis &c. deinceps. ſed dices: ſi non cauſatur hæc maior cognitio cauſæ à cognitione effectuum de neceſſitate à quo cauſatur? Reſpondeo quòd cauſatur à maiori unione cauſæ cum intellectu meo, ſiue ſit unio, per ſpeciem propriam, ſiue per eſſentiam cauſæ: & quoniam id non aduertit Scot. ſed credidit Beat. Thom. tenere, quòd ſi aſſumptum ualet, è conuerſo cognitionem effectus de neceſſitate cauſare cognitionem cauſæ, ideo conatus eſt arguere contra Beat. Thom. ex his ergo facilè ſoluuntur omnia obiecta.

Ad primum concedo totum, neque enim dicit Bea. Thom. cognitionem principij perfici effectiue à cognitione concluſionis. Idem intellige de cauſa, & effectu. ſed intendit quòd perfectior cognitio principij præſupponit cognitionem nouæ cõcluſionis, quæ prius non cognoſcebatur. Idem dico de cauſa, & effectu.

Ad ſecundum dico, quòd eſt principium alicuius concluſionis illius ſcilicet cui correſpondet, ut cauſa naturalis ſufficiẽs, & non eſt principium alterius nouæ concluſionis, niſi augeatur in intellectu meo cognitio ipſius principij: & cum infertur, ergo hoc principium ut in hoc gradu cognitio nõ eſt principium: nego hanc conſequentiam, ſed debet ſic inferre, ergo non eſt principium alicuius alterius cognitionis nouæ &c. & tunc concedo conſequentiam: & nego falſitatem conſequentis.

Ad tertium dico ut ad primum, aliud eſt enim præſupponere maiorem cognitionem principij ad deductionem uel inſpectionem plurium concluſionum nouarum, in eodem principio & maiorem cognitionem principij cauſari ex demonſtratione plurium concluſionum in primo ſenſu intendit Bea. Thom. in ſecundo ſenſu arguit Scotus, ideo non tangit mentem Bea. Thom.

Gothofredus autem, & Durandus ut adducit Capreol. in 4. diſtinct. quadrageſimanona, queſtio ſexta, contra primam cõcluſionem reprobant exemplum adductum, de principio & cõcluſionibus & dicunt, quòd non eſt ſimile eſſentiæ diuinæ, & rebus uiſis in ea, & uterque tangit eandem rationem, quæ ſtat in hoc: per principium uniuerſale ſyllogiſticum non repræſentatur intellectui aliqua particularis concluſio in actu, & determinate ante pertractationem, uel perſcrutationem principij: ſed tantum in uirtute, & in potentia, & ideo poteſt cognoſci

F principium ignorata concluſione, inquit Gothofredus. Durandus autem dicit & in idem redit, niſi facta applicatione, & ſubſumptione ſub ipſo, ſed ſolum in uniuerſali & in potentia: ſed in eſſentia Dei repræſentantur creaturæ actu, & diſtinctè, idest ſecundum proprias rationes ſimul abſque quacunque deductione, & applicatione: ergo non repræſentantur res in diuina eſſentia ſicut concluſiones in principijs. Ad euidentiam huius aduerte, quòd Beat. Thom. intendit duo in illo exemplo primo quòd principium demonſtratiuum cõſideretur ut principium concluſionum. idest, ut ſic productiuum cognitionis concluſionum in intellectu meo: & ut ſic eſt cauſa verè actiua, & continua ſuarũ concluſionũ, ſicut eſſentia Dei eſt cauſa actiua contentiua rerum. In hoc igitur ſunt ſimilia, & non debet conſiderari principium ut præciſè quædam propoſitio uera, quoniam ut ſic non eſt formaliter principium: ſecundo quòd ſiue cognoſcantur concluſiones in principio ut ſic intellectus noſter diſcurrens G neceſſe eſt perfectiorem cognitionem de principio ſupponere in intellectu ita quòd ut diximus ad Scot. ſecundum quòd intellectus meus magis penetrat principium ut principium plures concluſiones cognoſcam in eo, uel ex eo: & in hoc eſt ſimile de diuina eſſentia: quoniam quanto perfectius uidetur, tanto plures effectus uidentur in ea. Ex his dico ad argumentum quod tam Gothofredus quam Durandus decipiuntur in hoc, quòd non aduertunt differentiam eſſe inter cognoſcere concluſionem in principio, & cognoſcere ex principio: nam propoſito Gothofred. & Durandi habet ueritatem, quo ad cognoſcere concluſionem ex principio: quoniam alio actu fertur intellectus ſuper principium & alio ſuper concluſionem ex principio deductam: & ideo ſtat quod prius cognoſcam principium quam concluſionem euã tempore: ut uult philoſophus in primo poſterior. ut ſcio omnem mulam eſſe ſterilem: non tamen hanc quia forte nõdum ſub ſumpſi, hanc eſſe mulam: ex conſequenti non ſcitur deter- H minate: ergo niſi per applicationem, & ſubſumptionem: ut in hoc benedicit Durand. ſed Beat. Thom. intendit de cognitione concluſionis in principio, & tunc falſum eſt, quòd concluſio continetur & cognoſcatur tantum in potentia: immo actu, & determinate: quoniam intellectus uno actu fertur in principium & concluſionem, ut patet per Beat. Thom. infra in quæſtio. quinquageſimaoctaua, artic. tertio, & in hoc modo cognitionis impoſſibile eſt cognoſcere principium & ignorare concluſionem, eo tamen modo quo penetratur principium: quoniam igitur in diuina eſſentia uidentur res, & non ex diuina eſſentia optime Beat. Thom. aſſimilauit hanc uiſionem cognitioni qua uidentur concluſiones in principio ſecundum quòd penetratur principium. ſed dices Bea. Tho. non exemplificat de cognitione concluſionum in principio ſed ex principio ut patet in ly, ergo ſtat argumentum Durandi & Gothofredi.

I Ad hoc dico quòd cum utraque cognitio in & ex principio clarè habeatur ex Bea. Thom. ut patet in quæſt. de verit. quæſt. octaua, artic. 15. & determinatione huius artic. incœpit per uidere effectum in cauſa, & non ex cauſa: eius principalis intentio fuit loqui de cognitione concluſionis in principio ut ſit ſimilitudo inter uiſionem rerum in Dei eſſentia, & concluſionum in principio nec obſtat quòd Bea. Thom. dicat in litera ex principio: quoniam ly, *ex principio* non ſemper implicat diſcurſum, ſiue applicationem, ſed aliquando cauſalitatem tantum: ſiue enim uideatur concluſio in principio ſiue educatur ex principio, uerum eſt utroque modo, principium eſſe cauſam cognitionis concluſionis productiuam ex ly, ex conſequenter apponi poteſt cauſæ effectiuæ. Vnde dico quòd Bea. Thom. per ly, *ex principio* intendit cauſalitatem tantum, & tale, ex commune eſt cognitioni in principio, & ex principio per deductionẽ. Quòd ſi quis ſuſtinere uoluerit, Beat. Thom. ſumere ly, *ex principio* K ut implicat diſcurſum ſicut uidetur expreſſe tenere in q. de verit. q. 8. art. 10. ibi. *Qui eſt eleuatoris intellectus &c.* & loquitur de Deo cognoſcente omnia per eſſentiam ſuam. vide tu: potes dicere quòd Bea. Thom. per ly, *ex principio* arguit à poſteriori: ut inquit expoſitor. uide tu eum in præſenti ar. ubi incipit, *nec obſtat* quòd litera.

Poſtremo Scot. & Aureolus & Gothofred. conatur improbare hanc conſequentiam Beat. Thom. ſi intellectus creatus poſſet uidere omnes effectus, in cauſa primo prima, comprehenderet eam: Scot namque in 3. diſtinc. decimaquarta, quæſt. 2. ibi, *contra rationem huius poſitionis arguitur ſic &c.* improbat eam dupliciter.

Primo ſic: ipſi a. conueniat b. & c. ordinatè, ita quòd b. ſit tota ratio reſpectu c. ſi intelligens b. non comprehendit a. multo minus intelligens c. comprehendet a. exemplum de ſubiecto & definitione eius, & paſſione: Nam ſi intelligens rationale,

non compræhendit hominem, multo minus intelligens riſibile, comprehendit hominem: ſed in Deo eſt eſſe infinitum intenſiuè, & eſſe infinitum extenſiuè, in quo infinita poſſibilia relucent, ſe habent ordinatè, ita quòd quia eſt infinitus intenſiuè infinita relucent in eo & poteſt infinita producere: ſed non è conuerſo. Sed cognoſcens ipſum ut infinitum intenſiuè non comprehendit ipſum, ex dictis in q. præcedenti: ergo multo minus cognoſcens infinita relucentia in eo, ſiue eius infinitos effectus, non comprehendit eum. A

Secundo ſic; cognoſcens unum effectum in verbo, non comprehendit illum effectum, nec comprehendit verbum ut eſt cauſa illius: ergo quotcumque effectus cognoſcat, nullum eorum comprehendit, nec uerbum ut eſt cauſa alicuius eorum: igitur multo magis, nec ſimpliciter comprehendet cauſam: & ſi omnes eius effectus cognoſcat: hæc Scot. Aureolus quoque, ut adducit Capreol. in 4. diſtinction. 49. quæſtion. 6. contra tertiam inter reliqua quæ multa ſunt tangit etiam hæc motiua B Scoti. Vnde ſic arguit: infinitas intenſiua intimior eſt in Deo, quam infinitas extenſiua, poteſt enim infinita, quia eſt intenſiuè infinitus, ſed cognoſcens infinitatem intenſiuam non cõprehendit eum aliter omnis beatus comprehenderet eum, cognoſcit enim ipſum eſſe creatorem: ergo habere virtutem infinitam intenſiuè: ergo cognoſcens infinitatem extenſiuè, quod eſt cognoſcere infinitos effectus non comprehendit eum: præterea omnes creaturæ in eſſendo non adæquant Dei infinitatem, ergo nec ſi ponantur, omnes cognoſci, adæquant eius cognoſcibilitatem.

Godofredum autem adducit Capreolus ubi ſupra & Aureolus cum eodem concordat dicit, ideo non tenere conſequentiam B. Thom. quia quantitas cognitionis poteſt attendi & extenſiuè penes numerum cognitorum, & intenſiuè penes maiorem limpiditatem: licet autem intellectus creatus uideat tot in Deo, quot ipſe Deus, quantum ad quidditatem rerum crea- C tarum, non tamen uidet æquali limpiditate: quia Deus uidet ſe & relucentia in infinita limpiditate: intellectus autem creatus finita, & unus beatus uidet limpidius alio: ergo dato quòd omnes beati uideant omnes effectus in Deo, nõ ſequitur quòd comprehendant eum: quia comprehẽſio dicit limpidiſſimam & totalem cognitionem. His conatur infringere conſequentiã B. Thom.

Ad primum Scot. quoniam etiam eſt primum Aureoli reſpondeo ad utrumque ſimul: & primo adduco reſponſionem expoſitoris, quæ ſtat in hoc ſi b. & c. ordinate inſunt ipſi a. eodem modo eſſendi, puta quia utrumq; ineſt formaliter ut rationale & riſibile inſunt formaliter homini, vel utrumque cauſaliter, ſed non formaliter, ut calefactiuum, & exſiccatiuum eſſe, ineſt cauſaliter, uel eminenter tantum in ſole: in hoc caſu propoſitio maior Scot. eſt uera, bene enim ſequitur quòd ſi per cognitionem rationalis non comprehendo hominem, nec per cognitionem riſibilis. Similiter ſi per cognitionem cale- D factiui non comprehendo ſolem, nec per cognitionem exſiccatiui: ſi autem b. ineſt formaliter & c. cauſaliter, dato quòd b. ſit ratio ipſius c. propoſitio maior Scoti non eſt uera, ut patet in ſole, quoniam eſſe luminoſum primum, ineſt ſoli formaliter, eſſe autem productiuum omnium inferiorum, ineſt cauſaliter, ſtat autem quòd cognoſcã ſolem eſſe luminoſum primum, & tamen non comprehendam ipſum, ſi autem cognoſcere ipſum, ut productiuum omnium inferiorum diſtinctè & ſecundum proprias rationes, comprehenderem ipſum: quoniam per effectum adæquatum ſufficienter, & quidditatiuè cognoſcitur perfectio cauſæ, hoc autem eſſe productiuum omnium inferiorum &c. eſt effectus adæquatus ſoli, ut ſupponitur. Vnde ſequitur quòd comprehendatur: & quoniam ſic accidit in propoſito quòd infinitas intenſiuè ineſt Deo formaliter, illa autem, ſcilicet extenſiua tantum cauſaliter ſiue eminenter: Ideo non ſequitur quòd ſi cognoſcens primam, non E comprehendit Deum, quòd nec & cognoſcens ſecundam. ſed dices, unde eſt quòd cognoſcens primam, non comprehendit, ſed ille, qui ſecundam? Reſpondeo hoc ideo eſſe, quia eo cognito, quod eſt formaliter in Deo, Deus ut Deus eſt, in ſe uidetur. Vnde ex cognitione infinitatis intenſiuæ cognoſcitur Deus ut trinus, & unus, ad nullos gradus entis limitatus, nulla perfectione ſimplici carens, ſed hoc ut patet non eſt Deum comprehendere: aliter omnis beatus comprehenderet. Cognitis autem omnibus uirtualiter, & cauſaliter contentis, per cognoſcens infinitatem extenſiuam, cognoſcuntur omnia latentia in cauſa huiuſmodi: autem latentia non poſſunt cognoſci niſi intime & omnino penetretur cauſæ perfectio, hoc autem eſt comprehendere: patet igitur, quòd rationabiliter comprehenditur per ſecundam infinitatem & non per primam.

Capreol. autem in 4. diſtinctio. 49. quæſtion. 6. ad primum Aureol. contra primam, ibi, *dicitur ſecundo, quòd prima conſequentia &c.* dicit licet infinitas intenſiua ſit intimior in Deo, quo ad eſſe, non tamen ſecundum rationem & noſtrum modum intelligendi: & hoc intelligendo quia uniuerſitas creabilium, uel totum ens creabile & poſſibile produci eſt obiectum adæquatum diuinæ uirtuti & potentiæ, ut potentia eſt, (potentia enim ut potentia reſpicit obiectum.) Ideo per talis obiecti adæquati perfectam cognitionem comprehenſibilis eſt diuina uirtus, & potentia creatiua, in quantum potentia eſt, & comprehenſa tali uirtute comprehenderetur diuina eſſentia ſicut per ꝓpriam, & adæquatam paſſionem, quod non contingeret per cognitionem infiniti intenſiuæ, quoniam non addit ſuper eſſentiam niſi negationem limitationis: talis autem negationis cognitio non eſt ſufficiens medium comprehenſionis: obiectum autem adæquatum alicui potentiæ eſt ſufficiens: & ideo bene ſtat, quòd per cognitionis infinitatem extenſiuè comprehendam Dei uirtutem, ex conſequenti eſſentiam: non autem per infinitatem intenſiuam. ſic reſpondet expoſitor, & Capreol. Tu uero potes negare Scoto, & Aureolo, quin cognoſcens infinitatem intenſiuam, comprehendat Dei eſſentiam, dummodo cognoſcat eam tantum quantum cognoſcibilis eſt: eſt autem infinitæ cognoſcibilitatis, quoniam eſt infinitæ entitatis, & actualitatis: & cum dicit Scot. ſe probaſſe in quæſtio. præcedenti, quòd cognoſcens infinitatem intenſiuam non comprehendit Dei eſſentiam, Dico quòd bene probauit, intellectum, qui abſolutè fertur ſuper infinitatem Dei, non comprehendere Deum: quoniam hoc conuenit omni beato, aliter non quietaretur intellectus: tamen non probauit, quòd intellectus, ſi feratur infinitè ſuper Dei infinitatem, non comprehendat eum. Idem dico ad Aureol. ideo neganda eſt propoſitio minor Scot. & Aureol.

Ad ſecundam Scoti, nego hanc conſequentiam, cognoſcens unum effectum & duos & tres, & centum: & ſic deinceps non comprehendit uerbum, ut eſt cauſa illorum: ergo cognoſcens omnes effectus producibiles à uerbo, uel per uerbum, non comprehendit uerbum, arguit enim à diuiſim ad coniunctim, ſiue ab obiecto inadæquato, ad obiectum adæquatum diuinæ potentiæ. Conſtat autem, quòd hæc conſequẽtia non ualet, per cognitionem obiecti inadæquati non comprehenditur potentia: ergo nec per cognitionem obiecti adæquati.

Ad primam Aureol. reſpondendum eſt, ut ad primam Scoti. ad ſecundam autem nego conſequentiam, licet enim non adæquant quo ad eſſe, tamen omnes ſimul ſumptæ adæquant diuinam uirtutem & potentiam in ratione potentiæ: ſicut eius adæquatum obiectum: neque enim poteſt plura producere quam poſſint produci: per obiectum autem adæquatum comprehenditur uirtus producentis, dato quòd deficiat à nobilitate ipſius uirtutis quo ad eſſe, ſicut per cognitionem omnis producibilis à ſole, comprehenditur uirtus ſolis, licet omne tale producibile ſit ignobilius quo ad eſſe, quoniam eſt corruptibile: uirtus autem ſolis eſt incorruptibilis: ex perfecta autem cognitione uirtutis, & potentiæ agentis aſcendit intellectus ad perfectam cognitionem naturæ & eſſentiæ eiuſdem, ſicut ex prima & adæquata proprietate.

Ad ſolutionem conſequentiæ B. Thom. quam adducunt Godofredus & Aureolus, dico quòd decepti ſunt non ponentes differentiam inter cognoſcere omnes effectus in ſe ipſis, & cognoſcere eos in prima cauſa: nam quando in ſeipſis cognoſcuntur maiori, & minori limpiditate cognoſci poſſunt, ſecundum quòd per ſpecies ſuas diuerſimode actuant intellectum: Quando autem cognoſcuntur in cauſa prima non ſolum quot ſint in numero, ſed quantum quiſque perfectus eſt cognoſcuntur. Id autem non poteſt cognoſci niſi ſciendo, & quo gradu perfectionis poſſunt à cauſa prima produci, & iterum id non poteſt ſcire, niſi omnino penetretur perfectio primæ cauſæ, quod eſt comprehendere ipſam: nego igitur, ſi omnes effectus uiderentur in prima cauſa, quòd poſſint uideri magis, & minus limpidè, immo infinita limpiditate ex omnimoda penetratione eiuſdem, & quoniam id eſt proprium Dei, ideo ſolus uidet omnia in ſeipſo. Et aduerte quod hæc reſponſio fundata eſt in 3. contra capitul. 56. ibi, *ſed ſi diligenter conſiderentur, non eſt eiuſdem rationis.* uſque in finem capitis.

In reſponſione ad quartum, Aduerte primo quòd B. Thom. uidetur concordare cum Ariſt. lib. 5. ſuæ met. cap. 7. ubi inquit perfectio rationalis animæ eſt, ut fiat ſæculum intelligibile, & deſcribatur in ea uniuerſus orbis, & forma totius, & ordo in-

Universidad de Deusto Biblioteca

tellectus in toto, & ſubiiciens, & incipiens à principio totius proceſſus ad ſubſtantias excellentiores ſpirituales abſolutè, deinde ad ſpirituales pendentes aliquo modo, deinde ad animas mouentes corpora, & poſtea ad corpora cæleſtia, & ut hæc omnia ſint deſcripta in anima ſecundum diſpoſitiones & uires earum quouſque perficiatur in ea diſpoſitio uniuerſi & ſic tranſeat in ſeculum intellectum inſtar eſſe totius mundi: hæc ille. Aduerte 2. quòd B. Thom. ibi, *cognoſcere autem alia ſingularia &c.* breuiter, & truncatè ſe expedit de his, quæ non eſt neceſſe beatum cognoſcere: & ideo vide in tertio contra capitul. 59. ibi, *prima quidem quantum ad ea*, & vſque in finem; & illic inuenies quòd non eſt neceſſe, immo nec poſſibile quantumcunque beatum intellectum cognoſcere omnia, quæ Deus facere poteſt, ſed nec facit, nec facturus eſt. Item nec omnium rerum factarum rationes. item nec ea, quæ pendent ex mera voluntate Dei vt prædeſtinatio, electio, iura iudicij, &c. hæc enim omnia non poſſunt cognoſci niſi comprehendatur Dei eſſentia, vt inquit illic B. Thom. & tu vide ad placitum. Quomodo autem anima Chriſti excellentius & uniuerſalius uideat res in verbo quam quilibet alius beatus, non eſt præſentis propoſiti. In reſponſione ad ſecundum aduerte, quòd licet hic concedat minorem, tamen in quæſtio. de verit. quæſtio. 8. articul. 4. & quæſtio. 12. articul. 6. negat eam, declarans potius ad modum eſſendi, ſicut effectus in cauſa: quoniam ſic eſt res in ſpeculo vt ſupra diximus quòd tamen Deus ſit ſpeculum ſaltem impropriè, concedit, & quoniam argumentum in huius articuli indiſtinctè ſubſumit Deum eſſe ſpeculum, ideo potuit admittere minorem, quoniam quocunque modo ſit ſpeculum, cum non comprehenditur non eſt neceſſe omnia uideri in eo.

ARTICVLVS IX.

Vtrum ea quæ videntur in Deo à videntibus diuinam eſſentiam per aliquas ſimilitudines videantur.

CIrca titul. Aduerte quòd licet in articu. 2. determinauerit diuinam eſſentiam non poſſe uideri per aliquam ſimilitudinem, quoniam nullum creatum eſt ſufficienter repræſentatiuum tantæ celſitudinis, & infinitatis: tamen hæc ratio ceſſare uidetur quo ad creata uiſa in diuina eſſentia: cum enim omne creatum ſit finitum, repræſentabile eſt aliqua ſpecie finita, & propterea quærit *vtrum ea, quæ videntur*, item aduerte quòd ly, *per aliquas ſimilitudines* intendit formas intelligibiles: productas realiter à Dei eſſentia.

Vnde ſecundum illam cognitionem &c. vſque in finem articuli. Aduerte quòd reſolutio ſtat in hoc, ſi uidentur per aliquas ſimilitudines, uel illæ ſimilitudines ſunt in ipſis uidentibus, vel in diuina eſſentia ſicut ſpecies in ſpeculo: non quia res uidentur in ſe ipſis & non in alio: nunc autem loquimur de uiſione in alio, non ſecundo quia pluralitas abſolutorum non ſtat in diuina eſſentia. Formæ autem intelligibiles ſunt entia abſoluta, cum ſint principium actionis, connotant tamen reſpectum ut ſcientia & ſcibile. Sed dices, omnia uidentur per vnam ſimilitudinem, ſicut poteſt creari Angelus, qui omnia intelligat per unam ſpeciem, contra hæc ſimilitudo uel eſt ipſa diuina eſſentia, quæ ſufficienter repræſentat ſe, & alia: & ſic habetur intentum, uel eſt diſtincta, & hoc eſt impoſſibile, quoniam ex diuina eſſentia, & ipſa ſimilitudine fieret compoſitio, ſicut ex intellectu Angeli & eius ſpecie: hoc autem repugnat diuinæ ſimplicitati, & propterea B. Thom. concludit, quod uident per ſolam diuinam eſſentiam, ut gerit uicem formæ intelligibilis repræſentantis ſe, & alia.

ARTICVLVS X.

Vtrum videntes Deum ſimul videant omnia, quæ vident in Deo.

AD cuius euidentiam conſiderandũ eſt, *quid in Deo non &c.* Aduerte quòd eandem rationem ſub eiſdem propoſitionibus, adducit in quæſt. 85. articul. 4. loquens de intellectu noſtro & illic inuenies defenſionem contra Scot. & Aureol. ideo videbis illic.

Si autem omnes intelligantur vna ſpecie, ſimul intelliguntur &c. Aduerte quòd hæc conditionalis non eſt vera de neceſſitate, ſed de poſſibili: hæc enim eſt falſa. Quæ una ſpecie intelliguntur,

F neceſſe eſt ſimul intelligi: ſtat enim quòd applicem intellectum ad intellectionem parietum præciſè, quando actuatur intellectus ſpecie domus, ut eſt quoddam totum, ſufficit autẽ quòd ſit formaliter vera de poſſibili. Quod autem in uiſione Dei ſit vera de facto, & de neceſſitate eſt propter omnimodam, & ſimultaneam perfectionem, quæ eſt de ratione actus beatifici, & ideo B. Thom. 3. contra gen. ca. 60. fortè aduertens, quòd hæc ratio non concludit de facto ex forma ſed ex materia tali, propterea adducit alias rationes, quibus directè probat in illa uiſione nullam eſſe uiſorum ſucceſſionem quas tu uide ad placitum.

Vnde ſimul, & non ſucceſſiuè videntur: Aduerte quòd ſub hac concluſione continentur omnis intellectus creatus, etiam intellectus animæ Chriſti, quod quidem non placet Scot. in 3. d. 14. in quæſt. 2. ibi, *ſed iſta via tertia non placet*, vult enim quòd anima Chriſti uidens Dei eſſentiam habeat omnia ſibi præſentia

G habitualiter, ſiue in actu primo quo, ſcilicet uidet Dei eſſentiã. Dicit enim quòd actus, quo uidet uerbum primo eſt actus primus præſens, quo ſibi relucent omnia, quæ lucent in uerbo, & hoc quia uerbum eſt manifeſtatiuum uel ſpeculum uoluntarium repræſentatiuum omnia ipſa: tamen anima Chriſti non poteſt ſimul omnia recipere in cognitione ſua actuali, ſed quodlibet ſigillatim; & ita poteſt uidere quodcunque de numero infinitorum ad quod ſe conuertit, quòd igitur non omnia ſimul actualiter uideant, probat dupliciter.

Primò experimur, quòd attentio circa plura obiecta eſt minus perfecta: ergo uidetur impoſſibile, potentiam finitã perfecta attentione uidere infinita ſimul.

Secundò ſi actualiter uideret infinita perfectio animæ Chriſti in infinitum excederet perfectionem alterius animæ, quod uidetur inconueniens. Deinde confirmat intentum ſuum per Auicenn. in ſexto naturalium parte quarta, cap. 2. ubi inquit, in ſapientia creatoris non eſt occultatio ſecundum receptacu-

H la, quia ſcilicet, licet uerbum omnia repræſentet, tamen anima non poteſt recipere niſi ſigillatim.

Ad primum dico, aſſumptum non eſſe uerum niſi quando plura obiecta uidentur in ſeipſis, ut plura ſunt, & per proprias ſpecies: quando etiam uidentur in alio, non ut plura, ſed ut unum uidentur ex conſequenti eſt una omnium uiſio & attentio.

Ad ſecundum admiſſa pro nunc conſequentia, nego, quòd hoc ſit inconueniens: quoniam anima Chriſti, ut eſt anima Chriſti, eſt diuinum intelligens ex unione ad diuinum ſuppoſitum, ita quòd poteſt dici, ut ſic, de ordine diuinorum entium licet inquantum anima, ſit tantum de ordine rerum creatarum. Conſtat autem quod ea, quæ ſunt de ordine diuino, ut ſic, excedunt improportionaliter ea, quæ ſunt inferioris ordinis: ſic lumen gloriæ excedit incomparabiliter lumen naturale, non quidem quo ad eſſe, cum utrumque ſit finitũ,

I ſed quo ad uirtutem, & efficaciam, ut ſupra diximus. Idem intellige de anima Chriſti, ut eſt talis anima. Scot. autẽ ideo decipitur, quia conſiderat animam Chriſti ut eſt eiuſdem ſpeciei cum alia anima, & non ſpecialiter altius.

Ad dictum Auicenn. dico quòd non deſeruit huic propoſito de uiſione rerum in uerbo: loquitur enim illic de anima coniuncta, quomodo in ſomnis recipit cognitiones rerum occultarum, & dicit, ſed occultatio talium eſt ſecundum receptibilia, aut quia ſunt infuſa corporibus, aut quia ſunt inquinata ab his, quibus deprimuntur deorſum, cum hoc autem ocientur ab his actionibus, merentur uidere quòd eſt illic, &c. patet autem, quòd hæc quandoque non ualet, anima demerſa in corpore paulatim & in ſomnis recipit cognitionem occultorum à Deo, uel ab Angelis: ergo anima uidens Deum, recipit ſucceſſiue uiſionem eorum, quæ relucent in uerbo: Vnde Scotus in uniuerſaliter adducit dictum

K Auicenn.

Sicut corpus non poteſt figurari ſimul diuerſis figuris &c. Et aduerte quòd hanc ſimilitudinem ſubdiſtinabo infra in quæſtione octuageſimaquinta, articulo quarto. ubi declarabo, quod tenet, ut dicit Beat. Thom. in prima ſecundæ, quæſtione 54. articulo primo ad ultimum, ratione terminationis, quoniam ſicut figura terminat corpus, ita ſpecies intelligibilis determinat intellectum exiſtere ſub actu ſecundo. Vnde ſicut non poteſt unum corpus terminari ſimul multis figuris, ſic nec idem intellectus in actu ſecundo determinari multis ſpeciebus, immo, patet, quòd Scotus in 1. diſtin. 3. quæſt. 2. uariè improbat hanc ſimilitudinem propter hoc quia ſpecies non eſt figurans, & quia ſpecies in intellectu non habent oppoſitionem: adducit enim non cauſam, ut cauſam, quod ſi conſideraſſet quomodo aſſimilatur in hoc, quod eſt terminare, non ita leuiter impugnaſſet.

ARTICV-

ARTICVLVS XI.

Vtrum aliquis in hac vita poſſit videre Deum per eſſentiam.

CIrca tit. ly, *in hac uita* , ſtante vnione animæ & corporis, & non exponatur pro utente uel operante opera ſenſuum quoniam in reſponſione ad ſecundum dicit, *ſed non utentium ſenſibus corporeis &c.* ly, *poſſit* non ſtat abſolute, ſed poſſit abſq; diuino miraculo ly, *videre* ſtat indiſtinctè, ſiue per modum habitus, ſiue per modum tranſeuntis, ut tenetur de Moyſe.

Reſpondeo dicendum, quod ab homine puro &c. hoc dicit ad differentiam Chriſti qui pro hac uita fuit ſemper beatus. *niſi ab hac uita mortali &c.* hoc dicit ad differentiam ſtatus hominis poſt reſurrectionem, quando in carne mea, i. exiſtens viuus, uidebo Deum &c.

B *Vnde impoſſibile eſt animæ hominis ſecundum hanc vitam &c.* ly, *impoſſibile* ſtat ſicut hic impoſſibile eſt mortuũ reſurgere, quod tamen ſit poſſibile diuina virtute ex miraculo, & non ſtat pro eo, quod implicat contradictionem, quoniam hoc nulli potentiæ ſubeſt, & tamen in reſponſione ad ſecundum tenet eſſe factum de Paulo.

Ex huius ſignum eſt quod anima noſtra &c. Aduerte quòd Scot. in 4. diſt. 45. quæſt. 2. ibi, *quæ adducuntur pro confirmatione &c.* reprobat hæc ſigna. Sed ego defendam Pe. Thom. in quæſt. 89. art. 1. & tu quære illic, quoniam eſt locus ad propoſitum.

ARTICVLVS XII.

Vtrum per rationem naturalem Deum in hac uita cognoſcere poſſimus.

CIrca titul. ly, *per rationem naturalem*, ſtat pro cognitione rerum naturalem acquiſibili per lumen naturale. & eſt ſenſus, utrum per cognitionem rerum naturalium poſſimus cognoſcere Deum. ly, *cognoſcere* ſtat indiſtinctè, ſiue per eſſentiã ſiue quia eſt; & aduerte quòd eadem eſt determinatio huius articuli cum determinatione illius quæſtionis infra, in q. 88. artic. 1. & 2. & 3. in quo quæritur, vtrum anima coniuncta poſſit intelligere ſeparata, & utrum primum intelligibile pro hac vita ſit ipſe Deus. Et quoniam Scot. & ſequaces eius, præcipuè Antonius Andreas in 2. metaphyſic. quæſt. 3. uidetur tenere cõtra determinationem Beat. Thom. de cognitione quidditatiua ſeparatorum. Ideo vide in noſtris q. lib. 2. metaphyſic. quæſtio. 3. illic inuenies declarationem poſitionis Beat. Thom. & Scot. & quomodo non diſſentiunt in ſententia, & quomodo argumenta Scot. quæ recitat Capr. in 1. diſt. 2. quæſt. 1. contra

D quintam laborant in æquiuoco. Concluſum enim quòd poſſumus cognoſcere quidditates ſeparatas, non tamen quidditatiuè. Quomodo autem hæc differant, declaraui illic, unde tu ad placitum.

Ex ſenſibus autem non poteſt. vſque ad hoc, *intellectus noſter pertingere, quòd Dei eſſentiam videat.* Aduerte quòd Scot. quocunque modo declinet à uia Beat. Thom. quo ad cognitionem ſubſtantiarum immaterialium, ſaltem in hac eadem concluſione quo ad Deum concordat, vnde Antonius Andreas in q. prædicta inquit, illa cognitio uiſionis, quam beati habent in patria, eſt nobis forte impoſſibilis pro hoc ſtatu &c. ex conſequenti non poſſumus pro hac vita per rationem naturalem uidere Deum.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum per gratiam habeatur altior cognitio Dei quàm per rationem naturalem.

CIrca titul. ly, *per gratiam*, ſtat pro reuelatione facta homini à Deo non ſecundum communem ordinem naturæ, ſed & ex gratia ſpeciali, ut quando nobis loquitur per Prophetas aut filium &c. eſt ſenſus, utrum cognitio de Deo habita per reuelationem altior ſit.

Reſpondeo dicendum quòd per gratiam perfectior cognitio. Aduerte quòd in tit. proponitur altior, in concluſione perfectior, in reſponſione ad ſecundum plenior, quæ quidem excellentiæ non uerificantur ex modo cognitionis, quoniam ex modo illa perfectior eſt, quæ euidentior eſt, & propterea cognitio primorum principiorum perfectiſſima eſt ex modo.

A Secundum hæc cognitio innititur fidei, quæ aufert euidentiam à credente: ergo ex modo non verificantur illæ excellentiæ, ſed uerificantur ex parte obiecti, pro quanto de Deo per gratiam cognoſcimus altiora, & occultiora prædicata, puta quia Trinus, & unus, quia ſanctificans, quia beatificans, & hæc non poſſumus cognoſcere per rationem naturalem. & ratione hac diximus in quæſtio. 1. quod ſacra doctrina maximè dicitur ſapientia, quoniam attingit occultiſſima & eminentiſſima prædicata Dei, in qua non poteſt metaphyſica naturalis, vt declaraui in quæſtio. 1. articul. 6 corrollariè ſequitur quòd cognitio de Deo habita per gratiam ex modo eſt infima: ex obiecto autem, prout declarauimus, eſt perfectiſſima.

¶Quæſtio Decimatertia.

ARTICVLVS I.

Vtrum aliquid nomen Deo conueniat.

SECVNDVM *philoſophum voces ſunt ſigna intellectuum &c.* uſque ibi, *conceptionem intellectus.* Aduerte quòd dicit, *voces eſſe ſigna intellectuum* & non dicit ſimilitudines, quia inter vocem ſignificatiuam præcipuè ad placitum & eius ſignificatum non attenditur aliqua ſimilitudo, ſed ſola ratio ſiue voluntas inſtituentis. ſicut in multis alijs ſignis, ut Tuba eſt ſignum belli di-

C cit, *intellectum* & tamen textu, philoſophi habet *paſſionum*, quæ duo licet ſtent pro eodem, ſcilicet pro cõceptionib. tamen alia ratione dicuntur intellectus aliæ paſſiones: dicuntur quidem intellectus prout ſunt termini actus intelligendi. & dicuntur paſſiones prout cauſatur à re, vt à fundamento veritatis, & recipiuntur in intellectu. omnis autem receptio, poteſt dici paſſio. ex tertio de anima dicit quòd intellectus ſunt eorum ſimilitudines, & non dicit ſunt notæ ſicut dixerat de uocibus, quoniam naturaliter repræſentant res, vnde conceptus dici ſolẽt imago, & uerbum, cuius ratio eſt manifeſtatiuum eius, cuius eſt imago, ſiue verbum, unde remota omni inſtitutione humana diſtinctio repræſentat diſtinctum: dicit quòd voces ſignificant res mediante conceptione intellectus quod vſque eſt uerum: ſed cum quædam latitudine nam voces ſignificatiuæ aut ſunt cõmunes, ut homo lapis, animal, aut ſingulares, ut Sortes, Plato ſi ſunt communes, ſignificant naturam communem, quæ nõ habet communitatem realem extra ſingularia vt uoluit Pla-

D to, ſed communitatem ſecundum rationem, quæ non ponitur niſi per intellectum concipientem. neceſſe eſt igitur, ut intellectus prius concipiat hominem, inquantum homo eſt, quàm enunciet per uocem. ſi ſunt ſingulares, ſignificant naturam ſingularem, quam neceſſe eſt prius apprehendi per rationem particularem, id eſt per imaginatiuam uel cogitatiuam, & de ea formare conceptum ſingularem: & deinde ſic apprehenſam ſignificare per uocem: nam Ariſtotel. in 2. de anima text. 9. uult quòd non omnis ſonus animalis ſit uox, Neceſſe eſt prius imaginari, & apprehendere id quod per vocem exprimendum eſt, & illa apprehenſio ſiue conceptus ſingularis poteſt dici intellectus. pro quanto etiam cogitatiua apud Ariſtotelem aliquando dicitur ratio, aliquando intellectus paſſiuus ex tertio de anima text. 18.

Secundum igitur quòd aliquid a nobis cognoſci poteſt, ſic a nobis poteſt nominari. Aduerte quod Scot. in 1. diſtinct. 22. quæſt. vnica

E improbat hanc propoſitionem. dicit enim quòd ly, *nominari* ſimpliciter poteſt accipi, primo ut idem eſt quòd imponere nomen ad ſignificandum aliquid, ſecũdo vt idem, eſt quòd vti nomine impoſito ab alio: ſi ſumatur ſecũdo modo, falſum eſt, quòd eo modo de neceſſitate nominemus aliquid quo cognoſcimus: poteſt enim aliquis vti nomine diſtinctius ſignificante rem, quam ipſe intelligat, ut quia eſt altioris ingenij: intelligit diſtinctè aliquam naturam, puta ſolem & ei nomen imponit uulgares autem vtuntur eodem nomine, licet non diſtinctè tam perfectè intelligat ipſum ſolem, & quantum ad hoc bene dicit Scot. ex conſequenti ſequitur quòd ſi Deus imponeret ſibi nomen, uel Auguſtinus qui diſtinctius cognoſcit ipſum Deum. Viator poſſet vti tali nomine, ſi ſibi reuelaretur: licet non intelligeret ita diſtinctè rem nominatam: ſi autem ſumatur primo modo, Scot. licet ſub dubio relinquatur, A[illegible] uocaliter, patet cum dicit,

ſian-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſi autem iſta propoſitio eſſet vera, quòd nullum tamen poteſt alicui imponi diſtinctius, quàm intelligatur, hæc tamen eſt falſa, quòd nullus poteſt vti &c. tamen arguit quòd non ſit vera ſic, ſi nihil poteſt per nomen ſignificari diſtinctius quàm intelligatur nullum nomen impoſitum à viatore ſignificaret aliquid de genere ſubſtantiæ, ſed de genere actionis, aut accidentium: probatur conſequentia, quoniam non cognoſcimus naturam ſubſtantiæ, niſi in conceptu communi entis: ergo non diſtinctè, & præterea non cognoſcimus diſtinctè, niſi aliquas proprietates aut actiones alicuius ſubſtantiæ, puta de igne lucem, calorem, calefactionem, & de lapide duritiem, & læſionem pedum: ergo ſi aliquid nominatur ſicut cognoſcimus, iſta nomina, ignis, & lapis non ſignificabunt diſtinctas ſubſtantias, ſed proprietates aut actiones: quod patet eſſe falſum.

In hoc non bene dicit Scot. quoniam ſi intellectio eſt cauſa nominationis, & perfectius nomino quam intelligo, effectus erit perfectior cauſa ſua. Præterea talis nominatio potius G eſſet à caſu, quam à propoſito, & poſſet eſſe erroris occaſio, vt puta aliter nominemus rem, quam forte ſibi conueniat. Ad argumentum igitur Scot. nego conſequentiam. ad primam probationem nego aſſumptum. Immo cognoſcitur propoſitio cõcepta, & per propriam ſpeciem. Decipitur autem Scot. quoniã tenet ſubſtantiam non cognoſci per propriam ſpeciem, ſed per ſpeciem accidentium ſuorum: cuius oppoſitum determinaui in 7. metaphyſic. quæſt. 6. Ad probationem, nego ſimiliter aſſumptum, nam vt declaraui in 7. metaphyſic. quæſt. 5. ta F lis ſeruatur ordo in noſtro intellectu, primo quando intellectus, poſſibilis actuatus eſt ſpecie, ſubſtantiæ per ipſum cognoſcitur ſubiectum quo ad prædicata confuſa eſſentialia: ſecundo quia noſtra diſtincta cognitio recipit à ſenſu, qui eſt cognoſcitiuus accidentium per viam ſenſus conſurgo ad cognoſcendum accidentia propria talis, vel talis ſubſtantiæ: tertio ex his accidentibus notis deuenio in cognitionem diſtinctam ipſius ſubſtantiæ, & in tertio gradu nominamus ſubſtantiam nomine ſignificante ſubſtantiam diſtinctè, ſicut cognoſcimus. Vnde nego, quòd huiuſmodi nomina lapis, & ignis ſignificent accidentia vel actiones, licet imponantur ab eis: ſed ut dicemus infra diſtinguuntur, id, à quo, & id, cui nomen imponitur, verum autem in ſcriptura ſacra, vel apud Hebræos ſint aliqua nomina ſignificantia diſtinctè diuinam eſſentiam, vt probabile, dicit Scot. eſſe tenendum. quid autem tenendum ſecundum B. Thom. dicam in articul. 9. huius q.

Nam tamen ita quòd nomen ſignificans ipſum &c. vſque ibi, *declarantes eius eſſentiam &c.* Aduerte quòd nomen ſignificans rem ſecũdum quod eſt in ſe eſt illud, quod ſignificat rem quo ad prædicata ſubſtantialia non ſolum communia, ſed propria & intrinſeca: vt homo. nomen autem ſignificans rem vt eſt ſub actione, vel ſub reſpectu ad alterum, vel ſub negatione nõ ſignificat rem ſecundum quod eſt in ſe: quoniam diuina nomina imponuntur ab actione, vel reſpectu vel negatione, ut magis declarabitur infra: ideo nullum ſignificat Deum ut eſt in ſe idest quo ad prædicata quidditatiua propria.

TRACTATVS REVERENDI PATRIS MAGISTRI CHRYSOSTOMI ORDINIS PRAEDICATORVM:

De Prædeſtinatione, de qua agit Beat. Thom. in prima parte,

QVAEST. XXIII.

Quæritur vtrum ſit aſsignanda aliqua ratio, pro qua Iacob eſt prædeſtinatus à Deo, & Eſau reprobatus.

DIMISSIS argumentis vſque in finem, ſic procedam. primò declarabo titulo ſecundò ponam quoddam notandum vt præuium toti quæſito. tertiò ponam opinio. Scot. quartò ponam opinio. San. Thom. cui concordant Herue. Grego. & Capreol. quinto ponam opinio. quam intendo ſuſtinere. ſexto declarabo quod hãc opinio. tenet D. Thom. in 1. ſentent. nec ſibi contradicit in 1. parte q. 23. ſeptimò declarabo, quòd hanc viam ſolennes doctores ſequuntur. octauò declarabo, quòd hæc via non eſt contra magiſtrum, nec contra Auguſt. nec contra ſcripturam ſacram. nonò declarabo quomodo ex hac via facile vitantur omnia inconuenientia, quibus videtur argui iniuſtitia, & impietas in Deo. decimò ſoluam quædam argumenta fortiora tam Scoti quàm S. Thom. & Gregorij contra hanc viam.

ARTICVLVS I.

De declaratione.

ACtus prædeſtinationis, & reprobationis dupliciter conſideratur, primo ut eſt à Deo agente vel pro ipſo actu diuini intellectus adiuncto actu diuinæ voluntatis: & ſic nullus ſapiẽs dicit quòd habet cauſam, nec finalem niſi diuinam voluntatẽ: nec efficientem, niſi Dei intellectum & voluntatem, quæ non ſunt realiter cauſæ, ſed tantum ſecundum rationem, eo, quòd actus diuini intellectus & voluntatis non diſtinguuntur realiter etiam apud philoſophum: ſecundò conſideratur ut terminatur ad hoc paſſum ſeu ad hoc obiectum, quod eſt perſona prædeſtinata, vt hæc: & ſic apud doctores ex parte creaturę cauſa quæritur, propter quam prædeſtinatio cadat ſuper hunc & E reprobatio ſuper illum: cum omnes homines ex natura ſua ſint æquè capaces fœlicitatis, & miſeriæ, & in hoc ſenſu pertractandum eſt præſens quæſitum.

ARTICVLVS II.

De Notando præuio quæſito.

ADuerte quòd hæc propoſitio vtrum aliquid ſit cauſa, vel ratio prædeſtinationis in ſecundo ſenſu vſque adhuc remanet indeterminata, ex ſcriptura, & indeterminata apud intellectum noſtrum. Quod poteſt ſic perſuaderi, ſi aliquis determinauit eam, maximè videtur fuiſſe Paul. qui hoc negotium aſſumpſit, ſcribens ad Romanos: & tamen incipiens à capi. 8. & 9. vſque ad finem xj. facit prolixam, & formalem diſceptationem, demum reliquit totum ferme inſcrutabile, dicens. O altitudo diuitiarum &c. Nec valet quòd dicunt aliqui Paulum quidem ſciuiſſe, ſed reprehendiſſe præſumptuoſos, qui volunt ea C intelligere, quorum non ſunt capaces. Euaſio quorũdã

Contra, quia loquitur ex natura ipſa rei, quæ non poteſt humano intellectu perſcrutari, declarat verba eius immediatè præcedentia, cum dicit, & concluſit Deus omnia in incredulitate, vt omnium miſereatur: conſtat autem quòd credulitas dicit inuidentiam. Item illic adducit dictum Iſaiæ Prophetæ, cap. 4. complectens omnem intellectum creatum, & non ſolum rudis, dicit. Quis nouit ſenſum domini? Nec valet, quod dicunt alij, quia apoſtolus occupatus erat circa difficilia declaranda, quæ in noua eccleſia occurrebant, puta de articul. incarnationis, Reſurrectionis, Euchariſtiæ, ideo quæſtio prædeſtinationis quæ communis erat in antiqua lege, & noua, & etiam philoſophis loquentibus de Prouidentia, non eſt ab eo diſcuſſa. Hoc inquam non ſatisfacit, quoniam ſi apoſtolus non aſſumpſiſſet hoc argumentum diſcutiendum in tota doctrina ſua, eorum dicta aliquam apparentiam haberent. cum autem ſcri- D bens ad Roma. id ex propoſito diſputet, & adducat quantum ratio inueſtigare poteſt: ita quòd quaſi victus pondere tantæ rei, & recognoſcens humanam imbecillitatem, dicat, O homo quis es, qui diſputas cum Deo tuo? apparet quòd dictum eorum non eſt veriſimile. Irrationabile enim videtur de aliquo difficili pertractare, & in fine totum indiſcuſſum relinquere, ſi rationem habet ad illud ſuſtinendo. Igitur quòd Paulus id determinare non potuerit, nec Auguſtinus, nec Magiſter ſententia. nec San. Thom. nec Scot. id conſequuti ſunt: ſed quilibet illorum illum ſenſum ſequutus ſit, qui rationabilior ſibi videbatur. Ex quibus infero, quòd illam opin. nos ſequi decet, quæ videtur magis, & apertius ſeruare rectitudinem diuinam, ſubſtentare ſpem fidelium, fugere occaſiones deſperationis, defenſare certitudinem prædeſtinationis cum libertate arbitrij.

Improbatio.

Euaſio aliorum.

ARTICVLVS III.

De Opinione Scoti.

ADuerte quòd Scot. 1. diſtinctio. 41. quæſtio. 1. Ibi, poteſt aliter dici &c. tenet quòd ex parte prædeſtinati nulla eſt cauſa aliquo modo prior ipſa prædeſtinatione, ſed bene eſt ex parte reprobati, quam dicit eſſe peccatum finale præuiſum. Et primum ſic probat, volens alicui finem, vult & ea, quæ ſunt ad finem: quia propter finem alia vult, primum vult ei finem, quã aliquid ordinatorum ad finem. Cum igitur in toto proceſſu quo creatura beatificabilis perducitur ad perfectum finem, finis ultimus ſit beatitudo perfecta: Deus volens huic aliquid huius ordinis prius vult huic creaturæ beatificabili finem, & quaſi poſterius vult ei alia, quę ſunt in ordine eorum, quæ pertinent ad ipſum finem: ſed gratia, & fides, & merita, & bonus

vſus

Universidad de Deusto Biblioteca

vſus liberi arbitrij ad hunc finem ſunt ordinati, licet quædam remotius, quædam propinquius: ergo Deus prius vult ſibi beatitudinem quam aliquid iſtorum, & prius vult ei quodcunque iſtorum quam præuideat ipſum habiturum quodcunque iſtorum: igitur propter nullum iſtorum præuiſum vult ei beatitudinem: ſecundum autem probat ſic: Damnatio non videtur bona, niſi quia iuſta, eo, quod ſecundum Auguſt. ſuper Gene. Non prius eſt Deus vltor, quàm homo peccator: videtur enim eſſe crudelitatis damnare aliquem non præexiſtente in eo aliqua culpa, igitur à ſimili non vult Deus aliquem punire prius, niſi videat ipſum peccatorem: Non igitur primus actus voluntatis diuinæ circa Iudam oblatum ei in puris naturalibus eſt velle damnare Iudam: ſed videtur, quòd oporteat offerri Iudam voluntati diuinæ ſub ratione peccatoris, antequam velit damnare ipſum: ergo cum reprobare ſit velle damnare. Reprobatio ex parte reprobati habet pro cauſa peccatum finale præuiſum. Verum ſi diligenter conſideretur proceſſus Scot. G deficit in hoc, quia uel eſt neceſſe quòd ponat vtrumque eſſe ex nuda voluntate diuina, uel vtrumque eſſe ex aliquo præuiſo, immo non poteſt effugere, ſtante reſponſione ſua data ad inſtantiam factam de Petro, & Iuda, oblatis Deo in puris naturalibus quòd reprobatio non deducatur ad eandem voluntatem nudam Dei. Sic enim arguit contra ſeipſum: Petrus & Iudas æquales in naturalibus nobis à Deo in eſſe exiſtentes, in illo inſtanti, in quo offeruntur Deo, ſine diuinæ voluntati in exiſtentia naturali, & æquales: Deus per te vult primo Petro beatitudinem: quæro tunc quid vult Iudæ: ſi damnationem, habeo propoſitum: quia tunc reprobat, ſine omni ratione: ſi beatitudinem, ergo prædeſtinat. Ad hanc inſtantiam ſic reſpondet, dici poteſt quòd in iſto primo inſtanti nihil vult Iudæ, ſed tantum eſt ibi negatio volitionis gloriæ: & ſimiliter quaſi in ſecundo inſtanti naturæ quando Petro vult gratiam, adhuc nullus actus poſitiuus voluntatis diuinæ eſt contra Iudam: ſed tantum negatiuus. In tertio autem inſtanti quando vult permittere Petrum eſſe de maſſa perditionis, & hoc ſiue per peccatum originale ſiue actuale, tunc vult permittere Iudam ſimiliter eſſe filium perditionis: & hic eſt primus actus poſitiuus vniformiter quidem eſſe Petrum & Iudam, ſed ex iſto actu eſt verum illud, Iudas erit finalis peccator poſitis illis duabus negationibus, ſcilicet, quod non vult ei dari gratiam, nec gloriam. In quarto inſtanti offertur Iudas voluntati diuinæ, ut finalis peccator, & tunc vult iuſte punire, & reprobare Iudam. hæc eſt reſponſio eius. Ex qua deduco oppoſitum contra eum, primo ſic In primo inſtanti offeruntur voluntati diuinæ Petrus, & Iudas vtæquales, & æquè capaces fœlicitatis ut ſunt naturæ intellectualis: ergo quod Petro velit fœlicitatem, Iudæ autem nihil velit, videtur irrationabile, cum Deus non ſit acceptor perſonarum: ergo dicendum eſt, quòd in primo inſtanti vult vtrique fœlicitatem quantum ſit ex voluntate antecedenti, & ex ſe non autem quod prædeſtinet Iudam, cum prædeſtinatio: non dicat ſimplicem actum voluntatis, ſed efficax propoſitum. Secundo ſic ideo offertur Iudas finalis peccator in quarto inſtanti, quia in tertio inſtanti non vult permittere ipſum eſſe de maſſa perditionis, & quia in ſecundo inſtanti non vult ei dare gratiam & quia in primo inſtanti non vult ei fœlicitatem: ergo in toto hoc proceſſu non fit reſolutio niſi ad diuinam voluntatem, ut ad primam cauſam: & ſic patet, quòd etiam ex parte reprobati non aſſignatur aliqua cauſa niſi Dei voluntas, ergo ex proceſſu Scoti uel vtriuſque erat aſſignanda cauſa, uel neutri. Rationem autem eius, quam formauit ex parte prædeſtinati, ſoluemus infra, & declarabimus, quòd ille bonus vſus liberi arbitrij non comprehendatur ſub ordine mediorum ad ſalutẽ, ſed antecedit.

Reprobatio.

Euaſio.

Articvlvs IIII.

De opin. S. Thom.

Aduerte quòd S. Thom. in p. p. q. 23. articul. 5. ponit quòd nulla eſt aſſignanda cauſa, quare prædeſtinatio cadat ſuper Petrum, & reprobatio ſuprà Iudam, niſi diuina voluntas, & ex parte prędeſtinati. Et eius ratio ſtat in hoc, ſi aliqua eſt cauſa, hoc maximè erit præſcientia boni vſus liberi arbitrij, ſed hoc eſt falſum &c. conceditur conſequentia, falſitas autem probatur: bonus vſus liberi arbitrij eſt effectus diuinę prędeſtinationis: ergo non eſt cauſa: conſequentia clara, quoniam effectus & cauſa ut ſic opponuntur: Antecedens probatur. Primo ſi talis vſus ſemper eſt à gratia: ergo eſt effectus prędeſtinationis: conſequentia patet: probatur antecedens. Talis vſus vel eſt à gratia tantum, vel à libero arbitrio tantum, vel ab F vtroque. Si primum, habemus intentum: ſi ſecundum, contra, cauſa ſecunda nullum habet actum, excluſa cauſa prima: ſed liberum arbitrium comparatur ad gratiam, vt cauſa ſecunda ad primam: ergo ſe ipſo tantum non poteſt habere bonum vſum: ſi dicatur tertium, iterum habemus intentum: quia quando vnus effectus eſt à cauſa ſecunda, & à cauſa prima, eſt vnus numero, ut patet in actu generandi, qui eſt ab homine, & à ſole: ergo non condiſtinguitur talis actus, ut eſt à libero arbitrio, & à gratia.

Probatur anteceděs primo.

Secundo ſic: Quicquid eſt in homine ordinans ipſum ad ſalutem, totum comprehenditur ſub effectu prędeſtinationis, etiam ipſa præparatio ad gratiam, quæ non fit niſi per auxilium diuinum: ſed bonus vſus liberi arbitrij ordinat hominẽ in ſalutem: ergo continetur ſub effectu diuinæ prædeſtinationis. Ex parte vero reprobati nullam adducit rationem, niſi quandam ſimilitudinem in naturalibus, & artificiatis, quam gratia breuitatis omitto. vide ibi ad tertium.

Probatur antecedēs ſecundũ.

Articvlvs V.

De opinione Authoris.

Est autem alia via, quæ ponit rationem ex parte prædeſtinati, & reprobati: & hæc ratio, ex parte prædeſtinati eſt vſus bonus liberi arbitrij moralis antecedens gratiam, ut diſpoſitio congrua non tamen condigna ad gratiam, & elicita à liberi arbitrij moto à Deo non ſolum ut uniuerſali mouente, ſed influente in nobis particulare auxilium, quo ſimus ſufficientes, etiam remota gratia, producere bonos actus morales, vt temperate uiuere, iuſta agere, defendere patriam: miſereri oppreſſo: & iſte bonus uſus, ut præuiſus à Deo in Iacob, eſt ratio quòd prædeſtinetur, & ex oppoſito: malus uſus arbitrij lib. H moralis moti à Deo, ut uniuerſali motore reddens hominem indignum gratia, eſt ratio, quòd Iudas reprobetur. Declaro ſingulas partes.

Primo dicitur bonus uſus moralis, quoniam talis uſus dupliciter conſideratur. Primo ut eſt actus talis potentiæ, & ſic habet bonitatem naturalem: Actiua enim potentia naturaliter actu ſuo perficitur cum ordine ad ipſum ex nono metaphyſicor. ergo actus eius naturaliter bonus eſt, cum ſit perfectiuus potentiæ.

Secundo conſideratur ut eſt actus egrediens à tali potentia, puta libera, quæ eſt ſui domina, & ſic à tali potentia trahit bonitatem moralem, & malitiam, ſi enim fit ſecundum rectam rationem, & debitas circumſtantias, eſt bonus moraliter, & meretur retributionem: Si autem fit oppoſito modo: eſt malus moraliter, & meretur pœnam. Quoniam igitur liberum arbitrium eſt potentia ſui domina, poteſt habere bonum, & malum uſus moraliter, ex quo ſequitur quòd omnis potentia na- I turalis actiua poſſit habere bonum vſum bonitate naturę, non tamen bonitate moris eo, quòd eſt terminata ad unum. 9. metaphyſic. & ſecundo ethicorum. Dico ſecundo elicitus à libero arbitrio ante gratiam, quoniam liberum arbitrium informatum gratia, poteſt quidem habere bonum uſum, qui alterius ordinis eſt quam bonus uſus præcedens gratiam: ille enim moralis eſt, alter autem gratuitus: & dicitur actus meritorius ex condigno uitæ æternæ: & quia eſt à gratia, quæ eſt effectus prædeſtinationis, ideo talis uſus eſt ſuo effectu prædeſtinationis, & per conſequens non poteſt eſſe ratio prædeſtinandi Iacob, cum ſequatur prædeſtinationem. Dico igitur ante gratiam, ad differentiam illius, qui producitur ex gratia: quoniam ille non ſequitur, ſed precedit prædeſtinationem Iacob, ſicut quædam congruitas, ut dicemus infra: & propter hoc diſtinguitur hæc via ab opinione. Henrici ille enim recitat Scot. primo di- K ſtinctio. 41. quæſtio. 1. ibi igitur iſte probans, hanc opinio. poſuit bonum uſum liberi arbitrij ut liberum arbitrium eſt informatum gratia, eſſe cauſam prædeſtinationis: quod patet ex eius declaratione, ſic enim dicit, licet gratia principaliter operetur in bonis actibus, tamen liberum arbitrium cooperatur: quod patet per augmentum, cum ait, adiuua nos, &c. qui enim adiuuatur, etiam per ſe ipſum operatur aliquid: Quando igitur offertur gratia peccatori, ſi recipit oblatam gratiam, & ei ſecundum uſum liberi arbitrij bene cooperatur, meretur habere gratiam ſecundum ulteriorem gradum, hæc ille: Patet igitur, quòd loquitur de bono vſu ſuppoſita gratia, quod nos non dicimus: patet enim quòd ſic non eſt diſtinctum id, quòd eſt ex prædeſtinatione ab eo, quod eſt ex libero arbitrio, informato gratia. Vnde contra eum concludit ratio Sanct. Thom. Scot. ſuprà adducta, qua probant, quòd cum ſit ſic effectus prædeſtinationis, non poteſt eſſe cauſa prædeſtinationis. Dico tertio

tio moto à Deo, non ſolum vt vniuerſali mouente: pro quo A ſcias, ut notat. S. Thom. prima ſecundæ quæſtione. 109. articulo ſecundo. Deus reſpectu boni actus eliciendi à libero arbitrio poteſt infundere triplex auxilium vniuerſale: ſic cauſa prima vniuerſaliter influit in cauſam ſecundam, qui influxus modificatur in cauſa ſecunda, ſecundum naturam cauſæ ſecundæ, aliter enim recipitur in cauſa naturali, aliter in cauſa libera, ſic enim in cauſa naturali, quòd cooperatur ei determinare ad unum: cauſæ autem liberæ cooperantur ad oppoſita, ſecundum quòd determinant ſe, & hoc auxilium vniuerſale eſt neceſſar. um in omni actu lib. arbitri tam bono, quam malo: mouens enim ſecundum ſupponit motionem primi mouentis. Secundo poteſt infundere auxilium ſpeciale ad eliciendum actum moraliter bonum & hoc eſt neceſſariũ tempore naturæ corruptæ propter deordinationem tantam in uiribus animæ ex culpa originali: unde tempore illo ſufficiebat generale auxilium ad eliciendum actus bonus morales. uide San. Thom. ubi ſupra, ibi adducit exemplum de actu poten B tiæ in ſano, & infirmo.

Tertio poteſt influere auxilium ſpeciale ſupernaturale ad eliciendum actum meritorium, & condignum fœlicitate: & hæc eſt gratia gratum faciens, ſiue charitas. Dico igitur, moto à Deo, ut declaretur, quòd non ſufficit motio vniuerſalis: eodem enim modo, & non aliter moueret ad bonum, & malum actum moralem, quod non debet attribui prouidentiæ diuinæ. & eſt neceſſaria motio ſupernaturalis, aliter nec infidelis nec peccator poſſet agere bonum actum moralem: cuius oppoſitum videmus ad ſenſum.

Quarto ut diſpoſitio ad gratiam congrua, ſed non condigna. Pro quo aduerte, quod cum gratia comparetur ad animam, ſicut perfectio ad ſuum perfectibile, non communicatur animæ, niſi diſpoſitæ: diſponit autem ſe inquantum non reddit ſe indignam: Non reddit ſe indignam, inquantum mota à Deo uniuerſali, & particulari auxilio, præparat ſe per bonos actus morales. Sunt igitur tales actus diſponentes animam ad gratiam, ſed non ex condigno, quoniam iſti actus non excedunt ordinem naturalium: Gratia autem cum ſit ſupernaturalis, non ſunt proportionales gratiæ: ſufficiens enim diſpoſitio ad formam, & forma uidentur eſſe eiuſdem ordinis: patet igitur, quomodo bonus uſus moralis eſt diſpoſitio ad gratiam. Dico quinto, quo ſumus ſufficientes, quoniam cum iſte bonus vſus non ſit meritorius, ſumendo meritum, in proprio ſignificato, non eſt neceſſe, quòd eliciatur à gratia, ſed ſufficit, quòd illud duplex auxilium ſuprà dictum. Præterea plures legimus apud philoſophos & Romanos qui licet Idololatræ tamen moribus ornati fuerunt, uidelicet de Socrate, & Catone Relinquo declarationem mali vſus moralis, cum habeat conditiones oppoſitam bono uſui morali. His conſideratis declaro, quomodo talis uſus eſt ratio prædeſtinationis, & malus reprobationis. Conſiderandum eſt, quòd licet D diuinus intellectus & diuina uoluntas non multiplicent actus ſuos, tamen ſecundum noſtrum modum intelligendi ibi poteſt aſſignari aliqua pluralitas ſecundum rationem. Vnde talis proceſſus poteſt ſic conſiderari. In primo inſtanti rationis intellectus Dei apprehendit Iacob, & Eſau vt ſunt naturę intellectuales, eſſe æque capaces fœlicitatis: & ſic oportet eos æquales eſſe diuinæ uoluntati, quibus diuina uoluntas æquè vult fœlicitatem. In ſecundo inſtanti rationis diuinus intellectus apprehendit Iacob & Eſau quibus eſt uolita fœlicitas quòd cum ſint liberæ naturæ & defectibiles indigent lege, & mandatis affirmatiuis, quibus moueantur in bonum, & prohibitionibus, quibus arceantur à malo, & diuina uoluntas determinat inſerere eis legem naturæ per lumen intellectus agentis, quo diſcernant quid agendum, & quid non ſecundum rectam rationem. Adhibet etiam legem ſcriptam, prout ſapientia diuina iudicat. In tertio inſtanti rationis apprehendit diuinus intellectus quòd Iacob, & Eſau non poſſunt moueri ad E bonum, niſi moueantur à Deo, & diuina voluntas determinat eos mouere duplici auxilio vniuerſali, & ſpeciali, uniuerſali quidem ut agant, prout eis libet: ſpeciali ter autem, ut bene agant moraliter: In his tribus inſtantibus omnia ſunt vniformia circa Iacob, & Eſau: eo, quòd nulla inæqualitas eſt adhuc in eis, & vſque adhuc Deus non eſt prædeſtinans, nec reprobans, & illa tria aſſignata non continentur ſub prædeſtinatione, ſed ſunt præparatoria. In quarto inſtanti diuinus intellectus præuidet Iacob accepturum in ſe tale auxilium vtrunq; quo redderetur ſufficiens ad producendum bonos actus morales, & uiuendum ſecundum legem & mandata: præuidet autem Eſau recepturum ſolum uniuerſale auxilium, quo utetur non in bonum, ſed in malum, declinans à lege & mandatis. Tunc diuina voluntas vult Iacob fœlicitatem voluntate conA ſequenti & efficaci, quam in primo inſtanti voluerat vol untate antecedenti: & Eſau non vult eam voluntate conſequenti quam tamen voluerat ei voluntate antecedenti: ſed quòd in eo manifeſtetur iuſtitia puniens per damnationem æternam & cum in hoc quarto inſtanti Iacob, & Eſau præſciantur inæquales, ideo ibi incipit electio: eligit quidem Iacob, & reijcit Eſau. In quinto inſtanti diuinus intellectus apprehendit quòd illi boni actus morales non ſunt condigna media ad fœlicitatem, ideo præconcipit dandum tertium auxilium Iacob, ſcilicet gratiam, qua producat actus meritorios, ut condigna ad fœlicitatem & uolũtas diuina præparat conferre tale auxilium eo quòd Iacob, ex ſecundo auxilio ſe idoneum reddidit, & ibi completur prædeſtinatio Iacob, uoluntate efficaci & infallibili. Vnde illa idoneitas eſt ratio, ſine qua non prædeſtinaretur. Cuius ratio congruitatis eſt ille bonus vſus moralis præcedẽs tertium auxilium & ſubſequens ſecundum: ex parte autem Eſau diuinus intellectus præuidet malum vſum moralem, B eo quòd non acceperat ſecundum auxilium: propter quod iudicat, non ei conferendam gratiam, eo, quòd indiſpoſitum ſe reddit, & diuina uoluntas proponit ſibi non conferendam gratiam, ex quo ſequitur induratio & excæcatio, qui ſunt effectus reprobationis, & ibi completur reprobatio Eſau voluntate efficaci, & infallibili, quæ non cecidiſſet in Eſau, ſi ſeipſum non indiſpoſuiſſet ex malo vſu morali lib. arbitrij. Non ergo imputandum eſt Deo, ſi aliquis reprobetur ſed ſibi: quoniam obicem ſibi ponit: & ſic patet quòd prædeſtinatio & reprobatio habent cauſam ſeu rationes congruitatis ſine qua non ponerentur, ergo non ſunt reducenda ad nudam diuinam voluntatem: & hæc quidem cõcluſio poteſt multipliciter perſuaderi.

Primo ſic: in duobus omnino æqualibus electio nominari non poteſt: ſed Deus Iacob eligit, & Eſau non: ergo neceſſe eſt ut præſententur diuino intellectui & uoluntati, inæquales, C ſed nulla eſt inæqualitas in eis priuſquam moueantur per auxilium ſpeciale ad bonum morale, ut declarauimus: cum ergo prædeſtinatio ſupponat bonum vſum moralem, & malum, ſupponit aliquam inæqualitatem: ergo non eſt reducenda ad nudam voluntatem: & ſcias, quòd hæc ratio adeo videbatur apparens. S. Thom. quando ſcribebat ſuper ſententias, quòd conceſſit talem inæqualitatem in prædeſtinatis, & reprobatis, vt infra declarabimus.

Secundo ſic: in omni operatione miſericordiæ diuinæ occurrit iuſtitia: ergo aliqua conuenientia & congruitas ponitur ex parte prædeſtinati, quæ non eſt ex parte reprobati: & ſic nõ eſt nuda uoluntas diuina.

Tertio ſi non eſt aliqua ratio in facultate noſtra, qua mouemur ad bonum, & ad malum, quomodo ſaluatur dictum Eccleſ. 15. Deus adduxit homini mandata & præcepta ſua: ſi uolueris mandata ſeruare, ſeruabunt te. Appoſuit tibi aquam, & D ignem ad quod volueris, porrige manum tuam. Ante hominem mors, & uita, bonum, & malum: quod placuerit ei, dabitur illi: ecce quod in ultimis verbis non ſolum declaratur quomodo bonus vſus moralis, & malus ſunt in facultate noſtra, ſed quomodo Deus obſequitur placito voluntatis noſtræ.

Quarto tota doctrina prophetarum & euangeliſtarum fauet viæ huic. Si enim non eſt noſtrum, nec eſt aliqua ratio ex parte noſtri, quid conferunt exhortationes prophetarum, quę vt in pluribus fiunt per conditionales, in quorum antecedente ponatur voluntas creata, & in conſequenti voluntas diuina ut deſignetur, quòd uoluntas diuina ſubſequitur voluntati creatæ: non quod voluntas creata poſſit in aliquo priori exire in actum ſuum, non cooperante ei voluntate diuina: hoc enim repugnat cauſæ ſecundę, ſed quia diuina voluntas, vt declaretur libertas voluntatis creatę, ſe habet in conſequenti ad illam: ſicut conſequens ad antecedens. In naturalibus au E tem determinate ad unum ſe habet vt antecedens ad conſequens, unde in uoluntarijs hæc conſequentia valet: ſi Iacob vult orare, Deus vult ipſum ſaluare, in naturalibus autem non ſic, non enim dicimus, ſi planta appetit producere fructum, Deus id appetit, ſed e conuerſo. Ad propoſitum ergo quomodo ſaluabitur hęc conditionalis: ſi quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus: & illud Malach. 3. Reuertimini ad me, & ego reuertar ad uos, Item ibidem, Conuertimini, & ſcietis quid ſit iuſtum, & impium: ex quibus corollarie infero, quod tota doctrina & exhortatio ad bonum non eſt ad aliud ordinata niſi quòd homo recipiat in ſe auxilium, per quod præparatur ad tertium, & operetur ſecundum ipſum, ſic enim ſaluatur infallibiliter: ex parte autem Dei ſemper & in omnibus pro quolibet ſtatu infunditur. vnde & Paulus dicebat. Non eſt diſtinctio Iudę: & Gręci:

Ordo, quo conſtituitur & fit prędeſtinatio ſecundum noſtrum intelligendi modũ

Universidad de Deusto Biblioteca

Græci, & in actibus. In omni gente qui operatur iuſtitiam, acceptus eſt Deo. Hæc dicta ſint pro hac uia, quam reputamus rationabiliorem. F

CAPITVL. VI.

Hic declarandum eſt, quòd S. Thom. in 1. diſtin. 41. art. 3. in fine, non diſcedit ab hac uia licet enim non nominet bonum uſum, dicit tamen, quòd opus bonum præcedens gratiā eſt diſpoſitio, & illa eſt ratio prædeſtinationis, ſine qua non, unde ſic ait ad duplicem effectum diuinæ prædeſtinationis diuerſimodè ſe habet operatio noſtra quia opus meritorium informatum gratia eſt cauſa meritoria gloriæ: ſed opus præcedens gratiam non eſt cauſa meritoria eius: ſed tantum diſpoſitio quædam: unde patet quòd prædeſtinatio non habet cauſam ex parte actus uolentis, ſed habet rationem ex parte effectus: ſecundum quem rationalis & iuſta dicitur. Item in eodem articulo, in reſponſione ad primum exponens uerba Ambr. Illius miſerebor, quem præſcio ad me toto corde eſſe reuerſurum: ſic dicit ex his uerbis Ambro. deſignatur ſolum quædam diſpoſitio, ut hoc intelligatur non de opere ſequenti gratiam: quod eſt diſpoſitio ad eam. Illi enim Deus proponit dare gratiam, quem præſcit ſe ad gratiam præparaturum: non tamen propter præparationem, quæ non eſt ſufficiens cauſa gratiæ. Vult tamen quòd iſte habeat gratiam, quia præparauit ſe: ut ly, quid quòd eſt coniunctio, denotet diſpoſitionem & non cauſam: hæc ille. Item eodem art. ad ſecundum reſponſum quod ſumat tale. In æqualia non ſunt danda æqualibus, ſed homines ſunt natura æquales ad percipiendam gratiam: ergo &c. Reſpondet ſic ex parte effectus accipitur cauſa ex opere hominum quòd defectionem cauſat in eis: ut ſi quæratur à iuſto iudice, quare uis plus dare huic quàm illi: diceret quia iſte magis dignus eſt, eſt autem magis dignus impropriè propter diſpoſitionem quandam qua præparauit ſe. Hæc eſt mens S. Thom. quam non reuocauit, nec expoſitores eius, nec defenſores reprehendunt eam. Nec arbitrandum eſt talem doctorem ſibi contradicere in p. p. Vnde uidetur dicendum quòd in prima parte, non prædeſtinationis cauſam negauit ex parte noſtra, niſi quæ eſt condigna ut gratia & bonus uſus conſequens gratiam: & diſpoſitio ſufficiens ad gratiam: ut deſtrueret errorem Pelagij: Patet igitur quòd hæc noſtra uia poteſt ſuſtineri etiam ad mentem S. Thom. G H

CAPITVL. VII.

Solemnes doctores ſequuntur hanc uiam, quòd ſcilicet prædeſtinatio habet cauſam vel rationem congruam ex parte noſtra. primus eſt Auguſtinus qui ſupra Malach. & lib. 83. quæſtio. 68. q. dicit. Voluntas Dei iniuſta eſſe non poteſt, uenit enim de occultiſſimis meritis, quia ipſi peccatores cum propter generale peccatum vnam maſſam fecerint, nonnulla tamen inter eos eſt diuerſitas: præcedit enim aliquid in his peccatoribus, quo quamuis non ſint iuſtificati, digni tamen efficiuntur iuſtificatione, ut præcedit in alijs peccatorib. quo digni ſunt obtuſione. hæc ille. Nec dicendum eſt ut dicit Magiſter in 1. diſt. 41. quòd retractauit ſe in lib. retractationum, vbi quædam alia ad iſtam materiam pertinentia retractat. Hoc in quam non eſt verum propter tria. I

Auguſtinus.

Euaſio.

Primo quia in toto illo lib. de illa authoritate nihil habetur. Secundo quia non eſt ſimilis ſententia priorum, quam retractat, & iſtorum, ergo retractat eam in ſuo ſimili, vt credit Magiſter.

Improbatio.

Tertio quia in primo retractationum retractat, ſeu declarat quoddam dictum immediate ſequens uerba nunc allegata, & iſta nullo modo quod non eſt uériſimile ipſum tacere voluiſſe, ſi uoluiſſet illa retractare: ergo non retractat. Aduerte tamen quòd de occultis meritis, non eſt exponendum de meritis propriè dictis, quæ ſunt effectus gratiæ, ſed de meritis communiter dictis ſicut dicitur apud morales quòd in actibus liberis meremur, & demeremur, non autem in naturalibus. Secundus D. Bonauentura in prima diſtinctio. quadrageſimaprima quæſtione prima qui ſic dicit cum quæritur. Verum electio, uel probatio in Deo motiuam habeat rationem, hoc non intelligitur quantum ad uoluntatem diuinam. Etſi quæratur cauſalis ratio, vel meritoria, Reſpondetur dari non poſſe: ſi autem quæratur ratio congruitatis, & decentiæ, Reſpondent quidam quòd ipſa Dei voluntas eſt ſibimet ratio, nec eſt alia K

Bonauentura:

Ratio prædeſtinationis duplex.

ratio, quare hunc elegit, illum uero non: niſi quia ſibi placet, & ideo quia ſibi placet iuſtum, & rectum eſt ſed cauendum eſt, ne dum uolumus uoluntatem Dei magnificare, derogemus ei. Si enim non eſſet alia ratio niſi quia placet, certe non occulta diceretur, & mirabilis, ſed uoluntaria, & manifeſta cum quilibet capiat hanc rationem, & propter hoc dicendum, quòd propter illud, æternam rationem, aliquam habet non per eſſentiam, quia eſſentialiter eſt idem, quòd Deus: ſed propter connotatum ſcilicet, quare cadit ſuper illum & non ſuper hunc. quid autem ſit illud, non eſt omnino cognitum, nec omnino incognitum: hæc ille: Et in ſequentibus conatur oſtendere, quæ ratio motiua huius in generali, & in ſpeciali: ergo ſecundum ipſum aliqua ratio aſſignari poteſt ex parte prædeſtinati & reprobati, quæcunque ſit illa: & ſic non eſt aſſignanda pro totali ratione nuda uoluntas Dei. Tertius eſt Thom. de Argen. qui in primo diſtinctione quadrageſima ſic dicit, bonus vſus liberi arbitrij præuiſus, ut in eo perſeuerabit Petrus uſque in finem uitæ ſuæ eſt ratio congruitatis prædeſtinandi eū malus aūt uſus præuiſus in eo perſeuerabit Plato, eſt ratio reprobandi eum. Quartus eſt Ioann. Bacon. qui in 1. d. 41. ſic dicit Deus non prædeſtinat aliquem, quia voluit præciſè, propter aliquam congruentiam in prædeſtinato ſcilicet quia uidit bonum vſum liberi arbitrij eius, qui uſus eſt in poteſtate prædeſtinati & contingens: & ideo prædeſtinatio huius eſt contingens & neceſſaria ſolum ex ſuppoſitione. Dico enim quòd bonus uſus liberi arbitrij: poteſt contingere dupliciter, primo quòd ſit bonus bonitate moris quæ eſt in poteſtate noſtra ex naturalibus ſuppoſita influentia generali qua bonitate operationes uirtutum moralium, de quibus determinant philoſophi bonę ſunt: ſecundò quòd ſit bonus bonitate ſupernaturali quę dicitur bonitas gratuita per quam talis quis dicitur gratus, & acceptus Deo. Primo modo intelligo quòd bonus uſus liberi arbitrij pręcognitus eſt cauſa prędeſtinationis ex congruo, non ex condigno: ſecundo modo eſt effectus prędeſtinationis, ut probat authoritas Pauli ad Epheſio. Gratia Dei ſaluati eſtis per fidem, non ex nobis. Dei enim donum eſt: & 1. ad Tim. primo, miſericordiam Dei conſequutus ſum. & ad Tit. 1. non ex operibus iuſtitię, quę fecimus nos &c. multi alij ſunt huiuſmodi. quos breuitatis cauſa omitto.

Cauſalis, & cōgruitatis meritoria, & decentia.

Thom. de Argen.

Ioan. Bac.

CAPITVL. VIII.

Hic declarandum eſt quomodo hęc uia non eſt contra Magiſtrum ſententiarum, nec Auguſtinum nec ſacram ſcripturam. & quidem quòd non ſit contra Magiſtrum, patet prima diſtinction. quadrageſimaprima ubi per totum negat aliquod meritum pręcedens uel pręſcitum eſſe cauſam prędeſtinationis, ſic enim concludit: cum igitur gratię, quę eſt effectus prędeſtinationis, & quę opponitur homini ad iuſtificationem nulla ſint merita: multo minus ipſius prædeſtinationis quia ab æterno elegit Deus quos uoluit, aliqua poſſunt exiſtere merita, hęc ille: & infra. Non ergo propter fidem aut aliqua merita elegit aliquos ab æterno, ſed gratuita bonitate ſua elegit, ut boni eſſent. Similiter de Auguſtino. dicendum eſt. unde omnia dicta Magiſtri & Auguſtini debent declarari, quòd pro inconuenienti habent meritum eſſe cauſam prędeſtinationis, ita quòd electio & prædeſtinatio non ſit ſecundum gratiam ſed debitum, hoc enim eſt contra apoſtolum dicentem. Reliquię per electionem factę ſunt, ſed fides formata, & formanda, & bonus uſus liberi arbitrij meritorius pertinent ad debitum, non prout ly, debitum, dicit obligationem ſed cōdignum ideo Magiſter, & Auguſtinus pro inconuenienti habent quòd Iacob fuerit dilectus, quia crediturus, uel habiturus bonum uſum liberi arbitrij: quod utique uerum eſt de bono uſu meritorio, cū hoc tamen ſtat quòd Iacob fuerit electus de congruo ex præcognitione boni uſus liberi arbitrij, ut eſt bonus bonitate moralis: Nec in hoc ſenſu loquuntur Magiſter & Auguſtinus: ergo patet quòd hęc via non eſt contra eos. Quod autem non ſit contra doctrinam ſacram, declaratur eo, quòd doctrina Prophetarum & Euangeliſtarum: uidetur declinare ad hanc uiam. nam ut diximus ſupra, per conditionales ut in pluribus loquuntur in quibus ſi dabitur antecedens, in quo ponit voluntas noſtra, Deus neceſſitate conſequentiæ quodammodo ſe obligat exequi conſequens reſpectu boni in retributione, & materiam in pœna: vnde dicitur Iſaię primo. Quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, defendite viduā & uenite, & arguite me, ſi fuerint peccata veſtra, ut coccinum, quaſi nix dealbabuntur & Dauid in Pſal. ſi cuſtodierint filij tui te m. & m. Vnde patet quòd reducere omnia in voluntatem Dei abſtractè debilitatur ſpes fidelium

lium, & multi retrahunt ſe, dicentes, ſi Deus vult me ſaluare, quomodocunque faciam ſaluabor, ſi autem vult damnare, nō euadam. Et ideo rationabilior videtur via præmiſſa, ſi bene cōſideretur: ſed uidetur hæc uia contradicere apoſtolo: Nam ad Romanos nono aſſimilat nos uaſis figuli, ergo ſicut ex mera voluntate figuli hoc vas ordinatur in honorem, illud uero in cōtumeliam, ſic Iacob ex mera voluntate Dei ordinatur in ſalutem, & Eſau in damnationem. Item dicitur ſecund. ad Timo. 2. In magna domo non ſolum ſunt uaſa aurea, & argentea, ſed lignea, & fictilia, & quædam quidem in honorem, quædam vero in contumeliam: hæc ille: ibi ergo ſi ſimilitudo apoſtoli valet, neceſſe eſt, quòd ſicut illa diuerſitas uaſorum pendet à voluntate gubernantis domum, ita etiam hæc diuerſitas hominum, quorum aliqui ordinantur in honorem, uſ felicitatem & aliqui in contumeliam, id eſt in damnationem pendeat ex voluntate Dei. A

Ad primum reſpondeo, quòd uoluntas Dei nulli legi ſubijcitur, vnde quocunque vult, iuſte uult. Vnde ſi vellet omnes ſaluare, & omnes damnare, non eſſet iniuſtus. Ex hoc tamen nō ſequitur quòd Deus ſicut figulus abſtractè huic velit ſalutem: illi autem damnationem, ſed ſimilitudo ſolum eſt in hoc, ſi figulus non errat nec iniuſtè agit, uolendo hoc uas fieri in honorem, illud autem in contumeliam: ſic Deus non peccaret, ſi vellet omnes homines ſalnos facere, vel damnare, vel hunc ſaluare etiam ſine ſuis meritis, & illum abſtractè damnare. Non vult tamen de facto, niſi ſub conditione, puta quia ſeruant, vel non ſeruant legem ſuam. B

Ad ſecundum dico quòd illa authoritas non tangit propoſitum, loquitur enim Paul. de diuerſitate fidelium pro præſenti eccleſia in qua congregantur boni, & mali ſecundum diuerſos gradus: & quòd illa magna domus ſumitur pro præſenti eccleſia patet per uerba, quæ immediatè ſequuntur. dicit enim, ſi quis emundauerit ſe ab iſtis, erit uas in honorem ſanctificatum, & utile domino, ad omne opus bonum paratum. Patet igitur quòd hæc non poſſunt intelligi de prædeſtinatione, & reprobatione: quæ ſunt immutabiles: Nullus enim reprobatus poteſt fieri vas in honorem. Intelligunt ergo de viatoribus peccantibus, qui poſſunt emendari & fieri utiles in eccleſia per gratiam. C

CAPITVL. IX.

Hac via etiam vitantur omnia inconuenientia quę reducuntur ad hæc: Primum ſi Deus creauit me æqualem Petro in naturalibus, & ex mera uoluntate ſua Petrum elegit, & me reſpuit, nonne perſonarum acceptor eſt? & ſic arguitur iniuſtus. Hoc autem inconueniens ad uiam prædictam non ſequitur: quoniam electio non ſit, niſi in quarto inſtanti, in quo præſentantur diuinæ uoluntati, vt inæquales, ut diximus ſupra. ſecundò ſi patri non licet generare, & nutrire filium, ut interficiat eum, multo minus uidetur rationabile Deo aliquā animam creare, ut damnet, vel in æternum cruciet. Quomodo enim impius eſt, qui tam pius in ſcripturis prædicatur? Hoc inconueniens non ſequitur ad prædictam viam. Non enim imaginandum eſt ſicut viri ſcelesti imaginati ſunt, quòd ſcilicet Deus ſciuit me primo futurum malum, ſecundò licet hoc præſcierit, uoluit tamen me creare, tertiò dedit mihi præcepta, quæ ſciebat me non ſeruaturum, ut damnaret me: & ſic faciunt Deum crudelem: hæc imaginatio eſt prophana, & iniqua. ſed ſic imaginandum eſt, Deus ſecundum noſtrum modum intelligendi uoluit homines creare ad bonum, & nullum ad malum, ſecundò dedit eis legem, vt moueret ad bonum, tertiò uidit aliquos moturos ſe ad bonum auxilio ſuo, quod nulli deeſt: & aliquos ad malum, quos vult prohibere, vt ſit prouiſor conſeruans naturam, quartò prædeſtinat hos, & reprobat illos pro eo tempore, quo cognoſcit eos deceſſuros in bono & in malo. Non ergo concedendum eſt, quòd Deus creet aliquos ad damnationem, vel ad iuſtitiam punitiuam ex mera ſua voluntate, ſed ex eo, quia ipſe ſibi obicem ponit, & facit ſe indignum: ex eo quo ſequitur quòd iuſtitia punitiua, non eſt uolita à Deo, niſi conditionaliter & aliquo ſuppoſito ex parte noſtra, tertiò uitantur omnia incommoda, & inconuenientia ad quę deducit Aureolus arguens apud Capreol. in 1. diſtinct. 41. quæſt. 1. contra primam partem ſeptimę concluſionis, quę reducuntur ad quatuor. primo ſi Deus prohibito ſuæ uoluntatis aliquem reprobat: ergo delectatur in pœnis, & efficitur impius, ſecundò ſi pro ſua nuda uoluntate hunc prædeſtinat, illum reprobat, ergo præbet occaſionem deſperandi, tertio ſequitur, quòd qui ſaluatur, neceſſariò ſaluatur. & qui reprobatur ſimiliter. Voluntas enim Dei efficax infallibiliter impletur, quartò ſi ex D E

mera uoluntate, ergo uoluntate diuina, & non aliunde prouenit

mera uoluntate, ergo uoluntate diuina, & non aliunde prouenit determinatus numerus prædeſtinatorum & reprobatorū. Hæc inconuenientia ex præmiſſa via non ſequuntur, nec etiam apparenter, vt conſideranti patet. Nec eſt opus, quomodo ſequantur declarare per ſe enim patet.

CAPITVL. X.

Nvlla etiam ratio militat contra iſtam viam, & primo ratio Scot. ſuprà adducta non concludit. Nam bonus uſus meritorius ut effectus prædeſtinationis ſicut & gratia licet ſit ordinatus ad ſalutem, non tamen eodem modo bonus uſus moralis præcedens gratiam: Ille enim præuius eſt non effectus prædeſtinationis. & ratio eſt, quia cauſatur ab auxilio, ſecundū quòd indifferenter Deus omnibus influit: Meritorius autem cauſatur à tertio auxilio, quòd non omnibus influit, ſed ſe præparantibus. ſecundo ratio prima S. Thom. ſtat in robore ſuo: loquitur enim de bono vſu ſuppoſito quod procedat ex gratia, quæ eſt tertium auxilium.

Secunda uero ratio, quæ ſic dicit, quòd etiam bonus uſus ordinat hominem in ſalutem, ergo eſt effectus prædeſtinationis. Dico quòd uerum eſt de bono uſu meritorio: de bono autem uſu morali non eſt uerum. Sed eſt præuiſus, nec de iſto intelligit Diuus Thom. Etſi dicas, immo quia dicit quòd præparatio ad gratiam eſt ab auxilio diuino. Reſpondeo, ſi accipitur ly, auxilio diuino, pro auxilio ſecundo verum eſt, ſi uero pro tertio, nego. Item conceſſo, quòd accipiat auxilium pro tertio auxilio, Dico quòd ly, præparatio ad gratiam, non intelligitur ad gratiam ſimpliciter, ſed ad ulteriorem gradum gratiæ acquirendum.

Tertiò ſic arguit Scot. Deus non præuidit hunc bene uſurum libero arbitrio, niſi quia ordinat ipſum bene uſurum: ſi ergo offeruntur duo æquales uoluntati diuinę, quare ordinat hunc bene uſurum, illum autem non. & ratio huius non poteſt aſſignari, niſi uoluntas diuina uult ſic, prædeſtinatio eſt ex hoc bono uſu, & iſte eſt ex uoluntate diuina tantum: ergo prędeſtinatio eſt ex uoluntate diuina tantum. C

Hoc argumentum peccat multipliciter: primo ſupponit quòd diuina uoluntas ad iuuet hunc bene uſurum, illum autem nō. hoc eſt falſum: immo omnes ordinat ad bene uiuendum: ſed quòd non omnes bene vtantur, eſt quia non recipiunt primū & ſecundum auxilium, & hoc imputatur eis. Secundo peccat quia ſupponit diuinam uoluntatem eodem modo, & eadem ratione eſſe cauſam boni uſus moralis, & cauſam prędeſtinationis, quod eſt falſum: eſt enim cauſa boni uſus, ut mouens naturaliter, moraliter, & eſt cauſa prędeſtinationis ut mouens ſupernaturaliter & gratuitè.

Quartò ſic arguit Scot. Pueri baptizati, & deinde decedentes prædeſtinantur cum ſaluentur: & tunc non prędeſtinantur propter bonum vſum pręuiſum, ergo. D

Huic argumento nolo reſpondere, ſicut aliqui, qui dicunt quòd iſti pueri licet nunquam ſint habituri bonum vſum ſi moriantur poſt baptiſmum tamen ſi uixiſſent, habuiſſent: & ideò Deus reſpiciens ad hoc, eos prędeſtinauit. hęc reſponſio non placet Auguſtino in libro de prędeſtinatione ſanctorum: & ideo aliter reſpon. quòd ſicut hęc propoſitio, omnes qui prędeſtinantur, prędeſtinantur ex bono uſu liberi arbitrij pręuiſo, non debet intelligi vniuerſaliter, ſed in his qui ſaluādi ſunt in proprio merito. Et ſi quęras, quæ eſt ratio prędeſtinationis in his paruulis? Dico quòd ſic non eſt in eis meritum proprium quo ſaluantur, ſed merito Redemptoris, ſic bonitate diuina prędeſtinantur, eo quòd propter nullum in eis repertum offeruntur ęquales diuinę uoluntati. unde diuina uoluntas ordinat omnes tales ad ſalutem ſua bonitate, & alieno merito. E

Quintò ſic arguunt aliqui, multi philoſophi habuerunt bonum uſum moralem, ut Socrates Pythagoras &c. & tamen non fuerunt prędeſtinati, cum eſſent alieni à Deo &c.

Hoc argumentum nil concludit: primò ſi habuerunt, fortè non perſeuerauerunt: ſecundò dico quòd ſi fuerunt Idololatræ, non habuerunt bonum uſum moralem, quoniam in moralibus circumſtantia debiti finis principalior eſt: vnde nec uirtutes morales, niſi ſecundum quid & imperfectè habuerunt: tertiò dico, quòd falſitas conſequentis non apparet: fortè enim fuerunt ſaluati, & prędeſtinati, ſi uixerunt ſecundum dictamen rectè rationis, ut tenet Sanct. Thom. in ſecundo ſentent.

Sextò arguitur aliquibus dictis Sancti Auguſtin. ſic, ſi Deus prędeſtinat aliquos propter bonum opus pręuiſum, eo quòd hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc maxime erit propter actum credendi: accedentem enim F ad Deum oportet credere, ſed hoc eſt contra Auguſtinum in primo retractationum ca. 23. vbi retractans ſe dicit, quod credimus noſtrum eſt, quod operemur bonum, illius eſt, qui credentibus dat ſpiritum ſanctum, profecto non diceremus. Si iam fidem ipſam inter Dei munera ſcirem reperiri, quæ dantur eodem ſpiritu: hæc ille. ergo nullum opus bonum præuiſum, quod ſit in facultate noſtra, eſt ratio prædeſtinationis. ſecundo. ſic dicit Auguſtinus in libro de prædeſtinatione: Non quia futuros nos tales præſciuit Deus, elegit, ſed vt eſſemus tales per ipſam electionem gratiæ ſuæ gratificauit nos in dilecto filio ſuo.

Ad primum dictum Auguſtini dico, quod actus credendi eſt duplex. Quidam eſt actus tibi ex gratia, quidam ex libero arbitrio per auxilium. ſecundum Auguſtinus loquitur de primo ſenſu, ut patet ex verbis ipſius, dicit enim de fide, quod eſt donum ſpiritus ſancti, & hæc eſt fides viua, & hanc concedimus non eſſe rationem, ſed effectum prædeſtinationis.

Ad ſecundum dictum dico quod ſic eſt intelligendum: Deus enim non eligit quia ſciebat nos facturos tales ex meritis, ſed eligit nos ut eſſemus tales ex meritis, & de hoc nihil negamus: cum hoc tamen ſtat, quod eligit nos quia præſciuit nos futuros tales, puta accepturos auxilium ſuum & præparaturos nos bonis actibus moralibus, qui non ex condigno, ſed ex congruo diſponunt nos ad gratiam, per quam elicimus actus meritorios in fœlicitatem æternam ordinatos, cuius obiectum eſt Deus glorioſus, Amen.

Teſtor Deum optimum maximum cui nihil abſconditum, quo ſtudio, quo tremore, qua reuerentia hoc perdifficile opus agitauerim. Et quoniam non mihi conſcius ſum, An quid quæſiui aſſequutus fuerim, ideo totum orthodoxæ fidei correctioni committo, ne oppreſſus rei pondere dum nitor ſtare, uadar in præceps.

FINIS.

EXPOSITIO SVPER TRACTATVM DE TRINITATE,

Primæ partis D. Thomæ.

NON eſt mea intentio in hac A expoſitione formaliter aſſimilare D. Thom. hoc enim per ſe poteſt exercitatus, & ingenioſus ſtudioſus. Nec quidem que articulos tractat, plures enim ſunt, in quibus ſolummodo ſuperfluum eſſet, ſed intendo exponere poſitiones dubias, & obſcuras, aliquibus notandis, aliquando interpretando, & defendere D. Thomæ contrariis impugnationibus. [illegible]

[illegible]

Iuxta [illegible] ordinem diuidemus præſentem expoſitionem in quinque partes, in prima agetur de proceſſione, & relatione. In ſecunda, de perſonis in communi, [illegible] In tertia de perſonis in particulari. In quarta de perſonis in communi [illegible] In quinta de proprietatibus perſonarum. Pars prima continet duas quæſt. primam de proceſſione, ſecundam de relatione. Circa articulum primum, primæ quæſt. ſic procedamus.

¶Quæſtio Vigeſimaſeptima.

ARTICVLVS I.

Vtrum in Deo ſit proceſſio.

ALIT. [illegible] proceſſionem [illegible] ſecundum aliquam [illegible] procedens. [illegible]

Sed cum omnis proceſſio ſit ſecundum aliquam actionem. Aduerte quod Durandus, & plures alii, quos recitat Capreol. in 1. diſtin. [illegible] [illegible]

Quecunque [illegible] [illegible]

monſtratiue,

monſtratiuè, ſed imitatiuè, quòd autem per intelligere diuinum producatur uerbum diſtinctum realiter &c. eſt tantum creditum.

Ex qua notitia procedens, Circa hanc propoſitionem ſunt tria dubia. primum eſt, ſi notitia, id eſt intelligere eſt productiuum uerbi, & uidetur quòd non: aliter ſilius produceret uerbum. Aduerte quòd Scotus, qui tenet actum intelligendi, ut eſt actio immanens, non eſſe actionem productiuam, ponit in intellectu diuino duos actus intellectus, primum uocat operatiuum, ſecundum autem uocat productiuum, & licet uterque ſit actus intellectus, tamen tantum primum dicit eſſe actum intelligendi, quoniam nihil producitur ex 9. metaphyſi. Vnde ipſe abſolutè negat uerbum produci per actū intelligendi, & hanc eius imaginationem uidebis in quolibet. [illegible] *vel poſſet ſic aliter dici aliquid ſecundum productionem &c.* qua tamen imaginationem ſufficienter improbauit [illegible] Demum fundamentum eius de actu intelligendi, quòd non ſit productiuus, deſtructum eſt in declaratione præcedenti [illegible] ginatione Scoti, dicendum eſt ſecundum mentem Beat. Thom. quòd intelligere abſolutè non eſt productiuum uerbi, ſic enim argumentum de filio concluderet, ſed intelligere expreſſiuum, quod eſt ipſum dicere, eſt productiuum uerbi, propterea notanter dixit Beat. Thom. in fine huius articuli, à dicente, quod manet in ipſo, quomodo autem diſtinguatur intelligere, & dicere, & quid dicere addat ſuper intelligere, pertractabimus infra.

Secundum dubium eſt, an uerbum procedat ex notitia actuali, uel habituali, & uoco notitiam actualem prout intellectus eſt ſub actu ſecundo: notitiam autem habitualem prout ſtat ſub actu primo [illegible].

Ad hoc dico quòd in mente Beat. Thom. non poteſt ſimpliciter reſponderi, ſed quòd ſtat ex utraque poſſe procedere, nam uerbum complexum concluſionis procedit ex notitia actuali præmiſſarum: neceſſe eſt enim prius intelligere præmiſſas, & uerbum complexum principiorum primorum ex notitia actuali terminorum. Verbum autem incomplexum termini ſimplicis ex notitia tantum habituali, aliter eſſet proceſſus in infinitum, & non daretur primum intellectum: unde patet quòd reſoluendo primum uerbum eſſe ex notitia tantum habituali, hec argumenta Durandi, quæ recitat expoſitor, ſunt contra hanc determinationem [illegible] uidentur.

Tertium dubium eſt, ſi uerbum productum ex notitia, id eſt actu intelligendi, diſtinguatur realiter ab ipſo actu, expoſitor [illegible] affirmatiuam, & concordat cum Capreol. in [illegible] diſt. [illegible] ad 1. contra primam in 2. loco. Item idem tenet [illegible] *Rationes autem ad aliud* [illegible] & adducit argumenta quæ etiam recitat [illegible] Capreol. ubi ſupra. ſed non curabis ſolutiones [illegible] tenet opinionem Scoti [illegible], idcirco ſequere reſponſiones Capr.

Non ergo oportet in ſpiritualibus &c. ſicut in corporalibus &c. Videtur quòd B. Tho. ex hac propoſitione tenet proceſſionem ad extra inueniri ſolum in corporalibus, quod eſt falſum, immo Deus producat omnia extra proceſſione ad extra [illegible] Beat. Thom. non intendit eam inueniri tantum in incorporalibus, ſed propter ſuam imperfectionem inueniri etiam in corporalibus. Tu tamen poteris dicere, quòd B. Th. ſolum loquitur in hoc articulo de proceſſione diuina ſimpliciter: ſed de prima quæ quidem non eſt ad extra, ſicut illa prima quæ inuenitur in corporalibus, immo neceſſe eſt hanc procedere ab illa intrinſeca, quàm agens per intellectum prius concipit in ſe, quàm producat ad extra.

ARTICVLVS II.

Vtrum aliqua proceſſio in Deo poſſit dici generatio.

Et *Tio uadem natura exiſtens, quia in Deo idem eſt intelligere, & eſſe &c.* Aduerte tamen expoſitor, quod hæc ratio pluries in hac prima parte eſt repetita: ſed in 4. contra gent. ſubtiliſſime expoſuit: dicit enim quòd idem ſequitur uerbum eſſentialis naturæ in Deo eum dicente, quia in omnibus loquendo eſſe uerbi, eſt intelligi, & id in quantum intelligere, & intelligi, ſunt idem, ſi intelligere eſt accidens, & ipſum uerbum eſt accidens, ſi autem intelligere eſt ſubſtantia, & ipſum intelligi [illegible] eſt ſubſtantia, cum igitur in Deo intelligere ſit ſubſtantia, & identificetur ipſi intelligi, ipſum uerbum erit ſubſtantia: ſi bene aduertis, tota uis rationis Beat. Thom. in 4.

contra gent. fundatur in hac propoſitione *eſſe uerbi eſt ipſum intelligi &c.* quæ uidetur eſſe falſa, primò quia intelligi nihil ponit in re intellecta, ſed eſt denominatio extrinſeca: ſicut uideri nihil ponit in uiſo, ſed eſſe uerbi aliquid ponit in uerbo: quia eſſe rei eſt aliquid in re [illegible] uerbi, non eſt ipſum intelligi. Præterea autem intellectio intellectus intelligit & res intelligitur, ſed illa intellectio [illegible] ſtui: facit enim ipſum eſſe perfectum in actu ſecundo: ergo non poteſt dare eſſe uerbo, quod eſt res intellecta, ſecundo quòd diſtinguatur realiter ab actu intelligendi, & ab intellectu, & aliter duo diſtincta exiſtentia eodem eſſe etiam [illegible], tum hic loquitur Beat. Thom. de ipſo uerbo ſimpliciter.

Ad euidentiam igitur propoſiti ſcito, quòd de intellectu contingit loqui dupliciter, ſimiliter de re intellecta & ex conſequenti de uerbo, nam intellectum conſideratur ut res, & natura quædam, ſic eſſe ſuum non eſt ipſum intelligere, ſed eſſe qualitatis, uel ſubſtantiæ: uel conſideratur ut natura cognoſcitiua, ſic comparatur ad ipſum intelligere, ut potentia ad actū, & per ipſum intelligere conſtituitur in actu non in genere entium, ſed in genere cognoſcitiuorum, & ſic intelligere eſt eſſe ipſius intellectus & conſtitutiuum eiuſdem in genere cognoſcitiuo: eandem diſtinctionem ſcias ſeruari in ſenſu, ita quòd proportionaliter ſenſire eſt eſſe ipſius ſenſus: ſimiliter res intellecta dupliciter conſideratur primo ut res, puta homo uel lapis, ſic eſſe eius eſt eſſe ſubſtantiæ, ſecundo ut actu, & complete obiecta intellectui, ſic eſſe eius conſiſtit in eſſe intellecto quod terminat eſt ipſi intelligi, nam ſicut conſtitutiuum intellectus in eſſe cognoſcitiuo eſt ipſum intelligere, ſic conſtitutiuum rei intellectæ in eſſe intellecto eſt intelligi: res autem intellecta in eſſe intellecto eſt intelligi: & eadem eſt ipſum uerbum, nam dicit Beat. Thom. in 4. contra g. quòd licet uerbum hominis non ſit homo, eſt autem homo intellectus: patet igitur quomodo accipiendum eſt, quod eſſe uerbi eſt ipſum intelligi, ſcilicet intellectus eſt ipſum intelligere. Ex his patet quid dicendum ſit ad obiecta: laborant enim in æquiuoco.

Ad primum igitur dico, quòd licet intelligi nil ponat in re intellecta, ut res eſt, ad differentiam obiecti tamen quæ aliquid ponit in poſſe, ut res eſt: ponit tamen in re intellecta ſub eſſe intellecto, eſſicit enim perfecto conceptui, qui eſt res intellecta, ut ſic termini: præterea ex eo, quòd intellectio terminatur ad conceptum, prouenit ſibi quòd ad rem intellectam, ergo ponit aliquid in re intellecta.

Ad ſecundum dico quòd non inconueniens idem eſſe perfectionem, & actum, & eſſe plurium diuerſa ratione, nam eadem actio tranſiens eſt actio agentis, ut principij, & paſſum ut ſubiecti: & idem eſſe, eſt eſſe compoſiti, & partium, ſic eadem intellectio eſt perfectio: & eſſe intellectus ut ſubiecti, & conceptus, ut termini intrinſeci & ſpeciei intelligibilis ut principij.

ARTICVLVS III.

Si eſt alia proceſſio à generatione uerbi.

SEcundum *autem operationem uoluntatis inuenitur in nobis quædam alia &c.* Dubitatur, utrum per actum uoluntatis aliquid intrinſecè producatur: proportionaliter, quod ſit terminus, ſicut per actum intellectus producitur conceptus, & quidam Beat. Thom. hic [illegible] uidetur [illegible] Capreol. 1. diſtin. 10. queſt. 1. contra primam. Tertio loco arguitur, quòd hoc repugnat Beat. Thom. [illegible] queſt. 4. art. 5. ad 7. ponens differentiam inter intellectum & uoluntatem, dicit quòd in uoluntate nihil procedit niſi per modum operationis, ſicut autem eſt in intellectu, quaſi dicat aliquid procedit per modum operationis ut intellectio & aliquid per modum operati uel termini ut conceptus: in uoluntate autem nihil procedit per modum termini: ergo intendit quòd B. Thom. non ponit aliquid procedere per actum uoluntatis, ſicut proportionaliter hic intellectu [illegible] B. Th. ſibi contradicit.

Expoſitor dicit dictum Beat. Thom. intelligendum eſſe non ſecundum rem, ſed ſecundum modum ſignificandi: quia illud productum [illegible] non poteſt ſignificari nomine [illegible]

re importante operationem, ſecus eſt de operatione per actū intellectus. Tu tamen aduerte quòd uidetur Beat. Thom. in [illegible] penitus negare uelle per actum uoluntatis aliquid realiter produci, & non ſolum quod nō ſit ſignificabile nomine proprio: ideo Capreol. in 1. diſtin. 10. queſt. 1. ad 1. contra [illegible]. Tertio loco contra primam dicit dictum Beat. Thom. intelligendum eſſe ſecundum ſe, non quidem uniuerſaliter, ſed in hoc, quòd uoluntas per actum ſuum non producit ſuum obiectum, ſicut intellectus producit uniuerſale, nec per actum ſuum producit ſimilitudinem ſui obiecti, ſicut intellectus qui producit uerbum, quod eſt ſimilitudo rei intellectæ: non igitur B. Thom. ſibi contradicit. Quæ autem expoſitio ſit magis ad mentem B. Tho. relinquo pro nunc alterius iudicio: hoc tamē ſcito, quòd Beat. Thom. ille ualde clare loquitur & diſti [illegible] ſubſtantiæ, quomodo neget omne productum per operationem uoluntatis tamen conſidera.

Secundum quam amatum eſt in amante. Aduerte quòd Capre. 1. diſt. 10. queſtio. 1. contra primam: primo loco adducit argumenta Aureol. quibus improbat hunc modum, & eadem recitat expoſitor, & reſpondet conformiter ut Capre. ubi ſupra & ſufficit.

Vnde præter proceſſionem uerbi ponitur proceſſio, quæ eſt proceſſio. Quæritur ſi aliud procedens debet ſignari ex actu, uel ex termino, id eſt utrum ſit ipſe actus amandi uel terminus. Ad hoc dico ſecundum doctrinam B. Thom. in 1. de uerit. q. 4. art. 2. ad 7. ſecundum non debet ſignari ex parte uoluntatis, & ratio B. Thom. eſt ut ſupra, quia inter operationem diuinam & uoluntatem nō eſt diſtinctio realis, non enim eſt actio electiua omnis enim talis eſt perfectio operantis [illegible], quia eſt à ſuo principio, & ipſum principium eſt diſtinctus realis, aliter non ſeruaretur diſtinctio realis inter diuinas perſonas, ergo tale procedens debet accipi pro termino, ut terminat actum diuinæ ipſius ter procedens, & id. Sed quo procedit.

Argumentis Scoti quibus probat, quòd debet accipi pro operatione, nullum ſunt difficultatis. Vide etiam Capre. 1. diſt. 10. q. 1. contra primam tertio loco.

Circa eandem propoſitionem quæritur: ſi ille terminus productus, qui eſt perſona procedens, producitur ex actu uoluntatis, uel ex natura fœcundæ, ut uoluit Durandus: ſed ſtet Capreol. in 1. diſtinct. 10. quæſtion. contra primam & contra Durandum, tamen ſcias propriam [illegible] præſentiam.

Pro reſponſione ad tertium data à B. Thom. notanda ſunt tria, primo in quo genere cauſæ res cognita eſt cauſa amoris, dicit B. Th. q. nil poteſt amari, niſi ſit in intellectu conceptum. Ad hoc dico, quòd res cognita dupliciter conſideratur primo ut res habens ſuam bonitatem, & ſic eſt cauſa finalis ipſius actus amandi, trahit enim eſt motum appetitus ad rem ut bonam: ſecundo ut cognita, & ſic eſt cauſa efficiens, obiectum & actum uoluntatis, unde dicit Commentator 12. Metaphyſ. com. 36. quòd bonum in anima eſt agens deſiderium, & hoc ideo, quia notitia obiecti concurrit effectiuè ad actum uoluntatis ſimul à uoluntate ut determinauimus in queſt. Metaphyſ.

Secundo notandum quòd licet, res intelligibilis, & intellectus concurrant ad actum intelligendi, ſicut & intellectus, & uoluntas ad actum uolendi, tamen differunt in duobus primo quòd tam res intelligibilis quam intellectus ut res ſunt, concurrunt autem intellectus, & uoluntas non ſic, ſed obſtat ut res, & res intellecta, ut ſic intellecta, nō enim mouet intellectum, ſed uoluntatem. Secundo differunt in hoc, quod res intelligibilis, & intellectus non integrant unum totale agens tamen actionis uoluntatis intra ſubſtantiam: intellectionis eſt ſolo intellectus: tamen intellectus concurrit [illegible] determinauimus, ut tenet Capreol. in 1. diſtin. 35. queſtio. 1. ad 1. contra primam concluſionem ſecunda loco res autē cognita, & uoluntas concurrunt effectiuè ad uolitionem, & poſſunt dici integrare unum totale agens, non quòd utrumque eadem ratione concurrant, ſed quia utrumque ratione ſibi diuiſa effectiuè concurrit ſicut Sol, & homo integrant unum agens ad generationem hominis, ut uterque concurrit. Ex hoc patet quòd expoſitor in duobus non bene conſiderauit: primo quando dixit, quòd conceptus producitur ab utroque [illegible] efficientiæ complete, in hoc enim ſibi contradicit in q. præced. ar. 1. [illegible] *autem* [illegible] concurrit: Secundo quando dixit, *Amor autem producitur à uoluntate, & re amabili cognita non ut integrantibus &c.* non enim impedit, ut declarauimus, quia integrant unum totale agens, licet utrumque concurrat ſua propria & diſtincta ratione.

Tertio, Notandum quòd Scot. in diſtin. 13. ex illis uerbis, ſecundum quemdam ordinem interpretatum eſt ordinem pro-

ris & poſterioris quaſi quod B. Thom. teneat unam proceſſionem prioreſm eſſe alia, & ſic diſtinguantur, & contra talem interpretationem arguit tripliciter, ut recitat Expoſitor: uerum quia eius interpretatio eſt falſa, ideo argumenta non militant contra hoc nam per ordinem B. Tho. ſignat tantum ordinem originis, ut declarabitur infra, & in q. 42. negabit omnem prioritatem inter diuinas perſonas.

Circa eandem reſponſionem, Aduerte quòd ex illa propoſitione, *ſicut per eſt attenditur quidam ordo*, uſque in ſinem reſponſionis elicitur per quid apud S. Thom. iſtæ proceſſiones diſtinguuntur realiter, nec in toto hoc tractatu aliud diſtinctiuum aſſignat, niſi ordinem originis inter duas perſonas procedentes, qui conſiſtit in hoc, quòd prima perſona procedens ſit ab uno tantum, ſecunda autem à duobus, quod quomodo debeas intelligi, declarabo in defenſione tertiæ concluſionis.

Vt igitur habeatur plena reſolutio de huiuſmodi diſtinctione, pono tres concluſiones iuxta doctrinam B. Thom. in q. de potentia queſt. 10. art. 2. prima concluſio proceſſiones diuinæ non diſtinguuntur ſe ipſis.

Secunda non diſtinguuntur ſufficienter ex ſuis principijs formalibus quæ ſunt intellectus, & uoluntas.

Tertio diſtinguuntur ſufficienter extremis productis, ut includunt ordinē originis. Iſtas concluſiones uidebis in Capr. 1. diſt. 13. q. 1. ſecum probationibus ſuis, ideo aduerte quod multi impugnant eas ponens quia non attingunt ſenſum B. Tho. quam aliquid efficaciter concludant.

Vt igitur defendatur concluſio prima contra Scotum, & Aureol. Aduerte quòd omnis abſoluta habens diſtinctionem intrinſecum ſiue conſtitutiuum, & tale ſumitur ab intrinſeco. [illegible] eſſentia, ſi eſt natura ſimplex ut forma ut in copoſitis, & hoc ideo quia abſolutum ex ſua ratione non dicit ordinem ad alio, omnia autem relatiua, & ordinata ad aliquid habent diſtinctiuum intrinſecum ſicut ſuam entitatem, & ut ſic terminus ſed ipſud tale ſumitur ab extrinſeco ad quod habet habitudinem, & ſine quo nō eſſet, ſimiliter ſua natura, & entitas habitur ab extrinſeco, & quia motus, actio, habitus, & relatio dicunt habitudinem, & ordinantur ad alterum, ideo trahunt diſtinctionē, & unitatem, & quantitatem ab illo ad quæ ordinatur. Ex hac declaratione uidebis ſolui argumenta Aureol. & Scot. in Capr. ubi ſupra contra primam. Credunt enim B. Th. ponere diſtinctiuum proceſſionum extrinſecum, quod non eſt uerum, immo earū diſtinctiuum eſt intrinſecum, ſed ad differentiam abſolutorū ſumitur ab extrinſeco, & ratio en ſolue dupliciter & ratio Aur. & illud Scot. [illegible] & quod conceditur, ſed quælibet res eſt una ſua unitate, & ſic diſtincta ab alia, ergo ſeipſa, hoc ſoluitur eadem diſtinctione, licet enim quælibet res principium diſtinctiuum ſit intrinſecum, nō tñ eſt neceſſe q. ſumatur ab intrinſeco, ſi eſt relatiua, qualis eſt proceſſio, & motus &c. Aduerte, quòd Capr. non inuenit hunc terminum, ſ. principio diſtinctiui ſumpti ab extrinſeco eū ſit tale principiū ſit intrinſecū, ideo argumenta Aur. & Scoti ſatis imploſe ſoluit. Vt igitur per talē diſtinctionem reſoluē ſolue, & poſſiſ ſoluere eis argumenta Scoti præter quātū declarabit quo hæc conſequentia ualet, ſi ſupra quæ fundat ſe B. Tha in q. de potentia q. 10. art. 2. ad 5. Motus ſumit diſtinctionem à termino, ergo & proceſſio. & omnis actio, hōc n. conatur infringere Scot. & eſt eius argumentū quin tū, cōtra prima in Capr. ubi ſupra. Tu aut dices cū Capr. q. hæc conſequentia, ſed quia motus dicit habitudinē poſſeſſalem ad ulteriore gradū & ideo neceſſe eſt, q. ſuum diſtinctiuum ſumatur ab extrinſeco cum ſit de genere eorū quæ reſpiciunt aliud: idem dicendū de proceſſione, & omni actione, ut actio eſt.

Contra ſecūdā concluſionem arguit Henric. probās q. diſtinguitur per principia formalia, ſed hæc non eſt neceſſe ſoluere, nā B. Th. non negat quin ſic diſtinguantur, ſed dicis in q. de potentia ubi ſupra q. hoc non ſufficit, niſi aliud addatur, diſtinctio n. rōnis non eſt ſufficiens cauſatiua diſtinctionis realis.

Contra tertiā concluſionē arguit Sco. & Aur. non intelligentes ſenſum B. Th. credunt enim ſentire quòd ideo generatio & ſpiratio paſſiua diſtinguuntur aliter, quia una eſt ab uno ſuppoſita uel à duob. & non alia rōne, ſed hoc nō eſt mēs B. Tho. nā bene aduertis, q. eſſe ab uno, uel duobus non arguit productionē diuerſarum rōnum neceſſario: poteſt n. ignis A. eſſe ab igne, & igniſ ā duobus & tamē ſunt duæ productiones eiuſdē ſpeciei, item ignis A. poteſt eſſe idē numero, & à duobus ſi alter concurrit priori, & ideo argumēta Scot. q. laborant circa hoc non ſunt ſoluenda. Sed dico quòd mens Beat. Thom. fuit, quòd diſtinctio formalis, & realis proceſſionum integratur ex tribus, primo diſtinctio formalis proceſſionum prouenit ex diſtinctione formali principiorum ſcilicet intellectus, & voluntatis. ſecundo diſtinctio realis proceſſionum prouenit pro-

ſimè [illegible] diſtinctione terminorum productorum, ſcilicet geniti & ſpirati. reſolutiuè autem termini diſtinguuntur realiter ex ordine originis inter eos, qui ſtat in hoc, quòd genitus ſit ab vno ſolo generante: Spiritus autem, ut amor ſit à generante, & genito non ſub ratione generantis, & geniti, ſed ſpirantis, & propterea Beat. Thom. infra inuehit, quòd niſi eſſet ordo originis inter filium, & ſpiratum, non diſtinguerentur realiter, & quia Scot. tenet oppoſitum, ideo tenet quòd ſe ipſis primo diſtinguantur. huiuſmodi proceſſiones, & tunc primo diuerſarum tamen ſit inſtantia aperta contra eum, quoniam conueniunt in proceſſione & in intermediate, & multis alijs. Hæc ſufficiant quo ad diſtinctionem diuinarum proceſſionum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum proceſſio amoris ſit generatio.

I*N intellectu ſit in actu per hoc quòd res intellecta eſt in intellectu &c.* Aduerte quòd ly, *in actu* ſumitur, per actu ſecundo & ly, *ſimilitudinem* ſumitur pro ſpecie expreſſa, quæ eſt terminus intellectionis, & dicitur uerbum, nam diximus ſupra, quòd intelligere eſt eſſe intelligentis in eſſe cognoſcitiuo, ergo per ipſum fit actu perfecte, & per conſequens ſimiliter per verbum ut terminum, in quo completur intellectio.

Voluntas autem fit in actu, &c. vſque ibi, in rem volitam. Aduerte quòd ly, *in actu* ſtat pro actu ſecundo proportionaliter ſicut in intellectu ly, *inclinatio* ſtat pro inclinatione actuali, quam dicimus tractum voluntatis ad rem volitam, nam inclinatio habitualis eſt ipſa, voluntas, quæ ſe ipſa habitualiter inclinatur in obiectum uolitum eo, quòd eſt appetitus, de cuius ratione eſt tendentia in alterum.

Non per hoc, quòd aliqua ſimilitudo. Aduerte quòd licet illa inclinatio non ſit ſimilitudo tamen ad eam requiritur ſimilitudo ut principium & cauſa illius inclinationis, nam uolun[tas] tendit in obiectum, & ideo ex ſi. Ethic. ſimilitudo eſt cauſa amoris.

Quia omne agens generat ſibi ſimile. Contra ex hoc arguo, quòd proceſſio voluntatis poteſt dic. generatio, nam ſi omne agens generat ſibi ſimile, ſi omne agens agit ſibi ſimile, ſed uoluntas eſt agens, ergo.

Ex potuit reſpondit, quòd non omne agens agit ſibi ſimile, niſi principium quo agit ſit res, ſi autem ſit res, ut cognita non agit quale eſt ipſum ſed quomodo vult, & quia principium, quo uoluntas agit non eſt res, ut res, ſed ut cognita ſicut diximus in art. præcedenti, ideo non ſequitur intentum.

Tu tamen potes aliter reſpondere, quòd non eſt eadem ratio de generante, & agente, quia de ratione generantis in uiuentibus eſt producere ſibi ſimile ex diffinitione generationis data in art. 2. ſed non eſt de ratione agentis ut agens eſt, producere ſibi ſimile, ut patet de agente æquiuoco. Conſtat autem quòd
I Beat. Thom. ſumit illam propoſitionem, *Omne generans &c.* in eo ſenſu, quem propoſuerat in 2. art. & ideo bene ſtat generans generare ſibi ſimile in uiuentibus non tamen omne agens in uiuentibus agere ſibi ſimile.

Proceſſio autem, quæ attenditur ſecundum rationem voluntatis &c. vſq; in finem. Expoſitor accipit q. ſi per illam inclinationem actualem ſit uoluntas in actu ſecundo, q. illa proceſſio uoluntatis poſſit dici fieri ſecundum ſimilitudinem, & per conſequens erit generatio nam ſicut ſpecies expreſſa intellectus eſt ſecundum ſimilitudinem, ſic inclinatio actualis ipſius uoluntatis eſt ab inclinatione habituali: ergo eſt ſecundum ſimilitudinem.

Ad hoc dico q. hoc non ſufficit, ſed eſſet neceſſe ut ſicut ſpecies impreſſa, & expreſſa, eſt ſimilitudo rei intellectæ ut intelligitur, inclinatio eſſet ſimilitudo rei uolitæ, q. nõ eſt uerũ: & ideo proceſſio uoluntatis non põt dici fieri ſecundum ſimilitudinem.
K *Et ideo, quod procedit per modum amoris non procedit ut genitum.* Aduerte q. B. T. intendit ideo ſpiratum non eſſe genitum, quia generatio eſt ſecundum ſimilitudinem ſpiratio aũt ſecũdum inclinationẽ ex quibus ſequitur q. utraq; proceſſio diſtinguitur ſua propria ratione formali, & differentia intrinſeca: nam per ſimilitudinem, & inclinationem ut per pædicata quidditatiua diſtinguuntur, & ſic uidentur q. diſtinguuntur ſe ipſis. q. a ſuis rationibus formalibus cuius tamen oppoſitum determinauimus in art. 3. de mente B. Tho. in q. de potentia q. 10. ar. 2.

Ad hoc dico, quòd B. Tho. non negauit quin diſtinguantur ſe ipſis. i. diſtinctiuo intrinſeco, ſed negauit, quòd diſtinguantur ſe ipſis. i. quòd illud diſtinctiuum ita ſit intrinſecum, quòd non ſumatur ab extrinſeco: & ideo nulla eſt contradictio.

Contra cõcluſionẽ huius articuli ſunt duo argumenta: prior eſt Aureol. in Capreol. 1. diſt. 17. quæſtio. 2. contra tertiam pro-
F batio q. ſpiritus. ſ. poteſt dici genitum: primo q. [illegible] procedit, ut amor, ad potius, ut amans in eſſe diuino: ſecundo ideo, quòd ſi amor, eſt amor diuinus, ergo eſt ſimilis producenti ipſi ex conſequenti quia dicit B. Thom. infra q. 35. art. 2. quòd ratione amoris diuini eſt ſimilitudo, & propterea amor eſt impreſſio ſecundum B. Tho. infra in q. 37. art. 1. ſecundum quam amatum eſt in amante, ſicut intellectum in intelligente, ergo ſicut procedens ab intellectu poteſt dici genitum ſic procedens à uoluntate.

Ad primum & ſecundum reſponde, ut Capreo. ad ſecũdum autem tu reſponde, & dic, quòd amor diuinus tripliciter conſiderari: primo ut amor, & ſic nõ eſt ſimilis quia ut ſic eſt inclinatio. Secundo ut amor diuinus, nec ſic eſt ſimilis quia ut ſic eſt inclinatio diuina. Tertio ut ille amor eſt ens diuinum, & ſic eſt ſimilis, quia ut ens diuinum eſt ſimilis, & eiuſdem naturæ cum producente, ſed ex hoc non ſequitur quòd ſit ſimilis ex
G ſua productione ſicut eſt uerbum: B. Thom. autem cum dicit infra, quòd de ratione amoris diuini eſt ſimilitudo, intendit tantum in tertio ſenſu: de ratione uerbi eſt ſimilitudo in primo ſecundo & tertio ſenſu, & ratione primi habet quòd dicatur genitum, non autem ratione tertij.

Secundum argumentum eſt Greg. in 1. diſt. 13 q. 1. ubi allegat tres opiniones volentes rationem aſſignare cur ſpiritus. ſ. non poteſt dici genitus, & omnes improbat. tertia autem eſt B. Thom. & arguit contra eam dupliciter: primo quia eſt æque incognitum nobis, ſpiritum, ſ. eſſe amorem, ſicut quòd ſit uerbum patris, & filij, ſecundo, quia in Deo non diſtinguuntur ex natura rei intelligere, & uelle, ergo conſequenter poſſumus dicere q. ſpiritus procedit per actum intellectus ſicut, & uerbum, & ſic poſſet dici genitus.

Ad primum nego aſſumptum immo ex doctoribus præcipuè à B. Greg. quod ſpiritus ſ. amor eſt & ex Auguſtino de Trinit.

H Ad ſecundum, dico, quòd licet non diſtinguantur ex natura rei, diſtinguuntur tamen ratione ex parte rei, cuius fundamentum eſt in Deo, & hoc ſufficit. Suum autem ibi Greg. hoc argumentum concludere, quoniam tenet quòd attributa nõ diſtinguuntur, nec ex natura rei, nec ex ratione, ut uiſum eſt ſupra q. 4. art. 2.

ARTICVLVS V.

Vtrum ſint plures proceſſiones, quam duæ.

CIrca n. art. Aduerte q. hic quæritur de pluralitate formali, ſpecifica, & reali, & non de pluralitate numerali tantũ, nã infra in q. 41. art. 6. quæret de pluralitate numerali perſonarũ ſub eadem ſpecie, cum inueſtigabitur utrum generatur poſſit terminari ad plures filios.

Proceſſiones in diuinis accipi non poſſunt. Aduerte quòd ratio huius fundamentũ eſt hæc, ſi proceſſio in diuinis aliter ſecundum proceſſionem ad extra, aut diuina eſſentia pateretur nõ enim producens & productum ad extra ſunt eiuſdem naturę numero ſed tantum ſpecie, ut patet in omnibus creatis, aut productũ non eſſet ens diuinũ ſed creatura, ut ponit Arrius de filio Dei, ſi ergo productũ remanet conſubſtantiale, neceſſe eſt productione immanẽ, cuius terminus eſt intrinſecus producenti.

Quæ manent in agente &c. Aduerte quòd ex hoc habes apud B. Th. eſſe de rõne actionis immanentis, ut ſit ſubiectiue in agẽte, ut ea hoc diſtinguatur à tranſeunte, quia perfectio eſt ſubiectiue in eo. cuius eſt perfectio, actio immanẽs eſt pfectio agẽtis ex q. mer. aduerte q. contrariũ huius tenet Paul. Sonc. in 9. meta. q. 10. & probat dupliciter: primo ſic, quia quòd in Deo non ſicaẽ o immutab... quoniam nihil eſt in eo ſubiectiue.

K Ad hoc dico quòd ſi huic hanc conditionalem eſſe uerã: ſi Deus intelligeret ſicut intellectus creatus, ſuum intelligere eſſet ſubiectiue in eo. Secundo ſic poteſt Deus cauſare intellectionem lapidis, & imprimere. ſ. lam in intellectu Sortis conſtat autem quòd hæc intellectio eſſet actio immanens, & tamen non eſt ſubiectiuè in ſuo agente, quiã ſ. Deus, ergo &c.

Ad hoc dico duo: primõ quòd iſto caſu dato, nõn eſt actio immanens, quoniam ex dict. B. Th. hæc actio immanens, manet in agente. dico ſecundo quòd iſta intellectio, ut res poteſt cauſari à Deo, non autem, ut denominat Sortem intelligentem, ideo nego caſum.

Nam ſimilior, quòd etiam uidetur, uſque ibi in ſenſum &c. Aduerte q. actio ſimpliciter immanens ex parte obiecti requirit duo, primo q. non ſit immutatiua obiecti ad extra, ſicut actio trahens immutat, ſ. albẽ non repugnat ei immutare: immanẽti autem, ut immanens repugnat, tunc enim fieret tranſiens, ut de uiſio, ut uiſio, & intellectio non immutat ob ea uiſa aut intellecta.

ſecundo, ſecundo q. potentia operatiua non immutetur immediate ab obiecto exteriori unde actio ſenſus interioris magis eſt immanens, quam actio ſenſus exterioris: & ideo, quia intelligere habet utramque cõditionem, ſimiliter uelle propterea ſunt ſimpliciter actiones immanentes: ſentire autem propter defectum ſecundæ modo modo ſe habet. non. n. hæc ſenſibilia immediatè agunt in intellectu ſicut agunt in ſenſu.

Contra determinationem huius art. quæ ſtat in hoc, q. perſonæ diuinæ productæ producuntur per actionem intellectus & voluntatis, & non aliter inſurgit Durandus, tenens q. producuntur actibus naturæ fecundæ, uel ex ui naturæ fecundæ, ſed antequam ſoluã argumenta eius, declaro in quibus deceptus eſt: dico igitur q. in tribus. Primo quia credit ei aliqua productionem ipſam naturam eſſe principium proximum, quod nos negamus, immo eſt tantum principium primũ ex diffinitione naturæ in 2. phyſico. proximum autem eſt uel potentia naturalis in rebus corporeis uel intellectus & uoluntas in intellectualibus. Secundo non diſtinguit inter productionem tranſeuntẽ, & immanentem: nam in prima ſtat eſſe productionem, ſeclu-
B ſo actu intellectus & uoluntatis, non autem in ſecunda.

Tertiò quia credit q. ſicut natura eſt prior intellectu ſic actus naturæ ſit prior actu intellectus ac per conſequens productio prior productione, ſed hoc eſt falſum, quoniã ſunt cauſæ ſubordinatæ quarum eſt una actio: non enim Sol prius producit hominem, quam homo, nec producũt hominem diſtinctis productionibus. Stantibus his, uidebis argumẽta in Capr. in 1. diſt. 10. q. 1. contra tertiam in ſecundo loco: ex quibus ſecũdũ iam ſæpe ſolutum, ſupponit enim actionem immanentẽ non eſſe productiuam, cuius oppoſitum ſubſtinuimus in 1. ar. ſimiliter quartum non habet fundamentum, immo contradicit dictis ſanctorum. Tu igitur ſolue: reſolue primum & tertium.

Primum eſt tale actus naturæ fecundæ conuenit ipſi naturę, ſecluſo actu intellectus & uoluntatis: ſed producere ſibi ſimile
C in ſubiecto eſt actus naturæ fecundæ, ergo &c.

Ad hoc concedo maiorem, quando communicatur natura per actionem tranſeuntem, ut in corporalibus: nego aũt eam quando communicatur per actionem immanentem, ut in propoſito nam ut ſic natura non poteſt eſſe proximum principium niſi ut habet rationem intellectus & uoluntatis.

Secundum. *Quilis eſt ordo inter aliqua, diſtincta realiter, talis eſt inter diſtincta ſecundum rationem &c.* Ad hoc dico q. illa communis poteſt eſſe uera, & falſa: uera quidem, ſi intelligatur inter diſtincta realiter, eſt ordo realis, ſicut inter diſtincta ſecundum rationem eſt ordo rationis, ſed hoc ad propoſitum nihil confert: falſa autem, ſi intelligatur q. qualis eſt ordo inter diſtincta realiter, quoad productionem, talis eſt inter diſtincta ſecundum rationem, quoad productionem: nam inprimis ſemper productio quæ ad actionem tranſeuntem, & ideo poteſt ſaluari ex vi naturæ, & ex potentia naturali, ut principio proxi-
D mo ſecluſo actu intellectus & uoluntatis, ut bene exemplificat Durandus de patre in humanis, & calore: in diſtinctis autẽ ſecundum rationem non poteſt dari productio, niſi per actionẽ immanẽtem, cuius principium proximum eſt ipſe intellectus & uoluntas & ideo non poteſt ſaluari ex ui naturæ præciſè, niſi adiuncto actu intellectus & ſi iterum inſtetur, quòd ſicut ſe habet natura ad intellectum ſic actus naturæ ad actum intellectus, ſed natura eſt prior intellectu, ergo actus naturæ eſt prior actu intellectus.

Reſpondeo negando minorem in ratione cauſalitatis, ſunt enim ut duæ cauſæ ſubordinatæ, quarum productio eſt indiſtincta, & ideo uanum eſt, comparare actum naturæ ad actum intellectus cum ſit unus actus ſicut ſolis, & hominis generantis: patet igitur fundamenta Durandi eſſe inſufficientia.

Quæſtio XXVIII.

ARTICVLVS I.

Vtrum in Deo ſint aliquæ relationes reales.

PRO reſolutione huius primi articuli, antequam ad literam deueniam, ſex diſcutienda ſunt, primo ſi aliqua relatio eſt realis, ſecundo ſi relatio ſufficienter diuidatur per mutuam & non mutuam tertiò quid requiritur ad mutuam, & nõ mutuam, quartò de fundamento relationis quotuplex ſit: quintò de prædicamento relationis, an in ſe contineat omnem relationem realem, ſexto de identitate uel diſtinctione relationis à fundamento.

A Quantum ad primum facio tria, primo quòd aliqua relatio eſt realis, hanc probabo, ut B. Th. in q. de potentia q. 5. ar. 9. eandem probat Greg. in 1. di. 28. q. 1. contra primam: eandem probat ad mentem philoſophi Ioan. Baccon. in 1. di. 25. q. 1. artic. 2. libr. *tenet cum Ariſt.*

Secundo ponenda eſt opinio Aureol. qui negat dari relationem realem, cuius argumenta etſi recitat Capr. in 1. diſtin. 30. q. 1. contra primam eius, tamen chimericam imaginationem & ſenſum eius opinionis uidebis in Ioan. Baccon ubi ſupra artic. 2. in principio.

Tertio declarata imaginatione eius, adducenda ſunt argumenta eius, quibus arguit contra omnes tres modos: & licet recitentur à Greg. & Io. Baccon. & Capr. omneſq; ſoluant modo ſuo, tu tamen ſequere Capr. ut habeas reſponſiones Thomiſticas. Præter omnia, quæ formantur contra primum modum, nota illud de ſimilitudine, & æqualitate, & tenendo q. relatio
B non diſtinguatur à fundamento, dico q. Deus non poteſt conſeruare qualitates, non conſeruando ſimilitudinem, quia ſunt idem: tenendo autem q. diſtinguãtur, nego q. omne prius poſſit conſeruari ſine poſteriori quando naturaliter concomitatur & poteſt dici originari ab illo formaliter. Sic eſt in propoſito: poſitis enim qualitatibus, naturaliter concomitatur ſimilitudo, uel diſſimilitudo.

Deinde nota illud de duplo, & triplo, & dic q. non ſequitur quia illæ partes binæ non ſint aliter diuiſę relatio autem realis requirit extrema actu: per idẽ patet ad illud de toto, & partibus cum non ſint diſtinctæ actu à toto.

Deinde nota quartum principale, & dic quòd unitas rationis naturæ communis ſtante diuerſitate ſuppoſitorum in eſſe eſt fundamentum ſimilitudinis, ita q. unitas illa eſt fundamentum non præciſè, ſed adiuta ex diuerſitate ſuppoſitorum. Gregorius autem dicit q. res ſingulares ut ad diſtincte ſpecialiter diuerſæ ſunt numeraliter fundant ſuas relationes: & hæc poſitio
C magis ſeruat realitatem fundamenti.

Inter illa, quæ format contra ſecundum modum, nota illud de paternitate quo probat q. non habet productiuum, & dic cum Capr. q. producitur à patre, & etiam à filio, quod tamen intellige per concomitantiam, ſed aduerte quòd hæc reſponſio non placet Paulo Sonc. in 5. metaphyſ. q. 25. in reſponſione argumentum, & quidem quòd filius non producat paternitatem in patre arguis ſic, nullum agens naturale producit &c.

Ad hoc dico q. ſupponit unum falſum. ſ. filium cauſare paternitatem, actione propriè dicta: hoc non eſt uerum, ſed tantum cauſat per modum reſultantiæ. Vnde de tali reſultantia negantur omnes eius propoſitiones aſſumptæ.

Secundo arguit ſic, uel filius producit eadem actione, qua pater, dico q. eadem, & q. pater, & filius poſſunt dici modo ſuo duæ cauſæ partiales, & nego quin eadẽ actio poſſit eſſe à duobus agentibus partialibus ut tractus nauis, nec eius plaut habe-
D bet ueritatem, niſi in agentibus totalibus & præcipue diſparatis.

Tertio arguit agere præſupponit eſſe &c. dico quòd hęc non eſt uera uniuerſaliter niſi ſecundum intellectum, & propterea non admitto eam niſi in agere propriè dicto, & ulterius dico cũ Greg. quòd illa propoſitio non eſt uera niſi in conſequentia: nam bene ſequitur hoc agit, ergo eſt: & tamen non ua et, hoc eſt, ergo agit, & hoc modo agere præſupponit eſſe. Quod autẽ pater non producat in ſe paternitatem, ſic arguit. Qualibet productio prius &c. dico quòd hoc aſſumptum nõ eſt uerum niſi in agere propriè dicto, & in agente abſtracto ut ignis prius calefacit, quam calefaciat: ſic igitur ſuſtine reſponſionem Capreol.

Deinde nota illud Aureol. quo probat paternitatem non habere fundamentum reale permanens, & tu dic quòd fundamentum eſt potentia generandi, ut fuit ſubiectũ, & illic actus remanet in habitu uel uirtute, & hoc ſufficit: & aduerte quòd Ca-
E preol. non ad plenum ſoluit. Paul. autem Sonc. in eadem q. adducit idem argumentum & ſoluit, & negat actum generandi eſſe fundamentum, non tamen adducit, q. ſit illud fundamentum: ideo non ſatisfacit.

Inter argumenta contra tertium modum nota illud de ſcientia & obiecto quo ſic arguit: ens reale nõ dependet à nõ re &c.

Ad hoc Gregorius, & Ioan. Baccon. negant maiorem in reſpectiuis, & dicunt quòd ſufficit illam rem poſſibilem eſſe. Capreol. dicit quòd relatio realis non ſaluatur niſi exiſtente obiecto, ita quòd ſi eſt ſcientia de obiecto in eſſe quidditatiuo & obiectum non exiſtat, erit tantum relatio rationis, tu tamen potes dicere, quòd eſt relatio realis potentialis, uel aptitudinalis, prout obiectum illud poteſt exiſtere, & hoc melius eſt.

Quantum ad ſecundum dico quòd ſufficienter diuiditur genere uel in utroque extremo eſt idem fundamentum ſpe-

Univerſidad de Deuſto Biblioteca

cie, ſic eſt mutua primi modi, vel in utroque extremo eſt fundamentum ſecundum mutuam inclinationem, ſic eſt mutua ſecundi modi, uel eſt fundamentum tantum in uno extremo, F vel licet ſit in utroque, non tamen eſt inter ea mutua inclinatio ex natura rei, nec mutua dependentia ſecundum perfectionem, ſic ſe habent Deus, & Creatura, & ſic eſt non mutua & eſt tertius modus, & hæc excipio à Capreol. in 1. diſt. 30. q. 1. ad 1. Aureol. contra ſecundam concluſionem.

Quantum ad tertium, q. tria requiruntur in mutua primo q. extrema ſint actu diſtincta ſecundo, q. in utroque extremo ſit fundamentum per quod extrema rei mutuo referantur tertio q. ſint eiuſdem ordinis, quod non eſt exponendum eiuſdē generis, ut putat Aureol. nos dicere: nam inter cœlum, & lapidem producta eſt mutua relatio ſecundi modi, tamen non eſt eiuſdem generis ex 10 metaphyſic. ſed exponitur ſic dicuntur eſſe eiuſdem ordinis, quando in utroque extremo eſt fundamentum eiuſdem rationis ut in primo modo uel mutuo ſe G perficiunt, & hoc eſt commune cuilibet agenti, & paſſo naturali, inter quæ eſt actio media, ex qua mouent aliqua perfectio agenti & paſſo Ad non mutuam autem requiritur tantum prima conditio, & q. fundamentum ſit ſaltem in uno extremo, & hoc ſufficit. Ex his uidebis ſoluta argumenta Aureol. in Capr. 1. diſt. 30. q. 1. contra ſecundam

Quantum ad quartum dico quòd uel poſſumus loqui de modis fundamenti uel de entitate ſua. ſi primo modo, ſic ſunt tantum duo modi. ſ. modus quantitatis, qui conſtituit primū modum, & modus actionis, uel potentiæ conſtituit ſecundum modum. Si uero loquamur de entitate fundamenti ſic dico, q. ſubſtantia fundat ut in creatione, in diſtinctione ſubſtantiali numerali, & ſpecifica ſimiliter quantitas fundat, ut in æqualitate, & qualitas ut in ſimilitudine, & actio, ut inter agens, & paſſum, & potentia actiua, & paſſiua ut inter calefactiuum, & calefactibile, de quibus omnibus dicemus infra.

Quantum ad quintum. Aduerte quòd Paul. Sonc. pertractat H hoc in 5. metaphyſ. q. 32. & tenet diſputatiue partem affirmatiuam, ut autem ſine dubio tene eandem, & ratio huius eſt quia cum ſit ens ſufficienter diuiditur in decem prædicamenta, nec hinc concluditur eſt aliqua obiectio forte niſi quia ſi ſignificatur fundamentum identificari relationi, ſequitur ſubſtantiam eſſe in prædicamento accidentis, cum prædicamentum relationis ſit prædicamentum accidentis ſed quod hoc nō obſtet declarabimus in 6. propoſito ubi agemus de fundamēto, & relatione

Maior ratio eorum, qui tenent oppoſitum eſt hæc: relatio q̄ continetur in prædicamento relationis fundatur in accidente: ergo quæ fundatur in ſubſtantia, eſt tranſcendens.

Sed hoc non cogit quia non eſt neceſſe relationem prædicamentalem fundari in re, quæ ſit accidens, ſed quæ habeat modum accidentis puta quantitatis, uel actionis, ſic ſubſtantia fundat relationem ut induit modum quantitatis uel potentiæ actiuæ aut paſſiuæ ut dicemus in 6. propoſito.

Quantum ad ſextum. Aduerte, q. proprius locus diſcuſſionis eſt in artic. 2. huius q. in reſpon. ad 2. & ideo differendum eſt duxi illuc peruenimus.

In his quæ dicuntur ad aliud &c. vſque ibi, & non ſecundum. Videtur q. hæc comparatio quam facit de relatione, ad alia genera falſa ſit, uel non recta, nam ſi B. Tho. recte comparat cum ad aliquid quantitati, & qualitati & aliis prædicamentis, ergo ſicut accipit quantitatem pro prædicamento, ſimiliter qualitatem, ſic & ad aliquid accipit pro prædicamento relationis, ergo uel comparatio non eſt recta, uel dicit falſum, quoniam nullum ens rationis eſt in prædicamento.

Reſpondeo ad aliquid & alia prædicamenta dupliciter cōſiderantur, primo, quo ad ſuam propriam rationem formalem, qua ab inuicem formaliter diſtinguuntur, ſecundo quo ad rem ſignificatam, cui eius ratio applicatur, primo modo relatio nō dicit aliquid reale, ſed abſtrahit: alia autem prædicamenta ex ſua ratione formali, dicunt ens reale ſecundo modo tam relatio quam alia prædicamenta dicunt aliquid reale. In ſi. Beat. Tho. facit comparationem iuxta primum modum, & non iuxta ſecundum ut patet in litera dicit enim *alia genera ut quantitas ſecundum propriam rationem dicunt aliquid reale &c.* vnde ad argumentum dico q. comparatio eſt recta, & nō dicit falſum, & cum probatur, quoniam nullum ens rationis eſt in prædicamento dico quòd ſit tranſlatum ratione formali ad rem ſignificatam, ideo non ualet.

Quod non inuenitur in aliis generibus intelligas ſic q. non inuenitur in aliis generibus ſimpliciter, licet inueniatur diminute ex ſua ratione formali, nam relatio rationis ex ſuo formali, ſ. ly. ad, eſt ſimpliciter relatio: ſed ſubſtantia intellecta nō eſt ſimpliciter ſubſtantia, ſimiliter in aliis ſicut homo imaginatus nō eſt ſimpliciter homo.

Significat aliquid alicui inhærens. Contra actio ex ſuo formali nō ſignificat aliquid inhærens ſed egreſſum. Reſpondeo ex quòd B. Thom. hic loquitur propriè de prædicamentis abſolutis: ſex autem principia ex ſuo formali ſunt reſpectiua, & ideo idem iudicium eſt de eis, ſicut de relatione. q. ſ. quo ad modum ſignificandi qui eſt modus reſpectiuus non dicunt aliquid reale, ſed bene quo ad rem ſignificatam.

Aliquando vero reſpectiuus ſignificatur per ea &c. vſque ibi ad genus. Ex his uidetur tenere B. Th. quòd omnis relatio ſit p̄ opus ſolius intellectus, contra quod arguit Scot. in 1. di. 45. uoluntas habet pro obiecto exiſtens & non exiſtens, quod poteſt comparari ad aliquod id quod ex natura rei non comparatur, ergo poteſt cauſare relationem rationis.

Reſpondeo iſta relatio non erit actualis, niſi actu apprehendatur ab intellectu comparante: quoniam eſſe entis rationis ſit eſt intelligi, & ideo ratio Scoti concludit quòd ſit tantum cauſaliter a uoluntate, ſicut etiam dexteritas columnæ cauſatur a mea potentia motiua: ſic ordinata ad columnam, ſed iſtæ relationes nunquam fient actuales, niſi intellectus apprehendat eas & comparet extra adinuicem.

Cum aliquid procedit. Aduerte q. Herueus in 1. di. 26. q. 1. ar. 1. circa finem addidit rōnem formalem ad hanc concluſionem, & ſtat in hoc extrema ſunt diſtincta actu, quæ ſunt pr. & filius, fundamentum eſt reale in utroque. ſ. eſſentia ut principium communicatiuum in patre & eſſentia ut communicata in filio, & extrema ſunt eiuſdem ordinis naturæ diuinæ, & ſe mutuo ex natura rei reſpicientes, ergo inter eos eſt relatio realis mutua, quæ eſt relatio producentis & producti.

Prothéſione ad primum uide in 1. diſt. 26. ar. 1. ad tertium ubi eſt clarior reſponſio, ad quam accepit expoſitor ſi bene conſiderabis.

Pro reſponſione ad quartum ſcias q. tripliciter relatio poteſt cōſequi operationem intellectus primo cōparando intellectum ad rem intellectam & quidem ſi intelligat ſeipſum relatio rationis, H quoniam extrema ſunt indiſtincta ſi uero intelligat aliud, ut terminat ſcientiam, uel actum intelligendi eſt relatio realis non mutua, ſecundo cōparando rem intellectā alteri intellectæ ut hominem animali, ſic eſt relatio rōnis pertinens tertio cōparando intellectum ad uerbum productum ſic eſt relatio realis mutua, qualis eſt inter producens, & productum.

ARTICVLVS II.

Vtrum relationes ſint ipſa eſſentia diuina.

Circa hunc art. quoniam habemus agere cum Scoto: qui tenet q. cum identitate reali inter eſſentiam & relationē ſtat diſtinctio non ſolum rationis, ſed etiam ex natura rei: p̄ uniuerſali ergo reſolutione, ſic procedam, primo præmitto omnes I diſtinctiones, quas tenent Scotiſtæ: ſecundo quæram ſi cū identitate reali inter eſſentiā & relationē ſtat diſtinctio ex natura rei, tertio quæram ſi hæc identitas eſt conuertibilis, uel non.

Quantum ad primum, Aduerte q. Stephanus Brulifer in tractatu formalitatum ponit ſeptē diſtinctiones, prima diſtinctio rationis eſt illa, quæ fit per intellectum collatiuum præciſe, ut Sortes, eſt Sortes nam Sortes in prædicato differt a ſupſio ut poſito in ſubiecto, dicit autem præciſè ut excludat diſtinctionem rationis, quæ eſt ex parte rei rationabilis, quam putat eſſe eādem cum diſtinctione ex natura rei.

Secunda diſtinctio ex natura rei eſt, quæ eſt inter duo extrema, de quibus uerificantur prædicata contradictoria præter opus intellectus, & talis diſtinctio eſt inter totum, & partes, nam totum eſt conſtitutum, & non conſtituens, partes autem conſtituentes, & non conſtitutæ.

Tertia diſtinctio formalis eſt, cū aliqua duo non ſic ſe habēt K q̄ unum prædicatur de altero in primo modo per ſe, ſic ſubiectum, & proprietas diſtinguuntur formaliter q. ſi proprietas p̄dicatur de ſubiecto non in primo, ſed in ſecundo modo p ſe.

Quarta diſtinctio realis eſt inter duo extrema, quorū unum poteſt ab altero ſeparari ſaltem per diuinam potentiam, vt ſubiectum, & accidens abſolutum.

Quinta diſtinctio eſſentialis eſt inter duas eſſentias, quarum poteſt ab alia, altera ſeparari, ut Sortes, & albedo eius, & nota q. licet in creaturis ſint æqualis prædicationis diſtinctio realis, & diſtinctio eſſentialis, non tamen in diuinis, quoniam licet perſonæ diuinæ diſtinguantur realiter, non tñ eſſentialiter.

Sexta diſtinctio ſe totis ſubiectiue eſt cum duo extrema ſunt diſtincta realiter, & actu exiſtunt, nec poſſunt in uno cōuenire, ut duo indiuidua eiuſdem ſpeciei, & quæcunque oppoſitionem habent, & hæc diſtinctio eſt alia a diſtinctione reali, quoniam in illa ſufficit ſeparatio potentialis, in hac autem requiritur

ritur actualis, videlicet anima & corpus licet diſtinguantur realiter, non tamen ſe totis ſubiectiuè, quia conueniunt in vno ſuppoſito. A

Septima diſtinctio ſe totis obiectiuè eſt cū duo extrema non conueniunt in vno conceptu quidditatiuo, ut duæ differentiæ ſpecificæ, & ens, & non ens, & ſecundum viam Thomiſticam duo prædicamenta, Deus, & creatura quæ in nullo conceptu quidditatiuo uniuoco conueniunt, hæc eſt ſumma diſtinctionum apud Scotiſtas.

Quantum ad ſecundum, Aduerte, vt patet in art. ibi, *& non differunt niſi ſecundum intelligentiæ rationem &c.* mens B. Thom. eſt quòd tantum ratione differant, quia apud eum non datur diſtinctio niſi aut realis, aut rationis, ab omnibus autem conceditur, quòd non diſtinguitur realiter, ergo ratione, & quia apud Scotum inter diſtinctionem realem, & rationis datur diſtinctio ex natura rei, ideo pro opinione Scoti dico tria, primo diſtinctionē de diſtinctione ex natura rei, ſecundo arguo contra Scotum, tertio ſoluam rationes eius. B

Aduerte igitur, quòd diſtinctio ex natura rei poteſt intelligi eſſe duplex, prima actualis, ita quòd dentur duo, quorum unum eſt actu diſtinctum ab altero ante omne opus intellectus, ſecunda virtualis, ita quòd ſit talis res, quæ ut fundat unū conceptum partialem per reſpectum ad intellectum creatum, non fundat alium, & ſic dicitur res diſtingui à ſeipſa, correſpondenter & dicitur diſtinctio rationis ex parte rei: dico autem conceptum partialem, quoniam totalis, uel adæquatus diuinæ eſſentiæ eſt tantum unus, & illum conceptum tota eſſentia, & totaliter ſemper fundat. Ex hac diſtinctione, Aduerte quòd Scotus ſumit diſtinctionem ex natura rei in primo ſenſu, ut declarabitur ex eius rationibus, nos autem negamus, & concedimus in ſecundo, eamque vocat Beat. Thom. in 1. diſtinctio. 3. rationis ex parte rei rationabilis. Poſita diſtinctione diſtinctionis ex natura rei, arguo contra Scotum, quòd nō C diſtinguantur eſſentia & relatio ex natura rei in primo ſenſu, & arguo quadrupliciter, ſupponendo illas proprietates quas dicit diſtingui ex natura rei ab eſſentia, eſſe realitates uel entitates.

Prima eſſentia diuina eſt eſſe quod fundat, id quod non dicitur relatiuè, ſed fundat proprietates, ergo eſt proprietates, ergo non diſtinguitur ab eis ex natura rei, probatur conſequētia, quoniam quod diſtinguitur ab aliquo ex natura rei: non eſt illud ex natura rei.

Secundo ex quibuſcunque & qualitercunque diſtinctis ex natura rei eſt aliquid vnum, alterum eorum eſt actus, alterum eſt potentia: hæc propoſitio eſt Scoti in 1. diſtinct. 33. quæſt. 1. in reportationibus Pariſienſibus, ſed ſecundum te perſona eſt quid unum ex eſſentia & proprietate diſtinctis ex natura rei, ergo alterum eſt potentia, alterum eſt actus, quod repugnat ſummæ ſimplicitati, ergo &c.

Tertio pater habet aliquam entitatem communicatam filio, & aliquam non communicatam: ergo iſtæ entitates ſunt actu plures: ergo perſona patris non eſt ſimpliciter ſimplex. D

Quarto omnis res qualitercunque diſtincta ab alia, uel eſt informans, vel eſt informata, uel ſubſiſtens per ſe: hæc eſt Scoti ubi ſupra vide has rationes in Gregorio, in 1 diſtinct. 33. q. 1. art. 1. ubi ſic non.

Vltimo reſtat ſoluere rationes Scoti, quas adducit Capr. in 1. diſt. 33. quæſt. 1. contra tertiam.

Prima pater ante omnem opus intellectus habet in primo ſigno originis &c. Reſpondeo negando minorem, & dico quod ad ſoluendam contradictionem ſufficit diſtinctio rationis ex parte rei præcipuè, quando res illa æquipollet duobus ſpeciebus diſtinctis ut idem punctus ſignatus in linea æquipollet principio & fini, ex conſequenti principio & non principio.

Secunda aliud, quod ſecundum aliquid ſit &c. Reſpondeo Capr. negat maiorem, & dicit non eſſe inconueniens quòd idem ſit principium conuenientiæ & diſconuenientiæ in diuerſo genere, ſed diuerſa ratione, nam eſſentia ut eſſentia eſt principium conuenientiæ eſſentialis, ſed eſſentia ut relatio eſt principium diſconuenientiæ relatiuæ.

Tertia beatus interueno &c. Capreo. dicit quòd uidetur ea, ut indiſtincta, ſed tamen, ut potentia fundare diuerſos conceptus reſpectu intellectus creati, & ſic magis diſtinguitur quàm per modos concipiendi, hæc enim diſtinguuntur ſolum ex parte intellectus, illa autem diſtinguibilia ſunt ratione ex parte rei.

Quarta dicit Auguſtinus &c. Capr. concedit, quòd eſt aliquid ratione diſtinctum, ſed non ex natura rei in primo ſenſu.

Quinta quia Auguſtinus &c. Capr. dicit non eodem formaliter, ſed tamen eodem realiter, & eſt natura rei.

Quantum ad ſecundum principale propoſitum, utrum eſſentia & relatio ſint idē conuertibiliter: ergo tunc ſunt æqualis prædicationis: quod eſt falſum, nam filiatio eſt eſſentia, non tamen filiatio eſt paternitas. Si inconuertibiliter, tunc inſurgit Aureol. in Capr. diſt. 33. quæſt. 1. poſt reſponſionem argumentorum Scoti contra tertiam concluſionem, & quoniam tenemus, quòd ſunt idem inconuertibiliter, ideo pro reſponſione ad argumenta Aureoli præmitto tria notanda.

Primum aliquid eſt inconuertibile alteri, quia eſt inadæquatum ei, & excedens etiam, & maius ſecundum rem, & primum ſe habet ut totum, ſecundum ut pars, & hoc modo non eſt inconuertibilitas ibi cum eſſentia ſit ſimpliciſſima & relatio. Eſt autem aliquid inconuertibile alteri, quia unum comparatum alteri ſe habet, ut commune prædicatum, alterum autem uero ut proprium, licet ſint idem re ſicut animal & homo dicuntur idem inconuertibiliter, quia non ſunt æqualis prædicationis: ex hoc notando uidebis ſoluta 1. 2. 3. 4. 6. ſeptimum Aureoli.

B Secundum notandum: aliud eſt, duo relatiua dici ad conuerſentiam, aliud eſſe conuertibilia, nam primum ſignificat, quòd mutuo ſe referunt, ut eſſentia eſt idem paternitati, & è conuerſo. ſecundum ſignificat æqualem prædicationem, quæ non ſeruatur in omnibus etiam relatiuis. Nam licet genus, & ſpecies dicantur ad conuertentiam, non tamen ſunt æqualis prædicationis, & per hoc ſolutū uidebis argumentū quintum.

Tertium notandum, ideo eſſentia eſt commune prædicatum quia ex ſua infinitate æquipollet omni contento in Deo, & quia relatio ut relatio non eſt formaliter infinita, nec primo niſi ut eſt idem eſſentiæ: ideo ex ſe non habet, quod æquipolleat omni contento in Deo, & propterea non eſt commune prædicatum ut eſſentia, & per hoc ſolutum uidebis argumentum 8. Argumentum quod formatur de prædicatis contradictoriis, & eſt 9. in ordine, non ualet in re ſimpliciſſima ſtante diſtinctione ex parte rei.

C Quod autem per hoc nō infringitur ars ſyllogiſtica nec primum principium, ut putat Aureolus in eodem loco, & ſunt duo eius argumenta ultima, declarabitur in articu. 3. huius q. in reſponſione ad primum.

In reſponſione ad ſecundum in artic. propter illam propoſitionem, *id quod inuenitur in creatura præter* vſq; ibi, *alia res eſt.* Videtur multis, quòd relatio ſit diſtincta à fundamento, & quoniam ſupra reliquimus id pertractandum hic, ideo ut uideatur diuerſorum ſententiis & noſtro iudicio aliquid determinetur, ſic procedam, primo propono varias de hoc ſententias, ſecundo intendo ſequi mentem Heruei, & declarare id eſſe cōſonum philoſopho, & comm. tertio ſoluam rationes quæ ſunt contra mentem Heruei, quarto exponam aliqua dicta, & philoſophi, & B. T. in quibus tenentes oppoſitum fundant ſe.

Quantum ad primum, aduerte quòd ſunt tres ſententiæ ſolemnes, duæ extremæ, tertia media, extrema prima eſt Capr. in 1. diſt. 30. quæſt. 1. art. 1. & expoſitoris in præſenti art. iſti tenēt D omnem relationem realem eſſe diſtinctam à fundamento, & hanc eſſe mentem B. Tho. extrema ſecunda eſt Heruei, & Gregorii, iſti tenent ſententiam contrariam, tertia media eſt Scoti, qui in 2. diſt. 1. q. 5. & in quodlibet q. 3. tenet omnem reſpectum extrinſecum diſtingui à ſuo fundamento: ex quo enim ſeparabilis eſt quia extrinſecus ſecundum doctrinam ipſius diſtinguitur realiter, reſpectum autem intrinſecum putat eſſe eundem, ſed hanc pro nunc dimittimus, quoniam controuerſia hæc uertitur inter Thomiſtas, ideo uidendum eſt quid ſit ad mentem B. Thom. ar. 1. ar. 2. Sic enim loquitur ut uideatur in diuerſa trahi.

Quantum ad ſecundum quod dixi intendo ſequi mentem Heruei, quam reputo eſſe mētem B. T. primo pono diſtinctionem de relatione, deinde ad concluſionem adduco rationem.

Diſtinctio eſt hæc, relatio dupliciter conſideratur ut notat Herueus in 1. di. 3. q. 2. art. 1. uel quantum ad id, quod dicit in E recto, & intrinſecè: ſic eſt idem cum fundamento: hæc enim eſt identitas albedo eſt ſimilitudo, ſecundo quantum ad id, quod dicit in obliquo ut connotato qui eſt terminus, ſic diſtinguitur realiter nam fundamentum non includit terminum: relatio autem cum ſit ad alterum includit ipſum. Quod autē relatio in primo ſenſu ſit idem cum fundamento re, non quidem formaliter, quoniam fundamentum eſt ad ſe relatio autem ut relatio ad alterum, probabis per rationem Heruei, ubi ſupra fundata in 5. phyſicor. & ſic incipit in Herueo. *Hoc autem non uidetur multis poſſe ſtare.* Aduerte quòd expoſitor hic conatur ſoluere rōnem Heruei. & dicit q. relatio eſt incompletè in fundamento, & q. cōpletur ex ſola poſitione termini, & ſic poteſt fieri de nouo ſine mutatione eius, in quo eſt, & adducit exemplum de actione, quæ ponitur ex ſola poſitione paſſi.

Sed contra de relatione actiui ante terminum, uerum eſt dicere quòd non eſt actio in ſubiecto ſecundum ipſum & poſt

Universidad de Deusto Biblioteca

poſitionem termini eſt actu in eo, ergo mutatum eſt ſubiectum, cum ſe habeat aliter, quam prius: expoſitionis terminiue exemplum autem, quod adducit de actione nō valet: nam ideo poſito paſſiue, mutatur actio, quia productiue eſt ab agente, & recipitur in paſſo, ſed relatio nō eſt producta à ſubiecto & recepta in termino, ideo non eſt ſimile.

Quod autem hæc via ſit ſecundum philoſophum, & Commentatorem, vide Ioan. Bacco. in 1. diſtin. 28. q. 1. vbi probat hoc ex quatuor.

Primo ex Commentatore in de ſubſtantia orbis & in primo phyſicorum com. 70. de potentia materiæ.

Secundò quoniam philoſophus 5. phyſicorum com. 10. ponit res principium, ſi non eſſent idem.

Tertiò de habitu in 7 phyſicorum com. 17.

Quartò de inhærentia accidentis in 7. metha. tex. 5.

Quantum ad tertium pro ſolutione rationum fortiorum quæ militant contra hanc viam præmitto tres diſtinctiones.

G Prima de diſtinctione prædicamentorum, & dico quòd prædicamenta, vt res, non eſt neceſſe, vt diſtinguantur realiter, aliter actio & paſſio non eſſent duo prædicamenta: vt prædicamenta autem, id eſt vt ſtant ſub ratione formali, neceſſe eſt quod diſtinguantur formaliter, ita quòd ſub vna ratione formali res vna non ponitur in diſtinctis prædicamentis.

Ex hac diſtinctione videbis ſolutam rationem illam: relatio & fundamentum, ſunt in duobus prædicamentis, ergo res duæ: patet quòd conſequentia nō valet, ſed ſufficit quòd vna res ſub diſtinctis rationibus formalibus ſit in diſtinctis prædicamentis, & ſi iterum arguitur: quoniam ex 6. metaphyſic. diſtinctio entis in decem prædicamenta eſt diſtinctio entis realis, ergo quodlibet prædicamentum eſt ens reale, ergo ſunt decem res, ergo omnia prædicamenta diſtinguuntur realiter.

Reſpondeo concedo vſque ad hanc conſequentiam, ergo ſunt decem res: hæc enim poteſt habere duos ſenſus: prior eſt, ſunt decem res, quia omne prædicamentum ſignatum eſt res, H & ſic conſequentia eſt vera, ſed nego vltimam, ſecundus eſt, ſunt decem res, quia omne prædicamentum ſignatum comparatum alteri eſt res, & diſtincta res, & ſic nego conſequentiam, quam ſi concederem, neceſſario ſequeretur vltima, exemplum habemus in perfectionibus diuinis, nam de qualibus verificatur quod eſt res, non tamen ſunt diſtinctæ res, ſed ſufficit quòd diſtinguantur rationibus formalibus.

Secunda diſtinctio relatio poteſt comparari ad ſubiectum, & ad fundamentum: ſi ad fundamentum non diſtinguitur realiter, niſi ex connotato, ſi ad ſubiectum iterum diſtinguo, quia vel fundatur in accidenti, ſic diſtinguitur realiter à ſuo ſubiecto, ſicut diſtinguitur accidens fundans: ſi in ſubſtantia, dico quòd non habet ſubiectum, ſed eſt ipſum ſubiectum, vt creatio paſſiua eſt ipſa creatura identice: ex hac diſtinctione euacuabis rationem expoſitoris fundatam ſuper B. Thom. hic in reſponſione.

I Tertia diſtinctio accidens eſt duplex, primum vt inhærens: ſecundum vt id, quod eſt extra rationem alicuius: quantum ad primum modum aliqua relatio eſt accidens vt fundata in qualitate, aliqua non, vt relatio fundata in ſubſtantia, quantum ad ſecundum modum: omnis relatio eſt accidens reſpectu ſui fundamenti: quoniam eſt extra rationem ſuam, non enim de ratione albedinis eſt ſimilitudo, ex hac diſtinctione ſolues rationem, quam allegat Heruæus primo diſt. 5. quæſt. 1. art. 1. ibi ad rationem &c.

Quantum ad quartum ſcias, quod expoſitor adducit plures authoritates Beat. Thom. quibus videtur concludi relationem diſtingui à fundamento, prima eſt hic in articulo in reſponſione ad ſecundum & in primo diſt. 33. q. 1. art. 1. & clarius quàm hic: dicit enim in prima parte, quod eſt alia res præter id, quod continetur.

K Ad hoc dico, quòd Beat. Thom. comparat relationem, non ad fundamentum, ſed ad ſuum ſubiectum, quod ſignatur nomine relatiuo, & concedo quòd comparata ſuo ſubiecto eſt alia res, dummodo ſit fundata in accidente, puta in potentia actiua vel actione: & hoc dico, quoniam ſi fundatur in ſubſtantia, vt prædixi non diſtinguitur nec à fundamento, nec à ſubiecto: vnde aduerte quòd Beat. Thom. in 1. diſtinctio. 33. quæſtio. 1. artic. 1. in fine corporis non loquitur niſi de relationibus conſequentibus actionem creatam, quæ diſtinguuntur à ſubiecto, quod eſt ſubſtantia, non tamen tales relationes diſtinguuntur ab actione, in qua fundantur, & quòd ſit mens eius loqui de relationibus, quæ fundantur in actione, patet ex hoc, quòd proportionaliter loquitur de relationibus diuinis conſequentibus diuinam actionem immanentem. Authoritas quam adducit ex quæſtio. de potentia debet intelligi, & non poteſt ſaluari niſi de diſtinctione formali, aliter actio, & paſſio non eſſent duo prædicamenta. Authoritas quæ dicit omnem relationem in creaturis eſſe fundatam in ſubſtantia non debet intelligi niſi de accidente ſecundo modo, vt id eſt extraneum à doctrina Beat. Thom. nam eſſe creaturæ apud ipſum eſt accidens, quod tamen non eſt verum niſi de accidente ſecundo modo. Authoritas etiam philoſophi in 12. metaphyſ. ponentis diſtinctorum prædicamentorum diſtincta principia, quomodo non concludat intentum licet expoſitor ei plurimum ponderet, vide Ioan. Bacco. in 1. diſtinctio. 28. quæſtio. 1. articul. 4. ibi *ad primum diceret*: & tu vide ſignanter in 12. metaphyſ. quæſtio. 9. hæc ſufficiant pro relatione & fundamento.

ARTICVL. III.

Vtrum relationes in Deo realiter diſtinguantur.

EX eo, *quod alicui attribuitur*, vſque ibi, *rationale*. Aduerte quòd ly, *omnia ſunt de ratione illius* debet intelligi de his, quæ ſunt de ratione formali, & abſolutiſſima & non de ratione contracta, quod in tale in tali natura inuenitur: hoc dico, quoniam in nomine principij, prout eſt in creatura contractum importatur prioritas, & tamen non eſt in Deo, vt diceremus infra: quoniam prioritas non eſt de ratione principij, vt principium eſt, ſed de ratione relationis eſt oppoſitio vt relatio eſt, ideo &c.

Secundum quam aliquid alteri opponitur relatiuè. Aduerte, quod ſecundum Beat. Tho. quòd oppoſitio relatiua differt in duobus ab alijs oppoſitionibus, & quia illa duo non dicunt imperfectionem, ideo hæc oppoſitio ſeruatur in Deo, quæ ſint illa duo vide in quæſtione de potentia concluſione 7. articul. 8. ad quartum.

Oportet ergo quòd realiter ſit ibi oppoſitio &c. Aduerte quòd B. Thom. ſupponit ex præcedentibus relationem intrinſecè eſſe in Deo conſequentem actionem immanentem, ita quòd vtrumque correlatiuum eſt in Deo, quia pater eſt Deus, & filius Deus, & ideo bene ſequitur quòd oppoſitio relatiua ſit in Deo, quantum autem ad relationes ad extra vt dominij non eſt neceſſe oppoſitionem eſſe in Deo, quoniam vnū extremum eſt Deus alterum autem extra Deum.

Vnde oportet quòd in Deo ſit diſtinctio vſque ibi, non relatiuā &c. Aduerte quòd relationes diuinæ dupliciter poſſunt comparari. Primo ad eſſentiam: ſic non ſunt plures, nec diſtinctæ realiter, quia eſſentia diuina eſt omne, quod fundat, aliter non eſſet ſimpliciſſima. Secundo inter ſe ſic ſunt diſtinctæ realiter, & Beat. Thom. intendit ſic probare: formaliter in Deo eſt relatio realis ex primo articulo, ergo oppoſitio realis, probatur conſequentia, quia de ratione relationis eſt reſpectus vnius ad alterum, ergo oppoſitio, quia in hoc conſiſtit oppoſitio relatiua, tunc ſic: eſt oppoſitio realis ergo diſtinctio realis, quia diſtinctio eſt de ratione oppoſitionis, cum nihil ſibi opponatur, ergo in Deo eſt realis diſtinctio relationum.

In reſponſione ad ſecundum: *Quæcumque vni ſunt eadem &c.* Aduerte quòd Capreol. in 1. diſt. 2. q. 3. in prima concluſione hanc tripliciter expoſuit, inter quas pono duas, & ego addo tertiam quæ nunquam fallit.

Prima quæ duo ſunt eadem tertio ita quòd vtrumque ſit de ratione tertij, ſunt eadem inter ſe, vt Sortes, animal, homo, ex quo ſequitur quòd ſi duo ſunt eadem tertio, & non ſunt de ratione tertij non ſunt eadem inter ſe, vt motus, actio, & paſſio, eſſentia, filiatio, paternitas.

Contra hanc arguit Aureol. Qualis eſt vnitas extremorum in medio, talis eſt inter ſe, ſed paternitas, & filiatio ſunt eadem realiter eſſentiæ, ergo ſunt eadem inter ſe, quod tamen eſt falſum. Capreol. negat maiorem, ſimiliter expoſitor & dicit Capreol. quòd non tenet, niſi duobus ſeruatis. Vel quod identitas extremorum in tertio ſit conuertibilis identitas, qualis non ſeruatur inter relationes & eſſentiā vt diximus ſupra: vel quod repliceret ipſum medium, ſic paternitas eſt eadem eſſentia & filiatio eadem eſſentia: ergo filiatio eſt paternitas ſecundum eſſentiam, & ſic non ſequitur inconueniens, ſi ly, ſecundum eſſentiam ponitur concluſione.

Secunda, quæ duo ſunt eadē tertio, ratione illius quo ſunt eadem inter ſe, & non plus, vt actio, & paſſio, & motus, nam quia identificantur motui, ideo in ratione motus ſunt eadem inter ſe, licet etiam quia paternitas, & filiatio identificantur eſſentiæ, ideo in ratione eſſentiæ & non plus identificantur inter ſe, non tamen ſequitur quòd ſi ſunt eadem eſſentiæ eſſentialiter, & realiter, quòd ſint idem realiter inter ſe, quoniam comparatæ eſſentiæ non habent oppoſitionem, ſicut comparatæ

adinuicem.

Tertia quam ego adduco, eſt hæc, illa regula valet: quotiens extrema vt reſpiciunt medium & ex ſe inuicem non habent oppoſitionem, quod ſi vt reſpiciunt ſe inuicem habeant oppoſitionem, nunquam valet abſolutè, & ſimpliciter: ratione primi valet, hic homo eſt animal, Sortes eſt animal, ergo Sortes eſt homo, ratione ſecundi non valet, quoniam Sortes, & homo non ſunt oppoſita ex ſuis rationibus formalibus. ratione ſecūdi nō valet, hæc nigredo eſt color, albedo eſt color, ergo albedo eſt nigredo, quoniam ſunt contrariæ, ſicut non valet hæc, actio eſt motus, paſſio eſt motus: ergo actio eſt paſſio, quoniam dicunt rationes formales oppoſitas: ſicut non valet, in Deo paternitas eſt eſſentia filiatio eſt eſſentia: ergo filiatio eſt paternitas, quoniam ſunt duæ ſpecies relationis diſparatæ oppoſitæ, & quoniam in ſimili materia ſolent formari multæ ſophiſticationes per ſyllogiſmum expoſitorium, vt tractat Capreol. vbi ſupra & per regulam antè prædicamentalem: quando alterum de altero prædicatur, ideo quoad ſyllogiſmum expoſitorium aduerte, B quòd non valet in Deo, niſi in terminis eſſentialibus, non autem in perſonalibus: quoniam ly, hic Deus reſpectu terminorum perſonalium non eſt ſingulare ſumptum ſingulariter, immo eſt communis, ſub ſe continens plures ſuppoſita, & hoc ſolum eſt reperibile in Deo. Illa autem regula antè prædicamentalis non valet de forma, niſi in prædicatis, quorum vnum eſt ſuperius eſſentiale ad alterum, vt in linea prædicamentali, vel quando tres termini, ſunt conuertibiles: patet autem, quòd iſtæ conditiones non ſeruantur inter paternitatem, & filiationem & eſſentiam. Quomodo autem non infringatur primum principium Capreol. ſufficienter determinat, vbi ſupra & nos in [illegible] reſoluemus.

ARTICVLVS V.

Vtrum ſint tantum quatuor relationes.

SEcundum *philoſophum in 5. metaphyſic.* vſque ibi *& huiuſmodi &c.* Aduerte quòd prima diuiſio relationis eſt per mutuā & non mutuam quæ eſt tertij modi, quæ nunc definitur, nec de ea mentionem facit Beat. Thom. quoniam propoſito non deſeruit, loquimur enim de relatione intrinſeca in Deo, quæ eſt mutua ex ſupradictis, relatio autem mutua apud philoſophū diuiditur in relationem modo vnitatis, vel numeri, & hic eſt primus modus, & in relationem modo potentiæ, ſiue nudæ, ſiue ſub actu, nudæ quidem vt calefactiuum, & calefactibile: ſub actu, vt calefaciens, & calefactum in præſenti, vel in præterito, vt pater, & filius, & hic eſt ſecundus modus.

Relatio enim fundatur ſuper quantitatem vel ſuper actionem vel paſſionem &c. Aduerte quòd propoſitio philoſophi intelligitur D quantum ad modum fundandi, & non quantum ad rem fundantem, vt declarauimus ſupra, & Beat. Thom. expoſuit ſic in 5. metaphyſ. c. de Ad aliquid.

Cum autem quantitas non ſit in Deo &c. Aduerte quòd licet quantitas non ſit in Deo, tamen modus quantitatis eſt in Deo, quia quanta eſt potentia & perfectio patris, tanta eſt filij, vnde infra, ſuper talem quantitatis modum aſſignabitur æqualitas diuinarum perſonarum, tamen ſuper talem modum non poteſt fundari relatio realis mutua, de qua nunc eſt ſermo, quoniam cum paternitas & filiatio ſint diſtinctæ realiter, & relatio trahat diſtinctionem à fundamento, eſt neceſſe, quòd fundamenta paternitatis, & filiationis ſint diſtincta realiter, potentia autem patris non diſtinguitur realiter à potentia filij, ideo licet illa potentia habeat modum quantitatis, tamen ex ſua vnitate non poteſt fundare diſtinctas relationes.

E *Vnde relinquitur quòd relationes reales*, vſque ibi, *ſed &c.* Aduerte quòd B. Thom. in 1. d. 26. q. 2. art. 2. videtur tenere, quòd fundantur ſuper naturam diuinam, ſ. eſſentiam: dicit enim paternitas, & filiatio habent fundamentum in re, ſ. ipſam naturam diuinam, ergo non fundantur ſuper actionem, vt dicit hic.

Reſpondeo totale fundamentum diuinarum relationum non eſt eſſentia præciſè, aliter non diſtinguerentur realiter cum eſſentia, vt eſſentia ſit penitus indiſtincta, nec ſunt diuinæ actiones præciſè, quoniam ſibi ipſi contradiceret hic, & in primo ſententia. ſed eſt diuina natura ſub actione, & paſſione, puta in patre, vt eam communicat filio, fundatur paternitas: in filio, vt eam accipit à patre, fundatur filiatio, & hoc intimat Be. Thom. in primo in eodem loco: dicit enim ſic paternitas, & filiatio habent fundamentum in re, ſ. naturam ipſam, quæ communicatur ſecundum communicationem naturæ: hæc ille, vnde patet quòd illic aſſignat totale fundamentum, ſed hic in pri-

A ma parte aſſignauit ex parte formali, ratio enim, quæ eſſentiā fundat, eſt communicatio, & hæc eſt determinatio etiam Capreol. in 1. diſtinct. 31. quæſt. 1. ad ſecundum Scoti, contra ſecundam partem concluſionis.

Contra concluſionem Beat. Thomæ, qua concludit, quòd ſunt tantum quatuor relationes reales, conſurgit dubium: quoniam vel comparantur ad eſſentiam, & ſic ſunt vnum, vel paternitas, & filiatio diſtinguuntur à ſpiratione actiua, & ſic ſunt quinque vel non diſtinguuntur ab ea, & ſic ſunt tres tantum.

Ad hoc dico, quòd relationes diuinæ tripliciter conſiderantur: primo vt comparantur ad eſſentiam & ſic ſunt vnum in eſſentia, vt diximus ſupra: ſecundo vt comparantur inter ſe vt non oppoſitæ: puta comparatur paternitas ſpirationi actiuæ ſimiliter filiatio: & ſic ſunt tantum tres, quia cum non opponantur, ſe enim comparantur in eodem ſuppoſito, vt patet non B diſtinguuntur realiter ab inuicem, tertio comparantur adinuicem vt ſunt oppoſitæ: puta paternitas filiationi, & ſpiratio actiua ſpirationi paſſiuæ, & ſic ſunt quatuor, & non plus, quia in omni oppoſitione ſunt duo extrema diſtincta, cum igitur in Deo ad intra ſit duplex oppoſitio, ſcilicet patris ad filium, & ſpirantium ad ſpiratum, ſunt quatuor relationes realiter diſtinctæ vt ſunt oppoſitæ adinuicem.

In reſponſione ad tertium, aduerte quòd reſponſio ſtat in hoc, nunc loquimur de relationibus realibus quæ ſunt conſequentes productionem realem. Ideæ non ſunt tales, ſed potius reſpectus intellecti ab intellectu diuino: ſunt enim imitabilitates diuinæ eſſentiæ cognitæ, adeoque imitabilitates, licet ſint reales, quia diuinam eſſentiam realiſſime imitatur creatura: tamen non ſunt relationes reales, quia eſſentia diuina, & creatura non ſunt eiuſdem ordinis, vnde Idea dicit relationem tertij modi ad ideatum, eo, quòd ideatum realiter pendet ab Idea, & non è conuerſo: vnde Beat. Thom. ad argumentum C poterat vnico verbo reſpondere, quòd ſupponit falſum, ſcilicet Ideas eſſe reſpectus reales.

¶ Quæſtio XXIX.

ARTICVLVS I.

De diſtinctione perſonæ.

IN *omnibus generibus tum ſpeciali modo.* Aduerte quòd ly, *generibus*, ſtat pro generaliſſimis: quoniam in omni genere ſubalterno nō eſt neceſſe inueniri vniuerſale, & particularia multiplicata ſub illo genere, ſecundum eos, qui tenent metaphyſicum eſſe vnum genus, & tamen ſub ſe non continet multas metaphyſicas ſpecies. Item qui tenent materiam Lunæ & materiam Solis non eſſe eiuſdem rationis dicunt Solem diſtingui genere à Luna, & tamen nec Sol, nec Luna multiplicatur.

Subſtantia enim indiuiduatur per ſeipſam, expoſitor dicit id debere intelligi formaliter, puta ſubſtantia vt ſubſtantia, & nō vniuerſaliter, quoniam eſſet falſum in ſubſtantia materiali, quæ ſecundum Beat. Thom. indiuiduatur per quantitatem, vt tamen potes ſaluare, quòd ſit vera vniuerſaliter in hoc ſenſu, omnis ſubſtantia indiuiduatur per ſe ipſam, vel ſeipſa tantum vt immaterialis, vel aliquo ſui, id eſt materia ſui parte, & ſic verificatur in omni ſubſtantia materiali: & in hoc eſt differentia ab accidentibus, quorum nullum, vt accidens indiuiduatur ſe ipſo, nec aliquo ſui.

E *Sed accidentia indiuiduantur per ſubiectum.* Hoc videtur eſſe falſum de quantitate, cui primo conuenit diuiſibilitas, ergo indiuiduatur per ſeipſam: dicit enim philoſophus in quinto metaphyſicor. quantum eſt, quod diuiſibile in ea, quæ inſunt quorum ſingulum natum eſt eſſe hoc. Expoſitor dicit propoſitionem debere intelligi de accidenti, vt accidens eſt, & non vt hoc, puta quantitas, vel linea, ſed tu dic, quòd cum diſtingui ſupponat eſſe, licet diſtinctio primo conueniat quantitati, tamen eſſe non ex ſe, conuenit ei, cum ſit accidens, cuius eſſe eſt ineſſe, vnde nec vt accidens, nec vt hoc accidens poteſt abſolui à ſubiecto, dictum autem philoſophi non cogit: licet enim quantum ſit aptum per ſe diuidi in partes, quarum quælibet eſt apta eſſe hoc, tamen non dicit quòd ſit apta eſſe hoc per ſe ipſum.

Dicitur enim hæc albedo inquantum eſt in hoc ſubiecto. Contra, hæc conditionalis eſt vera ſi hæc albedo eſſet in quantitate ſepara-

ſepara

parata, adhuc eſſet hæc, ergo non neceſſario indiuiduatur per F ſubiectum.

Reſpondeo dato illo caſu, quantitas haberet vicem ſubiecti, & ſic eſſet uerum, quòd non indiuiduatur per ſeipſam. Sed quæritur, ſi accidentia diffiniuntur per ſubiectum, aut ſubiectum ingreditur intrinſecè aut extrinſecè: ſi intrinſecè, ergo ſubiectum eſſet de eſſentia accidentis, & ſic accidens non eſſet unum per ſe. Si extrinſecè, ergo indiuiduantur per ſeipſa intrinſecè.

Reſpondeo, dico, quòd recipiunt ſubiectum extrinſecè, nego illam conſequentiam, ergo indiuiduantur per ſe ipſa intrinſecè quoniam ſicut ſunt accidentia non ex ſe, ſed ex ſubiecto, ſic non poſſunt indiuiduari niſi per ſubiectum.

Aduerte quòd expoſitor tangens principium indiuiduationis in ſubſtantia materiali, volens ſe retractare de eo, quod dixerat ſuper de ente, & eſſentia, vbi dixerat hæc uerba *Capacitas materiæ reſpectu huius quantitatis, ita quòd non ſlluus eſt ſuſcepta receptiua talis quantitatis, quæ non diſtinguitur re a materia, ſed ratione &c.* Intendit dicere ſupponendo quòd non acceperat illud dictum ... G ... [illegible] ſequeretur quòd principium indiuiduationis eſſet aggregatum ex materia & accidenti, quoniam illa potentia eſt in genere quantitatis ſed certè quantum ad hoc non erat neceſſe, quòd ſe retractaret, nam illa propoſitio: actus, & potentia ſunt in eodem genere, non eſt vera, niſi de potentia, & actu, quem primo reſpicit potentia, vt tenet Capreol. in prima diſtinctio. tertia quæſtio. tertia articul. ſecundo, ad quartam inſtantiam Scoti factam contra primam rationem Beat. Thom. modo nego quòd potentia materiæ primo reſpiciat quantitatem, immo primo formam ſubſtantialem ſecundariò quantitatem, & alia accidentia: patet ergo quòd illa conſequentia nulla eſt. ſcilicet *ſequeretur &c.* & eius probatio falſa eſt, illa enim potentia eſt in genere ſubſtantiæ, ſicut materia prima, non enim potentia ad quantitatem eſt in genere quantitatis, niſi primo reſpiciat quantitatem, quod non contingit in hoc propoſito. H

Secundò dicit, quòd materia prima, vt præhabens in ſe fundamentaliter quantitatem, & nō actu, quoniam generatio ſortis ad ſubſtantiam Sortis determinatur, primo ergo habet prioriter hoc ens, ergo unum, ergo indiuiduum, & tamen in hoc primo non eſt quantitas actu, ergo &c.

Ad hoc dico primò quòd illud præhabere, non ſufficit ad diſtinctionem numeralem quantitatiuam, quoniam materia prima, & ipſa licet vt ſic fundamentaliter, tamen præhabet quantitatem, non eſt realiter, niſi pura potentia, ſed pura potentia non diſtinguit, ſed actus ex 7. metaphyſico, dico ſecundo quòd quantitas actu eſt, quæ diſtinguit numeraliter quantitatiuè, & ad argumentum, quod etiam fuit Scoti, dico quòd in illo prio ri Sortes eſt hoc ens, & unum, & diſtinctum formaliter primo metaphyſic, & hoc habet à forma ſua ſubſtantiali, qua conſtituitur ... per conſequens vnum, & diſtinctum non eſt autem neceſſe, ut in illo priori ſit diſtinctum quantitatiuè, ſed ſufficit, quòd in poſteriori natura, in quo quantitas conſequitur formam ſubſtantialem, vnitas quantitatiua conſequitur vnitatem tranſcendentem. I

Sed contra in illo priori, in quo vnitur forma materiæ eſſe ... vt materia ſit actu diſtincta, ergo habet quantitatem, quæ ... ergo aut quantitatem conſequentem formam introducendam, & hoc non, quia illa ſubſequitur, aut quantitatem, quæ fuit ſub forma corrumpenda, & hoc non, quia corrumpitur cum forma ſua, ergo ſufficit, quod ſit diſtincta, quia habet quantitatem fundamentaliter, & non actu.

Ad hoc dico, quòd in illo priori eſt quanta actu, quantitate formæ corrumpendæ: nam licet corrumpatur cum forma, non tamen eſt quæ primo, vnde aduerte, quod in illo priori naturæ ſicut corrumpenda forma habet primum non eſſe, ſic forma generanda habet primum eſſe, & ſicut cum primo eſſe in materia formæ generandæ, ſtat in illo priori non ſibi eſſe quantitas ſequenti, ſic in illo priori, cum primo non eſſe formæ corrumpendæ, ſtat adhuc eſſe ſuæ quantitatis, quoniam ſecundario corrumpitur, & ſi dicas, ergo forma ſubſtantialis non adueniet materiæ nudæ, nego conſequentiam, quoniam ſufficit, quòd in uno inſtanti temporis forma corrumpenda cum omnibus ſuis accidentibus habeat non eſſe, & forma generanda cum accidentibus habeat eſſe; illa autem diuiſio inſtantis temporis in plura inſtantia naturæ, non eſt diuiſio realis, ſed ſecundum rationem.

Et ſic in prædicta diffinitione perſona. Aduerte quòd B. Thom. in q. de potentia, articul. 2. diſtinctius quoad omnes particulas declarat diffinitionem perſonæ, & ſub eiſdem verbis declarat eandem Herueus in 1. d. 23. q. 1. artic. 1.

In hac *ponitur ſubſtantia indiuidua.* Aduerte vt differat perſona ab eſſentia diuina, & a natura vnita verbo, & ab anima ſeparata, & à partibus ſubſtantiæ, quòd ly, *indiuidua ſubſtantia* debet exponi pro per ſe ſubſiſtenti incommunicabili, & completo, in ſpecie ratione primi, nec natura aſſumpta in Chriſto, nec partes ſubſtantiæ ſunt perſona, ratione ſecundi diuina eſſentia, licet ſit hæc eſſentia non eſt perſona: ratione tertij anima ſeparata non eſt perſona, nec materia ſignata.

In reſponſione ad tertium in qua videtur San. Thom. negare perſonam eſſe nomen ſecundæ intentionis, & ut expreſſe habetur in prima diſtinct. 23. quæſtio. 1. articu. 1. negat eſſe nomen ſecundæ intentionis ſed nomen rei, cui accidit aliqua intentio, ſcilicet particularitas, inueſtigandum eſt, quare non eſt nomen ſecundæ intentionis, & ſic procedam. Primo declarabitur quid ſit prima, & ſecunda intentio. Secundo ponam argumenta Aureoli, quibus intendit probare, nullum exiſtere in intellectu eſſe formaliter intentionem, ſed tantum rem obiectam intellectui & declarabo an militent contra nos. Tertio ponam G duas concluſiones de hoc nomine perſona. Quarto, ſoluam argumenta eorum qui tenent quod eſt nomen ſecundæ intentionis & ſolum.

Quantum ad primum ſcias, quòd Capreol. de mente Beat. Thom. in 1. diſtinctio. 23 q. 1. in probatione primæ concluſionis tenet intentionem primam eſſe primum conceptum immediate fundatum in re, quem dicimus rei definitionem: ſecundam autem eſſe ſecundum conceptum in re, mediante primo conceptu, ut conceptus ſpeciei, ex quibus ſequitur quòd cum omnis conceptus formatus ab intellectu ſit ens reale, quando ſubiectiuè eſt in intellectu: tam prima quàm ſecunda intentio apud Capreol. erit ens reale, quod tamen non videtur verum, quoniam vniuerſaliter tenetur, & à Bea. Thom. in 4. metaphyſicor. quòd intentiones ſecundæ ſunt ens rationis, de quibus proprie eſt logica, cuius ſubiectum eſt ens rationis, & ideo ſic aliter procedendo adducam mentem Heruei, quam non H reputo contrariam Beat. Thom. ſed potius eiuſdem reſolutionem.

Aduerte igitur quòd ut dicit Herueus in tractatu de intentionibus, tam prima quàm ſecunda intentio ſumitur dupliciter, ſcilicet, obiectiuè, & formaliter. Intentio prima obiectiuæ eſt res intelligibilis, ut obiecta, & præſentata intellectui in quā intelligendam tendit intellectus actuatus ſpecie, & ad quam ordinat actum intelligendi, & conceptum, & eiuſdem ſimilitudine, & ſic prima intentio, idem eſt quod obiectum actu præſentatum per ſpeciem, ſiue ſit ſubſtantia, ſiue accidens. Intentio prima formaliter eſt conceptus formatus ab intellectu de re obiecta, quæ dicitur diffinitio vel ratio rei obiectæ & intellectæ, & fundatur immediatè in re, ut in fundamento ſuæ veritatis. Vnde animal rationale comparatur ad hominem, vt prima intentio formaliter ad primum obiectiuè.

I Secunda intentio obiectiuè eſt reſpectus rationis, qui conſequitur rem, vt eſt obiecta intellectui: quod quidem ſic contingit ut declarat Herueus in tertio quodlibet. quæſtio. 1. cum intellectus quidditatem rei in uniuerſali intelligit, non intelligit eam, ut reſpicit ſingularia, ſed ut abſtrahit ab eis, & ſic in quadam communitate, & indiſtinctione obiicitur intellectui: ſecundum autem quod eſt ſic obiecta, & cognita per primam intentionem formalem, intellectus aduertit quod eam conſequitur quidam reſpectus dictus indiſtinctio uel communitas, eo quod, vt ſic intellecta eſt communis ſuis inferioribus, & hic reſpectus eſt ens rationis: conſequitur enim rem, non ut habet eſſe ad extra, ſed ut eſt obiecta intellectui ſine conditionibus indiuidualibus, & hic reſpectus dicitur ſecunda intentio obiectiuè, quæ eſt fundamentum ſecundi conceptus noſtri, ſicut prima obiectiuè eſt fundamentum primæ formaliter.

K Secunda intentio formaliter eſt ſecundus conceptus formatus ab intellectu de re, ut ſtat ſub illo reſpectu rationis, & immediatè fundatur in illo reſpectu ut re tamen rei ſic obiectæ tantum poſtquam intellectus aduertit quod natura rei ſic obiectæ communis eſt ſuis inferioribus, ſecundum prædicationē format conceptum generis, ſi eſt communis pluribus ſpeciebus, uel conceptum ſpeciei, ſi eſt communis pluribus indiuiduis, & hæc dicitur ſecunda intentio formaliter ex his elicito duas concluſiones, prima eſt.

Conceptus intellectus non diuiditur in primam & ſecundam intentionem intellectus. Patet, quoniam intentio prima obiectiuè non ſit per operationem, ſiue intellectus, immo ſupponitur actui, ſiue intelligatur ſubſtantia, ſiue accidens. Similiter ſecunda intentio obiectiuè non eſt producta ab intellectu, nec eſt ſubiectiuè in intellectu, cum ſit ens rationis, quod in nullo eſt ſubiectiuè, nec ab aliquo productiuè, ut declarat Herueus: ubi ſupra ſecundat autem, quòd conceptus intellectus eſt productus

ab intellectu per actum ſuum &c.

Conceptus intellectus communiter diuiditur in intentionem primā & ſecundam ſumptas formaliter. Patet quia omnis conceptus, vel fundatur in natura, vel in re obiecta intellectui, ſic eſt prima intentio, quæ dicitur definitio, vel fundatur immediatè in illo reſpectu qui dicitur indiſtinctio, vel communitas, aut in re, vt ſtat ſub tali reſpectu, & ſic eſt ſecunda intentio formaliter, quæ eſt ens reale, eſt enim in prædicamento qualitatis in prima ſpecie, ſicut actus intelligendi, & habitus ſcientificus ex his omnibus patet, quòd prima intentio, tam obiectiua quàm formaliter eſt ens reale, ſecunda autem obiectiuè eſt ens rationis: ſed formaliter eſt ens reale: patet igitur, quid ſit prima & ſecunda intentio.

Quantum ad ſecundum, aduerte quòd Capreol. in 1. diſtin. 23. quæſt. 1. contra primam adducit xiiij. argumenta Aureoli quibus intendit probare nullum exiſtens ſubiectiuè intellectu eſſe intentionem formaliter, ſed tantum res, vt obijcitur in- B tellectui, nos autem tenemus rem obiectam eſſe intentionem obiectiuè tantum, id eſt id, ad quod tendit intellectus, ſpeciem uero intelligibilem eſſe, actum intelligendi, & conceptum eſſe intentionem formaliter, quia ſunt tendentiæ quibus tendit intellectus in obiectum, inter quas conceptus dicitur ſimpliciter intentio, vt terminus intellectionis. Argumenta autem Aureoli ordine retrogrado accepta à 14. uſq; ad 8. excluſiue concludunt rem obiectam eſſe intentionem, & non aliud, quod nos concedimus, ſumendo intentionem obiectiuè.

Ad octauum, quod fundatur in dicto Commentatoris dico quòd non accepit intentionem intellectas pro re obiecta, ſed pro ſpecie intelligibili, quam concedimus eſſe intentionem formaliter.

Ad ſeptimum dico quòd logica eſt de ſecundis intentionibus obiectiuis, & formalibus, & cum dicit Auicenna ad iunctis primis, intelligendum eſt, ut fundantur in primis ne ſecundæ C ſint Chimericæ, & per idem patet ad ſextum.

Ad quintum dico cum diffinitur genus, non diffinitur intentio, aliter nulla natura realis diceretur genus, ſed diffinitur natura, vt ſtat ſub ſecunda intentione obiectiua: & nego quòd poſſit diffiniri ſine actu intellectus, & cum dicis, ergo actus intelligendi eſt, qui prædicatur, nego conſequentiam ſed dico, quòd actus intelligendi eſt cauſa, quòd aliquid actu prædicetur, nam prædicari eſt per actum intellectus aliquid alicui attribui.

Ad quartum nego conceptum vniuerſalitatis fundari in cōceptu animalitatis, ſicut accidens in ſubiecto, ſed fundatur in natura cognita ut indiſtincta, non vt in ſubiecto, ſed ut in eo, à quo trahit ſuam virtutem ſed prima & ſecunda intentio formaliter ſumptæ fundantur in intellectu ut in ſubiecto.

Tertium & ſecundum nullam habent apparentiam, ſed ad primum dico, quòd obiectum non poteſt dici intentio: quia per ipſum non tendit intellectus in aliud ſed poteſt dici intentio D uis, uel tendentiæ terminus, eo quòd ſpecies, actus intelligendi & conceptus dicuntur intentio, immo eſt è conuerſo, & ideo obiectum non meretur dici intentio niſi ſecundum quid id eſt terminatiuè vel obiectiuè, quod pro eodem ſumitur.

Quantum ad tertium ſit prima concluſio *perſona non ſignificat ſecundam intentionem.* Patet, quia perſona ſignificat ſuppoſitum ſubſtantiæ cum dignitate, ſed intentio ſecunda non importat dignitatem, ut patet præterea ſecunda intentio eſt ens rationis ſi ſumatur obiectiuè, uel conceptus ſecundus ſi ſumatur formaliter, ergo perſonæ diuinæ ſunt ens rationis uel conceptus intellectus creati quod eſt hæreticum.

Secunda concluſio: *perſona ſignificat rem, cui conuenit ſecunda intentio ſcilicet ſingularitas:* hanc tenet B. Thom. in primo diſt. 23. quæſt. 1. art. 1. ubi ſupra, & adducitur à Capreol. in 1. diſt. 23. q. contra tertiam plures arguunt, quòd ſignificat intentionem, & eorum fortiora argumenta ſunt hæc. primum perſona E diffinitur per intentionem quæ eſt ly indiuidua, ergo ſignificat intentionem. Ad hoc reſpondet vt B. Tho. in articulo reſponſione ad tertium.

Secundo opponitur intentioni, quia vt indiuiduā opponitur ſpeciei, & generi, ergo ſignificat intentionem probatur cōſequentia quia oppoſita debent eſſe eiuſdem generis. Ad hoc nego antecedens, immo opponitur ſubſtantiæ non ſubſiſtenti vt eſt anima, & partes ſubſtantiæ, & ſubſtantiæ vniuerſales, vt homo in communi.

Tertium quòd plurificatur in Deo non dicit rem, ſed intentionem uel ſic, quod eſt commune ſecundum rem, eſt vnum numero ſed perſona non eſt una numero ergo &c. Ad hoc reſpondeo, vt Herue. 1. diſtinct. 23. quæſtion. 1. articul. 1. ad ſecundum.

Quartum perſona eſt ſuppoſitum, ſuppoſitum ſignificat intentionem ergo & perſona. Ad hoc nego argumentum, ſicut A hic Sortes eſt homo: homo eſt ſpecies, ergo &c. nā bene ſta... imponeretur idem nomine ſuppoſiti & perſonæ, ſed nomine perſonæ, ut nomine primæ intentionis & nomine ſuppoſiti nomine ſecundæ intentionis.

ARTICVL. II.

Vtrum perſona ſit idem, quòd Hypoſtaſis.

Circa hunc articulum non ſunt difficultates, ſit tamen tria notabilis, primo quòd in creatis hæc quatuor ſunt idem, ſed non conuertibiliter, perſona Hypoſtaſis: omnis enim perſona eſt Hypoſtaſis, ſed non è conuerſo quoniam perſona dicit ſubſtantiam primam in natura intellectuali: Hypoſtaſis autem dicit ſubſtantiam primam, in omni genere ſubſtantiæ. B Hypoſtaſis, ſubſiſtentia, omnis enim Hypoſtaſis, eſt ſubſiſtentia, ſed non è conuerſo, ut patet de anima intellectiua ſubſiſtentia, eſſentia omnis enim ſubſiſtentia eſt eſſentia, quia eſt aliqua natura, ſed non è conuerſo, nam humanitas eſt eſſentia, & tamen non ſubſiſtit cum ſit ut quo & communicabilis, bene patet quòd hæc per ordinē ſe ſint, ut ſuperius, & inferius.

Nota ſecundo quòd in diuinis eadem quatuor ſe habent ita quòd tres primæ ſunt idem conuertibiliter, cuius ſignum eſt, quod prædicantur in Deo pluraliter eſſentia, autem non eſt idem conuertibiliter, cum prædicetur tantum in ſingulari. Nota tertio quòd ſiue ſint idem re conuertibiliter, uel non in creatis, & in diuinis differunt ratione, quoniam alio modo diffinitur perſona, alio modo Hypoſtaſis.

ARTICVL. III.

C *Vtrum perſona conueniat Deo.*

PErſona ſignificat id, quod eſt perfectiſſimum. vſque ibi *natura &c.* Contra hanc arguitur, natura ſpecifica perfectior eſt indiuiduo, cum ordinetur ad illam, ſed perſona eſt indiuiduum, ergo.

Præterea ſequitur quòd diſtinctio in Deo ſit perfectiſſima, cum diſtincta, quæ ſunt perſonæ diuinæ ſint perfectiſſimæ ſecundum B. Thom. hic, quod tamen eſt falſum cum in Deo ſit diſtinctio realis minima.

Ad primum dico, quòd indiuiduum vt indiuiduum eſt imperfectius natura cum ſit per illam, ſed indiuiduum ut primo & per ſe ſubſiſtens & perfectum ipſa natura, quæ non exiſtit niſi per indiuiduum: ſic B. Thom. dicit perſonam eſſe perfectiſſimam.

Ad ſecundum dico, quòd ratione diſtinctorum eſt diſtin- D ctio perfectiſſima, quoniam ſunt ſuppoſita diuina, ratione autem principij diſtinctiui non eſt perfectiſſima: quoniam diſtinctiuum eſt ipſa incommunicabilitas, quæ abſtrahit à perfectione & imperfectione ſicut relatio.

Sed contra, ergo perſona ſecundum totam rationem nō dicit quid perfectum, quoniam non ſecundum incommunicabilitatem, ergo non poteſt concludi eſſe in Deo ex perfectione diuinæ eſſentiæ.

Ad hoc dico, quòd non concluditur eſſe in Deo ex vniuerſali perfectione diuinæ eſſentiæ ex incommunicabilitate ſed ex ſubſiſtentia in natura diuina, ad quam ſequitur incommunicabilitas.

Non tamen eodem modo. Aduerte quòd perſona increata eſt admixta multiplici imperfectioni, primo ſubſtat accidentibus ſecundo ponit diſtinctionem abſolutam ab alia perſona cum diuiſione eſſentiæ, tertio diſtinctiuum perſonæ creatæ eſt abſolutum, nullum horum ponit perſona diuina. E

Vltimo aduerte, quòd B. Thom. in quæſt. de potentia quæſtione 9. art. 3. probat perſonam conuenire Deo clarius quā hic, & ... eam rationem perſona ex parte naturæ dicit perfectionem, quia dicit naturam intellectualem ex parte modi eſſendi dicit perfectionem qui modus eſt per ſe ſubſiſtere in tali natura, ergo cum omne dicens perfectionem ſit attribuendum Deo, perſona conuenit ei.

ARTICVL. IIII.

Vtrum perſona ſignificet relationem vel eſſentiam.

Circa hunc articulum, aduerte primo quòd de perſona diuina dantur duæ diffinitiones, prima eſt Ricardi, in qua

Universidad de Deusto Biblioteca

ponitur relatio in recto, dicit enim perſona eſt diuinæ naturæ incommunicabilis exiſtentia. ſecunda eſt aliorum Theologorum, in qua natura ponitur in recto, & relatio in obliquo: perſona eſt hypoſtaſis, id eſt ſubſtantia prima proprietate diſtincta, & ideo conuenienter quæritur, utrū diffinitio ſit uera, vel ſi utraque eſt uera, utra tamen ſit magis propria.

Circa igitur hunc artic. duo agenda ſunt primo declarandæ ſunt aliquæ propoſitiones in articul. ſecundo defendenda eſt mens S.Thom.

Quantum ad primum. *Circa ſignificationem huius nominis eſ-* uſque ibi *ſignificat.* Aduerte, quòd hoc nomen perſona conuenit cum abſolutis, quoniam de quolibet perſona prædicatur, nec ſecundum nomen ad aliud refertur, immo, eſt ad ſe, conuenit etiam cum relatiuis, quoniam plurificantur, & in plurali prædicantur.

Vnde quibuſdam uiſum eſt. hic eſt Magiſter Sen. in primo diſtinctio, 25.

C *Ex ordine concilij.* hoc fuit concilium Nicenum.

In ſingulari numero. poteſt ſumi pro abſoluto, & pro relatiuo. Nam cum dicitur, pater eſt perſona, ly perſona poteſt uerificari de eſſentia, nam pater identice eſt eſſentia, & de relatione, quoniam pater eſt paternitas.

Quidam uero dixerunt quòd ſignificat eſſentiam in recto, uſque ibi *conceſſerunt.* Aduerte, quòd in quæſt. de potentia quæſt. 9. artic. 4. improbat utramque opinionem, quia ſi dicit eſſentiam in recto non poteſt prædicari in plurali, non enim ſunt tres eſſentiæ, & tamen ſunt tres perſonæ: ſi autem relationem in recto, ergo non dicitur ad ſe, immo erit formaliter relatiuum quod tamen eſt falſum: non enim perſona eſt alicuius perſona, hic defendit utramque: ne concordantia uidebimus infra.

Situs in natura humana ſignificat hæc. Aduerte quòd in quæſt. de potentia quæſt. 9. articul. 4. dicit hoc eſſe materiale ſignificatum perſonæ humanæ: formale autem eſt eſſe ſubſiſtens diſtinctum in natura humana, & ideo difficile eſt concordare. H

Vnde eſt ſubſiſtens ſicut eſſentia diuina ſubſiſtit. Aduerte quòd relatio diuina re quidem eſt ſubſiſtens cum ſit identice eſſentia diuina, ſed non ſignificatur ut ſubſiſtens, id eſt modo ſubſiſtentis, niſi cum accipitur in concreto, ſicut deitas non ſignificatur ut ſubſiſtens, id eſt ut quòd eſt niſi concretiuè, ut Deus.

Perſona diuina ſignificat relationem uſque ibi *quam natura diuina &c.* Aduerte quòd modo ſubſtantiæ, & ut ſubſiſtentis, idē ſunt eſt enim ſenſus, quod ſignificat relationem in concreto, cum enim dicitur quòd perſona eſt quid ſubſiſtens diſtinctū in natura diuina per ly, ſubſiſtens diſtinctum ſignificatur relatio in concreto puta pater, quæ quidem in concreto ſumpta habet rationem diſtincti, & in abſtracto habet rationem diſtinguentis.

Et ſecundum hoc uerum eſt uſque ibi *per modum Hypoſtaſis.* Aduerte quòd ut melius conſideret determinat ſe aliter, quā in q. de potentia, & in ſignum ſolum per hæc uerba rationem, quam adduxerat, quòd non ſignificat relationem in recto, quando enim arguit quòd non diceretur ad ſe: reſpondet quòd ſi diceret relationem modo relatiui non diceretur ad ſe, ſed quia dicit relationem modo ſubſtantiæ id eſt modo abſoluti licet in ſe ſit res relatiua, ideo ſignificatur, ut dicitur ad ſe.

Similiter etiam ſignificat eſſentiam in recto uſque ibi, *diſtincta.* Aduerte quòd propter hoc ſoluit rationem, qua probauit in q. de potentia, quòd non dicit eſſentiam in recto, nam non dicit eſſentiam modo eſſentiæ: qui eſt modus abſtracti communis, ſed modo ſubſiſtentis uel Hypoſtaſis. id eſt ſub ratione ſubſtantiæ primæ: & ideo poteſt prædicari in plurali.

Quantum ad ſecundum principale antequam deueniam ad impugnatores propono tria dubia in ua Thomiſtica ſine argumentis. primo propter quid perſona diuina dicit eſſentiam & relationem, ſecundo ſi poteſt alterum, uel utrumque dicere in recto modo abſtracto, tertio quid dicat formaliter, & quid materialiter. K

Ad primum reſpon. ut Heru. 1. diſtinct. 25. quæſt. 13. in prima concluſione, ubi inuenies quòd cum de ratione perſonæ ſit ſubſiſtens diſtinctum incommunicabile, ratione ſubſiſtentis includit eſſentiam, ratione autem diſtincti includit relationem: unde qui negat includere eſſentiam negat rationem perſonæ: ſimiliter qui negat includere relationem quoniam aufert incommunicabilitatem.

Ad ſecundum reſponde ut Heru. in eodem loco in concluſione ſecunda ubi inuenies quòd neutrum in abſtracto, eo. q. ſignum modo abſtracti habet rationem quo: perſona autem habet rationem quod. unde ſi diffiniretur perſona diuina, & utrumque includeret in abſtracto, poneretur utrumque in obli- F quo, ſic perſona eſt quid ſubſiſtens in natura diuina diſtinctū proprietate.

Ad tertium difficile eſt reſpondere propter uarietatem dictorum B. Thom. nam in qu. de potentia, quæſtio. 9. art. 4. uidetur dicere quòd ſignificet relationem materialiter. Hypoſtaſim autem formaliter in 1. p. in artic. præſenti.

Ad cuius euidentiam. Videtur declinare ad hoc, quòd ſignificet relationem formaliter modo tamen ſubſtantiæ, nam perſona ſignificat formaliter quid diſtinctum in natura intellectuali: patet autem quòd diſtinctum non cadit ſuper eſſentiam ſed ſupra relationem in concreto ſumptam, quòd dico quoniam in abſtracto ſignata, habet rationem diſtinguentis.

Ad hanc difficultatem reſpondit Heru. ubi ſupra in concluſione tertia conatur conciliare B. Thom. ſed non ualet, ſi bene aduerteris. Expoſitor dicit quòd in prima parte non altius conſiderauit inuenies quòd hic ſe retractat, tu tamen potes dicere quòd relatio in Deo dupliciter conſideratur primo, ut indiuiduatiua, & ſic eſt ut materiale, quoniam omne indiuiduatiuū habet rationem materiæ in uia B. Thom. ſecundo ut eſt quaſi actus etiam forma trahens eſſentiam ad perſonam ſecundum modum intelligendi, ut differentia trahit genus ad ſpeciem, ſic eſt ut formale primo modo B. Thom. conſiderauit relationem in q. de potentia. ſecundo autem modo in 1. p. & ſic poteſt concordari.

Quantum ad impugnatores externos, duo ſunt præcipui. Aureol. & Scot. Aureolus quidem arguit cōtra duas propoſitiones in art. & eius argumenta recitat Capreol. in 1. diſtinct. 25. quæſt. 1. contra tertiam opinionem, contra quam primo arguit eſt hæc in articul. *Similiter etiam ſignificat eſſentiam in recto inquantum eſt hypoſtaſis.* Contra hanc tripliciter primo. Perſona eſt ſubſiſtens diſtinctum eſſentia non eſt quid diſtinctum: ergo perſona non eſt eſſentia.

Secundo, conſtitutum non ſignificat conſtituentia in recto non enim homo eſt anima, ergo.

Tertio, quod ſignificatur in recto nomine perſonæ uere plurificatur in Deo eſſentia non plurificatur, ergo Aduerte quòd Capreol. ſoluit hæc argumenta per diſtinctionem de ſignificato formali & materiali. & accipit ſignificatum formale perſonæ id ad quod ſignificandum eſt impoſitum, & hoc eſt ſubſiſtens diſtinctum, ſignificatum autem materiale accipit id, ſine quo ſubſiſtens non eſſet, quia ſine eſſentiali & relatione illud non eſſet ideo tam eſſentiam quam relationem ſignificatas in abſtracto ponit de ſignificato materiali perſonæ. Ex hac diſtinctione ad primum concedit totum, & dicit concludere, quòd eſſentia in abſtracto, non eſt perſona de ſignificato formali: tunc enim eſſet neceſſe eſſentiam eſſe diſtinctam.

Ad ſecundum & tertium per idem. Tu tamen clarius dicere potes, quòd Aureolus fallitur, putans Be. Thom. dicere perſonam eſſe eſſentiam in recto, ſumendo eſſentiam in abſtracto quod eſt falſum: nam ut prædiximus neutrum in abſtracto dicit in recto. I

Ad tertium per idem, Nā quod ſignificatur ut in recto ſignificatum ut formale. Concedo maiorem ſed hoc nō eſt eſſentia in abſtracto ſed ſubſiſtens diſtinctum, & hoc plurificatur.

Secunda propoſitio, contra quam arguit eſt hæc, *Et ſecundum hoc uerum eſt quòd perſona ſignificat relationem in recto ut ſubſiſtentem.* Contra hāc tripliciter ut refert Capreol. ubi ſupra ſecundo loco.

Conſtituens non ſignificatur per conſtitutum in recto, ſed relatio ut ſubſiſtens eſt conſtituens, ergo.

Ad huius maiorem dico, quòd eſt uera, ſumpto conſtituente in abſtracto non autem in concreto, & nego minorem, nā relatio ut ſubſiſtens eſt conſtitutum, & habet rationem, quod.

Secundo dicit B. Thom. in q. de potentia quæſt. 9. artic. 4. q. perſona ſignificat formaliter ſubſiſtens diſtinctum: materialiter autem relationem & eſſentiam, ergo non ſignificat in recto relationem, aliter eſſet ſuum ſignificatum formale, quod ipſe negat. Ad hoc dico, quòd B. Thom. in quæſt. de potentia conſiderauit relationem in abſtracto, ut habet rationem principij indiuiduatiui, & ſic eſt, ut materiale, ſed in 1. part. ſumit in concreto, ut habet modum ſubſtantiæ ſic eſt formale: & ſic ponitur in recto in diffinitione perſonæ.

Tertio ratio ut ſubſiſtens, uel eſt quid partiale reſpectu perſonæ, uel totale, ſi primo modo, non ſignificatur in recto, ſi ſecundo, ergo ſic perſona eſt quid conſtitutum ex eſſentia, & relatione, ſic relatio ut ſubſiſtens dicit quid conſtitutum ex eſſentia & relatione, & ſic non ponitur in recto, nec ut relatio, nec ut ſubſiſtens.

Ad hoc dico, quòd eſt totale ex parte rei, ſed non ſecundum rationem

rationem, & cum arguit, *ergo ſicut perſona &c.* nego conſequentiam, non enim concretum dicit conſtitutum ex multis, ſed formam in ſubiecto, ſic relatio diuina in concreto, puta pater ut ſic dicit patrem in natura diuina. A

Scotus autem in 1. diſtinct. 23. tenet quòd perſona ex ſua ratione formali non dicit niſi incommunicabilitatē, licet et ad iunctionem rationalem, & eſſentiam, quoniam illa incommunicabilitas eſt negatiua, uult quòd perſona, ut communis tribus non dicat niſi conceptum negatiuum communem tribus, qui non requirit aliquod poſitiuum commune tribus, eo quòd ab ultimis diſtinctis, & diſtinctiuis non poteſt abſtrahi aliquod commune poſitiuum, aliter non eſſent primo diuerſa, poteſt tamen abſtrahi commune negatiuum, ut Aſinus & Equus conueniunt in non homine: ſimiliter eorum differentiæ, non tamen in aliquo poſitiuo, ut ſunt diſparatæ ſpecies. ſed B. Thom. reducit incommunicabilitatem communem tribus ad eſſentiam ut eſt hypoſtaſis, ad relationem ut ſubſiſtentem, ita quòd Hypoſtaſis & ſubſiſtens diſtinctum, ſic conuenit tribus, ſicut incommunicabilitas, immo conſequitur ad illa. B

Argumenta Scoti ſumpta partim ex diſtinct. 23. partim ex 25. ſunt tria.

Primum probat quòd non dicit relationem ex ſua ratione formali. Relatiuum ſuperius dicitur ad aliud, ad quod dicitur relatiuum inferius, hæc non primum exemplum, nam duplū eſt duplum dimidij, ſic duplum multiplex dimidij, ſed perſona non dicitur ad aliud quod pater dicitur. non enim dicitur perſona, filij perſona, ergo &c.

Ad hoc eius propoſitio aſſumpta eſt uera tantum, quandó utrumque relatiuum ſignificatur modo relatiuo, ſed ſi alterū, puta ſuperius ſignificatur modo abſoluto non eſt uera, conſtat autem, quòd perſona ſic ſignificatur ideo non concludit, nec exemplum iuuat, utraque enim ſignificatur modo relatiuo, quod non contigit in propoſito.

Secundum probat, quòd nec ſignificat ſubſtantiam, & Hypoſtaſim, quia ly Hypoſtaſis eſt indifferens ad abſolutum, & relatiuum, perſona autem eſt quid relatiuum in Deo. C

Ad hoc licet Hypoſtaſis, ut Hypoſtaſis ſit indifferens, non tamen ut diuina, immo ut eſt reſpectiua.

Tertium probat quòd nullum poſitiuum quidditatiue poſſit tribus eſſe commune, ut prædicatum in quid, ab ultimis diſtinctiuis, & ultimis diſtinctis nihil poſitiue poteſt abſtrahi: ſed perſonæ diuinæ ſunt ultimo diſtinctæ, cum ſint ut ſpecies ſpecialiſſimæ diſparatæ in genere relationis, ergo.

Ad hoc, maior, non eſt uera, niſi quando ultima diſtincta, & diſtinctiua ſignificantur ſub ultimis conceptibus, ſignificare perſonam diuinam ſub conceptu paternitatis, & filiationis modo conſtat quod cum dico perſonam diuinam, non dico hunc perſonam, & ideo eius ratio non ualet.

Quæſtio XXX.

ARTICVLVS I.

CIRCA hunc articul. non cadit difficultas, niſi in reſponſione ad quartum de duplici numero, ubi inquit Bea. Thom. *Numerus abſolutus non eſt niſi per acceptionem intellectus noſtri,* uſque illi, *ut ſunt intellecta.* Nam tunc uidetur quòd tantum ſit ens rationis, cum ſit per opus ſolius intellectus, & tamen Arithmetica, ſi eſt de numero abſoluto, ergo ſcientia realis pro ſubiecto habebit ens rationis, quod eſt inconueniens.

Ad hoc dico duo, primo quòd licet non habeat eſſe niſi per intellectum, non tamen ſequitur quod ſit ens rationis, ut diſtinguitur contra ens reale aliter ſcientia eſſet ens rationis, & omnis habitus in intellectu. E

Dico ſecundo, quòd Arithmetica non eſt de illo, ſed de applicato, licet non cōſideretur, ut applicatus quoniam abſtrahit à materia ſecundum rationem, ſed nō ſecundum eſſe. ſic Geometria eſt de linea, quæ eſt in corpore naturali ex ſecundo phyſicorum: licet non conſideretur, ut eſt in tali, uel tali corpore.

ARTICVL. II.

Vtrum in Deo ſint plures perſonæ quam tres.

CIrca hunc articulum duo ſunt agenda, primo proponuntur duo notabilia circa probationem, & ſufficientiam triū perſonarum, ſecundo mouebo quædam dubia circa aliquas propoſitiones huius artic.

Primo aduerte quòd probatio concluſionis ſtat in hoc formaliter, ſi perſonæ diuinæ ſunt plures, quam tres, eſt propter quatuor relationes, quarum quælibet deberet perſonam conſtituere: ſed hoc non eſt neceſſe quoniam ſpiratio actiua non habet oppoſitionem ad paternitatem, nec ad filiationem, ergo nec diſtinctionem, ergo non conſtituit perſonam diſtinctam à patre, & filio, & ſic remanent tantum tres conſtituentes, ergo tantum tres perſonæ.

Secundo. Aduerte quòd Herueus in prima diſtinct. 10. quæſtion. 1. articul. 4. addicit modum, quo Beat. Thom. in quæſt. de potentia quæſtion. 9. articul. 9. aſſignat ſufficientiam trium perſonarum, & ſtat in hoc. Perſonæ diuinæ multiplicantur ex modo procedendi & hoc dupliciter, quia uel per non procedere, & ſic eſt pater, & non poſſunt eſſe plures improducti, quoniam cum non includeret ordinem originis, non diſtinguerentur realiter, & ut dicit Hilarius, ſi eſſent plures improducti eſſent plures dij, uel per procedere, & hoc dupliciter, uel per modum intellectus, ſic eſt uerbum, uel per modum uoluntatis, ſic eſt ſpiritus ſan. & non poſſunt eſſe plures actiones immanentes, ergo ſunt tantum tres perſonæ, ſed dicit illic Herueus. hæc uia præciſe ſumpta non eſt efficax: quoniam quod procedit per modum intellectus & uoluntatis, magis diſtinguuntur, ut ſic, quàm intellectus & uoluntas, quæ cum non diſtinguantur niſi ratione: nec perſonæ diſtinguerentur niſi ratione. Vnde ſicut ſupra dictum eſt, quod ad diſtinctionem realem proceſſionum non ſufficit diſtinctio formalis principiorum productiuorum, ſed ordo originis pro ut procedens eſt à generante, & genito: ſic diuerſus modus procedendi non ſufficit ad diſtinctionem realem perſonarum, niſi conſumptis relationibus oppoſitis, & propterea uia poſita in præſenti articul. eſt efficax, aliæ autem ſunt ad apertiones.

Quantum ad primum principale Aduerte quædam propoſitiones dubiæ ſunt in articul. quas eſt neceſſe uentilare.

Prima, *ſi quæ relationes non ſunt oppoſitæ, ad eandem perſonā pertinent.* Contra, paternitas & ſpiratio paſſiua non ſunt oppoſita, quia Pater, & procedens non ſunt correlatiua, ergo ſtante propoſitione B. Thom. utramque poterit eſſe in patre, & ſic patri non repugnat produci.

Ad hoc Expoſitor reſpondet quòd licet non opponantur relatiuè ratione relationis, quia non ſunt correlatiua, tamen opponuntur relatiuè ratione originis, quia de ratione procedentis eſt, quod ſit à generante, & genito, pro ut proceſſio amoris eſt ex proceſſione intellectus, & non è conuerſo, & propter talem ordinem originis ſtat realis diſtinctio inter paternitatem & filiationem.

D Tu autem clarius potes dicere, quòd etſi præciſè ſumptæ nō opponuntur relatiuè, tamen aliquo ſubintellecto, ſcilicet originis opponuntur nam pater à quo eſt perſona procedens, opponitur procedenti, & ideo quia inter patrem, & ſpirantem non cadit origo, quia non neceſſe ſpirans, ut ſpirans eſt à patre, taliter patri ſpiratus eſſe ab altero, ſed ut hic ſpirans, puta filius, propter ea paternitas, & ſpiratio actiua non opponuntur, nec præciſe ſumpta, nec cum aliquo ſubintellecto, & ideo eidē perſonæ conueniunt.

Oportet ergo uel uni quæritur, cur B. Thom. proponit diſiunctiuam, & tamen tantum primam partem diſcutit, ſcilicet uel una tantum conueniat utrique & relinquit illam, uel una uni, uel altera alteri.

Ad hoc dico, quòd ex diſcuſſione primæ partis apud ingenioſos, ſequitur manifeſtatio ſecundæ: nam diſcutit, quòd una ſcilicet proceſſio non poteſt conuenire patri, & filio, quoniam repugnat generanti, & genito eſſe procedentes, ex eadem ſequitur manifeſte hanc copulatiuam eſſe falſam una ſcilicet ſpiratio actiua conueniat patri, & alia ſcilicet proceſſio cōueniat filio, uel è conuerſo: nam determinatum eſt repugnare filio procedere, ſimiliter filio ſpirare patrem.

Tertia non autem poteſt eſſe, uſque ibi *alteri eorum.* Quæritur cur Be. Thom. proponit negatiuam cum duplici parte, & tamē primam tantum proſequitur relinquens ſecundam, ſcilicet *uel alteri eorum.*

Ad hoc dico, quòd oſtenſo, quomodo repugnat copulatiuè patri & filio procedere, quoniam generatio non eſt ex proceſſione, ſed è conuerſo, ſtatim infertur apud ingenioſum, quòd diſiunctiuè repugnat alteri eorum.

Relinquitur ergo, uſque in finem. Quæritur cur B. Thom. concludit, quòd ſpiratio conueniat patri, & filio, cum tamē ſolum probauerit, quod proceſſio non conuenit patri, & filio: non enim ex hac negatiuè uidetur ſequi hæc affirmatio, ſpiratio actiua

Univerſidad de Deusto Biblioteca

actiua, conuenit, patri, & filio: ſtat enim cum illa negatiua quod conueniat ſoli patri.

Ad hoc dico, quòd non concludit abſolute illam affirmatiuam, ex negatiua, ſed ultra hoc addit proprium medium, ibi ut pote nullam habent oppoſitionem nam ex eo, quod non opponitur, ſequitur utrique conuenire, quæcunque enim conueniunt patri, conueniunt filio remota oppoſitione relatiua, vt dicemus infra loquentes de ſpiritu Sancto.

Articvl. III.

Vtrum termini numerales ponant aliquid in diuinis.

Circa hunc artic. primo conſiderantur propoſitiones Beat. Tho. ſecundo ponam defenſionem impugnantium. Quãtum ad primum: *Magiſter in Sen.* vide ſex. Magiſtri in 1. diſt. 24. in principio: *& hanc conſequitur numerus qui eſt ſpecies quantitatis.* Aduerte quòd hæc intētio fundata eſt in 3. phyſicorum tertu 66. vbi ſic habetur, *non ſi ... hic numerus à diuiſione continua*, ſed in immaterialibus non eſt diuiſio continui ergo nec inueniuntur in eis. Præterea quantitas non eſt eiuſdem rationis in ſeparatis & materialibus cum illa ſit perfectionalis, hæc autem dimenſiua ergo numerus cauſatus ex diuiſione non eſt eiuſdem rationis in his, & in illis. Præterea Beat. Thom. in 3. phyſicorum lect. 12. ibi, *eſt autem duplex diuiſio*, aſſignat differentiam inter numerum quantitatiuum, & numerum tranſcendentem, quoniam quantitatiuus tendit in infinitum ex Ariſt. 3. Phyſicorum, tranſcendens autem, quia eſt numerus naturarum non cum ſint determinatæ ſpeciei in vniuerſo.

Alia eſt diuiſio formalis quæ fit per oppoſitas formas. Aduerte quòd Beat. Thom. in 4. metaphyſic. lect. 2. non dicit quòd fiant per diuerſas formas, ſed per diuerſas entitates, prout una non eſt alia, vnde in ſeparatis licet non ſit forma propriè dicta, tamẽ talis diuiſio eſt, quia ſunt diſtinctæ quidditates, & poſſunt dici formæ vel actus metaphyſici. *Et talem multitudinem ſolam contingit eſſe in rebus materialibus.* Aduerte propter ly, *ſolam* quòd in ſeparatis, quia non eſt quantitas, ideo eſt ſola vnitas, & multitudo tranſcendens, quia in corporeis eſt duplex quantitas dimenſiua & perfectionalis, ideo in eis eſt duplex vnitas, & duplex multitudo ſcilicet quantitatiua, & tranſcendens, ut videbis in Capreol. in 1. diſtin. 24. quæſtio. 1. ad ſecundum Gregorij, contra primam.

Alij vero eandem multitudinem vſque ibi quod eſt quantitas. Aduerte quòd licet B. Thom. hanc opinionem hic pertranſeat, tamen in quæſtio. de potentia quæſtio. 9. artic. 7. ibi, *ſed illud non eſt ſimile* eam improbat, & ſtat in hoc, quia omnes ſpecies quãtitatis ex ratione ſpeciei dicunt imperfectionem, quia conſequuntur materiam, & ſunt inſeparabiles à materia ſecundum eſſe *ſpecies autem qualitatis &c.* Vide eum.

Nos autem dicimus quod termini numerales. Ratio huius eſt quia numerus quantitatiuus, eſt numerus materialis, nullum autem materiale prædicatur de Deo niſi metaphyſice.

Huiuſmodi autem vnum. Aduerte quòd B. Tho. in 4. metaphy. contra Commentatorem in lect. 2. probat, quod tale vnum tranſcendens non addit aliquid poſitiuum, primo quia eſſet proceſſus in infinitum. ſecundo quia illud additum eſſet diſtinctum ab ente, ut ens eſt, ergo eſſet non ens, & per conſequens non poſitiuum.

Eadem ratione videtur res multa multitudo, ſic accepta ſignificat res illas. Aduerte quòd B. Thom. in quæſt. de potentia quæſt. 9. artic. 7. ibi, *& ſimiliter multitudo.* Clarius dicit quòd multitudo addit diuiſionem ſupra ens, ſuppoſita indiuiſione circa vnumquodque, quod eſt pars multitudinis: ita quòd multitudo dicit duplicem negationem, dicit enim negationem diuiſionis circa vnamquamque earum, intelligendum eſt, de diſtinctione vnius ab altero in hoc enim completur ratio multitudinis.

Numerus autem qui eſt ſpecies quantitatis &c. & ſimiliter vnum vſque, ibi, *numeri* hanc licet ponat tantum in prima parte, tamen in q. de potentia Dei, quæſtio. 9. articul. 7. ibi *quod quidem vnum*, & ratio eius ſtat in hoc, quia eſt in determinato genere accidentis ſcilicet in quantitate, ergo dicit aliquid ſupra rem, quæ dicitur una, uel numerata.

Quid autem ſit illud quod addit, vide Capreolum in 1. d. 25. quæſt. 1. in probatione primæ concluſionis, ibi *Si ga autem res ſit.* Sed aduerte quod Paulus Sonc. in 10. metaphyſic. quæſt. 3. improbat Capreolum, qui tenet hac unitatem eſſe non continuitatem nec quantitatem continuam, ſed eſſe indiuiſum, quod dat talis quantitas ſubiecto ſuo. Paulus autem non vult, quòd ſit illud eſſe, ſed ipſa continuitas: & probat dupliciter: primo ſic quantitate continua lapis eſt indiuiſus in ſe, & diuiſus à quolibet alio, ergo illa eſt unitas lapidis. ſecundò ſola quantitate continua poſita in lapide a. & quolibet alio remoto, lapis a. facit numerum cum lapide b. ergo illa eſt unitas lapidis.

Ad primum, nego antecedens: dico enim quòd ſuppoſito, quòd quantitas continua non daret eſſe indiuiſum lapidi, nõ poſſet dici indiuiſus in ſe, & indiuiſus ab alio. Vnde huius indiuiſionis quantitas continua eſt principium remotum, ratio propria eſt illud eſſe indiuiſum: unde ueretur dici vnitas.

Ad ſecundum per idem nego antecedens, quia ſeclusõ eſſe indiuiſo non faciet numerum, quia non erit vnum. vnde ſi Paulus aduertiſſet conditiones, quas attribuit continuitati poſſe æquæ bene attribui ipſi eſſe indiuiſo non inſurgeret contra Capreol. Tu igitur tene cum Capreol. in reſponſione ad primã & ſecundum in artic. quæ videntur concludere quòd termini numerales ponant aliquid in Deo. Aduerte quòd ly, ponere aliquid in Deo, dupliciter exponitur primo quia dicit aliquid poſitiuum in Deo, & ſic termini numerales ponunt aliquid in Deo poſitiuum, & attribui dicuntur Deo, quia eſſentia quæ vt indiuiſa dicitur vna, & ut eſt principium intelligendi dicitur intellectus.

Secundo quia addunt aliquid poſitiuum ſuper eſſentiam ſic non ponunt aliquid in Deo, ſed in creaturis in quibus eſt cõpoſitio ſubſtantiæ & accidentium pro reſponſione ad tertium aduerte, ut dixit Beat. Thom. ſupra in quæſt. 11. ar. ſecundo ad quartum multitudo vt conſtituta ex vnitatibus eſt poſterior vno vt autem includit diuiſionem qua priuatur vnum, eſt prior uno, nam in primo ſigno apprehendimus, quòd a. eſt ens, & in ſecunda quòd a. non eſt b. & in tertio quia a. eſt indiuiſus, & b. in ſe, & tunc apprehendimus quod a. eſt vnum. & b. eſt vnum & in quarto apprehendimus quod a. & b. conſtituunt multitudinem quia primo apprehendimus diuiſionem in ſecundo ſigno quæ clauduntur in ratione multitudinis ſtat quòd ratione diuiſionis multitudo eſt prior vno. Quantũ ad ſecundum principale, aduerte, quòd tres propoſitiones articuli ſunt impugnatæ.

Prima ſ. vnde talis numerus, qui eſt ſpecies quantitatis non tranſeunt eſſe nobis materialibus. Contra hanc argumentatur Grego. in 1. diſtinctione duodecima quarta quæſtione prima articulo ſecundo contra ſecundam vt autem videas argumenta per ſe ſoluta: primo pono phantaſiam eius ſecundo declaro in quo decipitur Capreol. recitat in primo diſtinct. 24. quæſt. 1. art. 2. in 1. concluſione.

Circa primum ſcias quòd mens eius ſtat in hoc. Vnum eſt duplex. ſcilicet vnum ſimpliciter, & eſt illud, quod eſt indiuiſibile actu & potentia qualia ſunt abſtracta. & vnum ſecundum quid puta actu licet ſit diuiſibile in potentia vt omnia compoſita materialia, primum vnum componit numerum ſimpliciter & ſecundum vnum numerum, ſecundum quid enim partes ſunt vnitates ſecundum quid, vt duo lapides, ſic expoſitis terminis tenet ipſe, quòd vnum ſimpliciter & numerus ſimpliciter non ſunt, niſi in abſtractis, quia ſola indiuiſibilia actu & potentia, numerus autem vt unum ſecundum quid in compoſitis tantum.

Circa ſecundum ſcias, quòd fallitur propter hoc, quia non diſtinguit inter unitatem, & vnum denominatiue nam unitas dicit diuiſionem ſimpliciter ... non eſt neceſſe, quòd dicat indiuiſionem ſimpliciter: licet enim quòd ſit diuiſibile, licet actu non ſit diuiſum: & ideo ſi conſideraueris inuenies quòd argumenta eius non concludunt de vno, ſed de unitate.

Item ſcias, quòd multitudo eſt quid ſuperius ad numerum formalem, ſiue metaphyſicum, & numerum quantitatiuum ſicut analogum, & omnes paſſiones, ac proprietates, & nomina ſpecierum, quæ verificantur de numero quantitatiuo, prius verificantur de multitudine: unde paritas, & imparitas, & perfectio & ſuper excedentia binarius ternarius &c. non ſunt conuenientes ſolum modo quantitatiuo, ſed multitudini, & ſic paritas, & aliæ proprietates, ut prædicantur de duobus angelis, & duobus lapidibus eſt prædicatio analoga, & ex hac declaratione videbis ſoluta eius argumenta recitata à Capreol. in 1. diſt. 24. q. 1. contra ſecundam in ſecundo loco.

Secunda, huiuſmodi vnum ſicut ſupra dictum eſt. Contra hanc arguit Scotus, ut refert Capreol. in 1. diſtinct. 24 quæſtio. 1. contra tertiam, ſed aduerte ipſum decipi in hoc, quod credit mentem noſtram eſſe illam indiuiſionem eſſe ipſum vnum, quod vnq; hac fallum eſt ... entitatem rei, ut ſit ſub indiuiſione eſſe vnum ens & ſumpta pro toto, & non tantum pro indiuiſione eſt paſſio entis & ut ſic eſt menſura, & eſt perfectio, &

fectio, & prædicatur de Deo, & conſtituit multitudinem, propterea argumenta illa procedunt ex malo intellectu, vt videbis: ideo non militant contra viam B. Thom.

Tertia numerus autem, qui eſt ſpecies quantitatis. Contra arguit Grego. in Capreol. 1. diſt. 24. quæſt. 1. contra primam. Aduerte ipſum decipi in hoc, quod credit rem ſola ſua ſubiecta eſſe indiuiſam in ſe, & diuiſam ab alia, & ſic ſe ipſa eſſe vnam, ſicut ſua entitate eſt ens, quod tamen non eſt uerum, niſi unitate tranſcendenti, ſi autem debet eſſe una quantitatiua, requiritur quãtitas, & eſſe quantitatis indiuiſum. Secundo decipitur, quia credit illam unitatem, ſi eſt diſtincta à re, una non poſſe cauſari, niſi ex alteratione, & generatione, quod tamen non eſt uerũ, immo ſola copulatio ſufficit, ſicut ſola diuiſio cauſat multitudinem. Tertio decipitur in ſubiecto talis unitatis credit enim ſi eſt diſtincta a re una, quod debeat eſſe ſubiectiue in aliqua parte quod non eſt uerum immo eius ſubiectum adæquatum eſt tota res una, & in hoc differt unitas a puncto de quo dicit Commentator in 5. metap. comm. 11. indiuiſibilem quantitate ſi non habet ſitum, eſt principium numeri ſi habet, eſt punctum. & propterea dicitur quòd unitas eſt ſimplicior puncto, quoniã abſtrahit a ſitu, non quod ſit extra continuum, ſed quia nõ determinat ſibi aliquod ſignabile in continuo, ex his ſolutæ apparebunt tibi eius argumenta.

Articvl. IIII.

Vtrum perſona ſit nomen commune Tribus.

Circa hunc art. primò examinabuntur propoſitiones aliquę. ſecundo defendam concluſionem contra Aureol.

Primo, Quidam dixerunt quod eſt communitas negatiua. Aduerte quod inter hos fuit Scotus, vt patet in 1. diſtinct. 24. cuius ſenſum recitauit in quæſt. 29. art. 4. & ſolui rationem eius, de vltimis diſtinctionis & diſtincti.

Secunda, Quidam dicunt, quòd eſt communitas intentionis. Inter hos eſt Hiſpanus, cuius argumenta recitata à Capreolo in primo diſtinct. 23. q. 1. contra ſecundam ſupra ſoluimus, in quæſt. 29. quarto.

Tertio non ſunt conſequens, & ſpecies, ſed ſicut indiuiduum vagum. Aduerte quod ly conſequens, & ſpecies, non ſumuntur pro ſecunda intentione, ſed pro re, cui attribuitur intentio, idem dicas de indiuiduo vago, & eſt ac ſi diceret, non ſicut nomẽ generis, ut animal, nec ſicut nomen ſpeciei, vt homo ſed ſicut nomen indiuidui vagi, ut aliquis homo.

Quarta nomina enim ſpecierum & generum. Aduerte quòd nomina enim generis, & ſpeciei, naturam communem ſemper non ... nomen autem indiuidui vagi importat naturam communem, non ut communis eſt, ſed ut indiuiduata, & per ſe ſubſiſtens, ſed non explicat, indiuiduantiam nomen autem indiuidui ... communem indiuiduatam, & explicat principia indiuiduantia, puta hanc carnem &c. & propterea eſt ſub vltimo conceptu, & vltima determinatione, & ideo non poteſt de pluribus prædicari.

Quinta hoc tamen intereſt. Aduerte quòd indiuiduum vagum ex parte naturæ dicit diſtinctionem in natura, & in modo exiſtendi, indiuiduum autem uagum ex parte modi exiſtendi dicit indiſtinctionem in natura & diſtinctionem ex parte modi exiſtendi, qui eſt modus relationis, ut per ſe ſubſiſtentis in Deo primum indiuiduum uagum inuenitur in creatis, & non ſecundum. in Deo autem ſecundum, & non primũ quia ſtat eſſentia indiſtincta in tribus.

Indiuiduum vagum duplex ex parte naturæ ex parte modi.

Secunda hoc autem nomen perſona. Hæc eſt concluſio, reſponſio cuius ratio debet ſic formari, perſona diuina dicit ſubſiſtens diſtinctum in natura diuina. ſtante indiſtinctione naturæ, & hæc ratio perſonæ conuenit vniuoce Tribus, ergo eſt communis Tribus: ut indiuiduum vagum ex parte modi exiſtendi.

Quantum ad Aureolum, Aduerte, quòd deceptus eſt. Primo, quia idem iudicauit de perſona, aliqua perſona, & hac perſona, ſicut de homine, aliquo homine, & hoc homine. & tamen iudicium eſt falſum, quoniam homo ſignificat naturam communem ſimpliciter, ut ſpecies: perſona autem non naturam communem, ſed ſubſiſtens diſtinctum, & ideo perſona, & aliqua perſona ſunt indiuiduum uagum. Decipitur ſecundo quia exiſtimauit perſonam eſſe indiuiduum vagũ, ſicut Deus, quod eſt falſum, quia ly, Deus eſt indiuiduum vagum ex parte naturæ perſona autem ex parte modi exiſtendi tantum. Decipitur tertio quia credit non poſſe ſignari indiuiduum vagũ niſi per nomen ſpeciei, uel naturæ cum ſigno particulari, quod eſt falſum de indiuiduo, uago ex parte modi exiſtendi, quod tamen reperitur in Deo tantum. Pro reſponſione ad tertium in articulo aduerte, quòd Ioannes Bacon. in primo diſt. 24. q. 1. ibi, *ſed ſine aſſertione* tenet quod relatio eſt prædicatum uniuerſale, ut conſequens ad paternitatem, & filiationem. Sed dicit, quòd uniuerſale poteſt accipi dupliciter. primo pro natura partita, & diſtincta in ſingularibus, & determinata ad certum gradũ ſecundo pro communi prædicato quidditatiue uniuoco diſtinguibili per differentias ſuas formales: primo modo non eſt uniuerſale in Deo, quia illæ conditiones includunt imperfectionem, & in hoc ſenſu B. Thom. negat uniuerſale in Deo, dicit enim in hac reſponſione quodlibet uniuerſale prædicatur de pluribus ſecundum eſſe indifferentibus, ſecundo modo relatiuo modo poteſt dici uniuerſale ad filiationem, & paternitatem, de perſona autem dicit, quod non eſt uniuerſale nec primo nec ſecundo modo, quia uniuerſale eſt prædicatum eſſentiale, & non exiſtentiæ, ergo &c. De Deo autem dicit, quòd cum prædicatur de perſonis, non eſt uniuerſale quoniam uniuerſale prædicatur formaliter de ſuo inferiori, & non tantum identice: Deus autem non prædicatur formaliter de perſonis, puta patre, & filio, quoniam relatiuum non diffinitur per abſolutum, ut ſic. & hæc omnia probabiliter, & diſputatiue poſſunt teneri, etiam in uia B. Thom.

¶ Quæſtio XXXI.

Articvlvs I.

Vtrum filius ſit alius à patre.

Circa articulum primum, non cadit difficultas. Circa ſecundum duo agenda ſunt, primo ordinare terminos, quos vitare, & quibus uti debemus contra Arrium & Sabellium, ſecundo inueſtigandum eſt, quomodo alius alia aliud uerificentur in Deo, & hinc mouebo dubium.

Quantum ad primum, vt ordo pateat, oculis deſigno ſic:

Confitenda contra Arrium.	Identitas perſonarum in eſſentia.	Simplicitas perſonarum in eſſentia.	Aequalitas perſonarum in eſſentia.	Similitudo perſonarum in eſſentia.
Vitanda contra Arrium.	Diuerſitas perſonarum vel differentia in eſſentia.	Diuiſio perſonarum in eſſentia.	Diſparitas perſonarum in eſſentia.	Alienitas perſonarum uel difformitas.
Confitenda contra Sabellium.	Pluralitas perſonarum.	Diſtinctio perſonarum.	Diſcretio vel ordo perſonarum.	Conſortium perſonarum.
Vitanda contra Sabellium.	Singularitas perſonarum.	Indiſtinctio perſonarum ſignificata, per ly unicum.	Confuſio perſonarum.	Solitudo perſonarum.

Qvantum ad ſecundum, Aduerte, quòd ſi Alius teneatur adiectiue, id eſt, adiungatur ſubſtantiuum in eodem caſu, & propoſitio fiat de termino perſonali, erit uera: ſi de termino eſſentiali, erit falſa, & vtriuſque declarationem

vide

Universidad de Deusto
Biblioteca

vide in Herv. in 1. d. 9. quæſt. 1. in principio clarus, & reſolutus eſt, ſi autem teneatur in omni genere ſubſtantiui aliud dici diſtinctionem in perſona, aliã diſtinctionem in proprietate, aliud diſtinctionem in eſſentia, & hanc aſſignationem poſuit Beat. Thom. in 1. d. 9. q. 1. ar. 1.

Sed quæritur, an Be. Thom. concederet, quòd poſſit ſubſtantiuari, in omni genere & ſuppoſito. Quòd ſi non, utrum hoc ſit ex proprietate ſermonis, & ex ſignificato rei, an tantum ex impoſitione patrum.

Ad primum dico quòd B. Thom. in 1. diſt. vt ſuprà non vult, quòd ſubſtantiuetur in omni genere, ſed tantum in neutro, quia eſt ſicut informe, & commune, ideo attribuitur eſſentiæ, maſculinum autem, & fœmininum, ſicut formatum.

Ad ſecundum dico quod ex logica, quâ utimur in creatis nõ poteſt concludi ex ſignificato rei, quod magis debeat ſubſtantiuari in neutro genere, quam in alio, quia in omni genere in creatis importat diſtinctionem eſſentialem, non tamen [illegible] diſtinctio realis, ſine diſtinctione eſſentiali. Vnde cum dicimus, Sortes eſt alius à Platone, & ſic aliter in ſuppoſito & in eſſentia. Ex logica autem, qua vtimur in Deo, in quo ſit diſtinctio realis, ſine diſtinctione eſſentiali, dico, quòd conuenienter ſubſtantiuatur in neutro, & ſic ſignificat eſſentiam. Nam ex eo, quod indeterminata eſt, & communis, ideo conuenienter attribuitur ei neutrum genus, ut indeterminatum, non autem conuenienter in maſculino, quoniam ſubſtantiuum dictum ſignificationem abſolutam: ergo diceret aliatantum ſuppoſita, & non tantum in ſuppoſito. Aduerte tamen vt dicit Herve. in 1. diſtin. 9. ar. 1. quod hæc ambiguitas non poteſt conuenire ei ex rei ſignificato, ſed potius ex vſu, & adaptatione patrum fundantium ſe ſuper conuenientiam dictam inter eſſentiam, & neutrum genus, quæ tamen conuenientia non cogit: poteſt enim ſuſtineri, quod licet neutrum ex modo ſignificandi ſit indeterminatum, quia non dicit determinatum ſexum, tamen quantum ad rem ſignificatam dicit quid determinatum. Item poteſt ſuſtineri, quod aliud, alius ſignificet aliquid tam ſubſtantiue, quam adiectiue, quod autem ſignificat hanc, puta in ſuppoſito uel illam, ut in eſſentia, non habet à ſe, ſed ex adiunctis.

Articvl. III.

Vtrum dictio excluſiua ſit apponenda eſſentiæ, &

Articvl. IIII.

Vtrum dictio excluſiua ſit apponenda termino perſonali.

VTerque articulus ex connexione pertractandus eſt ſimul, & ſunto tria. Primo declarabo aliquas propoſitiones in 1. art. ſecundo, ponam regulam excluſiuæ, cum ſuis corollarijs, tertio videbo, quomodo poſſit verificari in Deo tam in eſſentialibus, quam in perſonalibus.

Prima dicitur autem dictio cathegorica. Aduerte apud logicos terminum cathegorematicum eſt ille, qui tam ex propoſitione quã extra, aliquid per ſe ſignificatiue importat in concreto, ſiue in abſtracto.

Secunda, dictio vero ſyncategorematica. Aduerte primo, quòd apud logicos terminus ſyncathegorematicus eſt ille, qui nec in propoſitione, nec extra aliquid ſignificat, ſed tantum habet officium in propoſitione, aut vniuerſaliſandi, aut diſtribuendi, aut copulandi, aut confundendi, vt ſigna vniuerſalia, particularia, dictio excluſiua, exceptiua &c. Aduerte ſecundo, illa verba quæ *important ordinem,* id eſt, quæ dictione ſyncathegorematica cognoſcimus quomodo terminus prædicatus ſit ſubiecto, an uniuerſaliter, an particulariter, an conuertatur ſubiecto, & hoc ordine facit dictio excluſiua.

Tertia, in reſponſione ad primum, *Non excludit ſolitudinem abſolutam, & ſimiliter omni reſpectiuam.* Dato quòd Angeli eſſent, tamen non conſequitur Deum ſolitare conſortium, nec eſt alio Deo, ſi enim tolleretur ſolitudo abſoluta nec in ſeipſo propter diuinas perſonas, niſi ponerentur. Vnde poſitis Angelis, & remoto alio Deo, & remotis diuinis perſonis abſolute, & reſpectiue, Deus [illegible].

Quarta, in reſponſione ad ſecundum, Aduerte, quòd argumentum, erat fundatum ſuper hanc propoſitionem, *Quicquid adiungitur termino eſſentiali in diuinis, poteſt prædicari de qualibet perſona,* quæ quidem propoſitio non eſt vera uniuerſaliter, niſi in terminis attributalibus, unde illa eſt falſa formaliter: pater eſt ſolus Deus, ſic enim debet intelligi pater ſolus eſt Deus, ſi autem exponitur ſic, pater eſt Deus, & non eſt aliud, niſi Deus, ergo pater eſt ſolus Deus, dico quòd eſt impropria, & ſic argumentum non concludit.

Quinta, in reſponſione ad quintum, *Cum ſubiectis diuinis dictio excluſiua immobilitat terminum, cui adiungitur.* Aduerte, quid in hoc contradicit Paulo Veneto, qui in tractatu de ſuppoſitionibus uult dictionem excluſiuam confundere mobiliter, utrum tamen in aliquo ſenſu deſcenſus ualeat, dicam in puncto ſequenti.

Quantum ad ſecundum, ſequendo viam Herve in 1. diſtin. 21. quæſtione articulo 1. per eam poſuit talem regulam, quam reputo Thomiſticam: Dictio excluſiua excludit eſſe, quod ita eſt diuiſum à ſubiecto, *quod non includitur ſubiecto, nec includitur à ſubiecto, ſicut ſuperius ſub poſito, & duo oppoſita, vel oppoſita:* quibus, vt ſic repugnat ſimul in eſſe. Huic regulæ annectantur quatuor corollaria.

Primum corollarium. Omnia relatiua, quæ requirunt diſtinctionem ſuppoſitorum ut dominus, ſeruus, Pater, filius, ita ſe habent, quod excluſiua addita uni, excludit reliquum, & conſequenter prædicatum. ſi autem non exigunt diſtinctionem ſuppoſitorum, unum non excludit reliquum, poſito enim Sortem mouere ſeipſum, & tamen mouenti ſeipſum curras, non ſequitur, quin moueri à ſeipſo non curras.

Secundum, dictio excluſiua addita termino, non excludit ea, quæ includuntur in ratione termini, dummodo non faciant diſtinctionem in ſuppoſito. Ratione primi excluſiuam addita uni, non excludit reliquum. Ratione ſecundi dico, quòd licet unum corollarium includatur in ratione ſui alterum corollarium, tamen, quia exigunt diſtinctionem ſuppoſitorum dictio excluſiua addita uni excludit reliquum, licet ex eſſe unius inferatur alterum eſſe ex his patet, conſequentia illam Pauli Veneti eſſe falſam, tantum pater eſt, ergo, non tantum pater eſt: quoniam prima non ualet, tantum pater eſt, ergo pater eſt, quoniam multa [illegible] tantum patrem eſſe, & patrem eſſe, tamen per ly tantum excluditur eſſe ſuppoſitum aliud à patre, & in ſecunda, pater eſt inferens [illegible], quoniam ab excluſiua ad ſuam præiacentem valet conſequentia, negoin terminis relatiuis, quæ requirunt diſtinctionem ſuppoſitorum, & hæc eſt doctrina philoſophi in primo phyſicorum textu octauo ibi, *cum tamen anglus principium,* & ubi reprehendens antiquos, Parmenidem & Meliſſum, dicentes, quod eſt tantum unum ens, & ſimiliter principium dicit, quod ponunt tantum unum, & negant principij rationem, quoniam principium alicuius eſt principium, & ergo ſenſus philoſophi quod hæc conſequentia implicat, eſt tantum unum ens, & illud eſt principium, ergo principium eſt, quæ utique conſequentia non alia ratione implicat, niſi quia dictio excluſiua, omne aliud ſuppoſitum excludit: ergo conſequentia Pauli contradicit doctrinæ Ariſto.

Tertium, quod debuit eſſe ſecundum in ordine, Dictio excluſiua addita termino non excludit ſuum ſuperius, nec ſuum inferius, nec differentiam, nec ſuum accidens, quia terminus dicit nullum talium, ſuper oppoſitionem, & ideo non excludit. Vnde ly, tantum additum homini non excludit Sortem, nec animal, nec rationale, nec accidentia quæ ſunt in homine.

Quartum, dictio excluſiua appoſita termino, qui habet ſuperius, & inferius, [illegible] autem nec includit, [illegible]. Vnde in hac, tantum homo currit, infertur ergo tantum animal currit, ergo tantum rationale, non autem infertur, ergo tantum Sortes currit, nec negatiue, ſed contrarie vero, & ſunt contradictoria, ergo neceſſe eſt alterum verificari de Sorte. Reſpondeo, licet ſit neceſſe alterum verificari, non tamen vt ſequuntur ex illo antecedente, nec ex illo ſunt contradictoria ſed ex ſe.

Item quæritur, Cur dictio excluſiua addita termino communi, non infert terminum diſcretum cum dictione excluſiua, non enim ſequitur tantum homo currit, ergo tantum Sortes currit. Reſpondeo hoc eſt, quia dictio excluſiua non aufert cõmunitatem à termino, quin ſit ſuperius. Vnde ſicut arguere à ſuperiori ad inferius affirmatiue non ualet, ſic à termino cõmuni cum dictione excluſiua non valet.

Iterum non valet dictio excluſiua, immobilitat terminum cui apponitur, ne fiat deſcenſus ſub eo cum dictione excluſiua, & quod dixi de termino communi, & diuerſo intelligentia, de integrali ex parte ſua, non enim ſequitur tantum domus eſt alba, ergo fundamentum eſt album, tamen bene ſequitur tantum domus eſt quanta, ergo fundamentum eſt quantum.

Quantum

Quantum ad tertium ut uideamus quomodo dictio excluſiua verificatur in Deo, & quomodo non ſic procedam in indiuidendo. Dictio excluſiua poteſt apponi in diuinis nominaliter, & aduerbialiter nominaliter ſolus Deus creat, aduerbialiter ſolum vel tantum Deus creat. ſi nominaliter, non ponitur proprie niſi ex parte ſubiecti. ſi autem ex parte prædicati eſt impropria, vt hic, pater eſt ſolus Deus, ſimiliter iſta Trinitas eſt ſolus Deus: ſic exponitur Trinitas eſt Deus, qui eſt ſolus Deus, ita ly, qui referat Deum, & non patrem. Si aduerbialiter poteſt poni ex parte ſubiecti, ut tantum Deus creat, & ex parte prædicati, ſiue poſt copulam immediatè ſiue in fine totius prædicati: exemplum primi, pater eſt tantum Deus. exemplum ſecundi pater eſt Deus tantum, & ſic exponitur, pater eſt Deus, & non eſt niſi Deus, vel non eſt niſi Deus: ergo &c. Sed nominaliter vel aduerbialiter, vel apponitur termino eſſentiali ex parte ſubiecti, & prædicati, ut tantum, uel ſolus pater generat, & ſic patet, quòd exponentes, utraq; eſt propria, & uera, vel formantur mediæ, itaque propoſitio componitur ex ſubiecto eſſentiali, & prædicato Perſonali, ut tantum Deus eſt pater, ſic poteſt eſſe vera, & falſa. vera, ſi ly pater ſtat pro illa perſona, quæ eſt pater, ergo, &c. Si autem ſtat pro relatione eſt falſa, quoniam ſecunda exponens eſt falſa, quoniam homo eſt pater, qui eſt alius à Deo. Aduerte tamen quod ſi hæc propoſitio abſolute acceptatur ab antiquis Theologis ſumebatur ly pater per antonomaſiam, ut tantum Ariſtot. eſt Philoſophus, vel componitur ex ſubiecto perſonali, & prædicato eſſentiali, & hoc dupliciter, vel quod dictio excluſiua apponatur ſubiecto, vel prædicato aduerbialiter. ſi primo modo, ut hic, tantum pater eſt Deus, dico, quòd eſt falſa, quoniam ſecunda exponens eſt falſa, ut patet, niſi ſtat per terminum neutrum, ſic & nullũ aliud à patre eſt Deus. Sed quia hæc ſecunda exponens eſt inſolita, ut etiam dicit B. Thom. in quarto articulo huius quæſtionis, ideo ſimpliciter neganda eſt. ſi ſecundo modo ut hic pater eſt tantum Deus, uel Deus tantum, dico quòd applicata patri, & tertiæ perſonæ eſt uera, quoniam ſecunda exponens eſt uera, ſcilicet pater, & tertia perſona ſunt tantum Deus, quia non ſunt niſi Deus, applicata filio eſt falſa, quia ſecunda exponens eſt falſa, non ſolum enim Deus eſt ſed etiam homo ex unione ad noſtram creaturam, & ſic patet quomodo uerificantur propoſitiones excluſiuæ in Deo, & quomodo non.

Quæſtio Trigeſimaſecunda.

Articvlvs I.

Vtrum Trinitas poſſit naturali ratione cognoſci.

CIrca hunc articulum ſcias, quòd Scotus in prima diſtin. 2. q. 7. ibi, *quia ſicut dixi pluralitas &c.* formas quinque rationes quas non ſoluit: licet alias quorundam doctorum ſoluat, quibus probat, quòd poſſumus naturaliter concludere perſonam producentem, & productam in eadem natura, numero eſſe in Deo: quicquid de ratione eius formali eſt primum productiuum illud, in quocunque inuenitur & à ſe, & ſine imperfectione in eo eſt principium productiuum notitiæ genitæ, & quia concesſa maiore, ad minorem poſſet dici, quòd ad productionem notitiæ genitæ non ſolum requiritur intellectus habens obiectum præſens, ſed qui ſit perfectibilis, & receptiuus notitiæ genitæ, quod repugnat in Deo, ideo probat Scotus hãc reſponſionem non euadere argumentum ſic eſſe perfectibile, & receptiuum dicit imperfectionem: quia denotat potentiam paſſiuam in productiuo. Sed hæc imperfectio non eſt de ratione formali principij productiui, aliter omne productiuum eſſet imperfectum: ergo non repugnat dari principium productiuum ſine his imperfectionibus. ergo intellectus habens obiectum præſens, dato quòd non ſit receptiuus, nec perfectibilis, adhuc eſt productiuus notitiæ genitæ.

Ad hoc diceret philoſophus quòd licet ſufficiat obiectum eſſe præſens intellectui, ad hoc, quòd aliquis ſit intelligens, non tamen ad hoc, quòd ſit intelligens productiuum, ſed requiritur, quod notitia producta diſtinguatur realiter, & eſſentialiter à producente, nam ut ipſe Scotus dicit reſpondendo ad tertium ſimilem oporteret probare communicationem in vnitate naturæ eſſe poſſibilem, quod non poteſt nobis conſtare ex ſenſatis: & ideo ad maiorem dico, quod non ſufficit illud, non concurrunt aliæ conditiones requiſitæ ad productionem realem, inter quas eſt diſtinctio eſſentialis, & quia hæc repugnat ſimplicitati diuinæ, ideo philoſophus reputaret impoſſibilem talem productionem. Poſſet & dici, quod requiritur perfectibilitas, & receptibilitas, & cum arguit Scotus quod hæc dicunt imperfectionem, concedo in actione immanenti, quæ eſt perfectio agentis: nego autem in actione tranſeunte, vt reſpondetur obiectioni de agente liberali, nam liberalitas eſt ad alterum, & concederet philoſophus Deum dum agit ad extra, non perfici, non ſic autem eſſet, ſi produceret realiter actum intelligendi, vel uerbum, & cum dicit Scotus, ergo omne principium productiuum eſſet imperfectum, concedo reſpectu actionis immanentis, in quo ſenſu nunc loquimur, & propterea philoſophus hoc inconueniens fugere exiſtimauit, dicens intellectionem Dei eſſe eius ſubſtantiam.

Secunda, in uiuentibus producens tanto eſt perfectius quanto productum eſt ſibi magis unitum, ſed Deus eſt producens perfectiſſimum ſimpliciter, ergo ſuum primum productum eſt ſibi unitiſſimum ſimpliciter, ergo in eadem natura numero quia hæc eſt magis unitas.

Ad hoc dico, quod fundatur in falſo, ſupponit enim quodlibet uiuens poſſe producere ſibi unitum, quod non conceditur, niſi in generabilibus, eo quod primum uiuens eſt infinitum. ſi ergo produceret ſibi unitum, tale eſſet infinitum, quod repugnat producto, & quia implicat dari plura infinita ſimpliciter, ideo &c.

Tertia, obiectum ut eſt in memoria eſt producens ſeipſum, vel eſt ratio producendi ſeipſum in intelligentia, ubi ergo obiectum & memoria ſunt idem ſimpliciter, obiectum eſt ratio producendi ſeipſum ſimpliciter, ſed in Deo obiectum & memoria ſunt idem ſimpliciter, ergo.

Ad hoc diceret philoſophus, quod obiectũ in memoria non eſt ratio producendi ſeipſum in intelligentia, niſi ſecundum eſſe cognitum, & non ſecundum eſſe naturale, ſic lapis in memoria eſt ratio producendi conceptum lapidis qui non eſt lapis, ſed lapis cognitus. Idem diceret illam propoſitionem aſſumptam non eſſe veram, niſi in illo intellectu qui realiter elicit intellectionem, quod Deo repugnat.

Quarta, prima productio competit primo producenti: ſed productio naturalis eſt prima productio, ergo cõpetit primo producenti, licet non ad extra: quia illa eſt per uoluntatem, diceret, quod non eſſet modo uoluntatis idem cum libertate cõtradictionis, ſed ex uoluntate, ut natura, nam licet philoſophus ponat Deum agere ad extra per intellectum, & uoluntatem, tamen agit ex neceſſitate naturæ.

Quinta, Relationes mouentis, & moti conueniunt eidem naturæ limitatæ, nam uoluntas uult ſe, ergo relationes producentis, & producti conueniunt eidem naturæ, probatur cõſequentia, quia utræque relationes ſunt in ſecundo modo relatiuorum.

Ad hoc dico, quod negatur antecedens reſpectu eiuſdẽ: nam uoluntas actuata notitia obiecti vult ſe, vel alia à ſe: & hæc uolitio recipitur in uoluntate nuda, non ſunt autem idem realiter & præciſè uoluntas nuda, & uoluntas actuata notitia obiecti. Vnde hoc argumentum in via noſtra non eſt difficile, ſed bene in via Scoti, qui vult quod uoluntas ſeipſam præciſè ſic deducat de potentia ad actum.

Dico ſecundo, quod poteſt negari conſequentia, quoniam mouens, & motum non neceſſario requirunt diſtincta ſuppoſita ſicut requirunt producens, & productum. quod autem poſſint eſſe diſtincta ſuppoſita in unitate eſſentiæ non poſſumus ex creatis accipere, immo oppoſitum.

Scias autem quod aliqui Scotiſtæ aliter formãt primam rationem Scoti, & ſic producens perfectiſſimum producit productum perfectiſſimum, productum perfectiſſimum eſt productum in vnitate naturæ, quoniam maxime unitum eſt producenti, ſed Deus eſt producens perfectiſſimum, ergo.

Ad hoc dico, quod philoſophus negaret minorem quaſi implicantem contradictionem, nec concederetur niſi reuelata & ſi inſtas, ergo Deus non poteſt producere perfectiſſimum perfectione poſſibili. Aliqui enim concederent quod Deus non poteſt producere perfectiſſimum, quod poteſt: quia quocunque producto poteſt perfectius producere, & ſic patet quod iſtæ rationes non concludunt, & aduerte quod ſecũda reſponſio eſt tracta ex Olchot. in ſecundo ſententia.

Articvl. II.

Vtrum ponendæ ſint notiones in Deo.

CIrca primum aduerte titulum quòd Notio, quantum ad id, à quo nomen imponitur, eſt illud, quod eſt principiũ cognoſcendi, alterum ut rationale eſt notio hominis: applicando autem ad diuina quatuor ſunt de ratione notionis. Primum quod ſignificetur nomine abſtracto: nam principium formale, ſiue in eſſendo, ſiue in cognoſcendo habet rationem, quod ſecundo; quod pertineat ad originem, quoniam perſonæ diuinæ non diſtinguuntur, niſi origine, ex conſequenti non cognoſcuntur niſi origine. Tertiò quòd dicat dignitatem, quã perſona dicit dignitatem, ut patet ex ſupra dictis de perſona. Quartò quòd ſit proprium rei, quæ per ipſam cognoſcitur: nã ex principio communi non habetur cognitio niſi confuſa, hîc autem loquimur de diſtincta cognitione perſonarum, & aduerte quòd expoſitor adducit hæc pro declaratione tituli, quæ tamen aſſumpſit ex Beat. Thom. in prima diſtinct. vigeſimaſexta, quæſtio 2.

Sed ſicut oſtenſum eſt ſupra. Aduerte quòd Beat. Thom. ideo G pertractauit de uerbo ad uerbum ſuprà in quæſtio. 13. ſecundum. Quia ſicut intelligimus, ſic nominamus. Aduerte quòd Aureol. credit ex his mentem Bea. Thom. fuiſſe abſtractum, & concretum non differre, nec diſtingui in Deo ex parte rei, ſed præciſe ex noſtro modo intelligendi: quia tamen non eſt ſenſus Beat. Thom. immo quòd illa diſtinctio rationis habet fundamentum ex parte rei. talis eſt enim eſſentia diuina, quod ſufficientiſſime æquipollet abſtracto & relatiuo, & ideo fundat utriuſque conceptum: facta hac interpretatione falſa ſuper eam fundat argumenta ſua, quæ & ſicut non militant cõtra Bea. Thom. & ideo non eſt curandum de eis niſi ſe tamen ea ad placitum in Capreol. diſtinct. uigeſimanona, quæſtio prima, contra primam, ibi ſimiliter contra eandem, & aduerte, quòd reſponſio expoſitoris eſt reſponſio Capreol. quæ etiam eſt clarior.

Primo quidem hæreticorum inſtantia. Contra hanc arguit Gre H gorius unico medio, ut patet in Capreol. ubi ſupra, & eſt argumentum ſextum, & aduerte quòd reſponſio Capreol reſoluitur per reſponſionem expoſitoris quæ ſtat in hoc præcipuè ſecunda & tertia Bea. Thom. intendit declarare non quomodo ſit unitas uel Trinitas in Deo, ſed interrogas quomodo perſonæ diſtinguuntur, debemus habere reſponſionum proprium: conſtat autem quod ex dicto Auguſtini quod adducit Gregorius non habemus. Item interrogantium, ut quomodo debet habere reſponſiuũ, ut quo: & hæc fuit intentio Beat. Thom. & ideo Gregorius non ſatisfacit interroganti, ſi remouet abſtracta. *Non autem unam relatione.* Aduerte quòd Gregorius ut refert Capreol. ubi ſuprà, ſoluit hanc rationem Beat. Thom. & dicit poſſe reſponderi, quòd in patre eſt quidem una relatio ſecundum rem, ſed illi competunt duæ rationes quibus trahitur ad diſtinctas ſpecies relationis, & ſic ut induit rationem paternitatis correſpondet filiationi, ut autem induit rationem ſpirationis correſpondet proceſſioni. Et I cum arguit B. Tho. quòd ſequeretur filium & Spiritumſanctũ referri eadem relatione ad patrem: negat conſequentiam: nã ſecundum ipſum Plato albus, & Sortes niger referuntur ad Petrum album, in quo eſt tantum una relatio, & tamen illi referuntur ad Petrum diſtinctis relationibus, ut patet quoniam ſimilitudine, & diſſimilitudine.

Et tu conſidera, quòd hæc reſponſio eſt apparens, nec Capreol. improbat eam niſi in hoc, quod dicit paternitatem, & ſpirationem eſſe unam relationem, & tamen reponi in diſtinctis ſpeciebus relationis, quod uidetur impoſſibile: quoniam ſi reponitur in diſtinctis ſpeciebus relationis, diſtinguitur differentiis ſpecificis rationalis: ergo non poteſt dici una relatio ſicut Iſoſceles, & æquilaterus, non poſſunt dici unus triangulus. Tu tamen aduerte quòd expoſitor ſuper illam propoſitionem in art. *Neceſſe dicere, quòd duæ relationes &c.* uſque ibi, *ſecun.* mouet duo dubia, in quorum primo reſolutionem declarat, quòd propoſitio Beat. Thom. debet intelligi de duabus relationibus adæquatis, ut excludamus paternitatem, & maternitatem, quæ ut partiales correſpondent uni filiationi: eam ſecundo declarat quòd licet duæ relationes in patre non diſtinguantur realiter, tamen æquipollent diſtinctis realiter, & tunc propoſitio B. Tho. debet ſic intelligi, ſi ex oppoſito eis non correſpondeant duæ relationes diſtinctæ realiter, vel æquipollenter.

In reſponſione ad ſecundum, *& ideo ea, quæ habent ordinem ad actum.* ſed contra ſapientia & intellectus ita ſunt abſtracta ſicut notiones, ergo ſi eis repugnat ex modo ſignificandi, quòd de eis non prædicantur ea, quæ pertinent ad actum, ſic repugnat ſapientiæ, & intellectui, & tamen Beat. Thom. dicit in hac reſponſione: quòd ſapientia creat, ergo ſibi contradicit. Ad hoc reſpondet expoſitor: & intendit quòd licet ſa F pientiæ repugnet ex modo ſignificandi, ſicut etiam relationi, non tamen ex ſua ratione formali, quia cum ſignificetur vt forma abſoluta ei non repugnat, immo competit eſſe principium actionis: proprietati autem relationi repugnat, ex modo ſignificandi, & ex ratione ſua formali, quia relationi repugnat eſſe principium actionis ſicut eſſe terminum.

ARTICVLVS III.

Vtrum ſint quinque notiones.

E*T ſic ex hac parte eius inuenta eſt innaſcibilitas.* Ad hoc, quòd conſtet innaſcibilitatem eſſe notionem, quinque agenda ſunt Primo quid importat ingenitum. Secundo quia uidetur eſſe priuatio, ſuper quid fundatur. Tertio quod priuat, ut ponitur notio patris, &c. Quarto probandum eſt quòd ſit notio. Quinto ſoluenda ſunt argumenta Aureoli.

Quantum ad primum & ſecundum & tertium & quartum inuenies omnia reſoluta in Heru. in prima diſtinctio. uigeſimaoctaua, quæſtio. prima, quæ adeo clara ſunt, ut non indigeant declaratione. primum eſt ibi, *Alia eſt opinio, quæ uerior eſt.* ſecundum ibi, *Quantum ad ſecundum duæ ſunt opiniones.* tertium ibi, *ſed adhuc reſtat oſtendere, quid priuat.* quartum ibi, *Quantum ad quartum dico autem, quòd ingenitum eſt proprie notio patris.* Quantum ad quintum, aduerte quòd Capreol in prima diſtin. 28. quæſtio prima, adducit plura argumenta Aureol. & aliorum, & primo quidem probat Aureol. quòd ingenitum ſignificet formaliter poſitiuum quod eſt contra mentem noſtram: nam licet ſupponat poſitiuum ut fundamentum formaliter, tamen dicit priuationem, unde omnia argumenta Aureol. quæ recitat illic Capreol. contra primam, H bene concludunt quòd dicit materialiter, uel fundamentaliter poſitiuum: ſi autem intelligas formaliter, negandæ ſunt omnes maiores.

Secundo aliqui arguunt quòd ingenitum conuenit eſſentiæ ex conſequenti dicit meram negationem, & non priuationem, quorum rationem adducit Capreol. ubi ſuprà contra ſecundam concluſionem, ſed tu reſpondeas Heru. in diſtinct. vigeſimaquinta. quæſtio. prima, articu. 1. ibi, & ſic accipiendo ingenitum ſoli patri conuenit. Vnde negandum eſt ingenitum conuenire eſſentiæ, ut ſtat ſub illis conditionibus, quas adducit Heru.

Tertio aliqui arguunt, ut recitat illic Capreol. cõtra tertiam quòd ingenitum fundatur ſuper eſſentiam, eo quòd etiam ſi auferatur à Deo pluralitas perſonarum, adhuc Deus diceretur ingenitus. ſed tu reſpondeas ut Heru. ubi ſupra, ibi & quando dicitur, quòd dato.

I Quarto arguit Aureol. ut refert Capreol. ubi ſuprà contra tertiam probando quòd non fundatur ſuper uniuerſalem authoritatem principij. ſed eius argumenta, ut bene notat Capreol. æquiuocant de uniuerſali principio prout eſt prædicatum attributale, & prout eſt prædicatum notiale. Nam primo modo eſt prædicatum metaphyſicale quod uerificatur in Deo etiam remota Trinitate. ſecundo autem modo eſt prædicatum merè Theologale, quod ſupponit neceſſario pluralitatem perſonarum, & ideo Aureol. non conſiderans hanc diſtinctionem deceptus eſt, ut uidebis in ſolutionibus Capr.

Quinto arguit Aur. ut refert Capr. ubi ſuprà contra quintam quòd licet ingenitum ſit notio patris, omnino tamen ex hoc, quòd dicat dignitatem, ſed ſolutiones ad argumenta eius claræ ſunt, & reſolutæ à Capr. ubi ſupra: & ſtant in hoc, quòd dicit dignitatem non ex ſuo formali, ſed ex ſuo fundamento quod eſt eſſe uniuerſale principium intellectus & extra productiuorum K & producibilium.

Innoteſcit notione communis ſpirationis. Contrà: non dicit aliquid ſpeciale, cum ſit commune prædicatum de patre, & filio, ergo uel conditiones notionis ſunt male aſſignatæ, uel communis ſpiratio non eſt notio. Ad hoc dico, quòd ſi conſiderentur pater, & filius in ratione ſuppoſiti, ſic eſt quid commune eis, & non ſpeciale, & per conſequens non eſſet notio: ſi autem in ratione ſpirantis, ſic eſt quid ſpeciale, quoniam ſpirant una uirtute numero Spiritumſanctum, & ſic non diſtinguuntur.

Sed adhuc quæritur ſicut communis ſpiratio eſt notio patris, & filij, utrum inſpirabilitas poſſit dici notio utriuſque uel ſaltem patris aut filij. quòd Aureol. apud Capreol. 1. diſt. 28. quæſtio. 1. contra quintam arguit pro affirmatiua, & eſt quartum & quintum argumentum ſimiliter Scotus in 1. diſt. 28. quæſt. ultimum argumentum reſpondens primæ concluſioni

ſioni, videmus declinare ad partem affirmatiuam, quia ſicut A eſſe ingenitum, id eſt improductum eſt proprium patris, ita eſſe inſpiratum eſt proprium filij: ergo ſicut illa negatio eſt notio in patre, ita hæc erit notio in filio.

Ad argumenta Aureol. reſpondet Capreol. & ſtat in hoc, licet inſpirabilitas dicat dignitatem in filio, tamen quia eſt commune patri de patre & filio, & per conſequens non eſt aliquid ſpeciale: ideo non eſt notio, non ſic autem eſt de ingenito, id eſt improducto.

Sed aduerte, quòd hæc reſponſio, uidetur nõ ſufficere: nam ſi ex communitate inſpiratio non eſt notio, nec ſuum oppoſitum, quod eſt ſpiratio ex eadem cauſa erit notio.

Et ideo expoſitor reſpondens Scoto, melius dixit, fundans ſe ſuper reſponſionem ipſius Capreol. ad primum Aureol. ibi ſupra contra quintam, quòd non eſt propter communitatem, ſed quia negatio regulariter non dicit dignitatem, aliter cum Spiritus ſanctus ſit innatus poneretur, & ſeptima notio. quòd B autem negatio, puta ingenitum ſit dignitas in patre, & non in filio, hoc eſt propter fundamentum, quòd ſcilicet eſt vniuerſalis authoritas, in qua fundatur ipſum genitum, vt ſupra diximus. & quia hoc omnino eſt in filio, nec in tertia perſona, ideo negatio in eis non dicit dignitatẽ, & per conſequens non eſt notio filij inſpirabilitas.

In reſponſione ad tertium, *neque tamen ad inuicem prædicantur,* ſcias quòd Scotus in quolibet. quæſtio. 5. art. 2. circa finem ibi *circa tamen materiam* arguitur contra hanc dupliciter primo ſic quæ differunt ratione, non de ſe inuicem prædicantur, ergo hæc eſt falſa, ſapiẽtia eſt bonitas, quam tamen tu concedis, nam ſecundum te ratione differunt.

Secundo exemplum adductum de attributo eſt contra te, ſicut attributum ſapientiæ non eſt attributũ bonitatis, ſic nec notio paternitatis eſt notio ſpirationis, ergo ſicut cum prima ſtat quòd ſapientia eſt bonitas, ſic cum ſecunda ſtabit, quòd pa C ternitas eſt ſpiratio.

Ad hoc reſpondens expoſitor & bene, dicit ideo paternitas, & ſpiratio, non de ſe inuicem prædicantur, quia non ſolum differunt ratione, ſed quia dicunt diuerſas rationes diſparatas, & diſtinguuntur differentijs ſpecificis relationis, & ideo non poſſunt concipi vt vna relatio, ſed vt duæ ſpecies in tali genere, quæ vt ſic de ſe inuicem prædicari non poſſunt, non ſic autem eſt de ſapientia, & bonitate, niſi concipiantur ſub ratione attributi.

Ad ſecundum autem reſponſio ſtat in hoc, paternitas, nec ſub ratione paternitatis, nec ſub ratione notionis poteſt prædicari de ſpiratione: ſapientia autem licet ſub ratione attributi non prædicetur de bonitate, tamen ſecundum ſe prædicatur de ea, & ideo non eſt ſimile, & ſic negatur conſequentia.

ARTICVL. IIII.

Vtrum liceat contrariè opinari de notionibus.

A*D fidem aliquid pertinet dupliciter.* Aduerte quòd ea, quæ ſunt fidei, conſiſtunt in triplici gradu. Quædã ſunt quibus ſtatim, quæ offeruntur intellectui obligatur intellectus aſſentire, & accedere conſenſus voluntatis talis quòd aſſenſus dicitur fides, & talia ſunt in primo gradu, ut articuli fidei. Quædã autẽ ſunt, quibus ſtatim nõ obligatur intellectus aſſentire, niſi poſtquam ei conſtiterit, quòd à Deo reuelata ſunt, quibus ſi tunc non aſſentit, efficitur infidelis, quoniam non credit Deo reuelanti, & hæc ſunt in ſecundo gradu, & ſunt quæ continentur in ſcriptura ſacra præter articulos fidei, ut quòd Solomon ſit filius Dauid, & Iſaac, filius Abraham.

Quædam autem ſunt quibus intellectus nõ obligatur aſſentire, niſi poſtquam ei conſtiterit quòd ſunt determinata ab ec E cleſia. Tunc enim obligatur eo, quòd reducuntur ad illud, credo in vnam Sanctam eccleſiam catholicam: & hæc ſunt in tertio gradu, ex quibus patet quòd de contentis in primo gradu pro nullo inſtanti licet contrariè aut contradictoriè opinari. De his autem quæ ſunt in ſecundo gradu aut tertio licet antequam conſtet quòd ad ea ſequitur aliquod contrarium fidei. *Hoc ipſum induit hæreſim, maximè ſi pertinacia adiungatur.* Aduerte quòd expoſitor vult plura requiri ad hæreticum quàm ad hæreſim, quoniam ſecundum eum, ad hæreſim ſufficit error in intellectu eſſe ea, quæ ſunt fidei in aliquo graduum. Ad hæreticum autem requiritur pertinacia ultra talem errorem, ſed in hoc non uidetur bene ſentire: nam Beat. Thom. in ſecunda ſecundæ, quæſtio. 11. art. 1. tenet quòd differentia conſtitutiua hæreſis eſt pertinacia, & ipſemet expoſitor tenet idem illic. & ratio eſt in promptu quoniã hæreſis dicit electionem, in qua A ſtat conſenſus voluntatis, vel ſecundum aliquos dicitur hæreſis ab hæreſi, hærere autem dicit determinationem uoluntatis, & conſenſus determinatio æquipollet pertinaciæ, ut ea dicitur in diffinitione hæreſis, non enim ſumitur hîc pertinacia pro obſtinatione, illa enim conſtituit tantum impœnitentem hæreticum, ſed pro expreſſo conſenſu, quoniam ſic expreſſus conſenſus circa ea quæ ſunt fidei, conſtituit fidelitatem, ita oppoſitus conſenſus conſtituit infidelitatem cuius una ſpecies eſt hæreſis.

Sic igitur dicendum quòd eſſe notiones. Aduerte quòd B. Thom. ex illis verbis, *aliqui opinati ſunt,* loquitur in præterito, & ideo non immeritò quæritur, ſi etiam nunc liceat contrariè opinari de notionibus ſicut tempore primitiuæ eccleſiæ, ſcias igitur quòd Scotus in 1. diſt. 28. quæſt. 1. ad tertium ibi, *& ita ſicut poſteriores,* videtur declarare, quòd ſic, & ratio eius eſt, quia primi nõ plenè potuerunt inueſtigare ſicut poſteriores, & nunc etiam B non inconuenit quòd poſtremi, uel moderniores adhuc melius inueſtigauerint, & ſic poſuerunt ſextam notionem ſcilicet inſpirabilitatem, de qua B. Thom. non facit mentionem nec affirmatiuè nec negatiuè.

Videtur tamen tutius dicendum quòd nunc non liceat: quoniã res optimè examinata eſt, & ſtante ratione data de notione patet ratio quare non debet admitti, quòd inſpirabilitas ſit ſexta notio, quam rationem aſſignauimus in articulo præſenti reſpondendo ad argumentum Scoti: ideo hæc via tutior eſt.

Sed iterum quæret aliquis quare Ambroſius non admittit ingenitum eſſe notionem patris ut patet in 1. diſt. 28. Dico ad hoc cum Magiſtro, uide ibidem, & cum Scoto, ubi ſupra, quòd hæc ratio fecit, ne fideles ſimplices deciperentur ab hæreticis: nam ly, ingenitum, non dicitur ad aliud, ſicut genitum, & genitor: ſuppoſito enim quòd pater non genuiſſet, adhuc poteſt dici ingenitus, & ideo uidetur eſſe abſolutum: nullum autem abſolutum eſt proprium alicuius perſonæ: poſtquam autem inueſtigatum C eſt, quòd reducitur ad relatiuũ quia negat relationẽ, id eſt generationem ſumpta pro quacunque productione, quæ negatio fundatur ſuper uniuerſale, & ideo tale principium potuit à poſterioribus poni notio ſine periculo.

Quæſtio XXXIII.

ARTICVLVS I.

Vtrum Pater ſit principium filij.

H*Oc nomen principium nihil aliud ſignificat &c.* uſque in finem corporis. Aduerte quòd Beat. Thom. non accipit principium ſecundum aliquem modũ poD ſitum à philoſopho in 5. met. niſi forte tertiũ modum, qui eſt de principio extrinſeco, puta effectiuo à quo incipit rei generatio, ſed accipit modum communiſſimum ad quem philoſophus reducit omnes alios modos, cum dicit *communis igitur principiorum communis principium eſſe. Vnde aut fit, aut eſt, aut cognoſcitur,* & hoc inſinuat Beat. Thom. cum dicit *omne illud, à quo &c.*

In reſponſione ad primũ *principium communius eſt quam cauſa.* ſed contradicit philoſophus in 4. met. tex. 3. quòd unum, & ens ſunt conuertibiliter idem, ſicut principium & cauſa, ergo.

Ad hoc dico quòd philoſophus in 4. met. non accipit principium uniuerſaliſſime, ſed contractum ad principium productiuum, quod quia in omnibus creatis diſtinguitur à principiato eſſentialiter, ideo poſuit illud conuerti cum cauſa, non enim potuit comprehendere principium productiuum coeſſentiale ſuo producto. licet autem in creatis principium pro E ductiuum conuertatur cum cauſa, non tamẽ principium uniuerſaliſſime ſumptum, nam & apud philoſophum principiũ lineæ eſt punctus, non tamen cauſa in aliquo genere cauſæ.

Prima pars rei dicitur principium ſed non cauſa. Sed contra, omnis pars componens, uel eſt materialis, uel formalis, ergo eſt cauſa materialis, uel formalis, & per conſequens propoſitio B. Thom. eſt falſa.

Ad hoc dico, quòd B. Tho. truncate allegatur, non enim dicit ſimpliciter quòd prima pars rei non ſit cauſa, ſed facit hanc diſiunctiuam, primus enim terminus vel etiam prima pars rei eſt principium ſed non cauſa, ſufficit autem huius diſiunctiuæ primam uel ſecundam partem eſſe ueram. conſtat autem primam eſſe ueram: quoniã punctus eſt primus terminus lineæ, & eſt principium & non cauſa, & ſic patet, quòd argumentum non militat. concludit enim uerum, nec B. Thom. intendebat oppoſitum cum loquitur diſiunctiuè.

Universidad de Deusto Biblioteca

Quatro autem aliquod nomen eſt communius. Aduerte q. Capr. in 1. diſt. 27. contra ſecundam adducit Aureol. dicentem hanc propoſitionem eſſe veram, ſi tale communius, conuenit Deo, ſed dicit ipſe quòd non magis conuenit, quàm cauſa, quia nullus modus principij aſsignatus à philoſopho competit Deo, vt patet ergo.

Ad hoc dicitur, q. licet nullus modus particularis conueniat Deo, tamen ratio communiſſima principij conuenit ei, vt diximus in primo articulo, nullus autem modus cauſæ, nec eius communiſſima ratio conuenit Deo, importat enim diſtinctionem eſſentialem à ſuo cauſato.

In reſponſione ad ſecundum. *ſed hoc non eſt in vſu*: ſed contrà, principium eſt relatiuum formaliter, & non poteſt concipi niſi conceptu relatiuo, ergo dicitur ad conuertentiam, ergo ſimpliciter principium eſt principium principiati.

Ad hoc dico, quòd ut refert magiſter in 1. diſtinctio. 26. ibi. *Quidam tamen putant.* Auguſtin. in 5. de Trinitate negat omne relatiuum dici ad conuertentiam. quoniam in multis, non inuenitur terminus quo ſibi vicíſſim correſpondeant, & præcipuè in Deo, nam uidetur referri ad minorem. & tamen nõ eſt tutum dicere filium minorem patre: unde in hoc fallit regula logicæ de relatiuis ad conuertentiam, ſi applicatur ad diuina, unde illic particulari logica opus eſt.

ARTICVLVS II.

Vtrum pater ſit nomen proprium diuinæ perſonæ.

CIrca hunc articulum, Aduerte q. ly, pater non ut eſt commune Deo, & creaturæ, ſed ut ſumitur in Trinitate attributum primæ perſonæ, ly, proprium ſignificat idem, q. ſubſtantiale, ut ſit ſenſus. Verum ly, pater attributum primæ perſonæ ſit nomen ſubſtantiale, uel accidentale, nam indiuiduũ apud nos poteſt nominari nomine ſubſtantiali, quod imponitur à principio ſubſtantiali præcipuè à forma & nomine accidentali impoſito ab accidenti. exemplum primi, Sortes, & Plato: exemplum ſecundi criſpus, rubeus, Sofroniſci filius.

Nomen proprium, ideſt ſubſtantiale, quo diſtinguitur perſona. Aduerte q. hæc propoſitio fundata eſt ſuper illam regulam quæ tenet in omnibus proportionaliter, nomen proprium generis ſignificat, id per quod diſtinguitur genus à qualibet, ut ſenſitiuũ eſt proprium nomẽ animalis. Idem intelligitur de proprio nomine ſpeciei ut rationale, in homine ſimiliter in indiuiduo, ſi ſciremus principia indiuiduantia huius, & illius hominis.

Id autem per quod diſtinguitur. Aduerte quòd per ly, *diſtinguitur*, intelligendum eſt hypoſtaticè, nam diſtinguitur etiam innaſcibilitate, ſed nõ ut diſtinctio hypoſtatica, quia cum ſit priuatio non conſtituit perſonam.

Vnde proprium nomen patris eſt hoc nomen, pater. Contrà, hoc nomen pater aut ſignificat illud diſtinctiuum patris formaliter, & expreſſe, aut potentialiter, ſicut genus ſignificat ſua contenta potentialiter. ſi primum, contrà: Pater ſignificat paternitatẽ, quæ non diſtinguitur, immo conuenit cum alijs patribus ſaltem analogicè. ſi ſecundum, ergo homo eſſet proprium nomẽ Sortis, & Platonis, quia non excludit eos, licet non expreſſe includat: & hoc dubium mouet expoſitor.

Ad hoc dico, q. non erat neceſſe huiuſmodi dubium mouere, quia in litera ſumitur ly, *Pater* ut conſtitutus ſuppoſitaliter paternitate, tanquam forma ſubſtantiali indiuiduali, ut dicemus infra. q. perſonæ diuinæ conſtituuntur perſonæ relationibus ſubſiſtentibus, quæ tantum in Deo ſunt, & ex quibus ſufficienter diſtinguuntur perſonæ abinuicem.

Vnde nego quod per talem paternitatem conueniat cũ alijs patribus: paternitas enim in eis eſt accidens, unde pater non eſt nomen ſubſtantiale niſi in Deo.

ARTICVLVS III.

Vtrũ in diuinis pater dicatur ꝑ prius ut ꝑſonaliter ſumitur.

CIrca hunc articulũ pro titulo aduerte, q. ly, perſonaliter, denotat q. aliqñ ſumitur perſonaliter aliquando eſſentialiter, vt patet inferius quieſ & ly, dicitur, intelligitur quo ad prædicationem non quo ad eſſe: conſtat enim q. perfectius eſt eſſe patrem diuinæ perſonæ, quàm patrem creaturæ: ſed requiritur an ratio patris conueniat Deo per prius reſpectu diuinæ perſonæ quã patri creaturæ: ly *prius* dicit expoſitor quod ſtat pro prioritate naturæ, & ego dico q. pro prioritate naturæ & durationis, & perfectionis, & ſecundum omnes modos procedit B. Thom. in articulo: Nam prioritatem durationis ponit arguendo, ſed contra prioritatem perfectionis ponit in corpore comparando filiationem creaturæ ad filiationem perſonæ diuinæ prioritatem naturæ ponit in reſponſione ad primum, eo quod filius diuinus eſt principium creaturæ.

In reſponſione ad primum, *Communia quæ important reſpectum ad creaturam*, de his reſpectiuis communibus conſequentibus actionem immanentem, ut Deum cognoſcere creaturã, loquemur in q. ſequenti art. 3. contra Scotum.

In intellectu enim perſonæ patris includitur Deus, ſed non. Aduerte q. ly, *Deus* ſumptum in recto nõ eſt de intellectu patris, quia abſolutum non prædicatur in recto prædicatione quidditatiua, & formali de reſpectiuo, cũ ſint oppoſita, & ſic negauimus ſupra in quæſt. 30. Quatro hanc eſſe formalem. Pater eſt Deus, ſed bene hanc, Pater eſt perſona, ſi autem ly, *Deus* ſumatur in obliquo ſic eſt uerum quòd eſt de intellectu patris diuini, nam pater eſt quid ſubſiſtens paternitatem diſtinctum in Deo. Pater autem nõ eſt de intellectu Dei, nec in recto, nec in obliquo, ſic habet intelligi propoſitio B. Thom.

Perſona procedens in diuinis vſque ibi, *creaturarum.* Quomodo ſit uerum perſonam productam eſſe principium productionis creaturæ, declarat B. Thom. infra q. 45. art. 6. Tu tamen aduerte q. Scotus arguit contra B. Thom. ut recitat Capre. 2. diſt. 1. q. 3. contra ſecundam, ſed non tangit ſenſum B. Thom. ſed Henri. tenet enim Henricus quòd perſonæ diuinæ ſunt principiũ productionis creaturæ ratione propriorum, & contra hoc tendunt argumenta Scoti, ſed B. Thom. tenet ratione appropriatorum, puta filius, ut ſapientia, nec contra hoc militant, ideo non ſunt curanda. Veruntamen de his plenum loquemur illic ubi eſt articulus proprius: & expoſitor promittit ſe illic locuturum, ſed cito, & truncate tranſit.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum eſſe ingenitum ſit proprium patri.

CIrca hunc articulum quæ ſpectant conſideranda eſſe ingenitum, diximus, cum locuti ſumus de notionibus in quæſtio. 32. artic. 3. ubi ſecuti ſumus deciſionem Heruei, & dedimus defenſionem contra Aureol. & alios impugnantes, uide illic.

Quæſtio XXXIIII.

ARTICVLVS I.

Vtrum verbum in Deo ſit nomen perſonale.

CIRCA hunc articulum aduerte primo quòd præſupponit notitiã uerbi noſtri, ex noſtro enim imitantes, ad diuinum intuitiuè aſcendimus, de noſtro autem ſatis dixi in quæſt. 27. artic. 1. & præcipua quinque, primo quod non eſt ſpecies intelligibilis, nec actus intelligendi, ſed terminus ipſius intellectionis. Secundo quod in nobis producitur per actum intelligẽdi. nec obſtat, quod ſit actio immanens, & ſoluimus argumenta Durandi. Tertiò quòd in nobis diſtinguitur materialiter ab actu. Quartò q. producitur à notitia aliquando actuali, aliquando habituali, reſoluendo ad uerbum primum. Quintò quod eius neceſſitas ſtat in duobus. Primo ut obiectum ſit ſufficienter præſens intellectui in eſſe cognito. Secundo ut intellectio ſit perfecta. His ſuppoſitis ad literam arti. eſt tranſeundum eſt.

Vtrum uerbum ſit perſonale pro titulo, aduerte quòd ly, *uerbum*, ſtat pro ſua ratione formali, quæ eſt hæc, uerbum eſt quid procedens ad intra ex notitia concipiendi. Quæritur ergo ſi ſub hac ratione uerificatur de aliqua perſona ex ſuo proprio ſignificato, & non ſolum ex accommodatione uel ſimilitudine.

Manifeſtum autem vſque ibi, *mentis conceptus*. Aduerte quòd hic ordinat modos, quibus dicitur uerbum ſecundum ordinem nõ naturæ, ſed noſtræ cognitionis. & primus eſt uerbum vocis, ſecundus eſt conceptus, tertius eſt imaginatio uocis, ſi uox proferatur ſine imaginatione, & intentione ſignificandi, non eſt uox ſignificatiua, ex ſecundo de anima texto 89. inquit enim philoſophus illic, uox eſt ab anima cum imaginatione, eſt enim ſonus ſignificatiuus.

Sic igitur primo vſque ibi, *quantum ad ſecundum*, hic ordinat modos uerbi, ſecundum ordinẽ naturæ, & ſic primo modo eſt verbum

verbum intellectus, ſecundo uerbum uocis, tertio uerbum in imaginatione.

Vnde uerbum ſecundum quod propriè accipitur in diuinis non ſumitur eſſentialiter, ſed perſonaliter tantum. Aduerte quòd Beat. Thom. hic concludit uerbum in diuinis dici perſonaliter tantum quia de ratione eius eſt proceſſio, ſed in quæſt. de ueris. quæſt. quarta, artic. ſecundo, ſoluit hanc rationem, & dicit q. aliquid poteſt procedere ſecundum rem, & aliquid ſecundum rationem: ſi ſecundum rationem eſt eſſentiale, ſicut intelligere, & operari in Deo: ſi ſecundum rem, eſt perſonale, & ideo qa poſſet dici uerbum procedere ſecundum rationem: non uidetur clarum uerbum dici tantum perſonaliter. Vt autem videamus quando uerbum dicit proceſſionem ſecundum rem, & quando ſecundum rationem, Bea. Thom. in eodem articul. ponit hanc diſtinctionem, & intendit, quòd uerbum noſtrum comparatum ad intelligentem, idest ad intellectum actuatum obiecto, & ad actum intelligendi dicit proceſſionem realem: realiter enim exprimitur ab intelligente, & realiter terminat actum intelligendi elicitum à noſtro intellectu. In Deo igitur, ſi uerbum comparetur ad actum intelligendi, cum non ſit elicitus realiter ab intellectu diuino, quia eſt a eiuſdem perfectio, non dicit proceſſionem niſi ſecundum rationem, & ſic eſt eſſentiale, ſicut intelligere: ſi autem comparetur ad intellectũ paternum, ut productum ad ſuum producentem ſic dicit proceſſionem ſecundum rem, & ſic eſt perſonale deinde B. Thom. in eodem artic. ibi, *ſed hoc nomen erit ſecundum proprium.* Determinat quòd quia uerbum diuinum non comparatur noſtro propriè niſi, vt reſpicit intelligentem, ut producentem, & nõ ut eſt effectus actus intelligendi, & ut ſic ſemper dicit proceſſum realẽ, concludit, quòd ſi propriè ſumatur in diuinis non dicitur, niſi perſonaliter.

Ex quibus ſequitur quòd Bea. Thom. non ſe retractet in proprietate, immo in quæſt. de veri. fortificat motiuum ſuum, declarando quomodo ſua ratio poteſt ſolui, & quomodo ſtat in robore ſuo, excludendo proceſſum ſecundum rationem. Vnde expoſitor non bene hunc paſſum pertractat, indicans quòd ſe retractat.

In reſponſione ad primum. Aduerte illam conſequentiam quam format contra Origenem, *ſed neceſſe eſt ſi ponatur verbum*. ſtat enim probatio conſequentiæ in hoc. Verbum metaphoricum eſt illud, quod manifeſtatur proprio uerbo, ſicut quod efficitur à Rege dicitur uerbum Regis, uel manifeſtat vt ſignum externum uerbum intrinſecum: ergo ex metaphorico uerbo diuino concluditur uerbum propriè dictum in Deo.

In reſponſione ad ſecundum. *Intellectus autem ipſi ſecundum quod eſt per ſpeciem intelligibile.* Aduerte, quòd ly, *abſolutè*, ſic debet exponi, conſideratur abſtractè, idest non ut producens, ſed ut productiuus uerbi, idest ex eo, quòd intellectus intelligit actu, non dicitur producens, ſed ens actu in eſſe cognoſcitiuo, quoniam intelligere eſt eſſe intellectus ut intellectus eſt: nam diximus ſupra, quòd intellectus in ordine intelligibilium eſt pura potentia, ut materia in genere entium, & ſic per eſſe ens conſtituitur in actu, ſic per intelligere intellectus conſtituitur in actu, ut intellectus. Vnde intelligere non dicit emanationem, ſed potius intrinſecum permanens: ſicut eſſe rei eſt intimum ſibi, & quod dicit expoſitor illud dictum, *ſimiliter intelligere non eſt ſimilitudinariũ, ſed expreſſiuum*. non capio niſi intendat dicere expreſſiuum, uel determinatiuum, ſic ſicut ſe habet eſſe in anima ad ens actu in anima: ſic intelligere ut tale eſt ad intellectum in actu, ut tale ens actu in genere intellectiui: aliter non intelligo, quid intendat.

In reſponſione ad tertium, aduerte quòd uerbũ dici, eſt verbum produci, & eſt proprium filij ſicut dicere, uerbum eſt ꝓprium patris, ſed dici uerbo, eſt manifeſtari uerbo, & hoc conuenit toti Trinitati, & creaturæ, quæ manifeſtatur diuino verbo, ut dicemus in tertio artic.

Quæ tamen ſi dicere, & intelligere differunt. Aduerte quòd intelligere importat habitudinem ad obiectum, & ideo ubi intelligens, & intelligere, & intellectum ſunt penitus unũ non importatur realis productio per ipſum intelligere: dicere autem importat duplicem habitudinem, unam & principalem ad uerbum: nam dicere eſt uerbum proferre, & hæc eſt producentis, & producti, quæ eſt realis mutua, alia eſt ad rem intellectam, quæ manifeſtatur uerbo ipſi intelligenti: & ex his ſequuntur duo corollaria: primum quod tantum una perſona dicit, omnes tamen intelligunt, & dicuntur uerbo. Secundum eſt quod in quibus intelligere eſt elicitum, & diſtinguitur realiter ab intelligente, ut in nobis ſunt idem conuertibiliter intelligere, & dicere ſaltem intelligere directè, nam tale intelligere ut diximus ſupra ſine uerbo non perficitur, ſicut ſenſatio exterior non perficitur ſine ſenſu communi: & ſic apud B. Th. cum beati eliciant intellectionem, non repugnat, q. producant uerbum, ſaltem partiale, ut diximus ſuprà, & ſimiliter Angeli dum intelligunt ſecundũ illa propoſitio B. Tho. poſita in 1. artic. quæſt. 27. *Omne intelligens inquantum intelligens &c.* eſt uera uniuerſaliter de omni intelligente intellectione elicita directè.

Vltimo aduerte, quòd Aureol. in Capr. 1. diſt. 27. q. 2. contra ſecundam in tertio loco probat duobus modis, q. intelligere & dicere in Deo non ſunt idem: quod nos etiam concedimus intelligendo de non identitate rationis, addit enim ſuprà intelligere reſpectum originis uel expreſſionem, ideo non eſt neceſſe illa argumenta ſoluere.

ARTICVLVS III.

Vtrum nomine uerbi importetur reſpectus ad creaturas.

QVoniam articulus ſecundus clarus eſt, ideo ad tertium me transferro: *Deus enim cognoſcendo ſe, cognoſcit omnem creaturam*. Aduerte quòd Beat. Thom. hic ponit radicem, unde ſit, quòd intellectus creatus producit multa uerba: intellectus autem diuinus unum tantum. & radix huius eſt, quia Deus cognoſcendo ſe, cognoſcit omne extra ſe: non ſic autem aliqua creatura, quia non eſt omnino ens continens, & perfectionaliter, & ideo primum uerbum formatum ab intellectu creato, puta Angelico non dicit reſpectum, niſi ad eſſentiam ipſius intelligentis, ut poſitum, ſequatum per ipſum repræſentatiuũ. Deinde format alia verba, quibus cognoſcuntur, & repræſentantur alia, unde ſequitur quòd cum Deus unicum uerbum formet in quo intelligit ſe, & alia extra ſe, quod uerbum illud dicit reſpectum ad omne dictum per ipſum, & cum creatura dicatur, ergo dicit reſpectum ad creaturam.

In reſponſione ad primum, *ſed importatur in eo quod pertinet ad naturam.* Aduerte quòd in quæſt. de uerit. q. 4. artic. 4. id clarius explicat nam dicit, quòd uerbum eſt ſapientia genita: ly, *genita*, dicit proprietatem perſonalem, & refert tantum generans, & ſic non dicit reſpectum, niſi tantum ad dicentem. ly, *ſapientia*, eſt abſtracta ſicut ſcientia, & dicit reſpectum ad ſcibile, uel ſcitum, & quia ſcitum ſapientia diuina non ſolum eſt Deus, ſed & creatura: ideo ratione abſtracti quod pertinet ad naturam uel eſſentiam dicit reſpectum ad creaturam ſcitam. ita tamen quòd principaliter dicit reſpectum ad Deum ſcitũ ſecundario autem ad creaturam. Si uis ergo primum argumẽtum ſoluere, formaliter neganda eſt maior, nam ſi ultra reſpectum ad creaturam dicit reſpectum originis, perſonaliter dicitur, quantum ad reſpectum originis, & dicetur eſſentialiter, vt habet rationem manifeſtatiui & cauſatiui: ſi enim eſt ſapientia, & ars diuina, quæ ſunt abſtracta.

Tertium autem argumentum ſic ſoluatur, cum dicitur, *verbum importat reſpectum ad id, a quo procedit &c.* hoc quidẽ eſt uerum, ſed non explicat omnem reſpectum importatum per verbum, nam dicit reſpectum ad dicentem, & iſte eſt reſpectus proceſſionis: & reſpectum ad dictum, idest manifeſtationem uerbo, & hic eſt reſpectus verbi ad creaturam: ſed hic non eſt reſpectus proceſſionis ſed manifeſtationis.

In reſponſione ad quartum, *nomen verbi ſimpliciter impoſitum eſt.* Aduerte quòd aliter ſenſit in quæſt. de ueri. quæſtio. quarta, artic. quinto, ibi *in relatiuis autem nominibus*, nam vult quòd ſit relatiuum ſecundum dici, quòd principaliter dicit abſtractum, ſecundario autem reſpectum, ſed melius ſenſit in ſumma, quoniam uerbũ formaliter dicit emanationem a dicente, ergo principaliter reſpectum ad dicentem, & ſic principaliter eſt relatiuum.

Vltimo aduerte, quòd uidetur ſibi contrarius in 1. ſentent. diſtinct. 27. quæſtio. ſecunda, artic. 3. ſed ſi conſiderabis ultima uerba ibi: *ſi tamen, uerbum &c.* cum in p. p. dicat q. ſemper dicit reſpectum ad creaturam inquãtum habet rationem manifeſtatiui, & idem ſententia ſine illius articuli, in 1. ſentẽ. patet quod non eſt ſibi contrarius Capre in 1. diſt. 27. quæſt. 2. contra ſecundam adducit tria argumenta Aureol. quibus probat uerbum dicere reſpectum ad creaturam ex ſua proprietate, & non ex eſſentia, ſed aduerte ly, *ex ſua proprietate* pro ſuo reſpectu quo refertur ad dicentem, & quo conſtituitur, negandæ ſunt conſequentiæ eius in tribus argumentis. Si autem accipitur pro aliquo ſibi proprio ex ſua ratione, in quantum ſignificatur nomine uerbi, de cuius ratione eſt eſſe notitiam, uel ſapientiam: concedimus omnia argumenta eius, nõ ſunt contra intentionem noſtram: nam cum infert, ergo non dicit

Universidad de Deusto Biblioteca

reſpectum ratione eſſentiæ concedo, quòd non ratione eſſentiæ ut eſſentia eſt, ſed ratione eſſentiæ, ut induit rationem notitiæ, uel ſapientiæ. F

Contra determinationem Beat. Tho. inſurgit Scotus in 1. diſtin. 27. q. 1. art. 2. qui tenet quòd ex ui productionis ſuę verbum non dicit reſpectum ad creaturam, ſed quaſi accidentaliter. Pro defenſione igitur uiæ noſtræ contra ipſum, ſic procedam: primo declarandum eſt, in quibus conuenimus, & in quibus differimus.

Nota igitur q. in duobus conuenimus: primo, q. verbum dicit reſpectum ad creaturam propter dictum Auguſtini quod Bea. Tho. adducit in art. ibi, *ſed contra*. Secundo quòd hic reſpectus eſt rationis: eſt. n. ſicut expreſſiui ad expreſſum, & cum ſit uerbum ad extra, ſcilicet ad creaturam eſt rationis, ſicut reſpectus dominij in Deo.

In duobus etiam differimus: primo in modo, id eſt uerbum ex ratione productionis ſuæ, qua producitur à patre, reſpiciat creaturam, quaſi accidentaliter, nam Beat. Thom. tenet primum & Scotus ſecundum ut declarabo: Secundo differimus in cauſa, nam cauſa quare uerbum ex ui productionis ſuæ reſpicit creaturam eſt quia producitur cognitione apprehenſiua, & totali diuinæ eſſentiæ: ſecundum Beat. Thom. in qua cognitione includitur, & cognitio creaturæ: cauſa autē quare apud Scotum non reſpicit niſi quaſi accidentaliter eſt, quia non producitur niſi cognitione eſſentiæ, ut eſſentia eſt, ut declarabo. Vt igitur uideamus imaginationem Scoti, & defendamus Beat. Thom. in primo propono eius intentionem, ſecundo mentem Beat. Thom. Tertio adduco rationes eius, & ſoluo. G

Quantum ad primum, ſcito quòd ponit duplicem ordinem in diuinis, naturæ & originis nam in ſecunda diſtinc. 1. quæſtio. prima artic. ſecundo, ponit duo inſtantia naturæ, & in primo inſtanti ponit originem perſonarum, in ſecundo originē creaturarum, in eſſe cognito, & primum inſtans diuidit in tria H ſigna originis. in primo ſigno ponit primam perſonam perfectam habentem memoriam perfectam diuinæ eſſentiæ ſuper quam fertur intellectus paternus ſimpliciter non productiuè, & tali intentione pater beatus eſt ex ſe: In ſecundo autem ſigno fertur ſuper eſſentiam productiuè, & producit filium communicando ei uoluntatem ſecundam: in tertio autem ſigno voluntas fertur ſuper eſſentiam amando eam infinite. & ſic pater, & filius producunt amorem infinitum, qui eſt tertia perſona. & ſecundum hanc imaginationem, uerbum productum eſt in primo inſtanti naturæ, & tamen creatura nondum cognita eſt: in ſecundo inſtanti naturæ ponit intellectū diuinum, & uoluntatem comparari ad obiectum ſecundariū, ſcilicet ad creaturam in eſſe cognito, & ibi ſimiliter aſſignat tria ſignificata originis, nam in primo, dicit patrem intelligere lapidem, & ſic producit lapidem in eſſe cognito, quod eſt quaſi uerbum finitum diuinum: in ſecundo filius intelligit lapidem, quia non a ſe: in tertio Spiritus ſanctus intelligit lapidem: ecce quòd creatura eſt cognita in ſecundo inſtanti naturæ, & uerbum in primo: ergo, non ex ui productionis ſuæ reſpicit creaturam. hæc eſt imaginatio Scoti, cuius rationes ponam infra. I

Quantum ad ſecundum mens Bea. Thom. eſt quòd uerbum produceretur ex cognitione totali, & comprehenſiua diuinæ eſſentiæ, de cuius cognitionis totalis ratione eſt, ut cognoſcatur in primo inſtanti, non ſolum ut eſſentia, ſed ut contentiua perſonarum & creaturarum, & ideo Beat. Thom. negaret illam imaginationem de primo & ſecundo inſtanti non ſolum: immo argueret contra eum, ſicut & arguit Gregorius in prima diſtinctio. nona, quæſtio. prima, ſecundo ibi *ex his infero &c.*

Primo ſic, intellectio, qua Deus intelligit ſe, & intelligit creaturam, eſt penitus eadem, ergo vna non prior & alia poſterior natura, quia prius & poſterius natura arguunt diſtinctionem. K

Secundo ſic, prius natura poteſt eſſe ſine poſteriori ex quinto Metaphyſic. quia non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia: ſed Deus non poteſt intelligere ſe, quin intelligat creaturam: aliter Deus non eſſet Deus, nam eius intellectio non eſſet perfectiſſima, ergo nec eius ſubſtantia: & ſic non eſſet Deus.

Quantum ad tertium, Scotus, ubi ſuprà tripliciter probat intentum ſuum. primo ſic, ſi uerbum procedit ut uerbum diuinæ eſſentiæ, & omnis intelligibilis à Deo, ſimiliter Spiritus Sanctus produceretur ut amor diuinæ eſſentiæ & omnis intelligibilis à Deo, ſed hoc eſt falſum, quoniam uel creatura neceſſariò amaretur uel Spiritus ſanctus, non neceſſariò produceretur: quorum utrumque eſt impoſſibile.

Ad hoc dico, quòd non eſt inconueniens, creaturas ut continentur in Deo, & ſic cognoſcuntur, ſimul natura cum eſſentia neceſſario amari: licet ut habent eſſe ad extra non neceſſario, quia nec neceſſario producuntur. Poſſet etiam negari conſequentia, quia cognitio & dilectio ſunt motus oppoſiti. nam quòd creatura cognoſcatur, non eſt neceſſe ut ſit: ut autē ametur, neceſſariò ſupponit eſſe uel requirit: amat enim Deus, dū largitur ei eſſe.

Secundo ſic, Si uerbum procederet de omnibus cognitis à patre, cum & ipſum uerbum ſit unum ex cognitis: ergo procederet ex verbo.

Ad hoc dico, q. neceſſe eſt dicere, uerbum procedere ex uerbo, non quidem ut uerbum eſt, ſed ut cognitum in diuina eſſentia: nam ſi concedimus uerbum procedere ex creatura, ut cognita in eſſentia, multo magis id concedimus, unde quod reputat inconueniens, nihil eſt.

Tertio ſic, inter perſonam diuinam, & creaturam nulla eſt relatio realis, ſed uerbi ad id, de quo gignitur, eſt relatio realis: ergo uerbum ex ſua productione non dicit reſpectum ad creaturam cognitam: aliter ad eam haberet reſpectum realem.

Ad hoc dico, quòd id, de quo aliquid gignitur eſt duplex: primum ut productiuum, ſecundum ut obiectum, ſicut ſcientia gignitur de intellectu & de re ſcibili, reſpectu primi ſemper ſeruatur, reſpectu ſecundi non eſt neceſſe, ut patet inter ſcientiam, & ſcibile, & quia uerbum procedit, uel gignitur de creatura, ut de obiecto ſecundario: ideo non ualet ratio Scoti, quæ concludit, quòd ſolum inter uerbum, & id, de quo ut principio productiuo gignitur, eſt reſpectus realis, motus, ut ad patrem, tanquam ad principium productiuum: patet igitur, quomodo imaginatio Scoti leuiter fundata eſt, nec eſt magnifacienda cum ſit propinqua locutioni magis, quam rationi.

¶Quæſtio Trigeſimaquinta.

ARTICVLVS I.

Vtrum imago dicatur in Deo perſonaliter.

Circa articulum primum, *requiritur ad rationem imaginis ſimilitudo.* Aduerte quòd non ſufficit quęcunque origo in eadem ſpecie aliter Spiritus ſanctus eſſet imago, cum ſit eiuſdem naturæ cum patre, & oriatur a patre, ſed neceſſe eſt, ut hæc origo terminetur per ſe ad eandem ſpeciem, ſcilicet, quòd ex ſua origine hoc habeat, nam ſi habet eandem ſpeciem, & non ex ratione proceſſionis, hoc erit per accidens reſpectu ſuæ proceſſionis, & non dicetur imago, & ideo ſpiritus S. non poteſt dici imago, ut declarabitur in artic. ſeq. I

Ad hoc ergo quid vero, vſque ibi, *in ſigno ſpeciei.* Aduerte q. Aureol. in Capreol. 1. diſtin. 27. contra ſextam arguit contra hoc, quia ſoli Carpentarij facerent imagines.

Ad hoc reſpondet expoſitor ut Capreol. ubi ſuprà inuenies diffuſiorem reſponſionem corroboratam allegatione B. Tho. in quæſt. de veri. quomodo creatura intellecta in Deo producit ſeipſam ad extra, ſicut domus in anima ſeipſam extra animam, in 7. metaph.

In reſponſione ad ſecundum *ſpecies prout ponitur ab Hilario.* Aduerte q. Hilarius per ſpeciem intendit propriam formam eius, quod eſt imago tracta à propria forma illius, cuius eſt imago: eſſentia autem non eſt propria forma patris, nec filij, ſed communis: ideo ſecundum eſſe non poteſt dici imago, ſed ſecundum propriam quæ eſt filiatio uel dictio paſſiua, ut ſignificatur nomine verbi. K

ARTICVLVS II.

Vtrum nomen imaginis ſit proprium filij.

Circa ſecundum articulum aduerte, quòd eius reſolutio pendet ex quæſt. 27. articul. 4. ubi determinatum eſt quòd proceſſio amoris non poteſt dici generatio, nec natiuitas, per conſequens procedens perſona non poteſt dici natus: ergo ex ſua proceſſione non poteſt dici ſimilis: ergo nec imago. inſuper pendet ex quæſtio. 34. arti. ſecundo ubi determinatum eſt, verbum, eſſe proprium nomen filij, quia dicit emanationem ab intellectu, & per conſequens ſimilitudinem ex ratione ſuæ productionis:

ergo & imaginem, & cum hoc nō competat ſpiritui ſancto, ideo formaliter non poteſt dici imago, licet identice, quoniam eſt eiuſdem naturæ cum patre & filio. A

Pro reſponſione ad primum, dico quod ſpiritus ſanctus dicitur à Damaſceno imago filij, nō ex ſua productione formali, ſed quia conuenit cum filio in natura diuina conuenientia numerali, qua non poteſt dari maior.

Pro reſponſione ad ſecundum, dic quod ad rationem Imaginis formaliter duo requiruntur, primo conuenientia in natura, ſecundo q. talis conuenientia ſit ex ſua formali productione, vtrunque inuenitur in filio, ſed in ſpiritu ſancto tantū primum, & ideo non ſequitur quod ſit imago.

Scias tamen quod Aureol. in Capreol. in 1. diſtin. 27. quæſt. 1. contra ſextam conatur probare ſpiritum ſanctum poſſe dici proprie imaginem. Sic Spiritus ſanctus procedit ut amor diuinus, ſed inquantum amor diuinus eſt ſimilis: propoſitio prima eſt conceſſa ab omnibus, ſecunda autem eſt B. Thom. hic in articulo: *patet ergo &c.* B

Ad hoc argumentum reſpondimus ſupra in quæſt. 27. ar. 4. vide illic, & aduerte quod reſponſio Capreol. eſt valde truncata, nec argumentum bene euacuatur, niſi in reſpōſione quam dedimus ſupra.

Quæſtio XXXVI.

ARTICVLVS I.

Vtrum Spiritus Sanctus ſit nomen proprium alicui perſonæ.

Circa hunc articulum non eſt immorandū niſi quod quæri ſolet, ſi ly, ſpiritus ſanctus in aliquo ſenſu eſt nomē proprium alicui perſonæ ex ſuo proprio ſignificato: & nō ſolum ex accommodatione. C

Ad hoc reſpondet Heru. in primo diſtinct. 10. quæſtio. 2. ubi dicit Spiritus ſanctus poſſe imponi à duobus, primo à ſubtilitate, uel immaterialitate tam formaliter, quam effectiuè: & ſic non eſt proprium, immo eſt commune tribus, eſt tamen appropriatum tertiæ perſonæ, cum de eius productionis ratione ſit motio, & inclinatio, ſicut de ratione uerbi eſt ſimilitudo.

Sed contra B. Thom. negat ſimpliciter in artic. eſſe nomen proprium, ſed tantum accommodatum.

Reſpondeo, nego quòd ſimpliciter neget, immo in reſpōſione ad ſecundum dicit, quod ſi Spiritus ſanctus intelligatur quaſi ſpiratus, in ipſo nomine poteſt intelligi relatio, & ſic erit perſonale.

Item poteſt dici, quod non negat, niſi ſumendo ſpiritum à ſpiritualitate, vel immaterialitate. Vnde dicit in corpore articuli, quod ex propria ſignificatione conuenienter perſona procedens ut amor, ſpiritus nominatur. D

ARTICVL. II.

Vtrum Spiritus ſanctus procedat à filio.

Circa hunc articulum ſic procedam, primo declarabo dubium circa titul. Secundo, defenſabo rationes Beat. Tho. ponendo fundamenta eius: deinde ſoluam rationes impugnantium.

Quantum ad primum expoſitor dubitat, quòd Beat. Thom. mouet dubium, an Spiritus ſanctus procedat à filio, & tamen determinat aliud, quia ſcilicet non diſtingueretur ab eo, cum tamen ſint dubia, primum inter græcos & latinos, ſecundum tantum inter latinos. E

Reſpondet ipſe dupliciter, primo quòd non ſunt duo quæſita, ſed primum eſt quæſitum, ſecundum autem eſt ratio quæſiti, quia ſcilicet non diſtingueretur, niſi procederet. ad eandem autem ſcientiam pertinet quæſitum, & ratio. Secundo dicit, quòd melius debet ſic intelligi. Vtrum ſpiritus ſanctus procedat à filio per ſe, & neceſſario, ita quod ſit de ſuo cōſtitutiuo, & diſtinctiuo formali, & ſic determinat quæſitum, & hæc declaratio eſt melior. nam Beat. Thom. intendit ad ultimam reſolutionem accedere, quæ eſt hæc, non poteſt ſaluari diſtinctio realis trium perſonarum, niſi ſpiritus ſanctus procederet à filio, & ideo hic in prima p. in qua breuitati ſtudebat, noluit diutius hæc dubia pertractare, quod tamen fecit in quæſtio. de Verb. quæſtio. 10. quæres primum in articu. 4. ſecundum in 5.

Quantum ad ſecundum in quo ſtat tota uis, aduerte quòd B. Thom. format tres rationes, in prima ſunt ſuſtinendæ duæ propoſitiones.

Prima, omnis diſtinctio in diuinis realis eſt ſolum per oppoſitionem relatiuam. Secunda, ſi relationes non oppoſitæ ſufficerent ad hoc, ergo pater eſt duæ perſonæ.

In ſecunda ratione hæc eſt ſuſtinenda. Amor neceſſariò procedit ex uerbo.

In tertia hæc eſt ſuſtinenda. In his, quæ diſtinguuntur realiter & formaliter in ſua productione ſeruatur ordo. Sed antequam defendam, utile eſt proponere fundamenta, ſuper quæ ſuſtentatur B. Thom & ſunt duo.

Primum, filiatio præciſè & totaliter diſtinguit filium à patre, quocunque alio circumſcripto. & patet ex Beat. Thom. in quinto quolibet. quæſtio. 4. articul. 1. & intendit ſic, unumquodque ſufficienter diſtinguitur à quolibet ſui generis per formam propriam. Sed filius, & pater ſunt eiuſdem generis relatiui, ut patet, & filiatio eſt propria forma filij conſtitutiua: ergo.

Secundum, filiatio non eſt ſufficiens diſtinctiuum filij à ſpiritu ſancto. Patet ex B. Thom. in quæſt. de potentia quæſtio. 10. art. 5. intendit ſic, quæ conueniunt in una natura, non diſtinguuntur realiter abinuicem, niſi per aliquam oppoſitionem, ſed inter filium, & ſpiritum ſanctum conuenientium in una natura non poteſt prædicari oppoſitio ſufficienter diſtinctiua, niſi relatiuè. nam contradictoria non ſufficit: quia non magis eos diſtingueret, quàm ens, à non ente.

Item hæc eſt per diſtinctionem affirmationis & negationis, qua neceſſe eſt reduci ad diſtinctionem affirmatiuam, ſicut ueritas propoſitionis negatiuæ ad affirmatiuam, ergo contradictoria non ſufficit, oppoſitio autem priuatiua non propriè habet locum in Deo, & dato quod haberent, adhuc non ſufficit, quia reducitur ad contradictoriam, cum priuatio & habitus ſe habeant ut negatio & affirmatio, oppoſitio contraria non propriè ſeruatur inter filium, & ſpiritum ſanctū, primo quia non ſunt eiuſdem generis relatiui filiatio, & ſpiratio, conſequuntur enim actum intelligendi, & volendi, qui reducuntur ad intellectum & uoluntatem, prout iſtæ potentiæ diſtinguuntur genere, ut cognoſcitiuum, & appetitiuum, ex primo de anima. Præterea in omni oppoſitione contraria alterū extremum ſe habet ut perfectum, alterum ut imperfectum. Vnde Ariſt. in 10. met. reducit primam contrarietatem ad habitum, & priuationem: hæc autem non ſeruatur in perſonis diuinis, in quibus non eſt ordo perfectionis, ſed tantum originis. relinquitur ergo quod diſtinctiuum ſufficiens ſit oppoſitio relatiua quæ in Deo non poteſt eſſe niſi ſecundum originem, ergo ultra filiationem requiritur ſpiratio actiua in filio. Poſitis his fundamentis generalibus pro defenſione primæ rationis in art. ſic procedo. primo adduco fundamenta ex quibus ſoluuntur rationes impugnantium, ſecundo recito argumenta Scoti, & ſoluo, ſimiliter declaro ſolutiones, quibus ſoluit rationes B. Thom. nullas eſſe: deinde 3. adduco argumenta principalia Aureol. & ſoluo.

Quantum ad primum aduerte quòd primum fundamentum Thomiſticum eſt Beat. Thom. in quæſt. de potentia quæſt. decima, art. 5. ad primum ſecundum & tertium. Origines filij & Spiritus ſancti non eſſent diuerſæ, nec incompoſſibiles realiter, nec per conſequens diſtinguerentur realiter, ſed tantum ſecundum rationem, niſi ſpiritus ſanctus eſſet à filio, eo quod de ratione generationis eſt eſſe ab uno, de ratione autem proceſſionis eſſe à duobus. ex hoc fundamento ſequitur quòd filius, & Spiritus ſanctus diſtinguuntur ſufficienter per generari, & ſpirari, dummodo ſeruetur diſtinctio realis inter ea, quæ non ſeruantur, niſi ratione dicta.

Secundum fundamentum eſt hoc, & habetur in Heru. in 1. diſtin. 11. quæſtio. 1. & eſt eius tertia ratio, & expoſitor imitatur illud, relationes diuinæ, quæ ſolæ multiplicant perſonas, & conſtituunt, & diſtinguunt, non conſtituunt, nec diſtinguunt in eſſe in ſe, id eſt in eſſe abſoluto, ſed in eſſe ad aliud, id eſt ad ſuum correlatiuum, & hoc habetur ex propria ratione relationis. quocunque autem alio modo diſtinguant, puta diſparate, hoc non faciunt ex propria ratione relationis, ſed ex communibus ſibi, & diſtinctiuis abſolutis. ex hoc fundamento ſequitur quod relatio diuina ſicut non conſtituit niſi in eſſe relatiuo ex ſua propria ratione, ſic non diſtinguit niſi in ordine ad ſuum correlatiuum. diſtinctiuum autem abſolutum ſicut conſtituit ſimpliciter in eſſe, ſic abſolutè diſtinguit à quocunque alio abſoluto: unde filiatio non diſtinguit niſi in ordine ad patrem. quod autem diſtinguat à Spiritu ſancto, hoc non habet ex ſua propria ratione, quia non dicit ordinem ad ipſum.

Tertium fundamentum eſt, inter diuinas perſonas eſt diſtinctio formalis non abſoluta ſed relatiua tantum: diſtinctio autem relatiua tantum non eſt à relatione, niſi ex propria ratione relationis, ex qua habet quod non diſtinguit, niſi in ordine ad ſuum correlatiuum, ponere autem quod duę relationes diſparatæ diſtinguant, hoc non prouenit ex ratione relationis ſed ex eo, quod conſiderantur vt duæ formæ abſolutæ diſparatæ, quod eſt præter intentionem quæſiti: hic enim quærimus de diſtinctione formali relatiua inter diuina ſuppoſita, & ideo qui tranſeunt ad oppoſitionem diſparatam, egrediuntur materiam propoſitam, & diuertunt ſe ad illud, quod eſt commune diſtinctiuo & abſtracto.

Quantum ad ſecundum, aduerte quod principalia argumenta Scoti ſunt hæc, primum: Quocunque aliquid conſtituitur in eſſe, eodem diſtinguitur, à quolibet non tali: quia apud Porphy. eadem differentia eſt conſtitutiua, & diſtinctiua, ſed filius filiatione &c.

G Ad hoc nego maiorem: quando diſtinctiuum diſtinguitur tantum relatione, & diſtinctiuum eſt relatiuum habens diſtinguere ex ſola ratione relationis, & ſic diſtinguit tamen ſuo correlatiuo. Illis quidem maior eſt vera de diſtinctiuo abſoluto ex ſecundo fundamento ſupra poſito, & quoniam Scotus credit idem eſſe iudicium de diſtinctiuo abſtracto, & relatiuo, cuius ſignificatum eſt quod ſemper exemplificat de abſtracto, ut de rationalitate & animalitate, ideo fuit deceptus. Vnde tres replicæ, quas format poſt primum principale, nihil ualent, procedunt enim de diſtinctiuo abſtracto.

Secundum, ſi pater non ſpiraret, adhuc realiter diſtingueretur à Spiritu ſancto paternitate, ergo ſi filius &c. Ad hoc nego illam conditionalem, quam nec probauit, non diſtingueretur ſecundum rationem, quia diſtinctio realis inter diuinas perſonas, non eſt niſi diſtinctiue relatiua, quæ non poteſt fieri à relatione niſi in ordine ad ſuum correlatiuum: &

H cum pater non eſſet correlatiuum, Spiritus ſanctus, ſtante illa conditionali, non diſtingueretur niſi ratione: decipitur autem Scotus quia inter diuinas perſonas, ponit diſtinctionem diſparatam, quæ non poteſt fieri à relatione vt relatio & nos nō accepimus eam.

Tertium, Circumſcripto quocunque alio, generatio paſſiua, & ſpiratio paſſiua ſunt diſtinctæ realiter, ergo non poſſunt terminari ad eandem perſonam: conſequentia patet, quia impoſſibile eſt unam perſonam accipere eſſe ex duabus diſtinctis ſpecie, & totalibus productionibus, alioquin à nulla acciperet eſſe, ut bene probat ipſe. Antecedēs autem habetur pro manifeſto, ſtante diſtinctione principiorum formalium intellectus & uoluntatis.

Ad hoc negatur antecedens ex, fundamento ſupra poſito: & probatio non ualet, quoniam ex diſtinctione rationis intellectus & uoluntatis non poteſt fieri diſtinctio realis emanationum, ut determinauimus ſupra quæſtio. 27. art. 4. ad tertium:

I ſed requiritur ordo originis, ita quod proceſſio ſit à generatione, & procedens à genito.

Quartum id, quo diſtinguitur filius à Spiritu ſancto eſt de intrinſeca ratione filij, ſed ſpiratio actiua non eſt de ratione intrinſeca, ergo maior patet inductiue, id quo diſtinguitur A. à B. eſt de intrinſeca ratione, ſimiliter in alijs, & minor, quia aliter non poſſet ſuſtineri, quin in Chriſto diſtinguatur humanitas perſonaliter à verbo, diceret enim aliquis, quod diſtinguitur per aliquid quod tamē non conſtituit perſonam.

Ad hoc maior poteſt dupliciter intelligi, primo ſic, id quo aliquid diſtinguitur, & eodem perſonaliter conſtituitur eſt de ratione intrinſeca ratione eius, & ſic eſt uera, & totum conceditur, quia non eſt contra nos.

K Secundo ſic, id, quo aliquid diſtinguitur ita, quod eſt id, quo ponitur perſona in eſſe perſonali diſtincto, & ſine quo nō ſeparetur in eſſe diſtincto, eſt de ratione intrinſeca formali ipſius, negatur illa, & conceditur minor.

Ad probationem maioris ad inductionem dico, quod non probatur niſi in primo ſenſu nam bene ſequitur A. diſtinguitur per aliquid à B. & eodem conſtituitur, ergo eſt de intrinſeca ratione &c. Sed in alio ſenſu non ualet. ad rationem nego conſequentiam: quoniam in abſolutis diſtinctiuum eſt etiā conſtitutiuum ſimpliciter: unde non eſt eadem ratio de duabus perſonis, & de humanitate, ac de uerbo.

Hæc ſunt potiora argumenta eius, poſt quæ uidendum eſt quomodo conatur ſoluere rationem Beat. Thom. & eius fundamenta.

Aduerte igitur quod primum fundamentum Beat. Thom. eſt authoritas Boetij ſcilicet ſola relatio multiplicat Trinitatem, ſed ſi filius non ſpirat inter ipſum, & Spiritum ſanctum,

F nulla eſſet relatio: ergo non diſtinguerentur.

Ad hoc dicit Scotus ſufficit dictum Boetij eſſe uerum in hac diſiunctiua, ſola relatio oppoſita relationi, uel relatio comparata relationi diſparatæ, & dat exemplum de albedine &c. conſtat autem inter filium, & Spiritum ſanctum eſſe relationem diſparatam.

Sed hæc reſolutio non tendit ad propoſitum, quia relatio ut diſparata non diſtinguitur relatiuè de qua ſola hic loquimur, ſed diſtinguitur more diſtinctiui abſoluti, quod non admittitur à nobis, & ideo exemplum de albedine eſt extra propoſitum.

Secundum fundamentum eſt hæc conſequentia in artic. ſi duæ relationes non oppoſitæ diſtinguunt perſonas: ergo pater eſſet duæ perſonæ. Dicit Scotus, nego conſequentiam, quia nō eſt eadem ratio: non enim inconuenit unum agens diſtinctis productionibus dare diſtincta producta diuerſa eſſe. Inconue-

G nit autem idem productum accipere diuerſa eſſe ex productionibus diſtinctis, quia unius producti eſt tantum unum eſſe. Expoſitor dicit hanc ſolutionem non eſſe ad propoſitū: quoniam B. Thom. intendit de relationibus, Scotus autem loquitur de productionibus, ſed id parum obſtat Scoto, nam cū relationes fundantur in productionibus, ut uidebimus infra, dicere poteſt Scotus, ſicut duæ productiones actiuæ ſimul ſtant in eodem producente, ſic duæ relationes non oppoſitæ, & ſic non eſt euacuata ſolutio Sco.

Tu ergo dic, ſuppoſito, quod filius non ſpiraret, Pater non daret pluribus diſtinctis realiter plura eſſe, eo quod in Deo repugnat eſſe diſtinctas productiones ſine ordine originis, & cū dicit, *non inconuenit unum agens &c.* Dico quod & ſi non inconueniat alicui agenti, cuius productum diſtinguatur eſſentialiter, inconuenit tamen agenti Deo ad intra, cuius productum ſola oppoſitione relatiua diſtinguitur à producente: patet igitur quod ſolutiones Scoti ſunt inualidæ. Sed aduerte quod à

H quibuſdam alijs arguitur contra illam declarationem, in art. ideo paternitas, & ſpiratio actiua non conſtituunt duas propoſitiones, quia non ſunt oppoſitæ.

Primo ſic, paternitas, & ſpiratio paſſiua conſtituunt duas perſonas, & tamen non ſunt oppoſitæ, ergo dictum B. Thom. eſt falſum.

Secundo ſi duæ non oppoſitæ conſtituunt, ergo duæ oppoſitæ conſtituunt, quod eſt falſum: quoniam ſpiratio actiua opponitur paſſiuæ, & tamen ſpiratio actiua non cōſtituit perſonam.

Ad hoc, dimiſſa obſcuritate expoſitoris, dico ad primū: nego minorem ratione adiuncti: paternitas enim quia ſibi unitur ſpiratio actiua, opponitur ſpirationi paſſiuæ: non eſt autem eadem ratio de paternitate, & ſpiratione actiua: quoniam nec formaliter, nec ratione adiuncti opponuntur.

I Ad ſecundum nego falſitatem conſequentis: nam licet ſpiratio actiua actu non conſtituat, tamen ei competit conſtituere, & conſtitueret, niſi præueniretur à paternitate eo, quod ſpirare ſupponit generare, ſicut uelle ſupponit intelligere.

Quantum ad tertium ſciat quod hæc ſunt potiora argumenta Aureol. contra Beat. Tho. ut adducit Capr. in 1. diſt. 11. q. 1. partim in 1. partim in 2. art.

Secundum ſi ſpiratio actiua diſtinguit filium à Spiritu ſancto: ergo pater, & filius ſunt una perſona, quia ubi eſt unum diſtinctiuum perſonaliter eſt unum diſtinctum: ſed patris & filij per ſe eſt unum diſtinctiuum perſonale à Spiritu ſancto, ſcilicet ſpiratio actiua: ergo. Capreol. ad hoc negat conſequentiam: ad probationem negat ex unitate diſtinctiui concludi unum diſtinctum, quando diſtinctiuum eſt communicabile, qualis eſt ſpiratio actiua communis patri, & filio, & dat exemplum de anima, uide ibi.

K Expoſitor autem negat eidem niſi ſit diſtinctiuum conſtitutiuum, ſi autem ſit diſtinctiuum, quia licet non conſtituat, tamen ſeruat perſonam in eſſe diſtincto, qualis eſt ſpiratio actiua reſpectu filij, negatur ex unitate diſtinctiui cōcludi unum diſtinctum.

Tertiò, effectus formalis numeratur numeratione formæ ita quod ſi forma eſt una effectus eſt unus, ſed principium diſtinctiuum eſt ſicut forma, & diſtinctum ſicut effectus, ergo ſi una ſpiratio actiua diſtinguit patrem, & filiū à Spiritu ſancto, pater & filius ſunt una perſona diſtincta.

Ad hoc dico maiorem non habere ueritatem, niſi in forma abſtracta uel conſtitutiua & ſi ſit relatiua, uel quando forma eſt incommunicabilis, uel quando effectus ſignificatur nomine ſubſtantiuo. ſi autem ſignificetur nomine adiectiuo, non ualet: quoniam adiectiua trahunt pluralitatem à ſuppoſito, & non à forma, & quoniam ſpiratio actiua non eſt forma abſolu-

A abſoluta nec conſtitutiua, nec incommunicabilis, nec ly diſtinctum eſt ſubſtantiuum, ideo non concluditur intentum.

Quartum, impoſſibile eſt vnam perſonam ſimpliciſſimam duabus perſonaliter, vel duabus perſonalitatibus diſtingui, ſicut vnum ſimplex, quale duabus qualitatibus: ſed filius, &c.

Ad hoc dico, ipſum ſupponere falſum ſcilicet filiationem & ſpirationem eſſe duas perſonalitates, licet enim perſonaliter diſtinguant, non tamen ſunt duæ perſonalitates, quia filiatio diſtinguit, & conſtituit, eſt perſonalitas, & perſonaliter diſtinguit, quia autem ſpiratio conſeruat perſonam diſtinctam, ideo dicitur diſtinguere perſonaliter, ſed non eſt perſonalitas, quia non conſtituit.

Quintum, ſi generari, & ſpirari non ſunt incompoſſibiles, niſi propter ſpirare, quæro in quo genere cauſæ dat ei illam incō-

B poſſibilitatem, non potes dicere niſi formaliter, quod eſt falſum, quia generari & ſpirari eſſent idem formaliter quod etiā eſt falſum, cum ſe habeant ut actio, & paſſio, & cum unum ſit in patre non alterum.

Ad hoc dico, quod dat formaliter, ſicut albedo dat ſuo ſubiecto incompoſſibilitatem exiſtendi ſub nigredine. Ad probationem nego conſequentiam, aliter albedo, & ſubiectum eſſent idem formaliter quod eſt abſurdum, & hæc reſponſio eſt Cap. quam ad literam accepit expoſitor.

Sextum, ſpirari non dat incompoſſibilitatem generari, & ſpirari ſecundum rem, ergo &c. probo conſequentiam. Quod conuenit rei diuinæ, conuenit ei formaliter, & ex ſe, ergo.

Præterea, ſi dat incompoſſibilitatem ſecundum rem, ergo vel inquantum generari, & ſpirari ſunt in filio, idē vel ſimul ſunt in filio, vel quia generari eſt præuium ad ſpirare, neutrum horum eſt, quia eſſentia eſt idem cum ſpirare in filio & ſimul & præexigitur ipſi ſpirare, & tamen non dat incompoſſibilitatem inter filium, & Spiritum ſanctum.

Ad hoc dicit Capreol. negatur antecedens, ad primam probationem negatur antecedens, nam ſimilitudo in natura eadē conuenit Spiritui ſancto, & tamen hoc modo habet ex ſe formaliter, ut Spiritus, id eſt ut amor.

Ad ſecundam diuiſio eſt inſufficiens, dicit Capr. & ratio eſt, quia ſpirare aduenit genito conſtituto, & ſupple ei, & ut relatio talis conſeruat conſtitutum diſtinctum.

Expoſitor autem dicit, quod hoc eſt, quia in eis includitur ordo originis, quod non eſt verum, niſi de generari, & ſpirari, ſed Aureol. loquitur de ſpirare, quomodo dat incompoſſibilitatem generari & ſpirari, ideo ſequere Capreol. Inſtantia uero de eſſentia non ualet, quia non eſt vt relatio ſeruans in eſſe diſtincto.

Septimum eſt, quod diſtinguitur generari, & ſpirari ſuis rationibus formalibus quod ſæpe negatum eſt.

D Aliud argumentum fit ab aliquibus, ut Capreol. recitat, reſpondens ad tertium, Aureol. in primo diſtinctio. 11. quæſt. 1. & eſt tale, non magis repugnat filiationem ſtare cum ſpirare, & cum ſuo oppoſito quām repugnet ſpirationem actiuam ſtare cum paternitate, & filiatione, ſed hoc non repugnat, ergo nec illud. Capreol. dicit non eſſe æqualem rationem: quia ſpiratio actiua non eſt proprietas conſtitutiua, ideo poteſt ſtare, cum diſtinctis ſuppoſitis, ſed filiatio eſt proprietas conſtitutiua incommunicabilis, ideo non poteſt ſtare cum diſtincta à ſpirare, puta in patre, & ſpirari, puta in Spiritu ſancto niſi eidem uniatur ipſum ſpirare per quod habet oppoſitionem ad ipſum ſpirari, ſufficit quantum ad inpugnationem extraneorum.

Sed aduerte quod Beat. Thom. in prima diſtinctio. 10. quæſtio. 1. articul. 5. ubi illa autem duo uidentur fauere Scoto, ſic enim arguit in corpo. artic. diuerſi modi producendi diſtincti non poſſunt terminari ad idem productum ſpecie: hanc pro-

E batio natura & arte, non enim uidet idem ſpecie poſſe produci arte & natura, nec idem ſpecie ex propagine, & ex putrefactione, ſed generare & ſpirare ſunt diuerſi modi producendi ſpecie diſtincti, hanc relinquit pro conſtanti, ergo impoſſibile eſt quod quocunque alio remoto, filius, & Spiritus ſanctus diſtinguerentur realiter, & ſpecifice etiam, etiam ſuppoſito, quod filius non ſpiraret.

Reſpondeo, quod ſtantibus diuerſis modis, non poſſunt conuenire eidem, ſed nego quod generare & ſpirare remanerent diuerſi modi, ſi Spiritus ſanctus non procederet à filio, quoniam de ratione ſpirationis eſt, ut ſit à duobus, aliter non eſſet amor amicitiæ inter patrem, & filium. unde cum dicitur eſſe ab alio per ſpirationem in ly: alio includitur, filius: quoniam, ut ſic, eſt unum cum patre in uirtute ſpiratiua.

A Quod autem Beat. Thom. non concedat idem ſpecie poſſe produci ex propagatione & ex putrefactione. Aduerte quod oppoſitum tenet in 7. metaphyſicor. ſuper textu. 23. & ſic uidentur ſibi oppoſitus.

Hanc concludam in 7. metaphyſicor. quæſt. 16. & hic breuiter tango. ſciās igitur quod diuerſi modi producendi, qui ſunt ab eodem agente, uel diſtinctis agentibus, tamen diſparatis non terminantur ad idem ſpecie, ſicut agere per naturam, & agere per artem: ſi diuerſi autem modi producendi, quorum vnus eſt ab agente uniuerſali tantum, & alius ab uniuerſali, & particulari, ſimul poſſunt terminari ad idem ſpecie: ſicut calor à ſole, & calor ab igne influente Sole Beat. Thom. in 1. ſentent. ſupponit, quod ſi duo producerentur, unum ex ſemine, alterum ex putrefactione ab eodem agente, uel diſparatis agentibus, non eſſent eiuſdem ſpeciei, puta ſi homo ex putrefactione generat uermem, & ex ſemine filium, hæc duo non poſſunt

B eſſe eiuſdem ſpeciei. Idem eueniret, ſi generaret duos filios, vnum ex putrefactione, alterum ex ſemine, ſi tamen Sol ex putrefactione generaret hominem & homo ex ſemine hominē, eſſent eiuſdem ſpeciei quoniam agens particulare non propriè condiſtinguitur contra agens uniuerſale in 3. metap. ſupponunt, quiſ producitur ab agentibus non diſparatis, ſed ſubordinatis, qualia ſunt agens, uniuerſale, & particulare. In primo ſenſu patet quod filius, & Spiritus ſanctus procedunt à patre, & ideo ſeruata diuerſitate reali modorum producendi, quam ponimus non ſeruari, niſi ſtante ordine originis inter filium, & Spiritum ſanctum, impoſſibile eſt quod terminetur ad unum productum ſpecie: hæc ſufficiant quantum ad ſuſtentationem primæ rationis.

Pro ſuſtentatione autem ſecundæ duo occurrunt: primo, An hæc ſecunda ſit neceſſaria, uel tantum probabilis. ſecundo ſi eius hæc propoſitio articuli eſt uera, *Neceſſe eſt quod amor ſit a verbo procedens.*

C Quantum ad primum tenet expoſitor quod eſt probabilis, quia non eſt euidens, amorem notionalem eſſe neceſſario à conceptu notionali: poſſet enim quis dicere, quod pater intelligens eſſentiam ſuam ſine expreſſione producit amorem notionalem.

Sed quia qualis ordo ſeruatur inter eſſentialia, talis debet ſeruari inter notionalia, ideo ſicut Pater intelligendo ſe eſſentialiter amaret ſe eſſentialiter, ita ſi amat ſe notionaliter, intelligit ſe notionaliter, quod eſt producere uerbum.

Tu tamen potes dicere, quod eſt neceſſaria ex uno ſuppoſito ſcilicet uerbum notionale eſſe in Deo quod tenetur ex fide, tunc enim neceſſe eſt amorem eſſe a uerbo.

Quantum ad ſecundum dupliciter arguitur contra prædictam propoſitionem: primo ſic: poteſt aliquid intelligi & non formari uerbum ut patet in beatis, ergo poteſt amari ſine uerbo.

D Secundo hæc conſequentia non ualet, non poſſum intelligere ſine ſenſu, ergo ſenſus eſt principium productiuum intellectionis: ergo ſimiliter nec ualet, illa res non poteſt amari ſine uerbo uel conceptu, ergo verbum eſt productiuum amoris.

Ad primum dicit expoſitor negatur antecedens de intellectione naturali ad differentiam beatificæ, & quia Deus naturali intellectione intelligit ſe, ideo producit uerbum.

Tu autem aduerte quod licet intellectione ſupernaturali nō producatur uerbum, tamen illa æquipollet uerbo, & ideo beatus poteſt amare Deum, licet hic amor non niſi æquipollenter producatur à uerbo.

Ad ſecundum dicit expoſitor & bene, quod D. Tho. non facit illam conſequentiam ita rudem, ſed facit eam ſuppoſito quod bonum cognitum ſit productiuum amoris, & motiuum appetitus, ex tertio de anima & 12. meta. bonum autem cognitum

E in eſſe cognito eſt ipſe conceptus.

Pro ſuſtentatione tertiæ rationis, contra illam propoſitionem. *Inaliis, in quibus eſt diſtinctio non ſolum materialis ſemper inuenitur in multitudine productorum aliquis ordo.*

Aliqui arguunt dupliciter: primo ſic: Deus poteſt producere plures Gabrieles ſine ordine, quia immediate, et tamen diſtinguuntur non materialiter, cum ſint ſubſtantiæ immateriales, ergo.

Secundo Deus ſi produceret omnia ſine media cauſa, produceret ſine ordine; ergo propoſitio illa eſt falſa. expoſitor reſpondit modo ſuo, ſed tu aduerte quod reſponſio eius eſt in quæſtio. de potentia quæſtio. 10. articulo 5. & reſponſio Beat. Thom. *Vbi autem inuenitur prima differentia*, ſtat in hoc, licet Deus poſſet producere plures Gabrieles, ſine ordine prioris, & poſterioris duratione, quia in eodem inſtanti poſſet & ſine ordine cauſarum, tamen non ſine ordine perfectionis ſuppoſito,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Poſito, quod diſtinguantur ſpecie, ſic enim ſe habet vt duæ ſpecies numerorum, quarum una addit alteri. In diuinis autem non poteſt aſſignari niſi ordo originis, quia omnis alius ordo dicit imperfectionem, & ideo cum genitum, & ſpiratum diſtinguantur realiter, formaliter, neceſſario includunt ordinem originis. Vltimo in fine articuli, ibi *unde etiam ipſi græci &c.* reprehendit græcos, ſed videtur non bene reprehendere, nam Beat. Thom. ex hoc antecedenti, *Spiritus ſanctus eſt a patre per filium*, deducit, ergo procedit à filio, quæ tamen conſequentia non uidetur ualere, nam hæc non eſt uera. Viſio fit per lumen, ergo procedit à lumine, procedit enim à uiſu productiuè &c. non à lumine. ſimiliter conſequentia Beat Thom. prædicta non erit uera.

Ad hoc dico, quòd eſt vera in hac materia, licet non abſolutè, quia in diuinis nullus ordo cauſalitatis poteſt ſaluari, niſi ordo originis qui deſignatur per ly, à, vel ab.

G In reſponſione ad primum *Regulariter etiam* vſque ibi, *diſtinguuntur*. cadit dubium, quia ſi hæc vera, ſolus pater ſpirat. & tamen non excluditur filius, ita hæc erit vera, Solus pater eſt Deus, quia ly Deus, pater, & filius non opponuntur, & tamen ſupra in quæſtio. 31. 4. dixit hanc eſſe falſam. niſi exponatur neutro in genere. & tunc licet ſit vera, non tamen eſt extendenda.

Reſpondeo, ſupra locutus eſt ſecundum rationem formalem excluſiuè, ut conſideratur à logicis, hic autem accipit ſecundum modum ſcripturæ ſacræ, quam non oportet artare ad illas regulas, ut diximus ſuprà, loquentes de excluſiuis, & de Syllogiſmo expoſitorio.

ARTICVLVS III.

H *Vtrum Pater ſpiret per filium.*

IN hoc articulo aduerte quod ideo difficilis eſt, quia hæc propoſitio, *Pater ſpirat per filium*, poteſt eſſe uera & falſa, vera ſi ly, *per*, dicat medium ſuppoſitum, & eſt ſicut iſta, *Rex agit per Balliuum*, falſa autem ſi ly, *per*, dicat mediam uirtutem, & eſt ſicut iſta, *Balliuus operatur per Regem*, non enim ly, *per Regem* ſignificat medium ſuppoſitum, ſed primam uirtutem per quam balliuus agit. falſum eſt autem, quod Pater ſpiret per filium, tanquam propriam uirtutem.

In reſponſione ad ſecundum *licet aliquando dicatur principaliter*, vſque in finem. Aduerte quod eodem ſenſu poteſt dici Spiritus ſanctus ſpirari magis à patre, quàm à filio, ſicut conceditur, patrem eſſe maiorem filio. Concedimus quidem quia pater quicquid habet, habet à ſe: non tamen filius minus habet, quia totum, quod eſt patris, communicatur idem numero ipſi filio, ſicut pater magis ſpirat, quia ſpirat à ſe, non tamen filius minus ſpirat, quia eadem uirtute ſpirat. I

Quomodo autem intelligatur illa propoſitio, *propter quod unumquodque & illud* vide Herueu. in primo diſtinctio. 11. quæſtio. ſecunda.

In reſponſione ad tertium, *unde non fuit prius genitus filius quam Spiritus ſanctus procederet*. Aduerte quod Scotus in primo diſtinctio. 12. quæſtio. 11. tenet oppoſitum & dicit duo, primo quod Pater non ſpirat priuſquam filius, licet habeat virtutem ſpiratiuam à ſe, quoniam in primo ſpiratiuo non eſt aliquis ordo, & quoniam filius ſpiraret ſpiratum, quod eſt abſurdum.

Secundo dicit, quod Pater prius generat quam ſpiret, & ſic genitum eſt prius ſpirato, cum ſpiretur à genito, & hoc dicit eſſe ordinem principiorum, ſcilicet intellectus & uoluntatis, cum uoluntas ſupponat intellectum, & per conſequens actus actum & ſimiliter terminus terminum. Vnde imaginatur ipſe patrem in primo ſigno habere utramque fœcunditatem à ſe, in ſecundo ſigno habet actum primæ fœcunditatis, & producit filium, communicando ei uirtutem ſpiratiuam ſicut eſſe, & alia, in quibus patri non opponitur, & in hoc ſecundo ſigno non eſt ſpiratum. In tertio ſigno eſt actus ſecundæ fœcunditatis à patre & filio, cum aliquo tamen ordine, non quod pater primus ſpiret, ſed quia ſpirat à ſe, filius autem non à ſe, ſed accipit à patre, & hanc ſuam imaginationem non aliter probat, in qua tamen uidetur ponere prius, in quo eſt filius, prius etiam in quo non eſt Spiritus ſanctus. K

Sed contra hanc imaginationem arguit Greg. in primo diſtinct. 9. quæſtio. 1. ſecundo ibi *in his dictis plura falſa continentur*. Et primo, contra illud dictum, quod pater in primo ſigno non generat, ſed poteſt generare, & præcipua eius media ſunt duo.

Primum filius erit non coæternus patri, quoniam in primo ſigno Pater eſt pater, & non eſt filius, ergo filius habet initium ſaltem ſecundum intellectum, quod eſt contra Augu. qui dicit extra omne initium, quod dici aut intelligi poſſit credendum eſt genitum eſſe ſapientium.

Secundum, ſecundum Scotum, Pater in primo ſigno à ſe habet omnem entitatem abſolutam, & relatiuam quia nihil habet à filio ergo generationem actiuam, ergò in primo ſigno generat.

Deinde arguit contra hæc ſigna, & primo ſic. cum dicitur Pater habet aliquid in primo ſigno, & aliquid in ſecundo, per ly, primo & ſecundo intelligitur aliqua duratio, & ſic eſt contra ſanam doctrinam, de coæternitate perſonarum, vel intelligitur tantum per primum ſignum id eſt haberi à ſe, & per ſecundum haberi ab alio, & tunc eſt contradictio expreſſa in Scoto, nam dicit ipſe, quod Pater non prius ſpirat quàm filius. Contra, pater ſpirat à ſe, ergo prius ſpirat, & filius non ſpirat à ſe, ergo poſterius: cum ergo ſequatur contradictio manifeſta in Scoto, ſequitur quod accipiebat illa ſigna, ut dicunt quandam durationem, quod innuit illud uerbum poſitum à Scoto, cum dicit tunc filius ſpirat. Nam ly tunc, eſt ſignum durationis, & cum illa prioritas durationis non debeat admitti ſpiratum &c. illa ſigna non ſunt acceptanda. ſecundo ſi cum dicitur hoc eſt in primo ſigno, ly ſigno, pro aliquo ſupponit, aliter fruſtra eſſet, ſi pro aliquo, uel illud eſt Deus, uel in Deo, uel non eſt Deus nec in Deo, non ſecundum, quia ſine eo adhuc eſſet Trinitas, nõ enim pendet Deus à non Deo. Non primum, quia illud eſt uel eſſentiale uel notionale. ſi eſſentiale, ſupponit pro eſſentia, & tūc erit ſenſus, eſſentia eſt in primo ſigno, id eſt, eſſentia eſt in eſſentia: idem erit de notionali, ſed hæc ad rem non conferunt, ergo vel vt falſa, vel ut inutilia relinquantur.

In reſponſione ad quartum *non ſemper recipitur conuerſio*. Aduerte quod ad illam conuerſionem duo requiruntur, primo quod utrumque producens ſit liberum, id eſt, habeat dominiũ ſuper actum ſuum, quod eſt omne producens intellectuale. Si autem ſecundum ſit purum inſtrumentum, non ſit conuerſio. Vnde hæc falſa, calamus ſcribit per ſcriptorem, ſed hoc non ſufficit, cum enim pater & filius ſint producentes intellectuales, ſi aliud non requiritur, fieret conuerſio. Requiritur ergo ſecundo, ordo ſuppoſitorum, & ordo uirtutum, ita quod ſicut ſunt diſtincta ſuppoſita, ſint diſtinctæ uirtutes, & quia hæc conditio eſt inter Regem, & Balliuum, ideo ualet conuerſio, alia eſt enim numero uirtus remanens in Rege, & communicata Balliuo, quia in creatis nullum idem numero eſt in diſtinctis ſuppoſitis, quia autem hæc conditio non eſt in patre, & filio ut patet, ideo non ualet conuerſio.

ARTICVL. IIII.

Vtrum Pater, & filius ſint vnum principium Spiritus ſancti.

QVidam tamen dicunt hanc eſſe propriam. Aduerte quod Grego. in primo diſt. 12. quæſt. 1. tenet hanc opinionem, & dicit hanc propoſitionem non eſſe tenendam de uirtute ſermonis, ſed in ſenſu, quem intendebant ſancti doctores. ipſi quidem intendebant remouere à patre, & filio omnem imperfectionem inuentam in duobus creatis agentibus, concurrentibus per ſe ad unum effectum. hoc autem commune eſt eis, quod diſformiter agunt, quia uel diſtincta uirtute, uel unum magis quam alterum, uel unum poſt alterum, & ſic diſformiter, & diuerſo modo agunt, & quia pater & filius non ſic, immo uniformiter, ideo dicunt Patrem, & filium eſſe unum principium, id eſt, uno modo principiare, & hanc dicit eſſe mentem Magiſtri &c. uide eum. Quod autem non ſit propria probat Grego. in primo quæſtio. quia ly, *principium*, vel ſupponeret pro notione communi, & hoc non, quia notio non eſt id, quod ſpirat vel perſona aliqua, & hoc non, quia quacunque perſona demonſtrata falſum eſt dicere, Pater, & filius ſunt unum principium, id eſt una perſona, uel per eſſentiam, & hoc non quia ſicut non generat, ſic non ſpirat.

Sed ſimili modo poſſit pater duo principia. Aduerte quod Beat. Thom. non intendit reprobare illum modum vt falſum. verũ eſt enim quod vniformiter ſpirant, quia eadem uirtute numero, ſed intendit quod non ſufficit ille modus, nam ſi poteſt ſaluari illa propoſitio, vt propria ſaluãda eſt, & ideo declarat quo modo ſit propria ibi, *& ideo dicendum eſt*.

Licet hoc nomen principium & uſque ibi *in creati*, Aduerte quod ſi ly *Deus* tenetur adiectiuè, id eſt, habens deitatem, & ſubſtantiue

ſubſtantiue, id eſt res, quæ eſt Deus, ſic ly, *principium* adiectiuè quidem id eſt, habens proprietatem, uel uirtutem ſpiratiuam, ſubſtantiue autem, & id eſt, id quod eſt principium ibi tenetur ſubſtantiue, & quia ſubſtantiue ſupponunt, neceſſe eſt quòd in hac propoſitione, *Pater & filius &c.* pro aliquo ſupponat. pro quo autem dicam, cum ſoluam argumenta Gregorij. A

In ſolutione, ad primum *inquantum ſunt vnum in uirtute &c.* vſque in fine, Aduerte quòd Aureolus, & Scotus, & Henricus impugnant hanc reſponſionem. Aureol. vult, quòd non vt unum quia negatio non ratio formalis actus realis, nec ut plures, quia pluralitas cum ſit multitudo dicit negationem quæ eſt diuiſio, ergo &c.

Præterea Pater perfectiſſime ſpirat, & tota ſpiratione eſt à patre, & filius accipitur à Patre & non è conuerſo: ergo ſpirant inquantum ſunt plures. Scotus tenet idem, & ſunt eædem rationes eius cum Aureo.

Pro ſolutione attende, quòd Aur. eſſe illud, *vt vnum* decipitur quia Be. Thom. non intendit de formali quod eſt negatio ſed de ſubſtrato, ut ſtat ſub formali, intendit enim quòd ſpirant vt vnum, id eſt, vt habent virtutem ſpiratiuam indiuiſam omnibus modis.

Item eſſe illam pluralitatem eodem modo. Intendit enim pro ſubſtrato ſub formali, id eſt ſpirat inquantum ſunt diſtincta ſuppoſita. ſimiliter decipitur ipſe, & Scotus in illa perfecta ſpiratione, nam poteſt dupliciter accipi: primo quo ad principium ſpiratiuum, ſecundo quo ad conditionem requiſitam ex parte ſuppoſitorum ſpirantium, quæ eſt diſtinctio ratione primi: eſt perfectiſſime, & totaliter à patre ratione ſecundi, non qui repugnat patrem eſſe duo ſuppoſita, & dicas, ergo Pater accipit aliter aliquid à filio, uel indiget filio, uel eſt imperfectus, uel impotens ſine filio, negandæ ſunt omnes conſequentiæ quia filius nec formaliter. nec effectiue aliquid dat patri, C ſed bene conceditur, quòd Pater habet aliquid, quod non haberet niſi eſſet filius, ſicut habet paternitatem, quam non haberet, niſi filius eſſet, & ſimiliter ſi filius non eſſet, non ſpiraret pater: quia de ratione ſpirationis eſt, quòd ſit à duobus. Ex his uidebis ſoluta omnia argumenta Scoti & Aureol. quæ recitantur à Capreol. in prima diſtinct. 12. quæſtio. 1. ſecundo loco contra quartam.

Henricus autem tenet, quòd pluralitas neceſſario requiritur ex parte principij ſpiratiui, tenet enim, quòd nexus duarum voluntatum, & concordia, & mutuitas amandi ſunt de ratione principij, ſpiratiui, & quoniam omnia argumenta eius concludũt de ratione principij ſpirantis, quod nos concedimus, (neceſſe eſt enim, ut ſuppoſita ſpirantia ſint vnum, & concordia & mutua in eodem amore numero) ideo non indigent alia ſolutione. Vnde negandæ ſunt omnes illæ conditiones, ſi applicentur principio quo

Solutiones Capreo. in eodem loco claræ ſunt, uide.

In reſponſione ad ſecundum, *non tamen ſequitur, quòd propter &c.* vſque ibi, *ſuppoſitorum*. Contra ad pluralitatem formæ plurificantur ſubſtantiua ſecundum B. Thom. ſed in patre ſunt duæ formæ, ſcilicet virtus generandi, & uirtus ſpirandi, ergo, Pater poteſt dici duo principia.

Expoſitor reſpondens recitat opinionem dicentium, inter quos eſt Capreol. vt videbimus infra, quòd minor eſt vera quando illæ duæ formæ diſtinguuntur realiter, & hoc non ſeruatur in uirtute generandi, & in uirtute ſpirãdi cum non ſint oppoſitæ, ideo dicunt, quòd ratio concludit.

Contra hoc arguit Expoſitor, & bene, quoniam ſtat, Sortem habere in ſe plures artes realiter diſtinctas, & tamen nõ eſt plures artifices, ipſe igitur reſpondens dicit, diſtinguendum eſt de ſubſtantiuo in abſtracto, & in concreto & dicit maiorem non eſſe veram niſi in ſubſtantiuo abſtracto. In concreto autem duo requiruntur, ſcilicet diuerſitas formæ & diſtinctio habentium formas. Hæc reſponſio valet, ſed neceſſe non fuit adducere illam diſtinctionem, quoniam cum adiectiuum ſemper tenetur in concreto, ſubſtantiuum ei correſpondens debet intelligi in concreto, & ideo dico, quòd cum Be. Thom. dicit ſubſtantiua plurificari ſecundum formas, Adiectiua ſuppoſita regulariter intelligit in concreto.

In reſponſione ad quartum, *hoc quod dico principium, non habet*. Contra hoc arguit Greg. vt adducit Capreol. in prima diſtinction. 12. quæſtio. prima poſt ſolutionem factam in pedem quæſt. &c.

Primo arguit quòd ly, *principium* non ſupponat confuſe tantum, & hoc tripliciter, primo ſuppoſitio confuſa ſit per ſignum omne, ut omnis homo eſt animal, uel per aliquid ſyncathegorema, ut per diſtinctionem excluſiuam, ſicut hic come di panem tantum, vel tantum panem, licet in hanc pater, & filius ſunt unum principium, neutrum eſt ergo.

Secundo per ſimplicem conuerſionem hæc conſequentia valet, & filius ſunt vnum principium, ergo vnum principium ſunt pater, & filius, ſed in hac ſecunda ly, *principium* non ſtat niſi determinate, ergo nec in prima, tertio ſic in ſuppoſitione, confuſa licet defendere diſiunctim non mutato ſubiecto, id autem non poteſt fieri hic falſum eſt enim quòd Pater & filius ſint hoc, uel hoc principium ſicut non ſunt hæc vel illa principia.

Ad primum dico quòd ly, *principium* ſupponit confuſe ratione illius ſincathegorematis, & quòd conſtituit ſubiectum copulatum, ideo iunctim tantum, & non diuiſim, & ideo eſt neceſſe, ut ſumatur, ut unum in ly, *principium*

Ad ſecundum idem, & nego quòd ly, *principium* in ſecundo ſtet determinate: quia ſubiecta taliter ſupponunt, qualiter requirunt prædicata, & quia hoc prædicatum, Pater, & filius B requirit ſuppoſitionem confuſam, in ly, *vnum principium* ideo non ſupponit determinate ſicut in iſta, *homo eſt ſpecies* ly, *homo* non ſupponit determinate, nec perſonaliter, quia ly, *ſpecies* non compatitur hoc.

Ad tertium licet Capreolus concedat deſcenſum diſiunctũ reſpectu, ly, *principium*, tamen melius eſt dicere, quòd cum detur ſuppoſitio confuſa mobilis, & immobilis in hac propoſitione ſtat ly, *principium*, immobiliter: quia reſpectu principij non dantur in Deo plura ſingularia, ad quæ poſſit fieri deſcenſus, & quòd detur confuſa immobilis patet in hac, *ſemper erit homo*. & in hac *materia non poteſt eſſe ſine forma*, & in hac *vbique eſt corpus*.

Deinde probat, quòd illud dictum Bea. Thom. quòd principium ſupponit pro duabus perſonis ſimiliter ſit falſum: qui non minus erit concedenda iſta, pater filius ſunt principia, ſicut iſta ſunt perſonæ.

Præterea terminus in plurali numero magis proprie ſupponit pro pluribus coniunctim, quàm in ſingulari, vnde in iſta, Sortes, & Plato ſunt homines, ly, homines magis proprie ſupponit pro pluribus quàm ſi diceretur, ſunt homo. Præterea ſi ſupponit pro duabus perſonis ſimul ergo ſtabit terminate, ſicut in hac, Sortes, & plato ſunt homo, nam licet deſcendens, ut patet apud logicos

Ad primum, nego conſequentiam, ideo enim, Pater, & filius ſunt perſonæ, quia proprietates perſonales ſunt duæ, & quia uirtus ſpiratiua non multiplicatur, ideo non ſunt duo principia.

Ad ſecundum, nego illud aſſumptum, non enim uerum eſt, niſi quando termini in plurali ſignificant plures formas, ut ly, homines, & ly, perſonæ, non ſic autem eſt ut diximus de ly, principia, quoniam in Deo non inueniuntur, ſub eo plura ſingularia.

D Ad tertium negatur conſequentia, non licet deſcendere determinate, niſi quando multiplicatur forma in pluribus ſuppoſitis. Sic reſpondit Capreol. ad argumenta Gregorij.

Sed tu potes dicere, quod Beat. Thom. non intendit ly, *principium*, ſupponere pro duabus perſonis ſimul, ut perſonæ ſunt, ſed pro duabus, ut conueniunt in uirtute ſpiratiua. Argumenta autem Gregorij non habent apparentiam, niſi in ſenſu, ſed Beat. Thom. intendit ſecundum, ideo nihil contra eum.

In reſponſione ad ſextum, *poteſt concedi quòd pater, & filius, ſunt idem principium*. Aduerte q. B. Thom. in prima diſt. 29. q. 1. artic. quarto, ad ultimum ſuſtinet, quòd poteſt concedi, quòd ſunt idem principium, & non ſunt idem.

Nam ſi ly, *idem*, auferet diſtinctionem, virtutis ſpiratiuæ, & diſtinctionem ſuppoſitorum, non debet concedi quòd ſint idem principium. Si autem aufert diſtinctionem virtutis ſpiratiuæ, ſtante diſtinctione ſuppoſitorum, debet concedi, & hanc E viam tenet determinate in prima parte hic, cum dicit, quòd ly *principium* ſupponit pro duabus perſonis indiſtincte, id eſt perſonis diſtinctis, ut conueniunt in uirtute ſpiratiua, & reſpectu illius ſunt indiſtinctæ.

In reſponſione ad ſeptimum determinat, quòd non poſſunt dici duo ſpiratores, cum oppoſitum tenet in 1. diſtinctione. 11. quæſtione prima articul. 4. & ratio eius illic eſt quia quando ſubſtantiuum importat forma non modo formæ, ſed formam quæ eſt operatio, cum operatio reſpiciat ſuppoſita, poteſt plurificari ſubſtantiuum, dato quòd forma quæ eſt operatio non plurificetur, & ideo quia ſpiratio importat operationem, videtur quòd ſtante vnitate ſpirationis, & diſtinctione ſuppoſitorum poſſint dici duo ſpiratores. Verum aduertendũ hic, quòd ex hac ratione poſſent dici duo creatores, cum creatio ſit operatio, ideo dicit abſolute ſubſtantiuum nõ plurificari niſi plurificata forma, ſiue ſumatur forma modo

forma

Universidad de Deusto Biblioteca

formæ vel modo operationis, & ſic ſtandum eſt in prima par- F te, & negandum eſt ſubſtantiuum poſſe pluraficari etiam quādo denominatur ab operatione niſi operatio vt habet rationem formæ, multiplicetur. vnde autem ſit quòd ſubſtantiua trahunt diſtinctionem à forma & adiectiua à ſuppoſitis, ac pluralitatem Beat. Thom. adducet rationem in prima quæſtion. 39. artic. & illa defenſabitur contra Aureo.

¶Quæſtio XXXVII.

Articvlvs I.

Vtrum Amor ſit proprium nomen ſpiritus ſancti.

S*ic igitur in quantum in amore.* Aduerte vt refert G Capreo. prima diſtinct. 32. quæſt. 1. articul. primo contra quintam in quarto loco arguit contra diſtinctionem datam de amore eſſentiali, & perſonali, & decipitur, quia credit quòd ſecundum Beat. Thom. ſint duo amores diſtincti realiter: quod eſt falſum, imo eſt diſtinctio, ſecundum rationem in amorem conceptum abſolutè qui dicitur eſſentialis, & in amorem conceptum relatiuè qui dicitur perſonalis: quod tamen ex virtute ſermonis non eſt quid perſonale ex accommodatione, niſi dicatur amor ſpiritus.

Sicut ſapientia genita efficitur proprium nomen filij, & ex hoc ſoluitur argumentum Aureo. quæ procedunt contra diſtinctionem realem amoris, quam non addmittimus in Deo.

Ita quòd intelligatur amor procedens. Aduerte, quòd Aureol. vt adducit illic Capreo. in quinto loco probat amorem non H poſſe dici procedentem in Deo, nec productum quocunque modo ſumatur, & decipitur, quia eſſentia & amor perſonalis ſunt idem credit quòd ſicut repugnat eſſentiæ, produci vel capere eſſe, ſic amor perſonali: quod non valet quia amor perſonalis dicit relationem ſubſiſtentem, quæ eſt quid diſtinctum, & ſubſiſtens, & quæ poteſt terminare productionem, tales autem conditiones non ſeruantur in eſſentia, ideo non eſt ſimilis ratio.

In reſponſione ad ſecundum, *ſpiritus ſanctus eſt amor patris in filium, &c.* Dubitatur cum amor ſit terminus actionis immanentis, ſicut verbum, ergo permanet in producente, ergo non tendit in alterum. Ad hoc reſpondet Herue. in prima diſti. 10. quæſt. 2. in ſolutione primæ quæſt. & ſtat in hoc: dico quòd non eſt amor patris in filium, ut in ſubiectum: ſic enim eſſet actio tranſiens ſpiratio, ſed eſt in filium, ut in obiectum, ut viſio eſt in uiſibile, ut in obiectum, & volitio in volitum ut in obiectum. I

In reſponſione ad tertium. *Spiritus ſanctus dicitur eſſe nexus.* Aduerte quia dicitur eſſe nexus, non quòd in eo vniantur in unitate, ſed quia importat mutuam inclinationem, qua pater inclinatur in filium, & è conuerſo, quæ inclinatio eſt terminus mutuæ dilectionis ſpiratæ, & eſſet ſimile, ſi Sortes, & Plato mutuo ſpirarent vnum amorem ſubſiſtentem, quouiſq; eſſent amans, & amatus, & hæc eſt mens Herue. in 1. diſt. 10. quæſtio. 1. in ſolutione ſecundæ quæſt.

Articvl. II.

Vtrum Pater, & filius diligant ſe ſpiritu ſancto.

E*T dicunt hanc eſſe retractatam.* Contra hoc arguit B. Thom. in 1. diſtinct. 32. quæſt. 1. artic. 1. ibi *ſed hoc non videtur conueniens.* Quia appropriatur Spiritus ſancti. Contra hoc arguit B. Thom. in primo vbi ſupra ibi. Hoc etiam non videtur conueniens.

Conſtruitur in habitudinem ſigni. Contra hoc arguit B. Thom. ibidem dupliciter. & prima probatio ſtat in hoc omnis creata perfectio eſt ſignum perfectionis exiſtentis in Deo, cum ſit ab illa, ergo amor creatus eſt ſignum dilectionis exiſtentis in Deo, cum ſit ab illa, ergo amor creatus eſt ſignum dilectionis, inter patrem, & filium, ergo eodem modo hæc erit vera pater, & filius diligunt ſe amore creato, & ſimiliter ſunt bonum bonitate creata. Secunda ſtat in hoc Pater diligit Spiritu ſancto, ergo amore aliquid diligitur formaliter, ſicut calore calefit formaliter.

In habitudine cauſæ formalis. Contra hoc arguit B. Thom. ibidem dupliciter, & prima ratio intendit de forma ſignata modo formæ, & non modo actionis, nam lapis denominatur viſus viſione non inhærenti ſibi, ſed nec modo formæ eſt vniuerſaliter vera: nam denominatur locatum à loco, qui eſt inhærenter in locante, & ideo appoſuit ſecundam rationem de forma.

Quidam vero in habitudine effectus formalis. Aduerte quòd B. Thom. in primo ibidem attribuit hanc Hugoni de ſancto Victore, hic, & in primo, nam in primo vult quòd agens denominetur tantum à forma quæ eſt principium agendi vt agat vel calefactione, vt ignis dicitur moueri ſurſum, & leuitate, & motu, & ſic concludit quòd Pater denominatur diligens ſpiritu ſancto, non ut forma, ſcilicet vt actio de, ſumendo ſpiritum ſanctum pro amore notionali ſumpto, ut eſt procedens, & vt ſignificatur modo actionis, ſed hic melius conſiderans, innuit terminum denominans, ſcilicet effectum, qui eſt terminus actionis. Nam hæc eſt vera, planta floret virtute germinatiua, G vt principio & floritione, vt actione egrediente, & floribus, vt terminus actionis. Sic hæc denominatio, Pater diligit filium, poteſt fieri à tribus, primo à principio vt forma, & cum illa ſit communis patri, & filio erit eſſentia vel virtus ſpiratiua, ſecundo à productione, & hæc erit ſpiratio, tertio à termino, & hæc erit perſona ſpirata, hæc ergo eſt vera, Pater diligit filium eſſentia, vt habet rationem amoris eſſentialis, & ſpiratione ſpiritus ſancti.

In ſolutione ad ſecundum, Aduerte quòd clarior eſt in primo in eodem articulo ad Tertium, & ſtat in hoc, ly, *generare, & ſpirare,* & dicunt actionem egredientem, & non determinatum effectum, ideo non ſit denominatio in eis ab effectu, ſed in ly, *diligere, & dicere,* duo includuntur, ſcilicet actio, & effectus determinatus, eſt enim notionaliter diligere, amorem emittere, & dicere uerbum eſt producere, ideo in his ſit denominatio ab actione, & à termino producto.

H In reſponſione ad tertium dubitare contingit, Vtrū ſicut eſt verum, quòd Pater diligit ſe & non ſpiritu ſancto, ita ſit verū quod ſpiritus ſanctus diligit ſe ſpiritu ſancto. Ad hoc reſpondit B. Thom. prima diſt. 32. quæſtio. prima ſecundo quartum, uidetur.

Contra determinationem, & Prob. concluſionis inſtat Aureo. & Scotus, & Durandus verum antequam ſoluantur argumenta eorum, pono aliqua fundamenta quibus apparebit quomodo non attingunt ſenſum B. Thom.

Primum, Illa propoſitio in articulo in qua dicitur, quòd *Aliquid poteſt conſtrui in habitudine effectus formalis,* dupliciter poteſt intelligi, primo quòd ille effectus ſit ſecundū rem effectus formaliter, ſicut lucere eſt effectus formalis ipſius lucis, & ſic Beat. Thom. non intendit hic, patet enim quod veſtimentum & flos non ſunt ſicut effectus formalis, immo ly, flos, eſt effectus cauſæ efficientis, ſecundo quòd ille effectus qui ſecundū rē eſt effectus non formalis, tamen vt denominās eſt ac ſi eſſet I forma. Vnde ſicut iſta eſt uera, paries albet albedine, ita hæc eſt vera, arbor floret floře, excepto quòd albedo re, & denominatione eſt forma, in hac autem flos eſt effectus re, quo ad denominationem autem eſt forma, ex hoc fundamento uidebis ſoluta duo prima argumenta Aureoli in Capreolo in diſtinctione trigeſimaſecunda, quæſtione prima, articulo primo contra quintam, licet enim veſtimentum & flos, non ſint ſecūdum rem effectus cauſæ formalis, ſed potius efficientis, tamen vt denominant, dicuntur effectus formales quia denominant ac ſi eſſent formæ.

Secundum, Illa propoſitio in articul. *quando effectus includuntur in intellectu actionis,* dupliciter poteſt intelligi, primo, vt ipſe eſſicacem actionem ſicut ædificare includit ædificium, ut intelligatur quod ædificare non eſt abſolute agere, ſed agere hoc, & ſic B. Th. non intendit hic, nam hæc eſt falſa, Plato ædificat ædificio & generat genito, ſecundo includitur ut coniunctus ſuæ K actioni, uel productioni, ut dicit Capreol. pro vt uerbum ſignificans talem actionem dicit emiſſionem actionis, & effectum uel terminum actionis, ſicut dicere ſignificat proferre, quæ eſt actio, & uerbum, quod eſt terminus productionis, & de his intendit Beat. Thom. quòd denominatio poteſt fieri ab effectu vt forma & inter hæc computatur florere, nam ſignificat producere florem & diligere notionaliter, nam ſignificat ſpirare amorem, & ſi dicas, unde habent verba hæc talē ſignificatum & non alia. Reſpondeo quia ſic impoſita ſunt & ſic dicatur, quomodo differunt ab alijs importantibus actionem tantum, uel ſignificantibus tantum. Reſpondeo ſecundum Capreol. quòd differunt ex eo quòd accuſatiuus rectus ab eis non ſemper eſt effectus productus, ut patet, cum dico, Sortes dicit hiſtoriam, non eſt neceſſe hiſtoriam eſſe factam dicente, ſimiliter cum dico Pater dicit ſe verbo, non eſt ſenſus quòd producat

at ſe, ſed manifeſtat ſe, in illis autem accuſatiuus rectus à A verbo dicit productum, vt Sortes generat filium, ædificat domum.

Ex hoc fundamento ſoluuntur duo argumenta Aureol. quæ etiam ſunt Scoti ad literam, primum eſt in actu ſpirandi & generandi includuntur ſpiratum & genitum, & tamen hæc eſt falſa, Pater ſpirat ſpirato, generat genito, ergo & iſta Pater diligit ſpiritu ſancto.

Reſpondeo, ly, *ſpiritu* & ly, *genito*, non includuntur in verbo, niſi in primo ſenſu, ſicut ædificium in ædificare, non autem intendimus in ſecundo ſenſu.

Secundum eſt, ædificare, includit ædificium, & tamē hæc eſt falſa, Sortes ædificat ædificio.

Reſpondeo, vt ad præcedens et ex fundamento dato.

Tertium ly, *florere*, dupliciter poteſt conſiderari, primo vt æquipollet iſti, *eſſe floritum*, ſicut calere eſſe calidum, & lucere eſſe lucidum, & ſic eſt verbum neutrum & ex ſignificato, & ex modo ſignificandi, & tunc ablatiuus rectus non dicit terminum productionis, cum enim dico, ignis calet calore ly, calor cum ſit intrinſecus igni non eſt productus ab igne, ſed habet rationem principij & cauſæ formalis vel efficientis, ſecundo æquipollet iſti, emittere flores, ſic eſt verbum actiuum ex ſuo ſignificato licet neutrum ex modo ſignificandi, & tunc ablatiuus rectus dicit terminum actionis, vt arbor, floret flore. B

Ex hoc fundamento ſoluo tria argumenta Aureoli, quæ continentur in vltimo argumento Scoti. Credunt enim Beat. Thom. accipere, ly *florere*, vt neutrum, pro *emittere flores*, & dato caſu, quòd acciperetur ut neutrum, adhuc ſimilitudo tenet, quo ad denominationem, nam ſicut iſta eſt vera, arbor floret, ita iſta, Pater diligit ſpiritu ſancto licet non eſſet ſimilitudo quo ad rem, ſed quantum ad hoc hic non quæritur. Tu tamen ſtabis in prima reſponſione. C

Quartum, Prædicto in qua denominatur agens, à ſua actione, uel effectu aliquando eſt conuerſiua, aliquando non, quando enim diſtinguuntur, realiter agens, & obiectum actionis, non eſt, nec poteſt eſſe conuerſiua ſuper agens: hæc enim eſt falſa, Ignis calefacit ſe calefactione, vel calore, quoniam calefaciens, & calefactum non coincidunt in idem realiter, & hoc eſt uniuerſale in actione tranſeunte in paſſum: quando autem agens, & obiectum eſſe quod ſunt idem, tunc poteſt eſſe conuerſiua ſuper agens, & hoc reperitur in actione immanenti, hæc enim eſt uera, Sortes intelligit ſe intellectione, & dicit ſe uerbo, & amat ſe amore producto à uoluntate ſua.

Ex hoc fundamento ſoluitur tertium argumentum Scoti, quo arguit non conuerſiuam ſuper agens, dato caſu quod talis prædicatio uel denominatio, eſſet uera exemplificans de D igne calefaciente. Non enim ſequitur, quòd ſi in actione tranſeunte non ſit conuerſiua, quòd ſimiliter non ſiat in actione immanenti, qualis eſt ipſum diligere.

Durandus autem in primo diſtinctio. 32. tenet hanc eſſe falſam formaliter, Pater diligit ſpiritum ſanctum ſiue ſeipſum, ſiue filium, ſumendo ly, *diligere* notionaliter, & eius rationes ſunt duæ.

Prima accuſatiuus, ſuper quem cadit actus notionalis, eſt terminus productionis, ergo ſi hæc eſt vera, Pater diligit filium ſpiritu ſancto, Pater ſpirat filium.

Secunda, Quicquid verificatur de aliquo, cum determinatione, verificatur de eo ſine determinatione, dummodo determinatio non ſit detrahens, Vnde ſicut iſta eſt vera, Sortes eſt homo dictus, ita iſta, Sortes eſt homo, ergo ſi hæc eſt vera, Pater diligit filium ſpiritu ſancto, & iſta erit vera, Pater diligit filium notionaliter, ergo Pater ſpirat filium, quod eſt manifeſte falſum. E

Ad primam nego antecedens quando verbum notionale, ſignificat actionem, & terminum incluſum in actione ut expreſſum: Talia ſunt dicere, & intelligere, eſſet autem uerum antecedens de ly *generare & ſpirare.*

Ad ſecundam, nego antecedens, quando determinatio eſt formaliter, & per ſe requiſita, non enim ualet, uideo lapidem viſu, ergo video lapidem, etiam remoto uiſu, ſic etiam eſt in propoſito, quoniam ly, *ſpiritu ſancto*, requiritur per ſe ad hoc, quòd hæc ſit uera notionaliter, Pater diligit filium ſpiritu ſancto, nam ſi non apponatur, erit uera eſſentialiter.

¶Quæſtio XXXVIII.

Articvli I. et II.

Vtrum donum ſit perſonale, & conueniat ſoli ſpiritui ſancto.

Q*VONIAM* iſti duo articul. connexi ſunt, ſimul pertractabuntur, & primo dicemus ad articul. Secundo defenſabitur tota materia huius quæſtionis.

Quo ad articulum primum pro Titul. aduerte quòd non quæritur, utrum neceſſario & per ſe ſit nomen perſonale ſicut verbum imago, & ſpiritus ſanctus in vi ſui impoſitionis de quibus diximus ſuprà, quòd dicuntur tantum perſonaliter, ſed ly, *donum*, in ſcriptura, & in doctoribus inuenimus dici de eſſentia, quam Pater donat filio, & de filio, quem pater donat nobis, & de ſpiritu ſancto nam dicitur donum Dei altiſſimi, ergo ex natura ſua non eſt perſonale. Quæritur ergo, Vtrum ſecundum aliquam ſignificationem poſſit trahi ad perſonale. Vnde B. Thom. introducens quæſtionem dicit, *Vtrum Donum poſſit eſſe perſonale*, quaſi dicat, conſtat quòd eſt nomen eſſentiale, ſed quæritur trahi ad perſonale.

Quantum ad primum articulum. Aduerte quòd ex eo non habes aliud niſi quòd Donum ex ea ratione qua recipit donantem, ut producentem, & ut ſic includit originem, poteſt dici perſonale, ſed quia origo communis eſt filio, & ſpiritui ſancto: ideo ex poſito articulo non habetur quòd ſit magis competens filio, quàm ſpiritui ſancto, nec econuerſo. In reſponſione ad ſecundum *eſſentia dicitur eſſe donum Patris*, vt ſcias, quo C modo donum conueniat eſſentiæ & filio, & ſpiritui ſancto, vide Herue. in prima diſtinctio. 18. vbi ponit tres conditiones doni propriiſſime accepti, prima quòd ſit res apta dari alicui, ita quòd ſit eius correlatio non eſt donum, non enim pater poteſt dare paternitatem ſuam alteri. Similiter nulla forma ſubſtantialis, indiuidualis, nec proprietas conſequens illam formam poteſt eſſe donum. ſecunda quòd ſit in auctoritate dantis, quæ in diuinis eſt per originem tantum. tertia quòd illa res libere & gratuitè det, & hoc habeat ex modo ſuæ originis. Ratione primi competit eſſentiæ cuilibet, ratione ſecundæ & primæ conuenit filio, qui datus eſt nobis. Ratione trium ſimul conuenit tantum ſpiritui ſancto, ratione cuius etiam filius datus eſt nobis.

Quantum ad ſecundum articulum, Aduerte quòd non ſolum probat donum notionale eſſe primum nomen ſpiritus ſancti, ſed eſſe primum donum, eo, quod donum importat liberam gratuitam, & beneplacitam dationem, quæ cum his conditionibus prouenit ex ſolo amore, quocunque alio remoto, & quoniam ſpiritus ſanctus procedit vt amor, & ut primus amor, ideo eſt primum donum, & ratio prima & radix omnis doni, inde eſt quòd per ſpiritum ſanctum cætera donantur, ſicut à primo Patre, omnis paternitas, & à primo verbo omnia uerba, & à primo dono, omnia dona.

Quantum ad defenſionem totius huius materiæ contra multipliciter arguitur, duo ſunt reſoluenda: primo, ſi eſt verum, quòd ſpiritus ſanctus procedat ut amor, ſecundo an dicat reſpectum donabilitatis ad creaturas ex ſua proprietate perſonali [illegible] ſupra quæſiuimus etiam de verbo, & quoniam quantum ad primum tenemus partem affirmatiuā cum Beat. Thom. hic in articulo ſecundo, dicit enim cum ſpiritus ſanctus procedat ut amor, ideo adducam principaliora E argumenta Aureol. ut recitat Capreol. in prima diſtin. 18. quæſt. 1. contra tertiam.

Secundum, ſi ſpiritus ſanctus procedit, ut amor, ergo eſt ſpiritus quo eſt amor, quod eſt falſum, quoniam cum amor ſit beatificus, eodem eſſet beatus quo eſt ſpiritus, eodem bonus, & Deus, quæ omnia ſunt falſa cum ſit beatus, & bonus, & Deus ex eſſentiali, & non notionali.

Ad hoc concedo conſequentiam, quòd eſt ſpiritus, & amor perſonalis inquantum terminat productionem modo voluntatis, & nego falſitatem conſequentis. Ad probationem nego amorem procedentem eſſe beatificum, immo ille eſt eſſentialis, qui ut ſic habet rationem attributi, & perfectionis. Vnde non eodem amore formaliter eſt beatus ut Spiritus: quoniam eſſentiali eſt Beatus, & perſonali eſt Spiritus.

Univerſidad de Deuſto Biblioteca

Secundum iſti dixerunt alibi, ſcilicet in quæſt. præcedenti ar F ticul. 1. quòd procedit vt impreſſio, qua amatum eſt in affectu amantis, hic autem dicit, quòd procedit, vt amor, ergo ſibi contradicunt.

Ad hoc Beat. Thom. pro eodem accipit impreſſionem illam, & amorem productum, ſed vt magis explicet declarat amorem per hunc Terminum impreſſio.

Tertium ſic procedit vt amor, quæro uel amor eſſentialis, vel vt amor perſonalis: non primo quoniam ſpecialem cauſalitatem haberet ſuper creaturam illam, ſcilicet quæ conuenit amori eſſentiali: ſed hoc eſt falſum, quoniam trium perſonarum eſt tantum vna cauſalitas. Non ſecundum: quoniam non procederet vt primum donum: eſſe enim primum donum attribuitur amori eſſentiali, quo omnia alia donantur.

Ad hoc procedit vtroque modo, vt amor quidem eſſentialis, id eſt eo modo procedendi, quo procedit amor eſſentialis G ſecundum rationem, procedit Spiritus ſanctus ſecundum rem: & cum arguitur, ergo haberet ſpecialem cauſalitatem ſuper creaturam: nego conſequentiam, ſed bene ſequitur quòd habet ſpecialem rationem: quoniam in agente per intellectum verbum, vna ratione concurrit: & amor alia ratione, puta vt motiuum & inclinatiuum. Vt perſonalis autem concedo, quòd procedit, & nego illam conſequentiam, ergo non procedit, vt primum donum, & cum probatur: quoniam eſſe primum donum conuenit amori eſſentiali, dico quòd non conuenit amori eſſentiali abſolute ſed incluſo perſonali: nam ſicut diximus ſupra, quòd verbum dicit reſpectum ad creaturam ratione notitiæ eſſentialis, ut coniuncta eſt perſonali, puta inquantum eſt notitia genita, ſi donum dicit amorem eſſentialem coniunctum huic, quòd eſſe procedentem, & ſic eſſentiale trahitur ad perſonale, & ratio huius eſt, quia donum & terminus medius inter eſſentialia & perſona H lia etiam eſt quaſi conflatus ex vtroque: nam ut reſpicit donantem, dicit originem, vt reſpicit rem, cui donatur, dicit amorem, & ratione primi eſt perſonale, ratione ſecundi eſt eſſentiale.

Quantum ad ſecundum videndum eſt, ſi Spiritus ſanctus ſub nomine doni dicit reſpectum donabilitatis ad creaturas intellectuales ex ſua proprietate conſtitutiua an ex alio? Et ad reſolutionem propoſiti noto quinque.

Primum Donum dicitur ia, primo rem donabilem, & hoc denominatiue ſcilicet ſcibili ſcientia denominatur, ſecundo reſpectum donabilitatis qui eſt aptitudo, qua eſt aptum dari alteri vt ſit eius, qui etiam dicitur reſpectus receptibilitatis in altero. Tertio reſpectum ad donantem, qui eſt reſpectus quaſi cuiuſdam paſſionis, uel auctoritatis inquantum eſt in facultate donantis. Quamuis autem hos duos reſpectus includat, prius tamen, formaliter importat reſpectum, donabilitatis Nam eius ratio formalis eſt hæc, donum eſt, quod eſt aptum I dari alteri, ut ſit eius reſpectum autem ad donantem importat ſecundario vel ſuppoſitiue: ſupponitur enim quod ſit in facultate alicuius, per quam fiat alterius, ex quo hoc non eſt ei ex eius uirtute.

Secundum. Applicando hæc ad donum diuinum perſonale, dico quòd res denominata primo donum eſt amor eo, quòd eſt radix liberæ dationis. Reſpectu autem ad donantem eſt relatio conſtitutiua illius perſonæ, quæ dicitur proceſſio modo voluntatis. Reſpectus donabilitatis, eſt reſpectus rationis ad creaturas ſicut reſpectus manifeſtatiui in verbo, & ſignificat hæc tria & ordine, quo diximus de dono in communi in præcedenti notando, & ſic donum diuinum perſonale primo & formaliter dicit reſpectum donabilitatis ad creaturas intellectuales.

Tertium. Ea res quæ eſt Spiritus ſanctus, ſcilicet ſignificata nomine Spiritus ſancti importat primo proceſſionem, vt K conſtitutiuam, ſecundo amorem, tertio donabilitatem, quæ conſequitur amorem, ſicut filius importat, primo filiationem ſecundum notitiam vt eſſentiale incluſum, tertio manifeſtatiuum, quod conſequitur notitiam, in nomine autem verbi formaliter hæc ſignificantur oppoſito ordine, quia primo manifeſtatiuum, ſecundo notitia, tertio emanatio, ſic in nomine doni, primo donabilitatem, ſecundo amorem, tertio, proceſſionem.

Quartum. Dico quòd non dicit reſpectum donabilitatis ad creaturas ex ſua proprietate perſonali, ſed ex amore eſſentiali aſſumpto proprietati perſonali: & ratio huius eſt, quia nulla perſona præciſe reſpicit niſi ſuum productiuum. Vnde uerbum, ut perſona præciſe non reſpicit niſi donatorem, ergo ſicut verbum ratione notitiæ eſſentialis reſpicit creaturas vt manifeſtatiuum eius, ſic donum perſonale ratione amoris eſſentialis incluſi reſpicit creaturam intellectualem ſub ratione donabilis.

Quintum. Vt ſoluantur argumenta Aureol. contra hanc determinationem quæ recitantur à Capreol. in 1. diſtinct. 18. q. 1. 1. contra tertiam. Dico quòd à re diuina ſignata vno nomine ad eandem ſignificatam alio nomine non valet conſequentia: quia ſignata ſub vno nomine minus includit, & ſub alio magis. Et propterea hæc non valet, res, quæ eſt filius, ſignata nomine filij, non dicit reſpectum ad creaturam ergo ſignatum nomine uerbi, non dicit reſpectum ad creaturam: & ratio quòd non ualeat, eſt, quia filius formaliter non dicit illam & notitiam, à qua habet, quòd ſit manifeſtatiuum creaturæ. Sic non valet hæc, Res quæ eſt Spiritus ſanctus, ſignata nomine Spiritus ſancti, non dicit reſpectum ad creaturam intellectualem: ergo ſignata nomine doni non dicit: & ratio huius eſt, quia ly, Spiritus ſanctus non dicit formaliter niſi proprietatem, quæ eſt ſpiratio paſſiua, quæ reſpicit præciſe ſpirantem, ſed ly, donum vltra illam dicit amorem à quo habet reſpectum donabilitatis ad creaturam.

Ex his patet, quòd argumenta Aureol. laborant in æquiuocatione: dicit enim Beat. Thom. tenere quòd donum primo & formaliter dicat proprietatem conſtitutiuam Spiritus ſancti, quod declarauimus eſſe falſum ex conſequenti non habet reſpectum donabilitatis ad creaturas ex proprietate perſonali, & hæc concludunt omnia argumenta eius: ex hoc tamen non ſequitur, quòd ſi non dicit reſpectum ad creaturam, ex ſua proprietate perſonali, quòd etiam non dicat ex ſua ratione formali, vt ſtat ſub hoc nomine donum. Nam donum dicit formaliter aptitudinem donabilitatis & hoc habet vt diximus, ex amore, qui eſt radix omnis doni, & primum donum.

Aduerte etiam quòd argumentum eius tertium, quartum, quintum, nonum, peccant in hoc, quòd neſcit diſtinguere de dono eſſentiali & perſonali: nam quando Spiritus S. donat ſe ipſum, dicitur donum eſſentiale, quia non eſt à ſe ipſo, nec ſui ipſius per originem, ſed per identitatem: ſimiliter quando pater donat filium nobis, eſt eſſentiale: quia filius implicat originem, non tamē eſſe, quæ eſt per modum amoris, quæ eſt radix omnis doni, ideo non eſt neceſſe eius argumēta aliter ſoluere.

Quæſtio XXXIX.

Articvl. I.

O*Stenſum eſt enim ſupra quòd diuina ſimplicitas*. vſq; ibi *quam perſonam*. Aduerte, quòd conſideratio huius identitatis non coincidit cum ea, quam fecit B. Thom. ſupra in quæſtio. 3. articu. 3. nam illic accipit ſuppoſitum & perſonam metaphyſice vt ſumit philoſophus, & tale ſuppoſitum dicit quod ſingulare completum in natura intellectuali indiſtinctum in ſe, & diſtinctum à quolibet alio principijs indiuiduantibus ut hic homo, uel eſſe eſſentia, ut in ſeparatis, quæ ſe ipſis indiuiduantur & quia Deus ſe ipſo diſtinctus eſt à quolibet alio. ſic poteſt dici ſuppoſitum & perſona metaphyſice, hic autem accipit ſuppoſitum, & perſonam pro conſtituto, & diſtincto relatione, quod negaret metaphyſicus: & ideo poteſt formari duplex quæſitum: primum, An in Deo metaphyſice ſint idem eſſentia & ſuppoſitum, & quæſitum fuit ſupra quæſtio 3. articul. 3. ſecundo, An theologice ſunt idem, & ſic quæritur hic ut quoddam valde difficile.

Relat autem ad eſſentiam comparata non differt, vt ſed ratione tantum. Circa hanc propoſitionem cadunt duo dubia, primū eſt, ſi eſt uerum quòd differant tantum ratione, & non ex natura rei: ſecundum ſi ſunt idem realiter quomodo ſtat quod relatio plurificetur, & nō eſſentia. Verum primum fuit diſcuſſum ſupra q. 28. art. 2. & argumentatum eſt contra Scotum ex Grego & ſoluta fuerunt argumenta Scoti in Cap. 1. d. 33. q. 1. contra tertiam. & ſolutiones expoſitoris ſunt ſolutiones Capr. ſecundum autem determinauimus illic per Heru. 1. d. 33. q. 1. articul. 4. & per B. Thom. 1. diſt. 33. q. 1. art. 1. ideo circa huiuſmodi dubia non eſt amplius hic immorandum.

In reſponſione ad ſecundū. *In quartum eſſentia & perſona*. Aduerte q; Capr. adducit plura argumenta Aureol. contra hanc reſponſionem, ex quibus expoſitor recitat & ſoluit tantum primum vt autem defenſio ſit perfecta, volo ſoluere omnia.

Pro ratione ad primum, Aduerte q; reſponſio, quam adducit expoſitor hic, & reprobat, eſt prima ratio Capreo. & accipit affirmationem & negationem in actu exercito pro propoſitione affirmatiua & negatiua, quas conſtat fabricari per intellectum, & affirmatio & negatio non verificantur ante opus intellectus. Verum quia affirmatio & negatio poſſunt accipi pro fundamento uel ſignificato talium propoſitionum, ſ. eſſe, A & non eſſe, & hæc non pendent ab intellectu, quoniam nullo intellectu conſiderante, homo eſt homo, & homo non eſt lapis ideo aduertens Capreo. primam non ſufficere, dedit aliam reſponſionem, quæ incipit ibi *poteſt etiam ſibi dari pro cauſa diſtinctis rationis*. hæc eſt eadem cum ea, quam dat expoſitor, & approbat, & ideo non fuit laudabile expoſitorem ita reprehendere Capreol. deinde inſidere in eandem ſententiam ultimatam cum Capreol.

Pro reſponſione ad ſecundum, & quartum. Aduerte quòd Aureolus decipitur in hoc, quòd credit omnem rem conceptibilem pluribus rationibus poſſe dici compoſitam ſecundum rationem, quod non eſt uerum, niſi de eo, in quo ſunt plures rationes ut fundamenta ſuæ ueritatis. Sic in Deo, in quo fundatur ratio eſſentiæ & ratio relationis, Vnde non cogimur dicere, Deum compoſitum re, nec ratione, ſed eſſe multiplicem ratione fundamentaliter & non ſubiectiuè.

B Pro reſponſione ad tertium, Aduerte quod cum diſtinctio rationis uirtualis, quæ eſt æquipollens diſtinctioni actuali præcedat omnem actum intellectus, illa eſt ſufficiens ad tollendam contradictionem, unde neganda eſt minor intellecta de diſtinctione æquipollente diſtinctioni actuali, qualis eſt diſtinctio virtualis ut nos intelligimus.

Pro reſponſione ad quintum & ſextum, Aduerte, quòd decipitur non diſtinguens inter intellectum comprehenſiuū Dei, et non comprehenſiuum, qualis eſt intellectus creatus nam reſpectu intellectus comprehenſiui argumenta concludunt, licet n. eſſentia & perſonæ comparatæ eſſentiæ non ponunt in numerum, ſi per [illegible] intellectum formatur tantum una adæquata ratio, & non poſſunt eſſe plures, quæ ratio eſt diuinum verbum. Sed reſpectu intellectus non comprehenſiui hæc conſequentia non habet apparentiam eſſentia & perſonæ non ponunt in numerum, nam neutra ratio formata ab intellectu nō C comprehenſiuo adæquatur rei intellectæ.

Pro reſponſione ad ſextum, Aduerte q; decipitur quia ignorat quid ſit conceptum ſecundum addere ſupra primum, hoc enim non eſt aliquod trium modorum, quos ponit Aureo. ſed eſt eandem rem aliter exprimi per unum conceptum, & aliter per alterum puta exprimi abſolutè, & exprimi relatiuè.

Articvl. II.

Vtrum ſit dicendum tres perſonæ ſunt vnius eſſentiæ.

CIrca articulum hunc non cadit difficultas dummodo ly, perſonæ, conſiderentur vt habentes, & ly, *vnius eſſentia*, vt res habita, hic tamen aduerte pro totali reſolutione, quòd Herue. in 1. d. 34. q. 2. ponit quatuor concluſiones.

Prima, conuenienter dicitur vna eſſentia eſt trium perſonarum, quoniam in hac eſt habitudo rei habitæ ad habentes ſicut eſt uera hæc, una humanitas ſpecifica eſt trium hominum.

Secunda conuenienter dicitur Tres perſonæ ſunt unius eſſentiæ, quoniam in hac eſt habitudo, è conuerſo, ſcilicet habentium ad rem habitam.

Tertia, Non conuenienter dicitur, Tres perſonæ ſunt vnius Dei propter diuerſum modum ſignificandi eſſentiæ, & Dei, nam Deus, cum ſit concretum, ſignificat ſuppoſitum, & ſic ut habens, non poteſt autem habere rationem habentis, niſi ut poſſidentis uel domini, vel producentis, quæ omnia ſunt falſa in Deo, in quo non proprie ſeruatur poſſeſſio, nec dominium, nec auctoritas, nec productio ſuper tres perſonas. Non enim pater eſt productus.

Quarta, Non conuenienter dicitur tres perſonæ ſunt eſſentiæ niſi addatur vnius, uel ſimplicis, quoniam genitiuus ſimpliciter dictus, non conſueuit conſtituere habitudinem habiti, eſt determinandus per alium genitiuum, vt Sortes eſt unius oculi, igitur ſi diceretur abſolutè eſſentiæ, ly eſſentia haberet rationem habentis: ſi autem apponatur unius eſſentiæ, ſenſus eſt tres perſonæ ſunt indiuiſæ in eſſentia habita, uel conueniunt in eſſentia.

Articvlvs III.

Vtrum nomina eſſentialia prædicentur ſingulariter de tribus perſonis.

CIrca Titulum ſcias, quòd ly, *eſſentialia*, debent intelligi in concreto, & non in abſtracto, clarum eſt enim quòd tres perſonæ ſunt una deitas, & una eſſentia, ex præcedentibus, ut ſic autem ita clarum eſt, quòd non poſſunt dici plures ſubſtantiæ, vel ſubſiſtentes, uel æterni.

Cuius ratio eſt, quia nomina ſubſtantiua ſignificant aliquid per modum ſubſtantiæ. Recordare quòd in quæſtio. 26. articul. quarto poſuit differentiam inter pluralitatem ſubſtantiuorum & adiectiuorum, & dixit illa pluriſicari ex pluralitate formæ, hæc autem ex pluralitate ſuppoſitorum, ſed illic non aſſignauit rationem, hic autem aſſignat, igitur hæc ratio defendanda eſt Nam quòd nomen ſubſtantiuum non pluriſicetur, pluriſicata forma, arguitur

Primò quia ſtat eundem hominem habere plures artes, & tamen non dicerentur plures artifices.

Secundo, arguunt Aureol. & Scot. vt recitat Capreol. 1. diſtinctio. 12. quæſtio. 1. in principio argumentorum, Adiectiuum ſignificat ſolam formam. Album enim purum qualitatem ſignificat ita debet pluriſicari ex forma ſicut nomen ſubſtantiuum, & magis.

Præterea eſt argumentum Scoti 1. q. 12. terminus numeralis ponit ſignificatum ſuum quæ eſt pluralitas conſignificatorū ſui terminabilis, ſed ſignificatum ſui terminabilis, ſiue adiectiui, ſiue ſubſtantiui eſt forma, ergo ponit pluralitatem formæ, tam in ſubſtantiuo quàm in adiectiuo, nec hoc impedit diuerſus modus ſignificandi, quoniam tam ſubſtantiuum quā adiectiuum habent idem ſignificatum.

Præterea non ſolum adiectiua, ſed etiam uerba, & participia pluriſicantur ſecundum ſuppoſita, ergo ratio aſſignata non eſt efficax, nam conueniret uerbi.

Ad primum ſufficienter reſpicit expoſitor, & ſtat in hoc, nomen ſubſtantiuum concretum, & nomen adiectiuum conueniunt in hoc, quod utrumque ad ſui pluralitatem requirit diſtincta ſuppoſita differunt autem, quoniam ſubſtantiuum requirit diſtinctionem ſuppoſitorum, & diſtinctionem formæ, adiectiuo uerò ſufficit diſtinctio ſuppoſitorum: & ideo inſtantia de duplici arte in eodem homine nihil valet, cum non ſit in eo diſtinctio ſuppoſitorum.

Ad primum Aureo. dico, quòd licet adiectiuum ſignificet ſolam formam, non tamen ſecundum ſe, ſed connotando ſubiectum more accidentis, ſubſtantiuum autem ſignificat formam ſecundum ſe, & quoniam adiectiuum ſignificat formam alio modo ſignificandi quàm ſubſtantiuum, ideo conuenienter dicitur multiplicari, non multiplicata forma.

Ad ſecundum, nego quòd primum ſignificatum ſubſtantiui concreti, & adiectiui ſit forma, immo ſuppoſitum uerum quia ſubſtantiua ex modo ſignificandi ſunt ut ſubſtantiua cōſequenter ſignificant formam ſecundum ſe: & ſic important utrumque, adiectiuum autem, quoniam ſignificat more accidentis, non ſignificat formam ſecundum ſe, & propterea nō eſt neceſſe ad pluralitatem adiectiuorum pluriſicari formam, & D cum dicit, quòd non obſtat diuerſus modus ſignificandi nego, quoniam ex diuerſo modo ſignificandi diuerſificantur propoſitio ſecundum ueritatem, & falſitatem, ut patet, cum dicitur, Deitas generat, & Deus generat, nam licet ſint idem, tamen prima eſt falſa, ſecunda uera, ex ſolo modo ſignificandi.

Ad tertium dico, quòd cum uerba, & participia ſignificent actum, & actus reſpiciat ſuppoſita dicuntur in ſingulari, uel plurali, ſecundum exigentiam ſuppoſitorum. Vnde ſi ſuppoſitum eſt unum uerbum, vel participium, dicuntur de eo in ſingulari, ut Plato ſcribit, uel eſt ſcribens ſi autem ſuppoſita ſint plura, dicitur uerbum, vel participium de eis in plurali, ut Sortes, & Plato ſcribunt, uel ſunt ſcribentes. Vnde patet quòd regula D. Thom. eſt ſufficiens, quia non ſolum uerificatur pro adiectiuis, ſed etiam pro uerbo, & participio.

Articvl. IIII.

Vtrum hæc ſit vera, Deus generat Deum.

CIrca hunc articulum faciunt difficultatem tres propoſitiones poſitæ in articulo contra quas arguit Aureolus, ut patet in Capreol. prima diſtinctione quarta quæſtio prima 3.

Prima, *Hoc nomen Deus, ex modo ſignificandi habet vt proprie poſſit ſupponere pro perſona*. Contra hanc ſic arguit Aureolus, Deus ſemper ſupponit pro habente Deitatem, ſed habens deitatem eſt ſuppoſitum: ergo ſemper ſupponit pro ſuppoſito, & non aliquando pro eſſentia.

Præterea dicit Be. Thom. in artic. *Deus ex modo ſignificandi* habet

Universidad de Deusto Biblioteca

habet quod proprie poſſit ſupponere pro perſona, ſicut homo ſed ſemper retinet eundem modum ſignificandi, ſcilicet vt habens deitatem, ergo ſemper ſupponit pro perſona.

Ad hæc eſt duplex reſponſio, prima eſt Capreol. qui dicit Aureol. non intelligere ſenſum B. Thom. credit enim quòd B. Thom. teneat Deum ſupponere aliquando pro eſſentia, id eſt, deitate in abſtracto, aliquando pro perſona.

Sed hæc non eſt mens eius. ſic enim argumentum concluderet, & quoniam ly, *Deus* ſemper ſupponit pro habente deitatem, & non pro deitate habita: ſed Bea. Thom. intendit quòd aliquando pro eſſentia in concreto, quod deſignatur per ly, *Deus*, & hoc reſpectu prædicati conuenientis Deo etiam per impoſſibile remotis perſonis, ſicut hic Deus creat aliquando pro perſona, id eſt pro ſubſiſtente in natura diuina, & hoc præcipue reſpectu prædicati non conuenientis Deo niſi ratione ſuppoſitorum vt Deus generat, vel ſpirat. Aureol. autem credit Beat. Thom. intendere quod aliquando ſupponat pro eſſentia in abſtracto, quod non eſt uerum, ideo argumentum non concludit.

Secunda reſponſio eſt expoſitoris, quæ ſtat in hoc, ſub Deo datur duplex ſingulare, ſcilicet hic Deus, & ſub ly, *Deus* datur Pater & filius, & Spiritus ſanctus, & hoc tantum reperitur in Deo: quoniam in eo ſolo, in vna eſſentia inueniuntur diſtincta ſuppoſita, ergo ly, *Deus* aliquando ſupponit pro hoc Deo præciſè, & non pro patre, aut filio, & tunc dicitur ſupponere pro eſſentia in concreto, vt Deus creat, aliquando ſupponit pro hoc ſuppoſito contento ſub ly, hic Deus, ut Deus generat, & ad argumentum Aureol. negat minorem. quoniam ſtat quòd ſupponat præciſè pro hoc Deo, qui vt ſic abſtrahit à ſuppoſitis. Et ſcias quòd expoſitor non approbat dictum Capreol. qui tenet, quòd Deus nunquam ſupponat pro eſſentia, quin etiam pro perſona diſtinctè, uel indiſtinctè. Dicit enim expoſitor, quod formatur aliqua propoſitio, in qua ly, *Deus*, non poteſt ſupponere pro perſona, neque diſtinctè, neque indiſtinctè, ſed pro habente deitatem ſicut in iſta, Deus creat nam remotis perſonis, per impoſſibile, ad huc eſt vera, & iſta Deus, & pater, & filius & Spiritus ſanctus, ly, Deus ſtat pro natura communi in concreto, & in iſta, Deus non generat ly, Deus ſtat pro habente deitatem: & ideo Beat. Thom. negat eam, ſi enim ly, Deus ſtaret pro perſona, eſſet propoſitio indefinita. & ſic eſſet uera quoniam aliqua perſona non generat. Poteſt tamen ſaluare Capreol. & dicere quòd primariè quidem, uel conſequenter ſupponit pro perſona, etiam quando ſtat pro eſſentia in concreto: nam hæc conſequentia valet gratia materiæ: Deus creat, ergo pater, & filius creat. quoniam opus ad extra eſt commune tribus.

Secunda propoſitio, quandoque ergo hoc nomen Deus ſupponit pro eſſentia, ut Deus creat. Contra hanc arguit Aureol. actio eſt ſuppoſiti, & non naturæ, niſi vt principij quo creatio eſt actio, ergo ly, Deus ſtat pro ſuppoſito & non pro eſſentia.

Capreol. & expoſitor reſpondēt conformiter, & ſtat in hoc deceptus fuit Aureol. in ly, eſſentia credit enim quòd ſumatur à Beat. Thom. in abſtracto, & tamen ſumitur in concreto. i. pro habente deitatem, & ad argumentum concedo, quòd creatio eſt actio in bono ſenſu, & eſt ſuppoſiti metaphyſici qualis eſt hic Deus, ſed non ſuppoſiti Theologici, niſi concomitanter. Tertia propoſitio vel tres, vt cum dicitur Regi ſeculorum. Contra arguit Aureol. hoc repugnat ſecundæ propoſitioni, ergo ſibi contradicit, probatur antecedens, quia illi debetur honor qui regit, & creat, ſed in hac, *Deus creat*, ly Deus ſecundum te ſupponit pro eſſentia, ergo & in hac. *ſoli Deo*.

Ad hoc dicit Capreol. & expoſitor quòd in vtraque ly, Deus ſtat pro habente deitatem, & conſequenter pro tribus perſonis, ſed quod in iſta *ſoli Deo honor &c.* Beat. Thom. dicat ly, Deo ſupponere pro tribus perſonis, fecit propter argumentum, quod ut dixit Beat. Thom. ſupra in quæſt. 31 art. 3 ad ſecundū expoſuit hanc excluſiuam pro tota Trinitate. Quod autem dixit in hac, Deus creat, ſtare pro eſſentia, ideo dixit, non quia conſequenter non ſtet pro tribus perſonis: ſed quia poteſt ſtare præciſè pro habente deitatem, & non pro aliquo ſuppoſito vt ibi, Deus non generat.

In reſponſione ad tertium, ſunt tres propoſitiones dubiæ. *Prima. Aliter ſe habet hoc nomen Deus ad ſupponendum pro perſona, & hoc nomen homo:* nam dicit expoſitor quòd hæc differentia, vel eſt ratione perſonæ determinatæ, uel indeterminatæ, & arguit quòd neutro modo. Videtur deinde reſpondens dicit, quòd eſt ratione perſonæ indeterminatæ, quia ly Deus ſecundum ſe reddit propoſitionem definitam.

Sed hæc reſponſio non uidetur tangere intentum B. Thom. non enim comparat Deum ad hominem in ſumendo pro per- F ſona determinatæ, uel indeterminatæ. Sed quæret vnde eſt, quòd homo ſimpliciter ſumptus ſemper ſtat pro perſona indeterminatæ, & nunquam pro natura communi ſumpta in concreto niſi ratione adiuncti, vt in hac, homo eſt ſpecies, Deus autem ſimpliciter ſumptus, ſemper ſupponit pro natura in concreto, nunquam autem pro perſona ſiue determinatæ, ſiue indeterminatæ, niſi ratione termini perſonalis, vt Deus generat. Vnde dicendum eſt, quòd huiuſmodi differentia ſumitur ex parte vnitatis & pluralitatis naturæ, eo, quòd eſſentia diuina ſtat penitus indiſtincta: humanitas autem partitur partitione ſuppoſitorum & propterea ſtat ly Deus ex ſua natura pro eſſentia concretiue, & ly homo pro ſuppoſitis.

Secunda propoſitio, *Vnde per ſe ſupponit pro natura communi.* Aduerte pro in hac propoſitione videtur Bea. Thom. coincidere cum opinione reprobata in articulo cum dicit, *Quidam dixerunt quòd hoc nomen Deus propriè & ſecundum naturam ſupponit* G *pro eſſentia*. Expoſitor dicit, quòd in articulo loquitur de potentia ſuppoſitali qua potens eſt ſupponere pro eſſentia in concreto. In reſponſione autem ad tertium loquitur de actuali ſuppoſitione, ideo non ſibi contrarius eſt. Sed quoniam Beat. Thom. ſimpliciter reprobauit illam opinionem, melius eſt dicere, quòd non coincidit, ex eo quod illa opinio tenebat, Deū ſecundum ſe ſupponere pro natura in abſtracto, & ſic reprobauit eam B. Thom. In reſponſione ad tertium tenet quòd ſecundum ſe ſupponit pro natura in concreto, quod negabat illa oppinio, & ſic non coincidit.

Tertia Propoſitio, *Vnde datur, intelligi, quòd generatio repugnet diuinæ naturæ.* Sed contra hanc arguit Aureol. & Durand. & Greg. Arim. quinque medijs ſed primum non habet apparentiam, vt uidebis, credit enim, quòd in hac, *Deus non generat*, ly Deus ſtet pro eſſentia, in abſtracto quod ſæpe diximus eſſe falſum.

Pro reſponſione ad ſecundum ſequere expoſitorem, cuius H reſponſio ſtat in hoc, quòd licet affirmatio & negatio reducantur ad idem genus rei, non tamen ad idem genus principij cognoſcendi.

Pro reſponſione ad tertium ſequere expoſitorem, & dic, quòd in iſta, *omnis Deus generat*, Deus non ſtat pro ſuppoſitis relatiuis, ſed pro ſuppoſitis metaphyſicis, quæ ſunt hic Deus & hic Deus &c. ſic ſunt contradictoriæ, & hæc eſt uera, *hic Deus generat*, & hæc eſt falſa, *Deus non generat*.

Pro reſponſione ad quartum dic vt Capreol. quòd iſta *Deus non generat*, æquipollet vniuerſali negatiuæ, ſcilicet nihil exiſtens Deus generat & ideo nego quòd ſit indefinita.

Pro reſponſione ad quintum ſequere ſecundum reſponſionem Capreol. ibi. *poteſt etiam aliter dici*. & aduerte quòd expoſitor in fine ſuæ expoſitionis eodem modo reſpondet. hæc prædicta argumenta ſunt in Capreol. 1 di. 4 q. 1 ibi. *ſed reſtat adhuc dubium*, & ſcias quòd Capreol. non adducit eorum argu- I menta, ſed bene expoſitor: & tu reſponde, ut ipſe, quia illic clarius eſt aduerte, quòd omnes peccant in hoc, quòd credunt hanc eſſe indefinitam. *Deus non generat*, cum tamen dicamus nos quòd æquipollet vniuerſali negatiuæ ſicut iſta, *homo non venit*, uel *homo non eſt lapis* æquipollet enim illi, *nil quod eſt homo, venit, uel nil, quod eſt homo, eſt lapis*.

ARTICVL. V.

Vtrum hæc ſit uera, eſſentia generat eſſentiam.

Circa hunc articulum aduerte primo pro titulo quòd ibi non quæritur, Vtrum generatio conueniat eſſentiæ, vt principio quo, uel ut termino formali, de hoc enim quæretur infra, cum loquemur de potentia generandi ſed ut principio K quòd, ita quòd hæc ſit uera. *Eſſentia generat*, ſicut iſta, *Pater generat*.

Pro defenſione pono duas concluſiones, prima eſſentia nec generat, nec generatur, hanc probat Grego. nil enim ſe ipſum producit, ſed inter eſſentiam & ipſam et eſſentiam nulla eſt penitus diſtinctio, nec abſoluta, nec relatiua.

Secunda concluſio, Eſſentia diuina, nec per ſe, nec per accidens generatur, hanc tenet Be. Thom. hic in reſpōſione ad ſecundum, & probatur ſic, Quòd non per ſe quia generatio per ſe eſt ſuppoſiti, quia eſt id, quod eſt, & in creatis, unde in proœmio metaphyſicæ, non generatur homo niſi quia generatur hic homo. Quòd non per accidens, patet, quia tunc per accidens non generetur, quando eſt diſtincta in diſtinctis ſuppoſitis, ex eo enim quòd hoc ſuppoſitum, puta Sortes incipit eſſe, ex conſequenti eius humanitas incipit eſſe, ſed in Deo eadem penitus eſt eſſentia in tribus, ergo nec per ſe, nec per accidens eſſentia

penitus eſt eſſentia in tribus, ergo nec per ſe, nec per accidens A eſſentia ſumpta in abſtracto generat.

In reſponſione ad primum: Aduerte quòd Gregorius format idem argumentum in prima diſtinctio. quinta, quæſtio, prima, & eſt octauum argumentorum, & reſpondet conformiter, ſicut hic Bea. Thom. & defendit magiſtrum contra Ricardum: unde eum & iterum ſcias, quòd Capreol. in 1. diſtin. 5. quæſtio. prima, contra tertiam adducit ſuper idem quartum quintum & ſextum argumentum & reſpondet præciſè vt Gregor. vide.

In reſponſione ad ſecundum, *& ideo natura diuina in filio non generatur neque per ſe neque per accidens*. Aduerte, quòd ut Capreol. adducit in prima diſtinctio. quinta, quæſtio. prima, contra tertiam Aureol. contra hanc, ponit duodecim medius.

Primum quidem eſt illud, quod format hic Bea. Tho. in tertio loco, & ego reſpondebo, cum declarabo ſolutionem B. Tho. hic ad tertium.

Secundum eſt tale: generatio realis eſt à re reali ad rem realem, ſed in patre &c. Ad hoc quod in patre eſt res, quæ eſt ſuppoſitum, & res, quæ eſt eſſentia non quidem diſtinctæ realiter, ſed ratione ex parte rei, ſimiliter eſt in filio: generatum quidem eſt à re, ut ſuppoſitum eſt, & ad rem ut ſuppoſitum non ut eſſentia in abſtracto. Vnde argumentum æquiuocat de re reali.

Tertium licet eadem perſona non poſſit eſſe generans, & genita eadem tamen eſſentia poteſt eſſe generans, & genita: alioquin Pater & filius non eſſent idem eſſentialiter, ergo eſſentia patris eſt generans, & filij genita.

Ad hoc nego antecedens, & cum probatur: quoniam aliter Pater, & filius non eſſent idem eſſentialiter, nego hanc conſequentiam: ſtat enim quòd pater ſit idem eſſentialiter cum filio, in quantum ſunt duæ perſonæ unius & indiſtinctæ eſſentiæ: & tamen quòd eſſentia non generet, nec generetur, quia generatio eſt C à ſuppoſito ad ſuppoſitum.

Quartum quintum ſextum, petunt idem probant enim quòd de mente doctorum hæc eſt concedenda, *eſſentia filij eſt genita*. & per Magiſtrum, & per Ricardum, ergo non eſt tutum negare eam ſimpliciter.

Ad hoc reſpondebis, ut B. Th. hic ad primum & ad Ricardū dic, quod authoritas Magiſtri, præponitur Ricardo, & quòd fuit confirmata per illam decretalem, de ſumma Trinitate, & fide cathol. ea.

Septimum omnis filius eſt genitus, eſſentia eſt filius, ergo eſſentia eſt genita.

Octauum petit idem.

Ad hæc dicit Capreol. ſecundum Bea. Thom. quòd in vtroque committitur fallacia, quia mutatur modus prædicandi: nam in ſeptimo argumento maior eſt de modo prædicandi per ſe formaliter, in minore autem per accidens, hæc enim eſt D per accidens formaliter *eſſentia eſt filius*: licet per ſe identice, & ideo Capreol. ibi aſſignat fallaciam figuræ dictionis, & accidentis.

Sed contra hanc reſponſionem arguit Grego. ut Capreol. recitat: ſed aduerte quòd Gregor. non attingit mentem noſtram. nos enim non dicimus, quòd ex quocunque modo diuerſo prædicandi ſiat fallacia, ſed ſolum, quando mutatur à modo unius prædicati ad modum alterius: ut cum mutatur quid in aliquid, vel è conuerſo, ſic eſt ibi nam maior eſt de modo prædicandi ad aliquid: minor vero de modo prædicandi quid. id eſt de modo abſoluto, eſſentia enim eſt filius identicè, & non relatiue, nec enim dicimus, quòd ex quocunque modo prædicandi per ſe, & per accidens ſiat fallacia accidentis, ſed ſolum quando duo ſunt idem identicè. & non omnibus modis, & aliquod prædicatum attribuitur uni, ut diſtinguitur ab altero: illud met prædicatum attribuitur alteri, ac ſi E non diſtinguerentur ab eo: ſic eſt in propoſito, ut patet: quando autem ſunt duo identicè, & non omnibus modis, & aliquod prædicatum attribuitur uni, ut non diſtinguitur ab altero, tunc non eſt fallacia accidentis, ut patet hic: omne animal, ergo omnis homo eſt albus: nam ly, album indiſtinctè conuenit animali & homini, ſed ly generare non indiſtinctè conuenit patri, & eſſentiæ, immo ut diſtinguuntur ratione ex parte rei.

Nonum eſſentia eſt filius genitus, ergo eſt genita. Tenet conſequentia à coniunctis ad diuiſa ſine termino diſtrahente.

Ad hoc dico, quòd illa conditio ſine termino diſtrahente non ſufficit, ſed eſt neceſſe quòd adiectiuum abſolutè prædicetur de ſubiecto etiam remoto determinatiuo, puta altera parte diminuti, ut hic Sortes eſt homo albus, ergo eſt albus: valet, quia hæc eſt uera ſimpliciter, *Sortes eſt albus*, etiam ſi per impoſſibile poneretur, quod non eſſet homo, hæc autem non valet, remoto filio, *eſſentia eſt genita*, nam filius eſt præciſa ratio, quod genitum conueniat eſſentiæ, & ratio remoto filio, non eſt uera.

Decimum. Naſcens eſt eſſentia, ergo eſſentia eſt naſcens per conuerſionem. Ad hoc illa conuerſio non eſt bona, quia naſcens in antecedente ſtat ſubſtantiuè in ſecunda adiectiuè, ſed dicatur ſic, ergo eſſentia eſt aliquod naſcens, & eſt uera identicè, ſumendo ly aliquod naſcens, pro ſuppoſito.

Vndecimum & duodecimum pertranſeo: patent enim ex præcedentibus.

In reſponſione ad tertium aduerte, quod hoc idem argumentum in ſubſtantia recitat Capreol. ubi ſupra, & eſt primum Aureol. & reſpondens dicit ad tollendam contradictio- B nem ſufficere diſtinctionem rationis non qualemcunque, ſed quæ fundatur in diſtinctione reali, hoc ſic intellige quæ fundatur in aliquo æquipollenti diſtinctioni reali, talis quidem eſt diuina eſſentia, quæ realiter eſt communis pluribus ſuppoſitis, ut eſſentia & realiter eſt propria uni ſuppoſitum, Dixi autem æquipollenti, quoniam non eſt neceſſe huiuſmodi eſſe diſtincta realiter, licet in creaturis id inueniatur, in quibus tamen eſt diſtinctio, æquipollens aliquando ſufficit ut patet in puncto, quod verè dicitur principium, & non principium, quia æquipollet duobus, quorum unum eſt tantum principium, & alterum tantum finis.

In reſponſione ad quintum, Aduerte duo, quod ferre ſuppoſitum eſt conſtituere ipſum: & non ſupponere conſtitutum, & hoc faciunt ſubſtantiua: nam Sortes conſtituitur fortitate, & pater in Deo paternitate. Adiectiua autem non conſtituunt, ſed conſtitutum ſupponunt, & ideo non dicuntur ferre ſuū ſuppoſitum, ſed ſuum ſignificatum ponunt circa ſuppoſitum conſtitutum. Significant enim modo accidentis, quod accidens ſupponit ſubiectum, ut ly: generans ſupponit conſtitutum ſuppoſitum, propterea non uerificatur de eſſentia ut ſic.

Secundo, Aduerte quod hæc propoſitio eſt falſa *eſſentia eſt generans*, ſumendo eam in abſtracto, nam ſumpta in concreto eſſet uera iuxta doctrinam præcedētis articuli, nam uerum eſt quod habens deitatem generat, & ideo hęc fuit conceſſa, *Deus generat* Sed B. Tho. in præſenti articulo intendit de eſſentia in abſtracto gratia &c.

ARTICVLVS VI.

Vtrum perſonæ poſſint prædicari de nominibus eſſentialibus.

IN reſponſione ad primum, hoc nomen Deus, per ſe habet, quòd ſtat pro eſſentia. Contra: Hoc uidetur contradicere quarto articulo huius quæſtion. dicit enim quod ſupponit pro habente deitatem, ergo non pro eſſentia. & tu reſponde, quòd hic per ly, eſſentia, non intendit eſſentiam in abſtracto, ſed in concreto, quæ exponitur per ly, *hic Deus*, vnde hęc propoſitio Deus eſt Trinitas, æquipollet huic, hic Deus in ſe continet tria ſuppoſita, & non poteſt uerificari in creatis, in quibus partitur natura ex pluralitate ſuppoſitorum.

In reſponſione ad ſecundum. *Vnde ſicut eſt per ſe pater, eſt Deus, ita iſta, Deus eſt pater, & nullo modo per accidens.* Contra: ergo in hoc argumento Deus eſt pater, filius eſt Deus, ergo filius eſt pater, non committitur fallacia accidentis, probatur conſequentia, quoniam minor eſt per ſe, ut patet, & maior eſt per E ſe, ut dicit hic B. Tho. &c.

Ad hoc dico, cum B. Th. dicit quòd iſta hęc eſt per ſe Deus eſt Pater, ſicut iſta pater eſt Deus, ly per ſe non ſumitur formaliter, ſed identicè, ita quod ſit comparatio in perſeitate identica tantum, & non in formali: nam hęc, Pater eſt Deus, eſt per ſe & formaliter, & identicè: hęc autem Deus eſt Pater, eſt per ſe tantum identicè, & quando dicit B. Th. quod nullo modo eſt per accidens, ſumit ly, *nullo modo*, in tali genere perſeitatis identicè, & non vales.

Ad argumentum ergo dico, quod eſt fallacia, quoniam maior non eſt per ſe nec identicè, minor autem identicè, & formaliter, ſi autem debet uitari fallacia, debet maior eſſe per ſe formaliter.

Articulus ſeptimus & octauus non patiuntur difficultatem.

Universidad de Deusto Biblioteca

¶Quæſtio XL.

ARTICVLVS I.

Vtrum relatio ſit idem, quod perſona.

QVidam enim dixerunt, proprietates non eſſe perſonas. Aduerte quod hæc opinio eſt Gilberti, quæ & tacta fuit in quæſtio trigeſimanona, artico. primo; Sed circa eius recitationem in hoc articulo dubitat expoſitor, dicit enim quod in quæſtio 39. artic. primo attribuitur Gilberto, quod tenuerit, pprietates eſſe perſonas, hic autem attribuitur ſibi oppoſitum, ut patet in litera D. Thom. ergo Beat. Thom. non fideliter adduxit opinionem Gilberti.

Ad hoc reſpondet expoſitor quod hic non recitat opinioné Gilberti, ſed potius adducit id, quod ſequitur ex opinione eius: ſequitur enim quod ly, relationes ſunt aſſiſtentes, quod non ſint eſſentia, & per conſequens nō ſint perſonæ, ſupra vero tantum recitauit.

Sed tu dic, quod non conſtat ex q. 39. artic. 1. Gilbertum tenuiſſe relationes tantum aſſiſtentes. Sed hoc nō ita clarum eſt in prædicto artic. Ideo dubium expoſitoris eſt inſufficienter fundatum.

Hanc ergo identitatem alij conſiderantes. Aduerte quod hæc opinio eſt Præpoſitiui, quam tetigimus ſupra in q. 32. artic. 2. qui negabat tales proprietates, quas diximus notiones, & volebat exponi abſtractum pro concreto. Sed contra ipſum arguit B. Th. in illomet articulo, & illic rationes B. Tho. defenſauimus contra Greg. vide ibi.

Oportet dicere proprietates eſſe in perſonis. Contra hanc propoſitionem arguitur, quoniam ly, in, vel tenetur tranſitiue, vel intranſitiue, ſi primum, ergo cedit opinio præpoſitiui, qui dicebat, ideo proprietates eſſe in perſonis, quia ſunt ipſæ perſonæ. Si ſecundum, ergo nihil eſt tranſitiuè in alio, niſi ſit diſtinctum ab eo, ſed proprietates non diſtinguuntur à perſonis, ergo nō ſunt in perſonis.

Ad hoc ſcias primum quod Greg. in 1. diſt. 27. & 28. quæſt. 1. fundauit totam phantaſiam ſuam ſuper hanc rationem. Vnde tenet, quod ly, in, ſtat intranſitiuè. ſed Beat. Thom. & Scotus tenent, quod ſtat tranſitiuè, eo quod proprietas eſt in perſona, ſicut forma in ſuppoſito tranſitiue, & ſecundum rem: in Deo autem eſt tranſitiue, ſecundum rationem tantum, quoniam proprietates ſignificantur ut quo, & ſuppoſitum ut quod, & licet intranſitiue ſecundum rem, & ſecundum rationem requiratur diſtinctio realis, tamen intranſitiue ſecundum rationem ſufficit diſtinctio rationis: & propter hoc deceptus eſt Gregor. qui credebat talem tranſitionem repugnare diuinæ ſimplicitati.

Ad argumentum ergo dico, quod qualis eſt conſtructio tranſitiua, talis eſt diſtinctio, & quia inter proprietatem, & perſonā eſt conſtructio tranſitiua ſolum ſecundum rationem, ſufficit diſtinctio rationis ex parte rei. De imaginatione Gregorij plenius uidebimus articulo ſequenti.

ARTICVLVS II.

Vtrum perſonæ diſtinguantur relationibus.

CIrca hunc articulum primo examinabimus propoſitiones eius, ſecundo defenſabimus determinationem B. Th. contra Greg. & Scotum, & Aureol.

Quantum ad primum, propoſitio examinanda eſt hæc: *Nominantur autem in diuinis perſonis duo, vt quod ſit, vt paternitas.* K Circa propoſitionem dubitatur, ſi præter originem, & proprietaté quæ ſunt relatiua poteſt teneri, quod diſtinguantur, aliquibus abſolutis.

Aduerte igitur, quod Scotus in 1. diſt. 26. q. 1. pertractans tertiam opinionem, licet non teneat determinatè, dicit tamen, quod non uidetur repugnare fidei ſi teneretur, primo quia ſcriptura non dicit oppoſitum, dato enim quod nominet perſonas ſemper nominibus relatiuis, tamen non negat, qn poſſint nominari terminis abſolutis. & ſi d eas, cur ergo Saluator noſter non reuelauit illos terminos? Reſpondit Scotus, qa forte eſſent nobis incomprehenſibiles; fundat autem ſe ſuper dictum Salomonis prouerb. 30. quod nomen eius, & quod nomen filij eius, &c.

Conſtat ergo quod filio conuenit aliud nomen, aliter vanè F quæreret Salomon, quod ſit nomen filij eius.

Fundamentum, quod accipit à Bonauentura eſt hoc ſecundum ipſum. Perſona dicit eſſentiam & ſubſtantiam, ergo perſona eſt quid abſolutum, quia eſſentia, & ſubſtantia eſt quid abſolutum, ſed hæc facile ſoluuntur, & ad dictum Salomonis, dicimus quod non inconuenit filio conuenire aliud nomen à priori, quod nos neſcimus, ſicut Deo conuenit nomen ineffabile à priori, & tamen quod illud nomē filij ſit etiam relatiuū. Vnde hæc conſequentia non ualet, ſecundum Salomonē conuenit aliud nomen, ergo illud abſolutum eſt, ergo conſtituitur abſoluto.

Quantum uero ad dictum Bonauenturæ reſpondetur, q; intendit perſonam dicere eſſentiam ut ſuum materiale, in quo fundatur, ac ſubſtantiam, ideſt, hypoſtaſim, quæ quidem eſt relatio ſubſiſtens, ut ſuum formale ſignificatum: nego autem utrumque eſſe abſolutum, cum ly ſubſtantia, ideſt, hypoſtaſis G ſit relatio.

Origo, & relatio quæ quidem, quamuis non differant. Aduerte quod licet B. Th. in hoc articulo, concludat quod relatio & nō origo conſtituat, tamen non peruenit ad ultimam determinationem, quam facit in articulo quarto, non. n. eſt uerum, quod relatio, ut relatio conſtituat, immo conſtitutum ſupponit ut relatio: ſed relatio ut proprietas. i. ut ſe habet ſicut forma indiuidualis: hic autem B. Tho. loquitur indiſtinctè, de relatione, quoniam ſufficit ut concludat conuenientius conſtitui perſonas per relationem quam per originem.

Differunt tamen ſecundum modum ſignificandi. Aduerte quod hic modus diſtinctus ſignificandi non eſt grammaticalis, puta abſtractum, concretum, quo & quod, nam tam origo quam relatio nomine abſtracto ſignificatur, ſed & metaphyſicalis, quæ habent diſtinctam rationem formalem, nam origo ſignificatur ut egrediens, & uia: Relatio uero, ut forma H intrinſeca.

Relatio vero per modum formæ. Aduerte quod relatio ſignificat per modum formæ, non tamen denominantis, ſic. n. ut origo denominatur originans, ſed per modum formæ inſiſtentis realiter in eo cuius forma, quoniam relatio licet quo ad formale ſit ad alterum, tamen. ut res eſt in altero, entitas. n. paternitatis eſt in patre, entitas autem originis eſt uia in aliud ab alio.

Si autem relationes, vel proprietates conſtituunt. Contra ſi conſtituunt, inquantum ſunt perſona, ergo omne, quod eſt perſona conſtituit, ſed tam origo quam eſſentia ſunt perſona, ergo & origo, & eſſentia conſtituunt perſonam, quod eſt falſum, & contra B. Thom.

Ad hoc dico, quod B. Tho. non intendit ex hoc ſolo inferre, quod conſtituant in quantum ſunt perſona ſed ſimul cum aliis conditionibus requiſitis ad cōſtitutiuum. Quæ ſunt duæ, primo quod ſit proprium, & ideo eſſentia non conſtituit, ſecū- I do quod ſignificetur ut intrinſecum, & non ut egrediens, & ideo origo non conſtituit.

Aduerte, quod *in ratione prima aſſumit illam propoſitionem, neceſſe eſt intelligi eorum diſtinctionem fieri per aliquod intrinſecum,* & ex illa adducit expoſitor quod diſtinctiuum Sortis, & Platonis non eſt quantitas, quaſi non ſit de intrinſeca ratione eorum, ſed ut diximus ſupra contra eum, licet pro diſtinctione metaphyſicali quantitas non ſit intrinſeca illis diſtinguuntur enim entitate ſuis formis, a quibus habent eſſe, & per conſequens diuerſa eſſe. tamen pro diſtinctione quantitatiua eſt quantitas de ratione intrinſeca eorum, non enim diſtinguuntur numeraliter quantitatiuè, niſi quantitate.

Aduerte in ſecunda ratione illa propoſitio, *ſed oportet quod ipſi diſtinguantur,* habet intelligi non de uniuerſaliter diſtinctiuo, aliter communis ſpiratio conſtitueret patrem, & filium, cū diſtinguatur ipſis à ſpiritu ſancto, ſed de diſtinctiuo non prius K uel à priori conſtitutiuo, unde concedo, quod niſi communis ſpiratio præueniretur à paternitate, & filiatione, conſtitueret patrem & filium, qui tamen conſtituerentur ut unum ſuppoſitum, cum non haberent in ſalu dato oppoſitionem relatiuam adinuicem.

In reſponſione ad primum, Aduerte quod reſponſio ſtat in hoc, perſonæ diuinæ dupliciter conſiderantur, primo ſecundū ſe, & ſic non aliquo addito, ſed ſeipſis diſtinguuntur nobis ſignificate modo ſuppoſiti, & ut diſtinguuntur in modo ſignificandi à natura diuina abſtractè ſumpta, & ſic dico, quod ſecundum rationem, licet non ſecundum rem diſtinguuntur, & cōſtituuntur relationibus.

In reſponſione ad tertium, Aduerte quod Beat. Thom intendit concedere diſtinctionem relatiuam eſſe primam in ordine entium, quia inuenitur in primo ente, ſine imperfectione aliqua, in quo non inueniuntur aliæ oppoſitiones, eo quod

eo, quòd includunt imperfectionem, ut diximus ſuprà, non tamen intendit concedere eſſe primam in ordine diſtinctionū: A quoniam in hoc ordine, illa eſt prima quæ eſt maxima & illa eſt maxima quæ ponit maximam diſtinctionem inter extrema, quæ maxima diſtinctio, non eſt in ſuppoſitis diuinis, immo minima, & id in ordine diſtinctionum hæc diſtinctio eſt minima.

In reſponſione ad quartum, Aduerte quòd ſtat in hoc, negatur quod ly, *alius* importat aliquid prius diſtincto ſed dico, quòd importat ſuum correlatiuum ſimul tamen natura: nec eſt neceſſe omne diffiniens eſſe prius ſuo diffinito, niſi in abſtractis. in relatiuis autem ſufficit ſi multas naturæ, cum ſint de mutuo intellectu, bene tamen requiritur quòd diffiniens nunquam ſit poſterius ſuo diffinito.

Quantum ad ſecundum principale ponetur defenſio contra Gregor. 2. contra Scotum. tertio contra Aureolum.

Quantum ad Gregor. faciam tria, primo ponam mentem D eius, ſecundò mentem Beat. Thom. Tertio eius rationes ſoluam.

Circa mentem Gregor. Aduerte quòd ipſe in 1. diſtinct. 26. & 27. quæſtio. 1. artic. 2. in prima concluſione tenet, quòd cōſiderata omnimoda ſimplicitate diuinæ perſonæ, eſſet tenendum, quòd conſtituuntur & diſtinguuntur ſeipſis præciſè, & non aliquo ſui, dubitans ne. ly, aliquo ſui, repugnet tantæ ſimplicitati: nam ly, aliquo vel aliquid ſui, præciſè ſumptum uel eſt ipſa perſona, uel non, ſed aliquid perſonæ non. Primū quia idem non poteſt eſſe conſtitutiuum, & conſtitutum alioquin idem eſſet prius, & poſterius & cauſa, & cauſatum: propterea concludit, quòd ſi apud doctores inueniatur, quod pater, conſtituitur paternitate: non eſt ſumenda ly, paternitas pro relatione formaliter, ſed vt æquipollet huic complexo, quia genuit filium: non ſecundum, quia perſona diuina non eſſet ſimpliciſſima.

Circa mentem Beat. Thom. Aduerte, ut notat Capreol. in di- C ſtinctio. 26. quæſtio. 1. artic. 4. Greg contra primam, diuina relatio, non conſtituit perſonam, ut pars integralis, nec eſſentialis, ut forma partis, nec ut differentia indiuidualis fluens à forma partis, ſed ut forma totius conſtituit ſuppoſitum & dicitur conſtitutio formalis, quia ſuppoſitum dicitur ab illa formaliter tale, & tunc dico, quòd primus & ſecundus & tertius modus repugnant ſimplicitati, quia conſtituens non dicit totum, ſed quartus modus non repugnat, quia conſtituens dicit totum, quia eſt ſicut forma totius, diſtinguitur autem à conſtituto in modo ſignificandi, ſumptum enim abſtractè habet rationem quo, & concretum habet rationem quod, & per conſequens conſtituti.

Quantum ad argumenta eius, quę recitantur à Capreol. vbi ſuprà, & ſunt quatuor, non eſt reſpondendum aliter, quia cōcludunt in 1. 2. & 3. ſenſu, qui non ſunt ſenſus B. Thom. nec alicuius Catholici, non autem concludunt in quarto in quo pręciſè eſt mens B. Thom. D

Similiter aduerte quòd Aure. argumenta adducta à Capreo. ibidem ſtatim poſt ſolutionem argumentorum Gregor. non ſunt ſoluenda niſi in 4. artic. huius quæſtio. ibi enim declarabitur, quòd relatio ut relatio præciſè non conſtituit, ſed ut relatio diuina, eſt forma incommunicabilis in ſe continens uirtualiter uicem omnium principiorum indiuidualium, ut diximus in illo art.

Quantum ad mentem Scoti. Aduerte, quòd tenet non repugnare, quin in Deo ſit aliquod ſuppoſitum abſolutum, & per conſequens non conſtitutum relatione & eius fundamentum eſt, quia per ſe ſubſiſtere dicit perfectionem, ergo non eſt negandum à diuina natura, quia ſe ipſa ſubſiſtat: præterea intellectus naturaliter cognouit Deum eſſe indiſtinctum in ſe, & diſtinctum à quolibet alio ſe ipſo, ut attingit metaphyſicus, ergo remota relatione ab intellectu, adhuc eſt ſuppoſitum in E Deo abſolutū, ſed Scotus laborat in æquiuoco, loquitur enim de ſuppoſito metaphyſico, de quo Beat. Thom. locutus eſt ſupra in quæſtion. 3. articul. 3. hic autem loquitur de ſuppoſito Theologico, quæ quidem ſuppoſita diſtinguuntur ſuis rationibus formalibus: nam Metaphyſicum dicit duo, ſcilicet ſubſiſtens & diſtinctum ſe ipſo, uel aliquo ſui abſoluto à quolibet ſuppoſito altero, & hoc modo hic Deus eſt ſuppoſitum, & hic homo. Theologicum etiam dicit duo, ſubſiſtens, & diſtinctum à quolibet ſuppoſito in eadem natura numerali, in qua reperibilia ſunt plura ſuppoſita, ſed hæc diſtinctio non eſt niſi per relationes, quoniam cum diſtinctione per abſtracta, non ſtat unitas eſſentiæ.

Argumenta uero eius non oportet ſoluere, quoniam concludunt de ſuppoſito metaphyſicali, de quo hic non loquimur.

Quantum ad mentem Aureol. Aduerte, quòd recitat Capreol. vbi ſupra contra ſecundam, dicit duo contra B. Thom. hic primum eſt, quòd relationes non conſtituūt, ſecundum eſt quod origines poſſunt conſtituere, & ſoluit rationem B. Thom poſitam in art. qua dicit, quòd origo non conſtituit, quia ſignificatur ut egrediens, & uia.

Primum quidem dicit credens relationem ſubſequi perſonam, & ipſam productionē, quæ fundatur ſuper eam, nec acceptat illam diſtinctionem de relatione ut relatio, & ut conſtitutiua, quoniam ut conſtitutiua, uel eſt quid abſolutum uel relatiuum, non primum, quia perſona conſtitueretur aliquo abſoluto, ergo eſt relatio, ergo ut relatio conſtituit per ſe, ſed ut relatio ſubſequitur perſonam, ergo non conſtituit.

Ad hoc reſpondet Capreol. ſuſtinens diſtinctionem datam. Ad improbationem dicit quòd ſecundum rem eſt res relatiua, ſed ut concipitur relatiuè, ideſt ad aliud conſtituit perſonam in eſſe relatiuo. ſatis enim quòd Pater dicatur ad filium: ut autem concipitur modo abſtracto, ideſt ut forma incommunicabilis conſtituit perſonam in eſſe hypoſtatico.

Ad argumentum ergo conceditur, quod conſtitutiuum eſt res relatiua ſed ut conſtituit, non concipitur, ut relatiua, ſed ut res abſoluta, uel modo abſoluti. hæc reſponſio quantum ualeat examinabitur, articulo quarto huius quæſtio Nam expoſitor non acceptat eam, ego tamen ſuſtinebo, & defenſabo Capreol. ſecundum autem, quod origines poſſint conſtituere, & quod tamen ratio Beat. Thom. non valeat, ſic declarat Aureol. Productiones elicitæ non poſſunt conſtituere terminum, quia ſunt uia ad illum: ſed productiones non elicitæ non habent has conditiones. Non enim egrediuntur, nec ſunt uia ut pater, immo ſunt intrinſecæ ipſi producenti, & termino producto, ergo ſecundum modum noſtrum intelligendi poſſunt concipi ut intrinſeca conſtituentia, & magis propriè quam relatio, quam conſequuntur ad eas.

C Ad hoc reſpondit Capreol. & reſponſio ſtat in hoc, nos non quærimus de diſtinctiuo, & conſtitutiuo perſonæ ſecundum ſe, quia cum ſit ſimpliciſſima ſeipſa diſtinguitur, & conſtituitur, ſed de diſtinctiuo ſecundum quod perſona præſentatur noſtro intellectui, & quia productiones diuinas non concipimus ſecundum ſe, ſed more productionum in creatis, ideo licet non ſint elicitæ, nec egredientes, tamen non concipiuntur à nobis niſi more elicitæ, & egredientis, & quia ſub hac ratione non ſunt conceptæ, ut intrinſecæ, ideo non poſſunt eſſe principium conſtitutiuum.

Ad argumentum ergo dicitur, quod non ſufficit quòd non ſunt elicitæ, ſed etiam quod concipiantur ut nō elicitæ: & ideo hæc eius conſequentia non ualet. Productiones diuinæ non ſunt elicitæ, ergo poſſunt cōcipi, ut principia conſtitutiua, hęc inquam non ualet, quoniam & ſi non ſint elicitæ, tamen non concipiuntur, niſi more elicitæ, & per conſequens habent modum extrinſeci, & ſic non poſſunt conſtituere.

ARTICVLVS III.

Vtrum abſtractis relationibus remaneant perſonæ.

D*Vplex ſit abſtractio per intellectum.* Circa duplicem abſtractionem aduerte, quod prima eſt, qua abſtrahitur totum uniuerſale à partibus ſubiectiuis, non enim ponit eas, niſi determinetur per differentias ſuas, ut animal non ponit hominem niſi determinetur per rationale. ſecunda eſt, qua abſtrahitur forma à materia præcipuè apud metaphyſicum ſecundum cuius abſtractionem formæ mathematicæ, id eſt, figura, linea, &c. abſtrahuntur ab omni materia ſenſuali, non ſecundum rem, ſed ſecundum rationem differentia inter eas E eſt hæc, iuxta primam abſtractionem, abſtractum, id eſt totum vniuerſale permanet, ſed non remanet pars ſubiectiua, remota differentia, quæ determinabat totum uniuerſale ad ipſam partem. iuxta ſecundam utrunque remanet, quoniam accidit illi formæ, ut apprehenditur ab intellectu eſſe in materia ſenſibili, ſed non accidit homini eſſe rationale, & ideo in intellectu non permanet ratio hominis, remoto rationali.

Si igitur loquamur, quæ ſit, id eſt, comparando eſſentiam ad perſonas, ut commune ad particularia, ſicut animal ad ſpecies. remotis proprietatibus, non remanent perſonæ. & ratio eſt, quia remotis differentijs, remouentur ſpecies, & remanet tantum natura, ut communis, ſed proprietates ſunt, ut differentiæ, perſonæ ut ſpecies, ergo.

Si vero loquamur ſecundum modum abſtractionis formæ à materia. Aduerte quod proprietates non perſonales comparan-

Universidad de Deusto Biblioteca

ut ad perſonas, quaſi aduentitiæ, & poſteriores ſecundum intellectum, nam ſpiratio actiua ſupponit ſecundum intellectũ patrem & filium. Cum ergo non ſit neceſſe, remoto poſteriori, remoueri prius, ſtat quod remota per intellectum ſpiratione actiua, adhuc remaneat pater & filius.

Sed remota proprietate perſonali per intellectum. Aduerte quod proprietates perſonalis eſt, ſicut forma totius, qua conſtituitur ſuppoſitum in eſſe formaliter, & ideo eſt de ratione ſuppoſiti, vnde ſicut implicat, quod remoueatur per intellectum humanitas, & remaneat homo, ſic implicat, remoueri paternitatem, & remanere patrem.

Remotis proprietatibus non perſonalibus, remanet intellectus, hypoſtaſum. Aduerte quod hæc indefinita eſt vera, remanet intellectus hypoſtaſum, quia aliquarum, puta patris & filij, non tamen remanerent diſtinctæ realiter à ſpiratio, quia ſpiritũ non diſtinguitur relatiuè niſi à ſpirante. unde dubium, quod mouet expoſitor, nullum eſt, non enim dicit Beat. Thom. quod remanerent diſtinctæ, ſed tantum quod remanerent, ſuppoſito uero agens de Spiritu ſancto dixit, quod ſi non procederet à filio, nõ remaneret diſtinctio realis inter eas, & ideo nulla eſt repugnãtia in dictis D. Thom.

Sed ferunt ſua ſuppoſita ſecum, inquantum ſunt perſonæ. Aduerte, ut dicit expoſitor, quod hæc propoſitio eſt uera in omni ſubſtantia ſimplici, in qua quod quid eſt, non differt ab eo cuius eſt, nam talis natura ſimplex, puta deitas fert ſecum hũc Deũ, id eſt, ponit ſe in ſuppoſito, ſic diceremus de Angelo, quoniam angeleitas ſeipſa ſuppoſitatur, & talis modus conſtituendi ſuppoſitum deſignatur per ly, in quantum eſt ipſum, per hoc enim diſtinguitur à modo, quo forma partis conſtituit ſuppoſitum, quoniam conſtitutio hæc eſt realis, & conſtitutum, & conſtituens diſtinguuntur realiter, ſed in non ſimplici, non dicimus abſolute, quod Angeleitas, uel deitas conſtituunt ſuppoſitum, ſed quod conſtituunt, inquantum ſunt ipſum, ut denotetur, quod hæc conſtitutio eſt ſecundum modum intelligendi, & conſtituens, & conſtitutum diſtinguuntur tantum ſecundum modum ſignificandi.

Sed ſicut dictum eſt, aliqui dicunt. Aduerte quod hæc opinio deficit in duobus, primo quia credit originem poſſe habere rationem conſtitutiui, quod eſt falſum, cum ſignificetur modo egredientis ex articulo præſenti, ergo ſibi repugnat, ut ſic, eſſe conſtitutiuum perſonæ, nec etiam hypoſtaſis. ſecundo quia diſtinguit inter hypoſtaſim diuinam, & perſonam, cum nulla ſit diſtinctio. Nam hypoſtaſis diuina eſt quid ſubſiſtens in natura intellectuali, & hæc eſt diſtinctio perſonæ. vnde ſi hæc diſtinctio deberet ſaluari, eſſet neceſſe quod ab hypoſtaſi diuina auferretur naturæ intellectualitas, & non à perſona proprietas ut dicit B. Thom.

In reſponſione ad ſecundum, aduerte quod illa conſequentia ſequeretur, quod filius non eſſet aliquis, poteſt habere duplicem ſenſum, primo quod abſolute non eſt aliquis, & ſic neganda eſt, ſecundo quod nõ eſſet ille aliquis, quod Pater, & ſic concedenda eſt, nec nos dicimus oppoſitum, nam cum habet proprium conſtitutiuum, diſtinctum à paternitate, eſt eſſe aliquis, qui diſtinctus à Patre.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum actus notionales præintelligantur proprietatibus.

Circa articulum hunc aduerte, quod ex illa diſtinctione in articulo relationis, ut relatio eſt, & relatio ut conſtitutiua oritur inter Thomiſtas dubium, utrum relatio ſub ratione relationis, uel inquantum eſt diuina eſſentia conſtituat. & inuenio hic duas vias, prima eſt Capreol. & Hernei, ſecunda eſt expoſitoris, uolo ergo utranque declarare, deinde oſtendam utra ſit rationabilior.

Quantum ad mentem Capreol. ſcias, quod in primo diſtin. 26. quæſtio. prima, in prob. tertiæ concluſionis attribuit relationi diuinæ duo officia, primo diſtinguit eius extrema in eſſe relatiuo, & conſtituit in eſſe relatiuo. facit enim, quod mutuo referuntur, ut paternitate pater dicitur ad filium, & hoc eſt commune omni relationi diuinæ, ſiue ſit accidens, ſiue ſubſtantia, & hoc facit ea ratione, qua eſt relatio, ſcilicet dici & referri ad aliud, ſecundo diſtinguit & conſtituit perſonaliter, uel ſuppoſitaliter, & hoc non facit inquantum relatio realis, quia ſic conueniret omni relationi, ſed inquantum diuina relatio, ſed nec hoc facit ratione relationis, quia ut ſic nõ habet, niſi diſtinguere, & conſtruere in eſſe relatiuo, quod eſt dici ad alterum, nihil enim poteſt ultra ſpeciem ſuam ex præ-

F ciſa ratione ſuæ ſpeciei facit ergo hoc, inquantum eſt diuina eſſentia concepta, ut ſubſiſtens incommunicabilis, intellectualis. Hæc eſt mens Capreol. cui concordat Herueus primo diſtin. 26. quæſt. 1. art. 3. ibi *ſecundum etiam ſimiliter.* & dicit, quod relatio, ut relatio, non conſtituit ea, quæ referuntur, ſed ſupponit conſtituta, ſed relatio diuina ut eſt ens ſubſiſtens, habet cõſtituere.

Sed contra dicit Herueus illud, quod eſt in Deo, remota ratione relationis, ſit abſolutum tantum, ergo uidetur quòd ſuppoſitũ conſtituatur abſoluto, quod eſt inconueniens, quoniam conueniunt in abſolutis.

Reſpondet Herueus quod ratio relationis poteſt remoueri ab aliquo dupliciter, primo negatiuè, ut cum remouetur rationale à bruto, hæc enim eſt uera, brutum non eſt rationale, & ſic illud à quo remouetur relatio, non eſt relatiuum, ſed abſolutum, & hoc modo non poteſt remoueri ratio relationis à

G conſtitutiuo: ſic enim argumentum concluderet, ſecundo abſtractiuè, & eſt quando aliquid ſecundum ſe eſt indeterminatum ad rationale, & irrationale, & poteſt determinari ad utrunque, ſic dico, quod diuina relatio inquantum eſt ens diuinum, & altiſſimi ordinis habet quod poſſit concipi modo relatiuo, & modo abſoluto ut forma ſubſiſtens incommunicabilis, ita quod habeat in ſe omnes conditiones, quas habent formæ conſtitutiuæ ſingularium in creatis in ſe, tamen ſit res relatiua, ſed concepta relatiuè, diſtinguat relatiue, id eſt, in eſſe relatiuo: concepta autem abſolute more individualis formæ ſubſtantialis diſtinguat in eſſe hypoſtatico, & tunc ad argumentum nego conſequentiam, licet enim concipiatur non relatiuè eſt tamen in ſe res relatiua, quæ res eſt identicè diuina eſſentia, quæ æquipollet rei abſolutæ, & relatiuæ.

Sed contra ſi identicè eſt diuina eſſentia, & concipitur abſolute ſicut & concipitur diuina eſſentia, ergo nec re, nec ratio-

H ne diſtinguitur à diuina eſſentia.

Ad hoc nego conſequentiam, licet enim utraque concipiatur abſolute, tamen uitæ ratione differunt, quoniam ratio eſſentiæ eſt ſicut ratio naturæ communis: & ratio relationis, puta paternitatis, ut conſtituit, eſt ſicut ratio formæ individualis, unde ſe habent ut ratio humanitatis, & ratio Sorteitatis.

Quantum ad mentem expoſitoris ſcias, quod tenet relationem ut formaliter eſt talis relatio & ut diſtinguitur ab eſſentia, conſtituere perſonam, & id probat ex articu. ſecundo, & 3. huius quæſtionis. uolens autem concordare dicta Beat. Thom. in de potentia, & in primo ſent. quæ ſunt hic quatuor, primum *relatio conſtituit inquantum eſt diuina eſſentia.* ſecundum eſt *inquantum eſt diuina,* tertium *inquantum ſubſiſtens.* quartum *inquantum perſona diuina,* dicit quod non eſt idem dicere, Relatio habet aliquid inquãtum eſt idem eſſentia, & habet aliquid

I inquantum eſt diuina eſſentia, nam in primo ſignificat radicem, id eſt, quod habetur non à ſe, ſed ab eſſentia ut à radice, & quamuis hoc non habeat, eſt tamen formaliter illud, puta relatio diuina eſt res realis, eſt ſubſiſtens, eſt ens diuinum, hæc non habet ut relatio: alioquin omnis relatio haberet illa, ſed hoc trahit ab eſſentia. & quamuis hæc non habeat à ſe, per ſe tamen & formaliter conueniunt ei, non enim inconueniens aliquid eſſe per ſe tale, & formaliter, & tamen non habere à ſe, ſicut moueri deorſum per ſe conuenit lapidi, non tamen à ſe hoc habet, ſed à generante, ſicut in propoſito relationi diuinæ perſonali quæ diſtinguitur ab eſſentia, conuenit per ſe, & formaliter, quod ſit res ſubſiſtens incommunicabilis, licet hoc trahat ab ipſa eſſentia præciſe, ſed inquantum diſtinguuntur ab ea, ut relatiuum ab abſoluto, & ex his vult concordare dicta Beat. Thom. dicit enim quod illa quatuor dicta ſignificant tantum radicem: illa autem quæ dicit

K in hac quæſtione, ſignificant rationem formalem, quaſi diceret Beat. Thom. licet relatio non habeat à ſe, quod conſtituat, ſed hoc trahat à diuina eſſentia ut à radice, tamen ſibi per ſe & formaliter conuenit conſtituere, inquantum diſtinguitur, ratione ab ipſa eſſentia. ex his dicit ipſe, patet quod argumenta Aureoli recitata à Capreol. in primo diſtin quæſtio. 1. contra tertiam laborant in æquiuoco, nam cum improbat dictum Beat. Thom. ſcilicet quod conſtituit inquantum eſt ſubſiſtens, credit quod Beat. Thom. ſumit ly, ſubſiſtens, formaliter pro eo quod eſt, & hoc non eſt uerum. ſic enim argumenta concluderent, quia cum tale ſubſiſtens ſit ipſum ſuppoſitum, ſequeretur ſuppoſitum cõſtituere ſuppoſitum, ſed Beat. Thom. ſumit ly ſubſiſtens, ut diſtinguitur contra inhærens, quaſi dicat, relatio diuina conſtituit, quia non eſt accidens, ſed ſubſiſtens, licet non ſignificetur modo ſubſiſtentis, id eſt, ut quod eſt, ſed ut quo. Similiter cum improbat dictum B. Tho. ſcilicet

quod

quod conſtituit ut eſſentia, laborat in æquiuoco. credit enim quod dicat ut eſt eſſentia præciſè, & formaliter: quod eſt falſum ſic enim concluderet, nam ut eſſentia præciſè non habet rationem incommunicabilis, ſed communis, & ſic non diſtingueret, nec conſtitueret. Vnde Beat. Thom. intendit dicere, quod ly, *ut eſſentia,* non facit prædicationem formalem, ſed radicalem, quaſi dicat, quia relatio eſt eadem res cum eſſentia, ideo ab eſſentia trahit conditiones, quibus poteſt conſtituere & diſtinguere, cum hoc tamen iſtæ conditiones, ſcilicet eſſe ſubſiſtentem, & incommunicabilem, conueniunt ei formaliter & per ſe, ut diximus. ſimiliter expoſitor declarat, quòd Scotus in primo diſtin. 28. impugnans illam diſtinctionem de relatione ut relatio eſt, & ut conſtitutiua non intellexit B. Tho. credit enim quod Beat. Thom. per ly, *ut relatio,* per ly *ut conſtitutiua,* intendat duas rationes, eo quod non poteſt imaginari quomodo eadem res præcedat, & ſubſequatur conſtitutionem.

B Nos autem dicimus quod Beat. Thom. intendit eandem rem quæ ſecundum duas rationes dicitur ſubſequi & præcedere, nam paternitas ut exercita ſubſequitur, ut concepta præcedit.

Dicitur ut exercita, id eſt, ut exercet officium relationis, quod eſt diſtinguere relatiuè & facere, quod relata ad inuicem referantur, ſic enim à Beat. Thom. dicitur ut relatio, id eſt, ut ſtat ſub tali officio. Dicitur ut concepta, id eſt, inquantum conſideratur, ut eſt res realis diuina, ſubſiſtens incommunicabilis, ſic præcedit conſtitutionem, quia ut ſic eſt ut forma individualis, & ſic conſtituit in eſſe hypoſtatico. Et aduerte, quòd hæc declaratio expoſitoris conuenit cum ea quam fecit Capreol. ubi ſuprà in proba. tertiæ concluſionis, ibi, *relinquendo igitur.*

Quantum ad argumenta Scoti, & Aureol. recitata a Capreo. in prima diſtin. 26. quæſtio. prima, contra tertiam quibus probant quòd relatio non conſtituit, ſcias quòd concludunt de

C relatione exercita, ſed non de relatione ut concepta modo formæ hypoſtaticæ, ideo tranſeant: quoniam laborant in æquiuoco.

Poſita mente Capreol. & expoſitoris conſiderandum eſt vtrũ ſit rationabilior, & dico quòd expoſitor non habuit mentem Capreol. Credidit enim quòd Capreol. diceret, ꝙ relatio conſtituat, inquantum eſt præciſè eſſentia diuina, & non diſtinguatur ab ipſa etiam ratione, puta ratione relatiua, & ratione abſtracta, quæ eſt ratio eſſentiæ, ſed hoc non dixit Capreol. nec intendit quoniam apud ipſum ſtat, quòd relatio conſtituat ut diſtinguitur ratione ab eſſentia, & tamen ratio talis relationis ut conſtituit non ſit relatiua immo abſtracta, & hoc habet diuina

D relatio, ſcilicet quòd poſſit concipi relatiuè & abſtractè, ut eſt relatio diuina, & ens diuinum, quod æquipollet abſtracto & relatiuo: deceptus eſt autem expoſitor, quia credit eſſe impoſſibile relationem poſſe concipi abſtractè & illam rationem abſtractam, non coincidere cum ratione eſſentiæ, quod tamen non eſt neceſſe: quoniam ratio eſſentiæ eſt ſicut ratio communis, & ratio relationis, ut conſtituit, eſt ſicut ratio formæ individualis. Vnde uidetur mihi Capreol. via rationabilior: quoniã relatio diuina quantumcunque ſit ſubſiſtens ex ſua ratione relatiua non habet diſtinguere, niſi in eſſe relatiuo quod conſequitur productionem, nec ex conſequenti habet ut ſic conſtituere, niſi in eſſe relatiuè, cum nihil agat ultra ſpeciem ſuam. ſtandum eſt ergo in uia Capreol. quæ eſt etiam Heruei, ut prædiximus.

Quæſtio XLI.

ARTICVL. I.

Vtrum actus notionalis attribuatur perſonæ.

IN diuinis perſonis attenditur diſtinctio ſecundum originem. Contra hoc non concordat cum dictis in quæſtio. præcedenti artic. ſecundo, ubi dixit originem non diſtinguere, quia non conſtituit, cum ſignificetur per modum egredientis. Ad hoc B. T. non negauit abſolutè, immo dixit in eodem artic. *ſicut enim diſtinguuntur in utroque modo &c.* ſufficit ergo quòd ea, quæ dicit in hoc art. 1. uerificentur, principaliter uel ſecũdario: & ſecunda pars eſt uera, quoniam perſonæ diſtinguuntur his modis, qui ab alio, & à quo alius.

In reſponſione ad primum. Aduerte quòd minor ſumpta

A in argumento, *ſcilicet actio eſt unum de decem generibus.* non habet ueritatem in Deo, de actione immanente, quæ eſt actio notionalis, quæ ut ſic eſt relatio, licet differat ab ea ſecundum modum ſignificandi, & ideo non mutatur in ſubſtantiam ſecundum modum prædicandi, & ſic uerificatur dictum Boetij, iſtæ enim actiones notionales cum ſint relationes, excipiuntur.

In reſponſione ad ſecundum. *Actus notionales ſecundum modum ſignificandi differunt tantum a relationibus.* Aduerte quòd Aureol. ut recitat Capreol. in prima diſtinc. 27. quæſtio. prima, contra tertiam impugnat hoc dictum, ſimiliter alij, ut recitat idem in eodem loco, ibi, *tertio arguunt alij,* ſed aduerte, quòd Aureo. decipitur in uno, & alij in alio. Nam Aureol. credit Beat. Thom. Tenere, quod illa res, quam dicit eſſe actionem & relationem in ſe, & in ſua exiſtentia contineat fluxum, & eſſe quietum, dicatur relatio Sed hæc imaginatio eſt falſa, quoniã omnem fluxum & egreſſum realem, ſicut actionem dictam re-

B mouemus à Deo propter imperfectionem implicitam, ſed dicimus quod concipi modo fluxus, & modo eſſe quieti, non inconuenit illi rei diuinæ, quæ æquipollet veræ actioni, & veræ relationi. Dico autem ſic concipi, ut præſentatur noſtro intellectui, qui non poteſt concipere diuina niſi more rerum creatarum: Scotus autem eſſenti conſideratur conceptu ſibi adæquato, unde patet quod argumenta eius non attingunt ſenſum Beat. Thom. Alij autem decipiuntur, quia idem iudicium faciunt de actione immanente & tranſeunte, & quia iudicant de generare diuino, quod eſt actio immanens ſicut de tranſeunte: credunt paternitatem eſſe in patre, & generare in filio quia actio tranſiens ponitur ſubiectiuè in paſſo, & per conſequens, quod non ſint idem realiter. ſed hoc fundamentum eſt falſum, nam ſola actio eſt in paſſo. quæ infert ex ſe paſſionem, & hæc eſt potentialis qualis non eſt actio diuina. Item decipiuntur, quia credunt eſſe impoſſibile, quod funda-

C mentum & fundatum ſint idem re, ſed ſufficit quod diſtinguantur ratione.

ARTICVL. II.

Vtrum actus notionales ſint voluntarij.

Circa articulum duo principaliter agenda ſunt primo, diſcutere an actus notionales ſunt uoluntarij, an neceſſarij, an naturales ſumendo actus notionales pro genera-

D ratione, & ſpiratione, ſecundo examinabuntur propoſitiones articuli.

Quantum ad primum, præpono diſtinctiones de neceſſario, & naturali, & uoluntario, deinde adducam concluſiones, & declarabo diſcrepantiam opinionum in eis, & concordiam.

Neceſſarium primo dicitur illud, quod non poteſt aliter eſſe, & dicitur neceſſitas immutabilitatis, uel incoutabilitatis, ſicut apud philoſophum, intelligentiæ neceſſario mouent cœlum, ſecundo ſumitur pro uiolento, cuius neceſſitas ſumitur uel eſt ab extrinſeco. Item ſumitur pro indigentia ut neceſſe habeo pecuniã, uel libro: ex hac ponuntur duæ concluſiones.

Prima concluſio, generatio & ſpiratio diuina ſunt neceſſariæ in primo ſenſu hanc probat Greg. in 1. diſt. 6. q. 1. artic. 1. ibi, *tertia concluſio eſt,* & rationes eius principales ſunt duæ: pri-

E ma, filius neceſſario ſemper fuit, ergo pater neceſſario genuit, antecedens probatur, quia filius eſt Deus. ſed Deus neceſſario fuit, & eſt, ergo &c.

Secunda, impoſſibile eſt fuiſſe aliquando Deum ſine uerbo perfecto, aliter imperfectus fuiſſet, ergo neceſſario produxit filium.

Secunda concluſio eſt: Pater non genuit filium neceſſariò in ſecundo ſenſu patet hæc, quia ſtultum eſt ponere uiolentiam in Deo: item quod nec indigentia, patet, quia illud quo aliquid indiget, eſt perfectiuum eius: Sed pater omnem perfectionem habet à ſe, ergo &c. Aduerte tamen ut recitat Gregor. illic: quidam dicunt patrem indigere filio, quia ſi filius non eſſet, pater non eſſet: ſed rudes ſunt aliud eſt enim dicere, quod filius eſt conditio, ſine qua pater non eſſet &c. aliud eſt dicere, patrem indigere filio, nam hoc, quia dicit imperfectionem, illud autem non alioquin pater imperfectè ſpiraret, quia requiritur filius, & Deus, ut creator perficeretur ex creatura, quoniam ipſa requiritur ad hoc, quod ſit creator, cum ſint correlatiua, quorum unum includit reliquum formaliter.

Naturaliter ſumitur dupliciter, primo ut excludit conditionem, ſicut lapis naturaliter mouetur deorſum, ſic nullus dicit productionem diuinam eſſentialem: ſecundo ut diſtinguitur contra contingenter produci. Sic dico, quod filius, & tertia perſona producuntur naturaliter. hanc probat Beat. Th. in articulo ponens differentiam inter uoluntatem & naturam, cuius probatio examinabitur infra. Item probatur ſic apud Gregor. ubi ſupra in ſecundo articulo. Pater non electiue produxit filium, ſed neceſſario ex præſenti concluſione, ergo naturaliter probatur conſequentia per differentiam, quæ ponitur inter potentiam electiuam ſiue rationalem, & naturalem.

Item pater produxit filium & Spiritum ſanctum conſubſtantiales, ergo naturaliter probatur conſequentia, quoniam productio ſubiecti in eadem natura eſt naturalis. aduerte tamen quod licet utraque perſona producatur naturaliter, ſolus tamen filius producitur naturaliter, & modo naturæ, ſed G Spiritus ſanctus licet naturaliter, modo tamen uoluntatis, & hoc ſufficienter declarat Capr. in primo diſtin. 6. q. 1. in probatione quartæ concluſionis ponens ex B. Th. triplicem differentiam inter productionem intellectus, & productionem uoluntatis.

Scias etiam, quod Aureol. in Capreol. ubi ſupra format multa argumenta, quibus probat non eſſe magis de ratione uoluntatis produci à duobus, quam de ratione intellectus: ſed laborat in æquiuoco, non enim intellexit Beat. Tho. nam Beat. Th. intendit, quod eſſe à duobus, non quocunque modo, ſed incluſo ordine originis inter illa duo, ita quod ſecundum ſit à primo, eſt de ratione producti uoluntate, ut declarauimus ſuprà agentes de Spiritu ſancto, & de diſtinctione inter generationem, & ſpirationem, ideo argumenta illa ut impertinentia tranſeo.

Voluntas ſumitur tripliciter antecedens, qua aliquid prius H eſt uolitum generari, quàm generetur & ſubſequens, qua aliquid prius generatur, deinde uolitum eſt, quod ſit genitum & concomitans, qua aliquid ſimul eſt uolitum generari, & generari & hæc dupliciter, quia uel contingenter, vel complacenter. ex hac diſtinctione quæ etiam eſt Grego. vbi ſupra art. 3. pono tres concluſiones.

Prima. Pater non genuit filium voluntate antecedenti, hanc tenet Capreol. in 1. diſt. 6. quæſtio. 1. in probatione ſextæ concluſionis. Vide eum, & Gregorium, ubi ſupra, & probatur ex Auguſtino, quia dicit, ſapientiam genitam uolũtas præire non poteſt. Præterea Pater neceſſario & naturaliter produxit filium, ergo quocunque ſigno uoluit, produxit, aliter contingenter produxiſſet.

Huic cõcluſioni non aſſentit Scotus, qui ponit prioritatem originis, nec expoſitor, immo tenẽt partem affirmatiuam. Ad eorum igitur mentem aperiendam aduerte, quod uoluntas I antecedens ad ſuum uolitum dupliciter comparari poteſt: primo ut ad obiectum, ſecundo, ut ad principiatum: & hanc diſtinctionem ponit Bea. Thom. in 1. diſtin. 6. queſtio. 1. articu. 2. quam & aſſumit expoſitor: dicunt igitur quod uoluntas patris non comparatur ad filium genitum, ut principium ad principiatum, hoc enim modo producentur creaturæ, & per conſequens uoluntas patris in hac comparatione non cadit ſuper filium, nec antecedenter, nec conſequenter, ſed dicunt quod cadit in ſecundo ſenſu, ſi enim genuit filium uoluit generare: & quantum ad hoc dicunt non eſſe inconueniens, patrem prius uoluiſſe producere quam produxerit: ſaltem prius ſecundum noſtrum intelligendi modum. Et Scotus quidem vult, quod prius in aliquo ſigno originis, quem reprobauimus ſuprà, agentes de Spiritu ſancto, & infra in q. 43. quadrageſimatertia, artic. 2.

Fundamentum autem expoſitoris eſt, quoniam intelligere, & amare & uelle, ut eſſentialia ſunt, præcedunt ſecundũ intelle K ctum, intelligere, & amare, & uelle, ut notionalia, nam eſſentialia communia ſunt tribus, ergo Pater prius intellexit eſſentialiter generationem filij, & uoluit eam, ut obiectum beneplacens, ergo genuerit.

Fundamentum Scoti, eſt quia Pater in primo ſigno habet intellectionem, & uolitionem, quæ ſunt perfectiones ſimpliciter, & in illo non habent generationem filij, quoniam eam habet in ſecundo ſigno ergo in primo ſigno uoluit producere filiũ, & in ſecundo produxit, & ſic ſaluatur voluntas antecedens, verum quia ſupra reprobauimus hæc ſigna, & infra reprobabimus, ideo pertranſeo uſque ad q. ſequentem.

Quantum autem ad expoſitorẽ dico duo, primo non quod rectè arguit contra Capreolum, nam Capreolus in primo diſt. ſexta, quæſtio. prima, in probatione ſextæ concluſionis credit abſolutè & ſine diſtinctione repugnare Beat. Tho. tenere hanc F voluntatem antecedentem, reſpectu generationis filij, adducens dictum Beat. Thom. in quæſtio. de potentia, quæſtio. quinta. Sed expoſitor dicit quod non repugnat, niſi ſumendo uoluntatem & uolitum in ratione principij & principiati, & dicit, quod dictum Beat. Thom. in quæſtio. de potentia debet intelligi præcisè de uoluntate in ratione principij, & mihi uidetur idem propter prioritatem eſſentialium ad perſonalia ſecundum noſtrum modum intelligendi. Dico ſecundo quod non eſt approbandus in hoc, quod ſimpliciter concordat cum Scoto, quoniam Scotus in ſignis originis aliquid plus intendere uidetur, ut diximus ſupra, & dicemus quam ſecundum noſtrum modum intelligendi, & ideo Gregor. ut poſuimus ſupra, meritò arguit contra eum, ut contra uiam periculoſam.

Concluſio ſecunda. *Pater non produxit filium voluntate ſubſequenti*, hæc eſt conceſſa ab omnibus, & tamen poteſt ſic probari, quoniam mutatio eſſet in uoluntate diuina, uel inconſideratio in intellectu: primum quidem patet, quoniam eo inſtanti, quo produxit, uel uoluit producere, uel noluit: ſi uoluit, ergo non uoluntate ſubſequenti: ſi noluit, & tamen produxit, ergo mutatus eſt à nolle, ad uelle. ſecundum etiam patet, quoniam ſi in illo inſtanti, in quo produxit, non uoluit producere, ſumendo ly. non uelle pro negatione actus, & non pro actu negatiuo, ergo inaduertenter produxit, quod eſt uanum dicere de Deo.

Tertia concluſio. *Pater produxit filium voluntate concomitante non tamen contingenter, ſed complacenter*. prima pars patet, quoniam filius eſt coæternus patri, ergo quocunque inſtanti uoluit producere, produxit, neq; enim pater eſt prior in quo, ut dicemus in quæſtione ſequenti in ipſo filio, ſecunda pars patet, quia tunc non neceſſario, tertia patet, quia pater ſumme ſibi complacuit in generatione filij. Matth. tertio, cap. hic eſt filius &c.

Hinc deſcendendum eſt ad literam artic.

Voluntas & natura ſecundum hoc differunt cauſando. Aduerte hanc differentiam, quod ut Beat. Thom. innuit ſtat in quatuor: ſed tria in cauſando, quartum in eſſendo, quod eſt hoc, agentis naturalis eſt tantum una forma, qua habet eſſe, & dato quod haberent plures, complent tamen unam totalem, agentis autem uoluntarij, ſunt plures, quæ ſunt plura volita cognita, etiam diſparata, quibus conſtituitur in eſſe appetibili, ſicut in intellectu plures ſpecies, quibus conſtituitur in actu primo in eſſe intelligibili: prima autem differentia in cauſando eſt, quod naturale agens eſt determinatum ad unum, non autem voluntarium, immo potens eſt in oppoſita, & hæc differentia ſequitur ex præcedenti, quoniam omnis agentis formæ propria eſt ratio agendi: ſecunda eſt, quod naturale agens agit tale quale eſt ipſum uoluntarium, aut tale quale vult eſſe, & hæc differentia ſequitur ex præcedenti, quia effectus aſſimilatur formæ agentis. tertia eſt, quod naturale agens eſt principium eorum quæ non poſſunt niſi ſic ſe habere, voluntarium autem eorum qui poſſunt ſic, & aliter ſe habere, & hæc differentia ſequitur ex prima & ſecunda.

Effectus aſſimilatur formæ agentis per quam agit. Quæritur quomodo hæc ſit intelligenda aſſimilatio, non poteſt terminari ad formam tantum, & non ad modum eſſendi, ut patet in artificiatum, in quibus artificiatum ad extra aſſimilatur formæ in mẽte artificis, prout imitatur eam, ſed non ſecũdum modum eſſendi, nam extra habet eſſe materiale, in mente autem immateriale, poteſt etiam terminari ad utrunque, ut patet in agente naturali, & in ſuo effectu, præcipuè uniuoco.

Reſpondetur, quod eſt intelligenda quoad utrunque, dummodo modus formæ ſit ille, qui eſt per ſe ratio agendi, ſed hic modus aliter eſt in agente naturali, & aliter in agente uoluntario, nam in agente naturali eſt modus eſſendi, quoniam ſi eſt uniuocum deducto impedimento aſſimilat ſibi effectum in forma, & in tali gradu eſſendi, quale eſt ipſum, puta intenſè calidum, intenſum calorem producit. In agente autem uoluntario modus per ſe agendi non eſt modus eſſendi, puta materialis uel immaterialis, ſed modus uolendi, puta artifex poteſt producere domum quadratam, rotundam &c. Et iſti ſunt modi per ſe, quibus neceſſario aſſimilatur artificiatum, nam artifex non ſolum producit domum, ſed illius modi & figuræ, qualiter diſpoſuit ſua uoluntate: unde dico, quod licet artificiatum non aſſimiletur formæ in mente artificis quoad modum eſſendi in materialem, ſufficit quod aſſimiletur modo volendi, & modo cognoſcendi, qui per ſe requiruntur in agente voluntario.

Natura eſt eorum, quæ non poſſunt niſi ſic eſſe. Contra ergo, natura eſt principium corruptibilium, quod eſt manifeſte falſum, expoſitor enim reſpondet modo ſuo. ſed tu dic, quod ly, niſi

ly, *niſi ſic eſſe*, non eſt intelligendum, ratione ipſius eſſe præciſe, ſed ratione modi producendi, quia agens naturale non habet niſi vnum modum agendi, & ideo effectus eius deducto impedimento non poteſt niſi vno modo eſſe, dato, quòd illud eſſe eſſet corruptibile: agens autem voluntarium poteſt diuerſimode agere ex ſua apprehenſione, & libertate agendi, & ideo effectus eius licet ſit corruptibilis, poteſt tamen hoc, & alio modo produci, & ſic & alio modo eſſe, vt patet de artifice, qui poteſt domum diuerſimode & diuerſarum figurarũ producere.

In reſponſione ad tertium, cuius reſponſio ſtat in hoc, Spiritus ſanctus eſt amor, qui eſt voluntarius idest, uoluntate productus, ſed non modo voluntatis, qui eſt modus ad oppoſita, ſed modo naturæ, qui eſt modus determinatus: duæ ſunt propoſitiones dubiæ.

Prima eſt voluntas, inquantum eſt natura quædam aliquid naturaliter vult. Contra hanc adducit expoſitor argumenta Scoti, B quibus probat, quòd agere modo naturæ, & agere liberè, non poſſunt eidem potentiæ conuenire: ſed hic non eſt proprius locus diſcutiendi hoc, nam in quæſtio 82. articu. 1. vbi quæritur, an uoluntas ex neceſſitate aliquid uelit, id pertractabitur ad plenum.

Secunda propoſitio, *Vnde naturaliter procedit, quamuis per modum voluntatis*. Contra hæc duo videntur repugnare, nam ly, *per modum voluntatis*, importat modum ad vtrumlibet. hoc autem non ſtat cum ly, *naturaliter*.

Ad hoc dico, quòd ly, *naturaliter* dupliciter exponitur primo pro determinatè, & neceſſario agere, ſecundo ſecũdum ſimilitudinem agentis. In productione filij ſtat *naturaliter* vtroque modo. In productione Spiritus ſancti, ſtat tantum primo modo. Item ly, *modo voluntatis* dupliciter exponitur, primo liberè, idest contingenter, ſecundo per modum inclinationis, & non ſecundum ſimilitudinem: Dico igitur quòd Beat. C Thom. ſumit ly, *naturaliter* in primo ſenſu, & ly *modo voluntatis*, in ſecundo ſenſu, quæ vt ſic non repugnant, quaſi dicat, procedit determinatè, & neceſſario per modum inclinationis, ſicut uolitio beatitudinis. eodem modo reſpondendum eſt ad argumentum expoſitoris quo probat, quod ſi Spiritus ſanctus procedit à uoluntate, ut habet modum naturæ, quòd non ſufficienter diſtinguetur eius productio à productione filij, nam & filius procedit modo naturæ. Ad hoc inquam patet ſolutio: ſed Spiritus ſanctus tantum ſecundum primã conditionem.

In reſponſione ad quartum. Aduerte, quòd ad formam argumenti illa minor, verbum procedit à dicente per uoluntatem. ſi ly, per, dicit principium, neganda eſt, ſi concomitantiam, concedenda, ſed non eſt contra intentum: negamus enim actum notionalem eſſe à voluntate, ut à principio, & nõ aliter.

ARTICVL. III.

Vtrum actus notionales ſint de aliquo.

P*Ars enim ſubſtantiæ hominis generantis tranſit in ſubſtantiam geniti*, Aduerte, quòd hæc propoſitio non videtur alio modo verificari, niſi quòd per ſemen deciſumà generante tranſit in ſubſtantiam geniti. Sed huic uidetur contradicere Beat. Thom. infra in quæſt. 119. artic. 1. quarto, vbi dicit, quòd virtus actiua ſeminis deſinit eſſe, diſſoluto ſemine, & euaneſcente Spiritu, ſi ergo diſſoluitur ſemen, non tranſit in ſubſtantiam geniti.

Ad hoc dico, quòd ſemen non eſt vniforme in partibus: nã habet aliquas partes groſſiores, quæ ſimul cum materia mini E ſtrata à matre, tranſeunt in ſubſtantiam geniti, & inter partes ſpiritualiores, in quibus complantatur ſpiritus gignitiuus, & in hoc ſpiritu eſt uirtus actiua ſeminis, & dico, quòd peracto officio ſuo, partes illæ ſubtiliores reſoluuntur, & ſpiritus euaneſcunt. Vtrumque ergo eſt uerum, quòd ſemen tranſit in ſubſtantiam geniti, & ſic remanet quoad partes groſſiores, diſſoluitur autem quoad partes ſubtiliores. Quo ad partes groſſiores Beat. Thom. eſt exponendus hic: quoad partes ſpiritualiores eſt exponendus infra in quæſtio. 118. art. 1. vnde ſibi non contradicit.

In reſponſione ad primum, *non autem principium materiale*. Aduerte quòd Beat. Thom. negat ſimpliciter eſſentiam diuinam eſſe materiam, nec habere aliquam conditionem materiæ quod tamen conceſſit, ut notat Capreol. in 1. diſtinctio. 5. quæſtio. prima, in probat. quartæ concluſionis, ſed melius A eſt vt ſtatim ſummatim, quia nulla conditio attributa eſſentiæ cogit nos, ut patebit ſtatim reſpondendo argumentis Durandi, & Henrici. Scias igitur, quòd Durandus diſtinxit conditiones materiæ, inter quas aliquæ imperfectionem dicunt, vt eſſe ens in potentia, recipere eſſe à forma, tranſmutari de forma in formam, eſſe principium corruptionis, & ſecundum has eſſentia diuina, non poteſt dici materia. Aliæ autem ſunt, quæ non dicunt imperfectionem, ut eſſe quid intrinſecum genito: præexiſtente genito manere idem in tota generatione, eſſe illud, de quo genitum generatur. Et quoniam iſtæ conditiones uerificantur de eſſentia diuina in productione filij: ideo tenet, quòd ſecundum eas poteſt dici materia: ſed uide Capreol. ubi ſuprà, à quo expoſitor extraxit penè omnia, quæ dicit in hoc propoſito, & uidebit has conditiones ita poſſe conuenire principio formali, ſicut materiæ, ideo non magis concludunt diuinam eſſentiam habere rationem principij formalis, quod concedit hic Beat. Thom. quam principij materialis. Henricus autem format plura argumenta, quæ coincidunt cum argumentis Durandi præter octauum, nonum, & decimum, & illa ſolues ut Capreol. ubi ſupra, cuius ſolutiones magis formales ſunt, quàm illæ expoſitoris.

ARTICVL. IIII.

Vtrum in Deo reſpectu actuum notionalium ſit potentia.

PRo uniuerſali reſolutione huius articuli, tria diſcutienda ſunt. primum eſt an reſpectu actionum eſſentialium, dato, quòd in Deo non eſſet productio ad intra, ut tenent philoſophi, ſit neceſſe ponere potentiam actiuam in Deo pro hoc uide Heru. in 1. diſtinctio ſeptima, articul. primo, in principio & illic inuenies, quòd potentia realis, quæ eſt reale principium alicuius producti ad intra nõ poneretur in Deo: quoniam intelligere, & velle diuinum, non diſtinguerentur, niſi ratione, à Deo intelligente, & non eſſent realiter producta, nec elicita: potentia autem quæ ſtat pro non repugnantia terminorum, eſſet in Deo nam omne quod conuenit alicui poteſt ſibi attribui, & dicitur poſſibile illi, & quia eſſe in intelligente, conuenit Deo, ideo ut ſic poteſt dici, quòd in Deo eſt potentia intelligendi, & aduerte, quòd hæc eſt potentia, quam appellat philoſophus, in 5. metaphyſic. comm. 1. metaphoricam, vt in geometricis, linea eſt in potentia ad quadratum, & logicam potentiam: quæ omnia, quæ non implicant contradictionem dicuntur poſſibilia, quæ autem implicant, dicuntur D impoſſibilia.

Secundum eſt vtrum reſpectu actuum notionalium, & eſſentialium ad extra, vt eſt generare, & creato detur in Deo potentia realis productiua, & dico quòd ſic de mente Heru. vbi ſuprà, & Beat. Thom. in articul. præſenti. & ratio vtriuſque eſt hæc, ubi eſt realis productio & reale producens, & reale productum, ibi eſt reale principium, ergo producens productum, ſed in Deo hæc ſunt ex relatione, ergo &c. Sed contra hoc ſunt quatuordecim argumenta Aureol. in Capreol. 1. diſtinctio. ſeptima, quæſtion. prima, contra primam concluſionem, quæ omnia peccant in duplici ſuppoſito falſo: primum eſt, quòd credit à nobis poni potentiam realem productiuæ productionis quod eſt falſum: nam in Deo non ſunt realiter elicitæ, ſed ponimus talem potentiam reſpectu termini producti, qui eſt realis, & realiter diſtinctus, & realiter productus à producente, & ſic ex hoc inuenies ſoluta argumenta eius, E primum, ſecũdum, tertium, nonum, decimum, undecimum, duodecimum. ſecundum eſt quia credit, quòd potentia generandi ſecundum omne, quod includit, dicat perfectionem ſimpliciter quod eſt falſum: quoniam ut dicemus, dicit eſſentiam & relationem, & ratione eſſentiæ, tantum dicit perfectionem ſimpliciter, & ut ſic eſt communis tribus perſonis: ratione autem relationis non dicit perfectionem, nec imperfectionem, & ideo non eſt neceſſe eſſentiam, ſub tali relatione, puta paternitate eſſe in filio, nec ſequitur aliquam perfectionem eſſe in patre, quæ non eſt in filio, ſed bene ſequitur quod perfectionem patris eſſe in filio alio modo, & ex hoc ſoluuntur reſidua argumenta ipſius Aureoli. Secundum igitur eſt tale, negatio potentiæ generandi non infert impotentiam, non enim ſecundum Augu. hæc conſequentia valet, filius non generat filium, ergo impotentia eſt in filio, ergo ex oppoſito, potentia generandi non infert potentiam.

Universidad de Deusto Biblioteca

Ad hoc reſpondit Capreol. vbi ſupra, & dicit ibi eſſe fallaciam figuræ dictionis, quia ex ad aliquid infertur quid: nam ly, potentia generandi eſt ad aliquid, ly, autem potentia eſt quid abſolutum.

Sed expoſitor rectius dixit, quòd ſi eſt negatio potentiæ generandi, non infert impotentiam ſimpliciter, quia talis dicit imperfectionem: ſic potentia generandi non infert potentiam ſimpliciter, quia cum hæc ſit perfectio ſimpliciter aliqua eſſet in patre, quæ non eſſet in filio, cum hoc tamen ſtat, quòd potentia generandi infert potentiam, vt ſic, idest vt eſt principium actus notionalis.

Duodecimum fundatum eſt ſuper philoſophum. 12. met. tex. 30. vbi negat potentiam à ſubſtantia ſeparata æterna, & Comm. in com. 30. dicit eſſe æternum eſt actio pura, & quod eſt actio pura non habet potentiam ergo.

Ad hoc dico quòd philoſophus intendit de potentia paſſiua, dicit enim quòd omne tale contingit non eſſe, eo quòd po- G nitur potentia contradictionis. & dato, quòd loqueretur de potentia actiua intelligendum eſt de potentia, qua agens de nouo exigit de potentia ad actum, non autem de potentia ſemper coniuncta actui, cum teneat primum eſſe infiniti vigoris, & ſemper mouere.

Tertium, dubium eſt ſi potentia productiua eſt in Deo reſpectu actuum notionalium, uel eſſentialium ad extra. vtrum ſit in Deo cum illa ratione aſſignata à philoſopho in 5. met. qua dicitur, quòd eſt principium tranſmutandi, in alio inquantum aliud.

Reſpondeo aliquid eſt de ratione potentiæ productiuæ ſimpliciter ſumptæ, & aliquid de ratione potentiæ contractæ ad creaturam ſumptæ abſolutè, non dicit niſi principium communicandi naturam alicui à ſe diſtincto realiter: de ratione autem potentiæ contractæ eſt ut natura communicata diſtincta ſit realiter in producente, & producto, & quòd producens communicet tranſmutando ſubiectum. Ratione primi H ſenſus, tantum ſaluamus in Deo, & dico quòd philoſophus nõ diffinit potentiam productiuam abſolutè, ſed contractam in creaturis, procedens à ſenſu.

Articvl. v.

Vtrum potentia generandi ſignificet eſſentiam vel relationem.

Pro tituli huius articu. Aduerte, quòd in ratione potentiæ productiuæ in creatis duo includuntur, primo reſpectus: nam non poteſt concipi niſi in ordine ad actum, ex 9. meta. 2. includitur res, cui attribuitur talis reſpectus: puta qualitas, ut calor in igne. Quæritur ergo, ſi in Deo potentia generandi includat ſimiliter abſolutum & reſpectum, An tantum abſolutum, an tãtum reſpectum ut igitur plenè reſoluatur pono tres concluſiones.

Prima concluſio. Non dicit tantum reſpectum. Hanc probat Heru. & bene in 1. diſt. 7. q. 1. 2 ibi, *Secunda talis eſt*.

Secunda concluſio: potentia dicit in recto eſſentiam, ſub ratione alicuius attributi, puta intellectus aut naturæ fœcundæ. hanc probat Beat. Thom. in articu. ibi, *Nam illud propriè dicitur*.

Tertia concluſio: Potentia non dicit præcisè eſſentiam, nec eſſentiam vt paternitas eſt, ſed eſſentia, ut determinata à paternitate, hanc probat Beat. Thom. in artic. ibi, *Sic igitur dicendum eſt*. Eſt autem probatio partis in hoc, potentia generandi ponitur in patre, & non in filio, ergo non eſt præcisè eſſentia, ſecunda autsic genitum non aſſimilatur patri in paternitate. K aliter pater patrem produceret, ergo non eſt eſſentia, ut eſt paternitas, tertia aut ſic, natura communis nõ conſtituitur principium proprium huius producentis ly, aliquo determinatur quòd ſit proprium ipſius producentis non enim humanitas eſt proprium principium generationis in Sorte, niſi inquantum efficitur hæc humanitas ex principijs indiuidualibus, ſed eſſentia eſt natura communis, non eſt autem aliquod proprium patri niſi paternitas, ut forma indiuidualis conſtitutiua, ergo potentia generandi dicit eſſentiam determinatam ad paternitatem, non quidem ut relatio eſt, ſic enim ſubſequitur generare, ſed ut conſtitutiua patris ad ſenſum datum in concluſione præcedenti.

Nunc defendendæ ſunt prædictæ concluſiones, & quidem D. Bonauentura, qui tenet, quòd paternitas eſt principium generandi in patre, ex conſequenti potentia generandi dicit F puram relationem.

Adducuntur autem à Capreol. in 1. diſtinctio. 2. quæſtio. 1. contra ſecundam concluſionem, & reducuntur ad quinque principalia.

Primum. Idem eſt principium eſſendi, & operandi. Paternitas eſt principium eſſendi in Patre, ergo & operandi, ſed non eſt operatio, ergo &c.

Ad hoc dicitur, Maior eſt falſa, niſi intelligatur de principio eſſendi ſpecifico, & in eo ſenſu conceditur maior, & negatur minor.

Secundum. Sicut ſe habet operatio eſſentialis, &c.

Ad hoc negatur ſimilitudo quia eſſentiæ ut abſolutæ non repugnat eſſe principium agendi repugnat autem perſonalitati, ut relationi & formæ indiuiduali.

Tertium. Non magis repugnat &c.

Ad hoc nego quòd non magis repugnet: nam quia relatio G diuina poteſt concipi, ut forma indiuidualis, habet quòd ſit principium conſtituendi, ex hoc autem, quod eſt indiuidualis ſit conditio, & modus agentis, quia uniuerſale, niſi determinatur, non agit.

Quartum: Generatio infert diſtinctionem inter generans, & genitum, ergo idem eſt principium diſtinctiuum, & generatiuum, ſed paternitas eſt diſtinctiua, ergo &c.

Ad hoc nego conſequentiam, ſufficit enim quòd principiũ generatiuum inferat diſtinctionem, non tamen eſt neceſſe, q. coincidat, cum diſtinctiuo indiuiduali.

Quintum. Nulla propria operatio.

Ad hoc dico, quòd propria ratio patris, ut eſt generans, eſt eſſentia ut in patre, & non eſſentia præcisè, nec paternitas præcisè.

Vltimo adducit dictum Auguſtini, eo pater eſt pater, quo generat ſed eſt pater paternitate, ergo &c.

Ad hoc dico, quòd dictum Auguſtini eſt uerum ſumpto for- H maliter ly, *eo* & ly, *quo* nam denominatur pater ut generãs paternitate. Si autem ly, *eo* formaliter, & ly, *quo* ſic ſit, ſic dictũ Auguſtini eſt falſum; ſic enim eſſet ſenſus. Pater eſt pater paternitate, & paternitate, ut principio genuit, quod nos non cõcedimus.

Contra ſecundam autem dupliciter arguitur, primo à Gregor. in prima diſtinctione ſeptima, quæſtione prima, articul. ſecundo, dicit enim illam propoſitionem aſſumptam in articul. eſſe falſam, ſcilicet potentia eſt illud, *quo agens agit*: nam ex ea ſequitur quòd forma ſubſtantialis ſit potentia, quod eſt contra Beat. Thom. qui non concedit in creatis principium actionis eſſe ſubſtantiam: item dicit non eſſe ueram, niſi quando id, quo agens agit, diſtinguitur realiter ab eo, & à termino producto, cuius eſt principium, conſtat autem quòd ſi potentia generandi eſt eſſentia non diſtinguitur realiter à patre, nec à filio: ſed hæc parum valent in uia Beat. Thom. nam pro- I poſitio aſſumpta eſt abſolutè dicta, & ideo poteſt uerificari tã de potentia prima, quam de proxima: unde licet nulla forma ſubſtantialis in creatis ſit proximum principium agendi, eſt tamen primum. Vnde in ſecundo de anima dicitur principiũ quo uiuimus &c.

Ad aliud autem dicitur, quòd uerum eſt eius aſſumptum, quando producens, & productum diſtinguuntur abſolutè, & non tantum relatiuè ut in creatis.

Sed nec etiam eſt uerum in diuinis potentiam realiter diſtingui à producente, quando productum realiter diſtinguitur à producente, aliaquin potentia creatiua realiter diſtingueretur à Deo.

Secundo. Contra eandem arguit expoſitor, uide in eum: deinde declarabis eũ, & dices, quòd propoſitio Beat. Thom. verificatur tam de potentia remota, quàm de proxima, & de omni eo, quo agens agit, quod ſit intrinſecum agenti, ut forma eius, ſiue ſubſtantialis, ſiue accidentalis, cui tamen com- K petit ex natura ſua eſſe principium actionis, & dico hoc ad differentiam figuræ, & quantitatis, & relationis, quæ non ſunt ex ſe actiua, nec eſt inconueniens unius agentis eſſe plures potentias, reſpectu eiuſdem actus ſubordinatas, quales ſunt forma ſubſtantialis, & eius potentia naturalis. eſſet autem inconueniens, ſi darentur duæ potentiæ eiuſdem ordinis, puta duo viſus, uel duo intellectus compoſſibiles in eodem homine.

Contra tertiam concluſionem arguit Henric. & Scot. & Durandus, licet non contra ſenſum noſtrum: Nam Henric. probat quòd eſſentia abſolutè ſumpta, non eſt potentia generandi, quod & nos concedimus. Dicimus enim cum Capreolo, & expoſitore quòd non eſt eſſentia ut eſſentia, ſed eſſentia ut in hoc, puta in patre eſt potentia generandi, ſimiliter dicimus ad argumenta Scoti, quibus probat, quod eſſentia nuda

nuda niſi, ut eſt intellectus fœcundus, vel uoluntas fœcunda A non eſt principium productionis, hæc enim ſunt ad mentem noſtram. Similiter concedimus Durando, quòd ſola eſſentia non generat, ſed concurrit paternitas non ſicut duo principia productiua, vt ipſe finxit. ſed paternitas eſt conditio ſine qua non, uel modus qua non determinatur eſſentia ad talem productionem, ſicut natura ſpecifica determinatur ad agendum per principia indiuiduatiua, non enim humanitas generat, ſed humanitas, vt in hoc.

Aduerte iterum quod Beat. Thom. uidetur ſibi contradicere hic, & in primo diſtinctione 7. quæſt. 1. ſecundo. nam ille tenet quod eſſentia, ut eſt paternitas eſt potentia generandi, hic autem dicit, quod nec eſſentia, inquantum eſt idem relationi.

Ad hoc reſpondit expoſitor quod abſolutè ſe retractat hic, ut tamen poteſt eum concordare ſicut Herueus in primo diſtinctione ſeptima quæſtione prima articulo ſecundo, ibi *ad ſecundum dicendum*, & ſtat hoc, quod Beat. Thom. in primo B non accipit ly, vt reduplicatiue, ſed coniunctiue, vt ſit ſenſus, eſſentia vt paternitas, idest, adiuncta paternitati eſt potentia generandi. & ſic tenet in prima parte, Improbat illam opinionem, niſi pro quarto dicebat eſſentiam ut relationem formaliter eſſe potentiam generandi.

Articvlvs vi.

Vtrum actus notionalis ad plures perſonas terminari poſſit.

Pro titul. Aduerte quod hic quæritur de pluralitate ratio- C nali ſub eodem actu numerali, puta ſi generatio poteſt terminari ad plures filios, & iſte articulus non coincidit cum articulo ſecundo, quæſtione trigeſima. in quo determinatum eſt, quod non poſſunt eſſe, niſi tres perſonæ. nam illic quæritur de pluralitate formaliter, ſpecifica, hic autem quæritur, vtrum ſub una ſpecifica productione poſſit aſſignari plura producta eiuſdem rationis. Totus iſte articulus patitur impugnationes, & primo rationes Beat. Thom. quæ ſunt quatuor, ſecundo, ipſa concluſio impugnabitur.

Prima ratio impugnatur ab Aureol. & Scoto, & adducit Capreol. in primo diſtinctione ſeptima quæſtione ſecunda contra primam ſed omnia argumenta Aureoli peccant in fundamento falſo: credit enim Beat. Thom in illa propoſitione. *formæ vnius ſpeciei non multiplicantur per materiam*, ſumere materiam, ut eſt pars compoſiti: quod eſt falſum, non concedit ac- D cidentia ſpiritualia, puta ſcientiam indiuiduari, & multiplicari, ſicut multiplicatur intellectus receptiuus ipſius, ſicut multiplicantur albedines per multiplicationem ſubiectorum, & ideo argumenta eius non tangunt mentem B. Thom. Accipit enim materiam pro omni ſubiecto, uel receptiuo relati, vel aliquo realiter perfectibili, ita quod vis rationis ſtat in hoc, omnis multiplicatio numeralis in eadem ſpecie eſt propter materiam, partem compoſiti vel propter aliquod receptiuum perfectibile habens vicem materiæ, ſed hæc non ſunt in diuinis, ut patet, ergo &c. Scotus ipſe ſubtilius penetrãs rationem Beat. Thom. & aduertens, quod per materiam ſaltem intendebat ſubiectum receptiuum, & uoluit, quod quæcunque diſtinguuntur numero, diſtinguantur etiam ſubiecto.

Contra hoc arguit multipliciter, probans quod plures formæ accidentales diſtinctæ ſolo numero ſunt in eodem E ſubiecto & primo arguit de formis realibus abſolutis, ut plura lumina in eadem parte aeris: ſecundo reſpectiuis, vt plures paternitates in eodem patre, tertio de ſpeciebus intentionalibus in medio, & in organo etiam in intellectu.

Capreolus & expoſitor concordant ſimul, & negant in omnibus productis pluralitatem realem, & ad argumentum de luminibus dicit Capreolus, quod eſt tantum unum lumen productum à pluribus partialibus luminoſis, & dicit expoſitor, quod eſt tantum vnum ſecundum eſſe, ſed plura ſecundum dependentiam, quia ſcilicet dependet à pluribus luminoſis: intelligas tu de dependentia partiali & non totali.

Ad argumentum de relationibus concorditer reſpondet, quod non ſunt plures, & licet terminus partialis deficiat, qui eſt hic, uel ille filius. non tamen deficit relatio, niſi deficiat terminus totalis ad æquatus, qui eſt filius in ſe.

Ad argumentum de ſpeciebus intentionalibus concordant, quod non ſunt plures ſecundum rem, ſed tantum in repræſentando, & tu quidem concordabis cum eis in duobus primis in tertio autem non, ſed diſtingues, ut Beat. Thom. de ueri. quæſtione octaua, articulo decimoquarto. Nam illæ ſpecies poſſunt conſiderari, ut ſunt in actu imperfecto, idest, in fieri, & in actu perfecto, idest, in eſſe completo: ſecundo modo Beat. Thom. negat tam formas reales unius generis, quam intentionales, eſſe ſimul in eodem ſubiecto, quia opporteret eandẽ potentiam paſſiuam ſimul ad diuerſa actus terminus, quod eſt impoſſibile, ſicut eandem lineam, ex una parte ad plura puncta terminari: primo autem modo concedit tam in realibus quàm in intentionalibus, nam de realibus dicit cor. articulus cum aliquis dealbatur, in toto dealbationis tempore albedo, B eſt ut in fieri, & nigredo, ut in corrumpi. de intentionalibus autem concedit in reſponſione ad ſecundum factum de ſpeciebus intentionalibus cauſatis in eadem parte medij, & reſpondens dicit, quod illæ ſpecies ſunt in aere, ut in fieri ſunt enim ut in medio deferente, hæc ille. Expreſſius id ponit ſuper de ſenſu, & ſenſato lec. vltima ſuper textu qui incipit, *igitur ſecundum quod indiuiſibile*, vbi ſic dicit, cuius ſimile uideri poteſt in diaphano, quod ex una, & eadem parte ſui immutatur ab albo, & nigro, quia immutatio eſt non materialis, ſed nec eſt ſecundum eſſe materiale, hæc ille.

Ad omnia ego argumenta facta de ſpeciebus intentionalib. concedo, quòd poſſunt eſſe plures in eodem ſubiecto, uel receptiuo ad ſenſum expoſitum, nego autem quod id ſit iudicium de formis realibus. ſiue abſolutis, ſiue reſpectiuis, de quibus nunc loquimur: ſed dices, quod hæc determinatio contradicit Beat. Thom. nam in quinto metap. primo de diuerſis dicit C in fine, impoſſibile eſt plura accidentia eiuſdem ſpeciei eſſe in eodem ſubiecto: ad hoc dico quod philoſophus in illo cap. toto loquitur de diuerſis realiter, & materialiter. unde & Beat. Thom. illic ſemper exemplificat de materialibus: ſtat ergo quòd propoſitio verificatur de formis ſecundum eſſe ſuum naturale, ſic enim conſiderantur à metaphyſico, & non de formis intentionalibus cuius eſſe eſt determinatum.

Secunda reſponſio patitur duplicem calumniam, prima ex illa propoſitione; *Deus intelligit. & vult omnia vnico actu.* Nam ly, vnicus actus uel unus re, uel diſtinctus re, uel ratione ſi unus re, ergo filius qui producitur actu intellectus, & Spiritus ſanctus qui producitur actu uoluntatis, erunt una perſona, nam ſi via eſt una, & terminus erit unus, ſi diſtinctus re, ergo filius & Spiritus ſanctus ſunt diſtincti re, ſumendo rem abſolute, ſi diſtinctus ratione ergo filius & Spiritus ſanctus diſtin- D guuntur tantum ratione.

Expoſitor ad hoc reſpondet ſuo ſtylo, ſed tu reſolute dices quod ſunt vnus re identicæ identitate eſſentiæ, ſicut perſonæ productæ ſunt identicæ idẽtitate eſſentiæ: ſed quia diſtinguuntur formaliter, & includunt ordinem originis, ideo ex his duobus inuegratur, ſufficiens diſtinctiuum inter perſonas productas: vnde dico quod illa tria membra aſſignata ſunt in ſufficientia, ſed ſi addas, ſi actus intellectus & uoluntatis diſtinguuntur ratione, & includuntur ordinem originis, ergo filius & Spiritus ſanctus diſtinguuntur tantum ratione, & tunc negatur conſequentia, quia ex ordine originis trahitur diſtinctio realis inter perſonas productas, & hoc quidem argumentum eſt ualidum contra uiam Scoti, ſed contra uiam noſtram eſt debile: ſecundo patitur calumniam ex Scoto, qui dicit hanc rationem fundari ſuper hanc propoſitionem, vbi non poteſt eſſe niſi vnum intelligere, non poteſt eſſe niſi vnum uer- E bum, ſed hæc propoſitio non eſt vera. quoniam ex vnitate formæ abſolutæ non ſequitur unitas formæ relatiuæ, ſed intellectio eſt quid abſolutum in Deo, & uerbum eſt forma relatiua.

Ad hoc dico quòd B. Thom. non intendit illam propoſitionem ſic rudiiter, ſed eius fundamentum eſt hoc, ubi non poteſt eſſe niſi vnus numero actus intelligendi adæquatus intelligenti, non poteſt eſſe niſi vnum verbum, & hæc ſunt vera ſimpliciter, quia ex una numero adæquata actione uniuoca, non, poteſt ſequi niſi vnus terminus: aliter actio non eſſet vnum recipiat vnitatem, & diſtinctionem ex termino ſibi adæquato.

Tertia ratio patitur calumniam, ex illa propoſitione. Natura autem determinatur ad unum: nam ly, *ad vnum* non poteſt verificari ad vnum numero, vt patet in ſimilitatis materialibus nec ad vnum modum producendi, ergo &c.

Universidad de Deusto Biblioteca

Ad hoc dico, quòd ly, *ad vnum* ſtat pro formaliter vel ſpecificè, ſub quo non contingit dare plura numero, ex parte naturæ præcisè, ſed ex parte recipientium, quæ cum non habeant locum in Deo, & perſonæ diuinæ procedant naturaliter, ut diximus ſupra, quælibet earum procedit, vna formaliter, & materialiter, & in hoc diſtinguitur productum naturaliter, à producto voluntariè, ut notat expoſitor.

Quarta ratio fundatur, ſecundum expoſitorem ſuper hanc propoſitionem. Omnis res diuina, continet in ſe omnem perfectionem reperibilem infra latitudinem illius ſecundum rationem formalem. Contra quam dupliciter arguitur, primo filius in Deo, ideo eſt vnus tantum, quia tota filiatio diuina in eo continetur, ergo eadem ratione productum diuinum erit tantum vnum, quia in eo continetur tota productio diuina.

Ad hoc nego conſequentiam, quia filiatio dicit vnam ratio- G nem formalem ſpecificam implurificabilem: productio autem dicit vnam rationem formalem genericam, ſub qua ſtant plures rationes formales ſpecificæ, ex conſequenti productio eſt plurificabilis, non autem filiatio.

Item ſic arguit Scotus, Sicut filius eſt perfectus filius, ita eſt perfectus Deus, ſed cum hoc, quod eſt perfectus Deus, ſtat quòd Deitas inueniatur in alio ſuppoſito, ergo ſic erit de filiatione.

Ad hoc expoſitor negat ſimilitudinem, & bene, nam alio modo eſt perfectus Deus, & alio modo perfectus filius, licet enim habeat perfectè deitatem, non tamen habet eam omnibus modis, quibus poteſt haberi, nam ſub habere deitatem, ſtant plures modi formales habendi eam vt habere à ſe, ab alio & hoc dupliciter, eſt autem ita perfectus filius, quòd habet perfectè filiationem, & omnibus modis, quibus poteſt haberi, cũ enim dicat rationem formalem ſpecificam, non ſtant ſub ea, niſi plures modi numerales, qui non ſunt reperibiles in natu- H ra communicata per generationem perfectè, & ſecundum ſe totam.

Contra concluſionem autem artic. multa argumenta recitat Capreo. in prima diſtinctione ſeptima quæſtione ſecunda, circa finem ibi. *contra omnes iſtas concluſiones*, ſed argumenta ſunt leuia, & ſolutiones Capreol. ſunt claræ, ideo vide ad placitum.

Quæſtio XLII.

Articvl. I.

Vtrum æqualitas ſit inter diuinas perſonas.

Circa hunc articulum præmittendum eſt in quo fundatur metaphyſica identitas, æqualitas & ſimilitudo, & hoc cõplete uidebis in Heru. in prima diſtin. 19. quæſt. prima artic. primo, à principio vſque ibi, prout igitur ſecundo præmittendum eſt, quomodo cum eſſentia diuina ſit tantum vna poteſt fundare hæc tria, identitatem, æqualitatem, ſimilitudinem inter diuinas perſonas, & hoc uidebis in Heru. vbi ſupra, ibi *prout igitur*, ex quibus ſequitur correlariè quòd ad hoc, quòd aliquid fundet ſimilitudinem, non eſt neceſſe, ut ſit vera qualitas, ſed concipiatur modo qualitatis. vnde duæ formæ eiuſdem ſpeciei, ut duæ humanitates cauſant ſimilitudinẽ inter Sortem, & Platonem, ſimiliter non eſt neceſſe, quod fun- K dans æqualitatem ſit quantitas, ſed habeat modum quantitatis. Ex his præmiſſis ponitur concluſio reſponſiua.

Perſonæ diuinæ ſunt æquales, hanc probabis vt B. Thom. hic & ſtat ratio in hoc, quòd perſonæ diuinæ nõ ſunt inæquales, ergo ſunt æquales, Aduerte quòd hæc conſequentia non uidetur valere, cõſtat enim, quòd duo puncta non ſunt inæqualia non tamen ſequitur quòd ſint æqualia, cum ſint non quanta, & ideo ſcias, quòd conſequentia hæc, conſtatur ex antecedente habente duas partes, quarum prima eſt, quòd perſonæ ſunt quantæ quantitate virtutis, cum ſint perfectæ, Alia eſt non ſunt inæquales in tali quantitate, & tunc optime infertur ergo ſunt æquales. Obiectio autem de punctis non valet, quia non ſupponitur quantitas: eandem concluſionem probat Heru. vbi ſupra articulo ſecundo, & non diſcedit à mente Beat. Tom. uide eum. Poſita concluſione & defenſabili F rationeeius, duæ adhuc propoſitiones ſuſtinendæ ſunt, quibus fundat ſe Beat. Thom. & Heru. prima eſt, quòd in æqualitate non requiritur commenſuratio niſi in creaturis, quarum perfectio terminata eſt. ſecunda eſt, quòd æqualitas requirit negationem maioritatis, & minoritatis, vt innuit B. Thom. in primo artic.

Contra primam arguit Aur. in Capreol. prima diſt. 19. q. 2. contra primam, arguit ergo ſic, Omnia æqualia ſunt coæquata, ergo ſunt commenſurata.

Item ſicut finitum ad infinitum ſe habet ſic infinitum ad infinitum, ſed prima commenſurantur, ergo & ſecunda.

Sed hæc argumenta leuia ſunt, non enim ualent niſi in his, in quibus ſunt diſtinctæ quantitates ſine exceſſu, in Deo autem, in quo, ſunt plura ſuppoſita conuenientia penitus in eadem quantitate numerali ſine exceſſu, & defectu, talis æqualitas non eſt proportio, nec commenſuratio, nec æquatio quantitatum, ſed tantum unitas in quantitate ſine exceſſu, & defectu.

Contra ſecundam arguit ſic negatio non fundat relationẽ realem, ergo æqualitas non fundatur ſuper negationem maioritatis &c.

Ad hoc nos non dicimus, quòd illa negatio ne ſit fundamentum, ſed eſt conditio, ſine qua quantitas non fundaret æqualitatem.

In reſponſione ad primum aduerte, quòd Beat. Thom. concedit perſonas diuinas poſſe dici æquales, & ſimiles, ut conueniunt in perfectione diuina, contra quod arguit Aureo. in in Cap. diſt. 19. contra ſecundam, cuius motiuũ principale eſt hoc, Similitudo, & æqualitas ſunt diſtinctæ relationes, ergo requirunt diſtincta fundamenta, ergo ſi eſſentia diuina fundat identitatem, non poteſt fundare æqualitatem, & ſimilitudinem. Sed non aduertit Aureol. quancunque diſtinctionem ponimus in relationibus, quòd eam ponimus in fundamentis. Nam quia in creatis iſtæ relationes poſſunt eſſe realiter diſtinctæ, ideo poſſunt eis aſſignari diſtincta fundamenta, puta ſubiectum, quantitas, qualitas. Sed quia in Deo iſtæ tres relationes diſtinguuntur tantum ratione, ideo eſſentia diuerſimode concepta ſufficit ad fundandum eas, ut ſupra declarauimus ex ſententia Heru.

In reſponſione ad tertium, Aduerte quòd B. Thom. tenet de ratione æquationis eſſe motium ad alterum, uel accipere quantitate ab altero, ut patet in Deo, nam filius accipit à patre, & non econuerſo. Contra hoc arguit Aureo. ubi ſupra in Capreo. contra tertiam.

Eius autem motiuum ſtat in hoc, linea a, adæquatur b, & tamen non eſt neceſſe quòd b, moueatur ad a, nec accipiat aliquid ab a.

Ad hoc dicit Capreol. quòd argumentum non ualet, arguit enim ſic, adæquatio non requirit has conditiones in creatis, I ergo nec in Deo. patet, quòd conſequentia non ualet, quia adæquatio in creatis, & in Deo non eſt uniuoca, ſed analoga melius tamen eſt, ut dicas cum expoſitore, quòd b. accipit ab a, ſed tantum deſignationem artificis, ſicut imago Cæſaris accipit, & ſit à Cæſare imaginatio in mente artificis, ſimiliter datur motus ſecundum talem imaginationem, trahitur enim imago ad imaginem imaginati.

Pro reſponſione ad quartum quæ requireret articul. per ſe. hæc agenda ſunt primo ponitur concluſio negatiua *æqualitas non eſt relatio realis ſed rationis*, prima pars probatur, æqualitas in Deo, dicit duo, unitatem eſſentiæ, & diſtinctionem ſuppoſiti per relationes tantum, ex parte eſſentiæ, non poteſt eſſe realis, quia idem ad ſe ipſum non refertur realiter nec ex parte ſuppoſitorum quia cum diſtinguantur ſolis relationibus, relatio eſſet fundamentũ relationis, & ſic eſſet proceſſio in infinitum & hæc omnia habes in Capreol. ſecunda diſtinctio. 31. quæſti. K prima in proba. tertiæ concluſionis. ſecunda pars patet à ſufficienti diuiſione.

Secundo Declarandum eſt, vt frangatur argumentum Aureol. in quo ſenſu ſit relatio rationis, non enim eſt ſicut relatio eiuſdem ad ſe ipſum, cum extrema ſint realiter diſtincta. Vnde dico cum Capreol. in reſponſione ad primum Aureol. contra ſecundam partem tertiæ concluſionis, quòd relatio rationis ſit quatuor modis, primo quando neutrum extremum eſt in rerũ natura &c. vide ibi, & tunc dico, quòd æqualitas in Deo, eſt relatio rationis. Tertio modo, ſicut oppoſitio relatiua eſt relatio rationis inter paternitatem, & filiationem, ſicut æqualitas eſt relatio rationis inter duas perſonas ut conueniunt in eadem perfectione ſine exceſſu, & defectu, & tunc concedas Aureol. omnia argumenta ſua, ſed tamẽ hæc conſequentia non ualet æqualitas diuina non eſt relatio rationis, ſicut eiuſdem ad ſeipſum, ergo non eſt relatio rationis. arguitur enim ab inferiori ad ſuũ ſuperius

ſuperius negatiuè.

Nunc tranſeo ad mentem Scoti.

Tertiò, ut reſpondeatur Scoto, qui tenet æqualitatem in Deo eſſe relationem realem, dico duo: primum eſt, quòd ultra omnes conditiones aſſignatas à Scoto requiritur, quòd extrema ſint apta fundare relationem realem: & hoc deficit hic, quia ſuppoſita ſunt relatiua, quibus non competit, ut relatiua ſunt, fundare relationem: quia relationis non eſt relatio. deinde requiritur, quòd ſi ponatur fundamentum reale, illud diſtinguatur realiter in utroque extremo, quia relatio trahit unitatem, & diſtinctionem à fundamento: & ideo cum in diuinis ſuppoſitis ſit indiſtincta perfectio, ſequitur quòd inter ea non ſit relatio æqualitatis realis. Dico ſecundo quòd æqualitas poteſt dici realis dupliciter: primo à fundamento reali, ſecundo à relatione reali. ratione primi dico, quòd inter perſonas diuinas eſt æqualitas realiſſima & prima & perfectiſſima: quia eſt in eis omnimoda indiſtinctio diuinæ perfectionis & in hoc ſenſu exponen- B di ſunt doctores ponentes realem æqualitatem in Deo. In ſecundo autem ſenſu negandum eſt æqualitatem realem etiam in Deo nam ſicut negamus Deum eſſe realiter relatiuè dominum, & tamen concedimus eſſe realem dominum propter relationem potentiæ negatiuam, quæ eſt in eo, ſic negamus perſonas diuinas eſſe realiter relatiuè æquales propter realem indiſtinctam perfectionem.

Ex his uidebis ſoluta omnia argumenta Scot. in Capreol. in 1. diſtinctio. 31. quæſtion. 1. & ſunt argumenta vltima: tu tamen inter omnia conſidera ſecundum & ſextum, & ad ſecundum reſponde conformiter Capreol. & expoſitori, & dic quòd relationes non hypoſtaticæ præexigunt diſtincta fundamenta & diſtincta ſuppoſita, hypoſtaticæ autem non, ſed terunt ſecum, ut declarauimus ſuprà in quæſtion. 40. articul. ſecundo, & tertio, quæ reſiliet ſed aliquis poſſet arguere, quòd eſt pluralitas relationis realis cum unitate fundamenti. nam ſint A. B. C. & A. B. ſint alba, C ſit nigrum, tunc ſi B. eſt realiter ſimile ipſi C A, & realiter diſſimile C. &c.

Ad hoc, ſuſtinendo, quòd relatio ſit idem cum fundamento nego, quòd illæ relationes ſint plures realiter, niſi ex connotato extrinſeco: concedo autem, quòd ſunt plures formaliter, ſed tunc nego, quòd fundamentum ſit unum formaliter nam ad aliud, & ad aliud eſt extremum comparatum, fundat ſimilitudinem, & diſſimilitudinem.

Ad ſextum autem Capreol. negat caſum, deinde admiſſo caſu, negat conſequentiam, quia licet non diſtinguantur in albedine, tamen diſtinguuntur abſolutè inquantum ſunt plures ſpecies. Sed hoc non ſeruatur in perſonis diuinis.

Sed aduerte, quòd cum ſimilitudo fundetur in ſuperficie, non ut ſuperficies eſt diſtincta ab alia, ſed ut eſt alba, illa diſtinctio de entitate abſoluta ſuperficierum non uidetur conferre ad hoc, quòd dicantur realiter relatiuè ſimiles, & ideo reſponde aliter cum expoſitore, & negabis conſequentiam ſimplici- D ter, niſi forte comparando partem albedinis alteri parti cum ſint extenſæ ſecundum extenſionem ſuperficiei, ſic enim poſſet dici pars parti ſimilis, ſed ſumendo totam albedinem indiſtinctè, neganda eſt conſequentia, nec etiam hæc conſequentia ualet. Duæ albedines diſtinctæ numeraliter fundant realem relationem ſimilitudinis, ergo una albedo exiſtens in duabus ſuperficiebus fundat realem ſimilitudinem, nam illæ in Deo fundant, quia ſunt diſtincta fundamenta, hæc autem non quia ponit diſtinctionem in fundamenta, quæ tamen eſt conditio neceſſario requiſita ad mutuam relationem realem in uia Bea. Thom. & ſi iterum arguas, quòd æqualitas fundat ſuper vnitate quantitatis, ergo ubi eſt maxima unitas quantitatis, quæ eſt unitas numeralis, erit maxima & perfecta æqualitas, ſed in diuinis perſonis eſt talis unitas, ergo.

Ad hoc dico quòd ſi concluſio argumenti intelligatur de perfectiſſima æqualitate ex parte fundati, conceditur totũ, & non E eſt contra nos, ut ſupra diximus. Si intelligatur de æqualitate ut eſt relatio, diſtinguo illud aſſumptum, quia uel intelligitur, de vnitate ſimpliciter & ſic nego illud de unitate ſpecifica ſtante diſtinctione numerali cum negatione exceſſus, & defectus, quæ ſunt conditiones neceſſario requiſitæ, ſic concedo aſſumptum, ſed nego conſequentiam.

Articvl. II.

Vtrum perſona procedens ſit coæterna ſuo principio.

In hoc articulo nullum declarandum occurrit, niſi illa propoſitio in corpo. arti. Sic *filius Dei ſuo eſſe generatum eſſe* &c.

A Nam ut dicit expoſitor, & bene, hæc conſequentia non pendet ex hac propoſitione, ubicunque eſt ſucceſſio, ibi eſt materia, eſt enim falſa quia in intellectu Angeli eſt ſucceſſio, tamen ibi non eſt materia, ſed dico quòd pendet ex hac, vbi eſt productio ſubſtantiæ ſucceſſiua, ibi eſt materia, & hæc eſt manifeſte vera.

Articvlvs III.

Vtrum in diuinis perſonis ſit ordo naturæ.

Vt præſens articulus plene ſoluatur in quo Beat. Thom. omnino negat prioritatem in diuinis, ſic procedo. primo declaro, ſi in aliquo ſenſu poteſt tolerari prioritas in diuinis, ſecundo defendam ad mentem Gregorij, & Ioannis Bacc. & Scoti, tertio declarabo ſi Bea. Thom. hic ſufficienter probauit non eſſe prioritatem in diuinis.

Quantum ad primum aduerto, quòd prius & poſterius dupliciter ſumuntur, primo pro aliqua menſura exiſtentiæ rei, vel dependentia rei à re, ſtante ſimultate durationis, exemplũ primi, Pater in creatis eſt prior filio, exemplum ſecundi, ſubiectum eſt prius ſua proprietate, ſecundo prout dicunt extrema originis, ut ſit ſenſus A. eſt prius B. quia A. producit B. & non econuerſo, primus modus dicitur prius, in quo, ſecundus modus dicitur prius à quo.

Quantum ad ſecundum ſcias, quòd Gregor. & Ioann. Bacco. in prima diſtinctio. 6. quæſtio. 1. tenet in diuinis prius à Quo, & dicunt prioritas cauſalitatis, uel productiuitatis, unde tenent patrem eſſe priorem filio, quia eſt principium filij, & non cõuerſo. Negant autem prius in Quo niſi ſecundum noſtrum modum intelligendi, quia prius intelligimus agẽs eſſe, quam ipſum operari & uterque ponit ſe contra Scotum, qui uidetur concedere, & in abſolutis, & in relatiuis prius in Quo in abſolutis quidem nam in quolibet. quæſtio. prima, tenet patrem in primo ſigno intelligere ſe, in ſecundo ſigno producere uerbum, in tertio ſigno intelligit creaturam in eſſentia ſui. In notionalibus autem patet in prima diſtinctio. quæſtio. ſecunda, tenet enim patrem in primo ſigno habere utranque fœcunditatem in ſecundo producere uerbum, & dare ei uirtutem ſpirandi, in tertio ſigno ſpirare: ergo in primo ſigno Pater eſt. & filius non eſt, in ſecundo filius eſt, & ſpiritus ſanctus non eſt, & ſic patet quòd ponit prius non ſolum à quo, ſed etiam in Quo. Contra quem arguendum eſt ſicut ſupra argumentati ſumus ex via Gregorij cum loqueremur de ſpiritu ſancto. Nec eſt verum quod dicit hic expoſitor, ſcilicet quod Scotus non diſcordat à Beat. Thom. niſi in uerbis & hoc conatur ſic declarare, quoniam Scotus accipit prius origine eſſe id, à Quo eſt alius, & ipſum à nullo vel eſſe producens à ſe, poſterius autem origine eſt eſſe productum ab alio, uel eſſe producens non à ſe, & ſic ſecundum expoſitorem Scot. non tenet prius in Quo, ſed prius à Quo, quod nec B. Thom. negaret.

Verum quòd Scotus teneat prius in Quo, patet ex uerbis ſuis prima diſtinctio. 12. quæſtio. ſecunda ubi declarat quòd Pater non prius ſpirat, quàm filius, quia tunc ſequitur, filium ſpirare tam ſpiratum. Ex quibus deducit Gregorius in prima diſtinctio 9. quæſtio. 1. ſecundo, quòd accipit ly, prius in Quo, & non prius à Quo aliter ſibi ipſi contradiceret, nam cum dicit Pater in primo ſigno ſpirat Pater, & filius in tertio ſigno ſpirant, uel ly, primo ſigno, ſtat pro ſpirare à ſe, uel pro ſigno durationis, ſi ſecundo modo habeo intentum, ſi primo modo ergo. Pater ſpirat in primo ſigno, & non in tertio quia ſpirat à ſe, & ſibi contradicit.

Præterea iſti termini tunc iam, quibus utitur Scotus ſunt pertinentes ad durationem, ergo tenet prius in Quo, ideo tenendum eſt, quòd Scotus tenuerit prius in Quo in diſtinctio. 12. & prius à Quo in diſtinctio. uigeſima quinta. quæſtio. 5. & in quolibet. quæſtio. 4. & ſic patet, quòd in uerbis, & ſenſu diſſentit à Beat. Thom.

Quantum ad tertium, ſcilicet utrum Beat. Thom. ſufficienter probauerit, nullam prioritatem eſſe in diuinis perſonis, Inſurgunt tria dubia: primo contra illam propoſitionem quam aſſumit in reſponſione ad ſecundum, neque ex parte naturæ neque ex parte relationum, una perſona poteſt eſſe prior alia neque ſecundum naturam, neque ſecundum, intellectum.

Primum Dubium eſt ex Scoto in prima diſtincti. 28. quæ. 3. dicit enim, quòd Beat. Thom. ſibi ipſi contradicit, nam ſupra in quæſtio. 40. articulo quarto, dicit quòd Paternitas ut conſtitutiua patris præintelligitur actioni ſed generatio actiua præ-

Universidad de Deusto Biblioteca

præintelligitur filio, ergo & Pater à Quo eſt generatio actiua præintelligitur filio, & ſic ſaltem ſecundum intellectum vna perſona eſt prior altera, cuius oppoſitum dicit hic: ergo ſibi contradicit.

Ad hoc reſpicit Capreol. in prima diſtinctio. 6. quæſtio. 1. primum Scoti, contra ſextam ibi, *ſed tunc videtur eſſe contradictio*, & ſtat in hoc pater ut pater formaliter non præintelligitur filio quia ſunt correlatiua, ſic intendit hic Beat. Thom. Pater ſicut ſuppoſitum à quo generatio egreditur, eſt prior filio ſecundum intellectum ſicut Sortes, ut pater non eſt prior filio ſecundum intellectum, Sortes autem ut ſuppoſitum uel ut hic homo præſupponitur generationi, & filiationi, & filio ſecundum intellectum, & ſic de patre loquutus eſt ſupra, unde nulla eſt contradictio.

Expoſitor non diſcedit ab hac reſponſione, ſed addit, quòd ſi ſumatur pater, & filius ut res ſunt, cum ſint una res, non eſt prioritas inter eos. ſi autem ſumuntur ut correlatiua, ſimiliter eſt, ſi autem cõcipiatur pater, ut hypoſtaſis, à qua, eſt generatio filij, præintelligitur filio, hic Beat. Thom. loquutus, ut res ſunt & correlatiua: ſupra autem loquutus eſt quo ad modum concipiendi, non correlatiuè.

Secundum Dubium eſt quia non uidetur S. Thom. ſufficienter probaſſe non eſſe prioritatem inter diuinas perſonas, nam tantum probauit de perſonis correlatiuis propter ſimultatem relationum, & unitatem naturæ, ſed contingit aſſignare perſonas non correlatiuè ſumptas puta Pater & ſpiritus ſanctus, ergo non inconuenit inter eas, ut ſic eſſe prioritatem, quoniam ſimultas relationum ceſſat.

Ad hoc dico, quòd comparando perſonas, ut non correlatiuas non inconuenit inter eas eſſe prioritatem ſecundum intellectum, nam ut diximus in præcedenti dubio, ſi perſona patris ut hypoſtaſis præintelligeretur filio: neque etiam inconuenit, quod præintelligatur Pater ſpiratio, & generatio ſpirationi. & ſi dicas, ergo B. Thom. in hoc articulo eſt diminutus, nego: quoniam hic non aſſumpſit ut principale propoſitum ad probandum ſimultatem ſecundum intellectum, ſed ſimultatem naturæ, quæ concluditur, ex indiſtinctione naturæ, & ſimultatem relationum. Ad maiorem tamen doctrinam in reſponſione ad ſecundum, declarat quomodo non eſt prioritas ſecundũ intellectum, ſcilicet quando ſumuntur, ut correlatiua ſit inter eas talis prioritas, ut prædiximus.

Tertium, dubium eſt quod etiam apud B. Thom. dicitur concedi prioritas naturæ inter patrem, & ſpiratum, & non ſolum prioritas ſecundum intellectum. Nam dicit in prima diſtin. 9. quæſt. 2. articulo primo, tertium ſi eſſet aliquis, qui eodem eſſet aliquis, & eodem eſſet aliquid, omnino eſſet ſimul naturaliter cum eo ad quod diceretur, hæc ille. Tunc ſic arguitur ab oppoſito, ſi aliquis eſſet aliquis uno principio, & alio principio diſtinguitur ab alio eſt naturaliter prior eo. Sed Pater eſt pater paternitate, & diſtinguitur ſpiratione, à ſpiritu ſancto, ergo eſt realiter prior ſpirato.

Ad hoc dico, quòd illa propoſitio ſumpta ab oppoſito non valet niſi illa duo principia ſint diſtincta realiter, ſicut propoſitio Beat. Thom. ſupponit eodem omnino principio, idem cõſtitui, & dici ad alterum, uel diſtingui ab eo modo, nego minorem, conſtat enim apud Beat. Thom. paternitatem, & ſpirationem actiuam non diſtingui realiter in patre, unde argumentum non concludit maiorem prioritatem, quam diſtinctio inter paternitatem, & ſpirationem ſpiratiuam, ſed hæc eſt diſtinctio rationis, ergo & illa erit prioritas rationis, & non naturæ: quia non ſolum Beat. Thom. ſed & Scotus & communiter Theologi negant. Scias igitur, quòd hoc dubium adeo ligauit intellectum unius noſtri Baccalaurei, quòd de mente Be. Thom. concedebat prioritatem naturæ inter perſonas nõ correlatiuè ſumptas, qui ſi hanc ſolutionem intellexiſſet, non fuiſſet ſic forte ligatus.

Vltimo ſcias quod Ioann. Bacc. in prima diſtinctio. ſexta q. prima. adducis plura argumenta quibus uidetur cõcludi prioritas in Quo, inter diuinas perſonas: quæ uolo hic ſoluere, ne ſint occaſio maliſtræ opinionis.

Argumentum primum philoſophi in quinto meta. capi. de prior, dicit priora, & poſteriora dicuntur tanquam exiſtente quodam principio, in uno quoque genere, ſunt ſic.

Principium, eſt in diuinis puta pater, ergo eſt prius poſterius.

Ad hoc iam reſpondit Diu. Thom. in quæſtion. 33. articulo primo ad tertium, ubi ille. Præterea Aureolus uero quod philoſophus non attingit rationem principij, niſi indiſtinctis eſſentialiter, ut ſunt creata, & adeo dictum philoſophi in hoc nullum eſt.

Secundum: Ordo eſt in diuinis, ergo prius tenet conſequentia apud Auguſtinum, de triplici habitaculo, ubi dicit, tunc uidebimus, quomodo pater eſt præcedens filium non tempore, ſed origine.

Ad hoc dico, quòd Auguſtinus per præcedentiam originis non intendit, niſi productionem patris, quaſi dicit uidebimus Patrem à nullo eſſe, filium autem à Patre.

Tertium, Concedimus in diuinis ex natura rei primam, & ſecundam perſonam: ergo priorem, & poſteriorem.

Ad hoc dico, quòd ly, prima exponitur, quæ à nullo, & ly, ſecunda, quæ ab alio, & ly, tertia, quæ ab alijs: & ſic prima, et ſic ſecunda, et ſic tertia, non concludunt, niſi prius à quo, ſed non in quo.

Quartum, ſecunda proceſſio eſt poſterior prima, ergo datur prius et poſterius, antecedens probatur Dualitas eſt prior Trinitate, non enim conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, ſed prima proceſſio ſtat in Dualitate, ſecunda autem in Trinitate, ergo.

Ad hoc nego antecedens, ad probationem dico, quòd abſolutè loquendo, et in uniuerſali eſt verum, ſed in tali natura, qualis eſt diuina, non ualet, quoniam ei repugnat, ſicut abſolutè loquendo, Omne corpus poteſt diuidi, tamen hoc corpus puta cœlum non poteſt diuidi: quoniam tali naturæ repugnat diuidi.

Secundum, Filius in eſſe filiationis poteſt eſſe ſine ſpirare, ſpiritus ſanctus, non poteſt eſſe ſine ſpirare, ergo filius poteſt eſſe ſine ſpiritu ſancto, ergo eſt prior.

Ad hoc dico, quòd licet filius poſſit eſſe ſecundum filiationem ſine ſpirare, tamen non poteſt diſtingui à ſpiritu ſancto ſine ſpirare, et ſic filius quo ad diſtinctionem à ſpiritu ſancto pendet a ſpirare. Vnde non poteſt eſſe, ut ſit ſine ſpirare. Argumentum autem haberet apparentiam ſi poſſet eſſe filius, et diſtingui à ſpiritu ſancto, ſine hoc, quòd ſpiraret.

ARTICVL. V.

Vtrum filius ſit in patre, & econuerſo.

S*Ecundum eſſentiam enim Pater eſt in filio, quia communicat ſuam eſſentiam filio.* Contra hunc primum modum arguit Aureolus in Capreol. prima diſtinctione nona, quæſtione prima contra tertium, primo loco tribus modis, ſed peccat in duobus, primo quia credit nos tenere, non alio modo filium eſſe in patre, quàm eſſentia filij ſit in patre, quod non eſt uerum, nã eſſentia eſt ratio eſſendi, filius autem eſt ille, qui eſt in alio, ſed dicimus, quòd filius non eſſet in patre, niſi una eſſentia eſſet in duobus, unde non eſſentia ut eſſentia, ſed ut communis duobus eſt ratio eſſendi filio in patre, et eſt ſimile, ut dicit Capreol. de modo eſſendi in loco, nam quod Sortes ſit in loco, ratio eſſendi eſt ſua corporeitas, ipſe autem locatus.

Secundo, peccat quia non conſiderauit quod modus eſſendi includit unionem duorum & diſtinctionem ſecundum rem, aut ſecundum rationem, & quia filius unitur patri in eſſentia & diſtinguitur ab eo perſonaliter, ſimiliter quia eſſentia diſtinguitur ratione à patre, & ſe habet ut forma habita, pater autem habens, ideo dicimus propriè filium eſſe in patre, & eſſentia patris eſſe in patre, falſe autem dicimus, filium eſſe in filio, & impropriè patrem eſſe in eſſentia ſua, ex his uidebis ſoluta argumenta eius.

Vnde ſequitur quod cum eſſentia patris ſit in filio, quod in filio ſit Pater, expoſitor dubium mouet ſuper hanc quæſtionem an Beat. Thom. ita efficaciter concluſiſſet patrem eſſe in filio ratione eſſentiæ, ex hoc antecedente eſſentia patris eſt filius, ſicut concluſit ex iſto, eſſentia patris eſt in filio, & uidetur quod melius concluſiſſet, quoniam ex identitate reali concluſiſſet in exiſtentiam realem, ex hoc autem quod dicit eſſentiam patris eſſe in filio, non ſignatur niſi relatio rationis, ex qua non uidetur efficaciter concludi inexiſtentia realis, quã una perſona ſit in alia.

Ad hoc dico, quod ſecundum rem nihil refert ſicientiæ, ex hoc, ſiue ex illo antecedente propoſitum concludere, ſecundum autem modum formalem refert, nam formalius eſt ex inexiſtentia inferre inexiſtentiam, quam ex identitate inexiſtentiam: & inſtantia adducta non ualet, quoniam nec illa identitas, nec illa inexiſtentia perſonæ in perſonam eſt relatio realis, ſicut etiam diximus de æqualitate licet concedamus ex reali fundamento, quæ eſt unitas diuinæ eſſentiæ illam æqualitatem, & inexiſtentiam eſſe realem.

Secundum etiam relationes manifeſtum eſt unum oppoſitorum relatiue eſſe in altero. Contra hunc ſecundum modum arguit Aureolus, Henricus, Durandus, in Capreol. ubi ſupra, ſed omnes peccant

peccant in hoc, quod non conſiderauerunt modum eſſendi in alio ſecundum relationem eſſe idem, quod includi in ratione alterius oppoſiti. Vnde non uerificatur alio modo relatiuũ eſſe in relatiuo, quam diffinitum eſſe in definito, ſic ſubiectum eſt in accidente & habitus in priuatione. Arguentes autem credebant Be. Thom. intelligere de modo eſſendi ſecundum rem ſicut intellexerat in modo præcedenti ex parte eſſentiæ, & tamen ſi conſideraſſent verba Beat. Tho. aduertiſſent quod dicit hic eſſe in altero ſecundum intellectum quaſi dicat non ſecundum rem, ſecundum diffinitionem.

Secundum originem etiam manifeſtum eſt, quod proceſſio verbi. Contra hunc tertium modum arguit Aureoli. in Capreolo, vbi ſupra in tertio loco, ſed peccat in tribus, primo quia credit filiũ eſſe in patre, ſicut productum in producente, quando producitur actione tranſeunte, nam eſt tantum potentialiter in eo antequam producatur, cum autem productum eſt, eſt extrinſecum ab eo quo ad eſſe, quod autem producitur in actione immanente ſemper eſt intrinſecum ipſi producenti, & ideo ille modus ſit imperfectus, hic tamen eſt perfectiſſimus. ſecundo peccat, quia credit, quod ſicut in creatis dicuntur reciproce, principiatum eſt in principio, & è conuerſo, ſicut filius eſt in patre, ſicut originatum in originante, non poſſemus dicere è conuerſo, ſed hæc ſimilitudo non tenet in propoſito, quia filius eſt in patre, ut originatum in originante. Pater autem eſt in filio, ut eſt uerbum, ſicut manifeſtatum in manifeſtante. & ideo hic ſtat reciprocatio, non autem in creaturis, licet etiam concedatur in eis cauſam eſſe in effectu, ſicut repræſentatum, uel ſicut ſimile in ſuo ſimili, & in ſuo repræſentante. tertio peccat, quia credit, quod ſi pater, eſt in filio, ut manifeſtatum in manifeſtante non alio modo ſit Pater in filio, quam totum uniuerſum ſit in filio vt eſt verbum, quod tamẽ eſt falſum, nam mundus eſt in uerbo manifeſtatiue: Pater autem in filio, & manifeſtatiue & eſſentialiter, cum ſint unius eſſentiæ, quod non verificatur de uerbo & de mundo.

Quæſtio XLIII.

ARTICVLVS I.

Vtrum alicui perſonæ conueniat mitti.

CIRCA hunc articulum, aduerte quod miſſio ſumpta abſolutiſſime ſic deſcribitur per Capreo. primo diſtinct. 15. quæſtione 1. in ſolutione primi argumenti contra primam.

Miſſio quid.

Miſſio eſt exitus alicuius ab aliquo ad aliquem terminum, vt de nouo incipiat eſſe uel nouo modo.

Aduerte etiam quod ſpecies miſſionis diuerſificant per ly, exitus, nam ſecundum quod diuerſificatur, & ſic & illa diuerſificatur.

Nam eſt aliquis exitus per imperium, aliquis per conſilium aliquis per motum localem, ut cum prohibens mittit lapidem de loco ad locum: aliquis per originem, ut cum arbor mittit flores, applicando ad diuinam perſonam: ſola hæc vltima ſpecies poteſt ei conuenire, quoniam omnes aliæ imperfectionem includunt, hæc autem non: unde diuina miſſio & exitus perſonæ à perſona per originem, in eadem natura, & acceptio eiuſdem virtutis ad aliquid agendum in creatura intellectuali, puta ad ſanctificandum. ex his uidebis ſoluta argumenta Aureol. in Capreol. primo diſtinct. 15. quæſt. 1. contra ſecundam & tertiam.

ARTICVLVS II.

Vtrum miſſio ſit æterna, vel temporalis tantum.

CIrca hunc articulum eſt dubium ex eo, quod Beat. Thom. concludit, miſſionem eſſe tantum temporalem, quia de ratione eius eſt ut dicat terminum temporalem, id eſt, effectum nouum in creatura, ex quo videtur ſequi quod miſſio ſit quid eſſentiale, operari enim ad extra eſt opus eſſentiale, quia commune tribus, hoc autem eſt falſum, quoniam ſi eſſet eſſentiale quid, conueniret etiam patri mitti, quod eſt falſum.

Reſpondeo non eſt purum eſſentiale, nec purum notionale, ſed mixtum, nam vt dicit originem, eſt notionale, vt dicit nouum effectum in creatura eſſentiale, & ſic commune Trinitati toti, & ad argumentum cum dicitur, quod conueniret etiam patri, nego conſequentiam, quæ tamen eſſet uera, ſi diceret purum eſſentiale, ſicut creare, non valet autem in mixtis ſicut ſapientia eſt eſſentiale, & ly, genita perſonale. Et ſi quæras ly, miſſio quid importat principalius, dico quod importat eſſentiale, quoniam ille nouus effectus eſt ſicut differentia diſtinctiua miſſionis à proceſſione æterna.

Et ſi arguas quod non poteſt eſſe notionale quo ad proceſſionem, quoniam filio, & Spiritui ſancto non eſt aliqua communis notio, cum non procedant eodem modo.

Reſpondeo quod ly, notionale, non ſumitur pro notione propriè dicta, quæ debet eſſe proprietas, & particulare principium cognoſcendi perſonam, ſed ſumitur pro omni reſpectante ad originem, & ut ſic diſtinguitur contra eſſentiale. Vnde cõuenientius diceretur perſonale quàm notionale, non enim omne perſonale eſt notionale ꝓpriè dictum, nam eſſe ab alio & à quo alius ſunt perſonalia, non tamen notionalia cum non dicant aliquod proprium ſed commune, in quo plures perſonæ conueniunt.

Quædam vero cum habitudine ad principium important terminum temporalem, vt miſſio, & datio. Et in reſponſione ad tertium, *Miſſio importat proceſſionem æternam, & addit effectum temporale.* Contra has arguit Aureol. in Capreol. 1. diſt. 14. q. 2. contra quartam, & eſt eius quartum argumentum, quod eſt tale. Si miſſio ſuper proceſſionem æternam, quę dicit relationem realem originis, addit effectum temporalem, ergo addit ex tempore reſpectum rationis ad creaturam, ad quam mittitur, & in qua cauſatur donum gratiæ: ſed hoc eſt falſum, conſequẽtia patet falſitas conſequentis probatur, viſioni coloris exiſtentis in pane ante conſecrationem, non addit reſpectum rationis uiſio eiuſdem coloris poſt cõſecrationem, prout ſub eo ſtat corpus Chriſti, ſed addit ſolũ participationem eiuſdem coloris ad corpus Chriſti, prout ſtat ſub illis ſpeciebus, ergo à ſimili Spiritus ſanctus procedens æternaliter in dona gratuita, in quibus immutabiliter complacet Deus, dicitur temporaliter procedere in animam prout animam de nouo participat illa dona, & ita nõ dicit aliquem reſpectum rationis ex tempore, ſed ſolam participationem illorum donorum à creatura intellectuali.

Ad hoc nego falſitatem conſequentis ad probationem nego quin nouus reſpectus conſurgat in illa uiſione, quando terminatur ad colorem poſt conſecrationem, quoniam prius erat uerum dicere hanc uiſionem terminari ad corpus panis, nunc autem ad corpus Chriſti, ergo aliam habitudinem nunc habet quam prius, ſimiliter nego quin Spiritus ſanctus de nouo nõ habeat reſpectum rationis ad creaturam participantem gratiam, quoniam eſt verum dicere, Spiritus ſanctus nunc gratificat hanc creaturam, & ante non gratificabit, ergo de nouo reſpicit eam, ut gratificatam, quàm ante non reſpiciebat. Vnde ad nouam infuſionem gratiæ conſurgit nouus reſpectus mutuus, ſed ex parte diuinæ perſonæ eſt reſpectus rationis, & ex parte creaturæ eſt realis, & ſic tenemus implicare contradictionem, creaturam de nouo participare gratiam, & non conſurgere nouum reſpectum ad gratificantem, ſicut implicat aquam de nouo recipere calorem ab igne, & non conſurgere reſpectũ cauſalitatis inter aquam & ignem.

ARTICVLVS III.

Vtrum Miſſio inuiſibilis ſit ſolum ſecundum gratiam gratum facientem.

CIrca hunc articulum, aduerte quod B. Thom. intẽdit duas concluſiones. prima eſt.

Quoties datur gratia gratum faciẽs, vltra probationẽ B. Tho. hic, quã examinabo infra, probatur ratione Gregorij in 1. diſt. 16. q. 1. in probatione ſecundæ concluſionis, & ſtat in hoc, cuicunque datur Spiritus ſanctus efficitur de numero electorũ, quia ſecundum Paulum, quicunque Spiritu Dei aguntur, hi filij Dei ſunt. Sed nullus carens gratia, efficitur de numero electorum, vt patet, ergo nulli carenti gratia datur perſona diuina, ſi ergo perſona datur, & gratia gratum faciens datur.

Secunda concluſio: *Si datur gratia gratum faciens, datur & perſona diuina.* hanc probat Greg. ſupra quaſi eodẽ medio cõuerſo, ſ. Qui habet gratiam, eſt de numero electorũ ſecũdum Paulũ, quia gratia iuſtificat, ſed qui non habet Spiritum ſanctũ, non eſt de numero electorum, ad Ro. 8. Qui non habet Spiritum Chriſti, non eſt eius, ergo qui non habet perſonam, non recipit gratiam, & ſic patet, quod inſeparabiliter ſe habent, & in hac determinatione conueniunt omnes de potentia Dei ordinaria, non autem abſoluta. Nam Gregorius in eodem loco in concluſione

ſione tertia & quarta tenet, quod de potentia Dei abſoluta po- F teſt dari perſona ſine omni dono. Vt igitur tota hæc materia re ſoluatur, pono rationem eius, deinde ſoluam.

Ratio eius eſt hæc. Omne debile à Deo homini poteſt dari non dato quocunque alio diſtincto realiter ab eo, ſed donum gratiæ eſt diſtinctum realiter à Spiritu ſancto, ergo poteſt dari homini non dato non gratiæ, minor patet. Maior probatur tri pliciter, primo quia non uidetur implicare contradictionem, ſecundo quia omne factibile à Deo, poteſt fieri quocunque alio diſtincto eſſentialiter ab eo non facta, ergo ſimiliter omne debile &c. tertio quia omne debile à Deo poteſt dari, quocunque alio non dato antecedens patet, quia cauſa prima ſibi ſufficientiſſima eſt conſequentia probatur. Summo A. B. Si Deus non poteſt dare A niſi cum B. vel hoc eſt quia A, neceſſario dat B. vel quia B. neceſſario ſequitur ad A. non primum, quia non neceſſario dat A. ergo nec B. neceſſario datur ab A. non ſecundum, quia B. condaret ipſum A. quod eſt contra an G tecedens.

Reſpondeo, ad hoc nego maiorem, ad primam probationem dico quod implicat, quia Spiritus ſanctus nó poteſt eſſe dilectio formalis creaturæ. Ad ſecundam nego antecedens, ut patet de materia & forma, nego etiam conſequentiam quam nec probant, quia non ſunt eiuſdem rationis factio & datio.

Ad tertiam nego conſequentiam, ad probationem dico, quod eſt propter primum & ſecundum, ſed propter primum conditionale, nam licet Deus non neceſſario dat A, tamen hæc eſt vera, Si Deus dat A. neceſſario dat B. quia inſeparabiliter ſe habet ad A. Eſt etiam propter ſecundum, & nego quod B. condaret A. non enim requiritur vt condans, ſed vt diſpoſitio, ſine qua non daretur A. & ſimile eſt in creatis, licet enim diſpoſitiones neceſſario requirantur ad receptionem formæ, non tamen comproducunt formam, ſic eſt in propoſito, quare &c. Nunc ſupereſt examinare aliquas propoſitiones articul. inter quas eſt hæc. *ſuper ipſum modum autem commu* H *nem &c.* vſque ibi. *in amante.* Contra hanc concluſionem arguit Aureol. in Capreol. primo diſtinct. 14. quæſtion. 1. contra quartam probans tripliciter, quod ratio miſſionis non conſiſtit in hoc, quod diuina perſona procedat in mentem, vt cognitum, & amatum.

Primo, ſic procedere in mentem vt cognitum & amatum eſt commune toti Trinitati, qui per gratiam tota Trinitas diligitur, ergo miſſio conuenit toti Trinitati, & per conſequens Patri quod eſt falſum.

Ad hoc nego antecedens, nec ualet hæc conſequentia, tota Trinitas eſt in mente, vt cognita, ergo procedit in mentem, nam procedere in mentem ſupponit proceſſionem amoris æternam, quæ repugnet patri & filio, & conuenit tantum Spiritui ſancto.

Secunda, Proceſſio temporalis Spiritus ſancti, debet habere aliquem ordinem ad proceſſionem æternam eiuſdem: ſed Spiritus ſanctus, non procedit æternaliter à patre, & filio, ut cognitum & amatum, ergo &c.

Ad hoc nego argumentum nam concedendo maiorem, debet negari minor, ſed procedere in mentem, ut cognitum & amatum, non dicit aliquem ordinem ad proceſſionem æternam Spiritus ſanctus procedit vt amor, & ſic vt ratio omnis doni ex eo prouenit, quod conferatur donum gratiæ creaturæ, qua diligit ipſum Deum. Reſoluit ergo proceſſio temporalis in æternam, ſicut effectus in primam radicem.

Tertio, Si procedere in mentem eſt eſſe, uel fieri in mente, vt cognitum & amatum, ergo res dum incipiunt intelligi, & amari, procedit in mentem, quod eſt falſum nam ex eo, quod Sol intelligitur, non procedit in mentem.

Ad hoc arguens decipitur, ignorans quid ſit procedere in mentem in propoſito, ut cognitum, hoc enim eſt non ſolum recipi in mentem, ſic enim argumentum concluderet, ſed originari ab altero æternaliter, & recipi in altero temporaliter, vt K amatum, & cognitum, & tunc nego conſequentiam, licet enim res dum intelligitur recipiatur in mentem, non tamen eſt neceſſe ipſam originari ab altero: diuina autem perſona ſemper originatur cum non tranſeat in præteritum.

Iterum eſſe eandem propoſitionem in qua dicitur *Deum eſſe, vt cognitum &c.* Dubitat expoſitor quia ſtat peccatorem Philoſophum cognoſcere, & amare Deum, & tamen non erit in gratia.

Ad B. Thom. intendit de amore, & cognitione, vt terminantur ad Deum in ſe ob eius beatificum, & non de amore terminato ad Deum ſub ſpecie alicuius effectus puta in quantum creator, &c. uel conſeruans &c. phyloſophus quidem cognoſcit, & amat Deum in ſecundo ſenſu, & non in primo, & inquidem aliqui inuenti ſunt qui amauerint primo modo ita q̄ F fuerint in gratia, & potuerunt ſaluari: quoniam in omni gente, qui operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi.

Sic igitur nullus alius effectus &c. vſque ibi *gratum faciens.* Contra, malus Chriſtianus poteſt per fidem cognoſcere, & amare Deum, ut obiectum beatificum, ergo non per ſolam gratiá &c.

Ad hoc nego, quod amat debitis circunſtantijs poſitis in art. per quas fiat templum Dei: quoniam non ſuper omnia amat. Vnde dico, quod B. Thom intendit de amore ſic circunſtantionato dato caſu, quod non ſic ad plenum exprimeret nam hoc intendit, cum dicit, *Sed etiam habitare in ea, ſicut in templo.* Iterú circa eandem propoſitionem dubitatur nam B. Tho. facit hanc illationem ex præmiſſis: *Sic igitur nullus alius effectus.* & tamen non propoſuit in præmiſſis cauſam ſufficientem, nó enim hæc conſequentia valet, Deus eſt ſpeciali modo in creatura rationali, ergo nullus alius effectus eſt cauſa huiuſmodi, niſi gratia gratum faciens. Conſtat enim quod per fidem, & propheriá, & alia dona eſt ſpeciali modo diſtinctio à tribus generalibus modis, ergo &c.

Ad hoc dico, quod B. Thom. per ly. *ſpecialem modum* intendit modum quo creatura attingit in Deum, cum illis circunſtantijs, puta quod attingat Deum in ſe, quod ſiat templum Dei, & hoc nó poteſt facere fides, niſi informata gratia, nec alia dona, & ideo illatio Be. Thom. eſt ualida, ſi antecedens complectatur oés conditiones præmiſſas, conſequentia uero quia formata eſt inſtantia facta, ideo non ualet: quia non totum ponitur antecedens, ſicut non valet hæc, Sortes eſt animal, ergo eſt viſibilis, quia ly, *animal* non eſt totum formaliter, quod eſt Sortes, ſed hæc valet, Sortes eſt animal rationale, ergo eſt riſibilis.

Articvlvs IIII.

Vtrum patri conueniat mitti.

Circa hunc articulum nihil noui, nec difficile occurrit: ſuppoſito enim quod miſſio importet proceſſionem, conſtat patri non mitti, poteſt tamen dici quod dat, & donat ſe creaturæ dono eſſentiali, ſed non dono perſonali, ut declaratum eſt ſupra quæſt. 38.

Articvlvs V.

Vtrum filio conueniat inuiſibiliter mitti.

Circa hunc articulum, Aduerte primo quod licet B. Thom. proponat tantum de filio, tamen probatum de filio, quá de Spiritu ſancto: ſi conſiderentur quantum ad primam rationem miſſionis ſunt una, uel ſic, quoniam filius non mittitur ni I ſi ex amore, quo creatura diligitur à Deo. Amor autem primo conuenit Spiritui ſancto, & ideo eſt primum donum, & ideo omnium donorum. Vnde eſt ratio, quod filius detur non ſi, ut diximus ſupra quæſtio. 38. ſi conſiderentur ſecundum ſe, diſtinguuntur realiter, quoniam & proceſſiones, & dona eorum diſtinguuntur realiter.

In reſponſione ad tertium *non per eſſe ſine alia.* Aduerte q̄ Aureo. in Capreo. 1. di. 16. q. 1. tertio contra tertiam arguit contra hanc, ſed decipitur in hoc, quod credit filium mittum ad ſimilitudinem remanſiſſe cum eo exiſtente in peccato: hoc enim eſt falſum loquendo de miſſione, cuius eſt tantum gratia gratum faciens, vt loquuti ſumus in art. 5.

Articvlvs VI.

Vtrum Miſſio inuiſibilis fiat ad omnes, qui ſunt participes gratiæ.

Circa hunc articulum, Aduerte, q̄ B. Thom. non concludit ſimpliciter miſſionem fieri ad omnes participes gratiæ, ſed tantum ad eos, in quibus eſt gratia, & ipſa innouatur: quæ innouatio poteſt eſſe tribus modis primo quod procedens denotit eſſe per peccatum, deinde q̄ mouetur per conuerſionem: ſecundo quod per intenſionem, ut in maiore, ſemper exiſtente in gratia, & proficiente in actibus meritorijs. Tertio per extenſionem tantum, puta quia gratia exiſtens ſemper in tali gradu, eſt principium plurium effectuum. In quibus tamen prædictis eſt aliquis motus talium innouationum poteſt dici fieri noua miſſio, & quia omnis pura creatura eſt uel eſt etiam beata propter tio modo ideo demptio Chriſto, qui non eſt pura creatura, poteſt concludi, nouam miſſionem fieri ad omnes.

ARTI-

Aaticvl. VII.

Clarus eſt.

Articvlvs VIII.

Vtrum aliqua perſona mittatur niſi ab ea, à qua procedit.

Circa hunc articulum, Aduerte, quod Aureol. Scotus in Capreol. prima diſtinctione 16. quæſtione prima, ſecundo tenent quod de ratione ipſius mittere eſt producere, & ipſius mitti eſt produci, quibus datis ex primo articulo huius quæſtio. ſequitur neceſſario, quod perſona non mittatur niſi ab ea, à qua producitur, & ſuper hoc fundamentum innituntur omnia argumenta eorum, vt videbis ſicut apud B. Thom. diſtinguendum B eſt de miſſione etiam dupliciter conſideratur primo proprij di A cte & ſic continet tres conditiones: prima quod perſona miſſa ſit originata: ſecunda quod originetur à mittente: tertia quod ponat nouum effectum in creatura intellectuali, & ſecundum hunc primum ſenſum definita eſt miſſio in primo artic. huius quæſtio & ſecundum eam non mittitur perſona niſi à producente ipſam: ſecundo conſideratur communiter, & ſic includit tantum duas conditiones: primo quod perſona miſſa, ſit originata ſiue à mittente, ſiue ab alia, & defectu huius pater nó poteſt dici miſſus, ſecundo quod ponat nouum effectum in creatura, & ſecundum hanc acceptionem loquitur B. Thom. in hoc artic. quando concedit filium mitti à ſe, & à Spiritu ſancto, & è conuerſo. Ex his patet, quod mittere, & mitti abſtrahunt à primo & ſecundo ſenſu, & poſſunt determinari ad hunc, vel ad illum & in ſua ratione uniuerſali non includunt originari in recto, niſi contrahantur ad primum ſenſum omnia argumenta Scoti concludunt in primo ſenſu, ſed non in ſecundo de quo in hoc artic. loquitur Beat. Thom. & hic ſit finis ad ſanctiſſimæ & indiuiduæ Trinitatis.

Honorem.

Explicit expoſitio ſuprà tractatum de Trinitate in primam partem B. Thom. per Fratrem Chryſoſtomum Iauellum de Caſali ordinis prædicatorum ſacræ Theologiæ profeſſorem ſtudij Bononienſis Regentem.

DEO GRATIAS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SERIES CHARTARVM.

a b c d e, A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ
Tt Vu Xx Yy Zz, Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff.

Omnes ſunt quaterniones præter a, & e, duerniones.

VENETIIS, APVD IVNTAS,
M D LXXXVII.

TABVLA PRINCIPALIVM LOCORVM,

Quæ ſunt viſa animaduerſione IN CHRYSOST. IAVELL. COMMENTARIIS SVPER PRIMAM PARTEM S. THOMÆ.

Prior numerus indicat paginam, poſterior columnam.

A

ABſoluta omnia habent diſtinctiuum intrinſecum, ſicut conſtitutiuum, pagina 61. col. 1
Abſtractio quotupliciter, & quô fiat. p. 95. c. 2
in Abſtractis præſentialitas eſt applicatio virtutis in ratione agentis. p. 29. c. 1
Accidens quotuplex ſit. p. 66. c. 1
Actio immanens in diuinis eſt actio notionalis, pag. 95. col. 2
Actio notionalis vt ſic eſt relatio, licet differat ab ea ſecundũ modum ſignificandi. p. 95. c. 2
Actio recipit vnitatem & diſtinctionem ex termino ſibi adæquato. p. 100. c. 1
Actio immanens ex parte obiecti quot requirat. p. 62. c. 2
Actio tranſiens quomodo imperfecta. p. 31. c. 2
Actio immanens perfecta. p. 31. c. 2
Actus & potentia de ſua ratione ſunt indiſtantes. p. 29. c. 2
Actum notionalem non eſt verum eſſe a voluntate vt a principio & non aliter. p. 97. c. 1
Adæquati ſubiecti cõditiones, ſecũ Scotũ, & S. Thomã. p. 5. c. 2
Adæquatio in creatis & in Deo non eſt vniuoca, ſed analoga. pagin. 100. col. 2
Ad hoc, quod aliquid fundet ſimilitudinem, non eſt neceſſe, vt ſit vera qualitas, ſed concipiat modo qualitatis. p. 100. c. 1
Ad hoc quod Deus ſit perfectus ſubſtantialiter, quot requirantur. p. 15. c. 2
Ad hoc quod aliquid faciat compoſitionem cum altero, quid ſit neceſſe. p. 15. c. 1
Adiectiuum nomen ſemper tenet in concreto. p. 85. c. 1
Æqualitas non eſt relatio realis ſed rationis. p. 100. c. 2
Æqualitas in Deo quid dicat. ibidem.
Æqualitas & ſimilitudo in creatis poſſunt eſſe realiter diſtinctę. pag. 100. c. 2
in Æqualitate non requiritur commenſuratio niſi in creaturis, quarum perfectio terminata eſt. p. 100. c. 2
Æqualitas requirit negationem maioritatis & minoritatis. ibi.
Æqualitas in Deo non eſt proportio, neq; commenſuratio, nec æquatio quantitatum, ſed tãtum vnitas in quantitate ſine exceſſu, & defectu, ibid.
Æternitas ex principali importat immutabilitatem. p. 34. c. 1
Æternitate nihil põt menſurari niſi fiat diuini ordinis. p. 36. c. 2
Æternitas poteſt dici duratio. p. 33. c. 2
Æuum quid ſit. p. 38. c. 2
Æuum à quo trahat vnitatem. p. 38. c. 1
Æuum quomodo compatiatur ſecum ſucceſſionem. p. 37. c. 1
Æuum dicitur ab æternitate. ibid.
Æuum eſt infinitum negatiuè. ibid.
Æuũ includit negationẽ infinitorũ defectuũ eiuſdẽ rõnis. ibi.
Æuum non eſt idem, quod æternitas participata. p. 36. c. 2
Æuum quid dicat in æuiterno. p. 38. c. 2
Æuiternum eſſe eſt indiuiſibile & totum ſimul. p. 38. c. 1
Æuum in quo æuiterno ſit ſubiectiuè. p. 38. c. 2
Æuum compleri per actionem gratuitam non inconuenit. ibid.
Affirmatio & negatio licet reducantur ad idem genus rei, nõ tamen ad idem genus principij cognoſcendi. p. 90. c. 2
Agens voluntarium poteſt diuerſimode agere ex ſua apprehenſione. p. 97. c. 1
in Agente voluntario modus per ſe agendi non eſt modus eſſendi, pag. 96. c. 2
Agens naturale non habet niſi vnum modum agendi. p. 97. c. 1
Agens particulare non propriè condiſtinguitur agenti vniuerſali, pa. 83, col. 2
Agens, quo agens, non habet producere ſibi ſimile. p. 62. c. 1
Agens ſecundum non agit niſi in virtute primi. p. 30. c. 1
Agentia non cauſant totum. p. 29. c. 1
Agens eſt quodammodo actus paſſi. p. 29. c. 2
Agens producens formam, producit conſequentia ad formam. pag. 11. col. 1
Agens quomodo ſit ſimile effectui. pag. 18. c. 2
Albedo ſubſiſtens diſtingueretur ſeipſa ab omni albedine recepta in ſubiecto. p. 25. c. 1
Aliquid eſſe tale per eſſentiam, quotupliciter contingat. pag. 11. col. 2
Aliud eſt, conuenire naturę hominis, aliud, eſſe naturale. pag. 1. col. 1
Alius, alia, aliud, quid ſignificent. p. 74. c. 1
Amare eſt motus appetitus ad rem, vt bonam. p. 61. c. 1
Amor quotuplex ſit. p. 86. c. 1
Amor perſonalis dicit relationem ſubſiſtentem. p. 86. col. 1
Amor patris in filium non eſt ſicut in ſubiectum, ſed vt obiectũ. ibid.
Amor neceſſariò procedit ex verbo. p. 81. c. 2
Amor primo conuenit ſpiritui ſancto. p. 105. c. 1
Amor diuinus quotupliciter conſideret. p. 62. c. 2
Angeleitas ſe ipſa ſuppoſitatur. p. 94. col. 1
Angelus & cœlum non differunt eſſe menſurabilium. pagin. 38. col. 2
Angelus inferior vt cognoſcens adæquatur, non exceditur à cognito. p. 44. c. 2
Angeli eſſe, actiones inſtantaneæ, & motus localis quomodo mẽſurentur. p. 37. c. 2
Angeli operationes naturales ſunt à potentia actiua creata, pag. 36. colum. 1
Angeli operatio eſt defectibilis à principio intrinſeco & extrinſeco. p. 36. c. 2
Animæ rationalis eſſe dependet à conſeruatione Dei. p. 38. c. 2
Anima ſeparata quomodo nõ ſit perſona, nec materia ſignata. pag. 68. c. 2
Anima ſeparata non perfectè cognoſcit ſubſtantias ſeparatas naturaliter. p. 45. c. 1
Appetibilitas quomodo ſe habeat ad bonum. p. 19. c. 1
de Appetitus ratione eſt tendentia in alterum. p. 61. c. 1
Appetitus fundatur in aliquo eſſe perfecto vel verè, vel apparenter. pag. 20. c. 1
Appetitus cadit, vel ſuper incomplexum, vel ſuper infinitũ verbi. pag. 20. c. 2
Argumenta contra fidem, ſunt falſa, & ſolubilia. p. 2. c. 1
Argumentatiuum quid ſit. pag. 6. c. 1
Ariſtotelis ordo in libris metaphyſicis. p. 29. c. 2
Arithmeticæ obiectum quale ſit. p. 71. c. 1
Articuli fidei quomodo probentur à Theologo. p. 6. c. 1

B

BEatus non poteſt non actu frui Deo. 44. col. 1.
Beatus non format verbum de diuina eſſentia. 43. col. 1
Beatus quænam cognoſcere de Deo nequeat. 50. c. 1
Bonum & appetibile conuertuntur. 19. c. 2
Bonum & finis quotupliciter conſiderentur. 21. c. 2
Bonum eſt in triplici gradu. 22. c. 1
Bonum non conuertitur cum ente abſtracto, ſed exiſtente. p. 22 col. 2
Bonum quomodo conuertatur cum ente. p. 20. c. 1.

C

CÆlo, quatenus eſt tale corpus, repugnat diuidi. p. 102. c. 2
Cælum, quomodo ſit nobilius animatis. p. 10. c. 1
Calor naturalis, quomodo generet carnes. pag. 42. c. 1
Cauſa quando dicatur in effectum procedere. 59. c. 1
Cauſa naturalis ſecundum ſe determinatè & tot producit effectus. 48. c. 1
Cauſæ eſſentialiter ordinatę & accidentaliter, in quibus inter ſe differant. 47. c. 1
Cauſa & cauſatum quando ſint eiuſdem ordinis. 18. co. 2.
Cauſa media pendet a prima, quotupliciter poſſit intelligi. p. 8. col. 2
Cauſatum communiſſime ſumptum, non omne eſt compoſitũ. p. 15. c. 1
Cauſatum vt quod, quid ſit. pag. 15. c. 1

Universidad de Deusto Biblioteca

Cognitio virtutis & potentiæ agentis facit cognoſcere ipſum agens.p.49.c.2
Cognitio de Deo per gratiam, ex modo eſt infima, ex obiecto autem eſt perfectiſſima.p.51.c.2
Cognitum vt habens ſuam bonitatem, eſt cauſa finalis ipſius actus amandi.p.61.c.1
Cognitum, vt cognitum, eſt cauſa efficiens deſiderium, & actū voluntatis, ibid.
Cognoſcere concluſionem in principio, & ex principio differunt.p.48.c.2
Cognoſcens quotupliciter ſumatur.p.44.c.1
omne Cognoſcibile eſt cognoſcibile per aliquam ſpeciem ſui repræſentatiuam, vel per ſeipſum.p.44.c.2
Concauſatis rebus propriè non conuenit eſſe.p.28.c.1
Conceptum omni vel fundatur in mente, vel in re obiecta intellectũ.p.69.c.1
Conceptum ſecundum addere ſupra primum, quid ſit.p.89.c.1
Conſtitutum & conſtituens diſtinguuntur realiter.p.94.c.1
Conueniens quotupliciter ſumatur.p.6.c.2
Corpus metaphyſicum quod ſit.p.25.c.2
Corpus phyſicum, mathematicum & metaphyſicum quomodo differunt.p.25.c.2
In Corpore naturali, quod habet eſſe per ſe, & exiſtit diuiſum actu ab alijs datur determinata magnitudo in maxi & minus. pag.26.col.1
Creatum totum eſt à Deo immediatè. p.30.c.2
in Creatis ſunt idem perſona, hypoſtaſis, ſubſiſtentia, & eſſentia, ſed non conuertuntur.p.69.c.2
in Creatis nullum idem numero eſt in diſtinctis ſuppoſitis. pagin.84.col.2
Creaturæ quotupliciter ſint in Deo.p.47.c.1

D

DEmonſtrationis differentia per effectum adæquatum, & nõ adæquatum in quo ſtet.p.8.c.1
Denominatio extrinſeca quando fiat.p.23.c.2
Denominatio intrinſeca quando fiat.ibid.
Denominatio per cauſam exemplarem, effectiuam & finalem, quomodo fiat.p.24.c.1
Denominatio formalis in abſolutis non eſt niſi a forma intrinſeca.p.24.c.1
Deſcriptiones quotuplices ſint.p.7.c.2
in Deo tres relationes diſtinguuntur tantum ratione.p. 100. c.1
in Deo datur potentia realis productiua, reſpectu actuum notionalium & eſſentialium ad extra.p.97.c.2
in Deo quomodo ſit potentia intelligendi.p.97.c.1
Deus eſt alio modo perfectus, alio modo perfectus filius. pagina 100.col.1
Deus quomodo intelligat omnia vnico actu.p.99.c.2
Deum fuiſſe aliquando ſine verbo perfecto, eſt impoſſibile. pagin.95.col.2
Deus eſt multiplex ratione fundamentaliter, & non ſubiectiuè. pag.89.col.1
nomen Deus ſemper ſupponit pro habente Deitatem, & nõ pro Deitate habita.p.90.c.1
à Deo omnis fluxus & egreſſus realis, ſicut actio elicita remouetur.p.93.c.2
Deus ſeipſo diſtinctus eſt à quolibet alio.p.88.c.2
Deus reſpectu terminorum perſonalium non eſt ſingulare ſumptum ſingulariter, ſed commune.p.67.c.1
in Deo non dantur plura ſingularia reſpectu principij. p.85. c.2
Deus cur dicatur ſpeculum voluntarium.p.47.c.1
in Deo quomodo cõtineantur res diſtinctè, & quomodo indiſtinctè.p.47.c.2
in Deo repugnat eſſe diſtinctas productiones, ſine ordine originis.p.82.c.2
Deum non eſſe corpus, quomodo intelligendum.p.10.c.1
Dei eſſentia eſt ſola ſimpliſs adæquata & perfecta ſpecies. pagin.43.col.2
Dei eſſentia cur poſſit per ſeipſam eſſe forma intellectus. pagin.43.col.2
in Deo ſunt plura ſuppoſita conuenientia penitus in eadem quãtitate numerali ſine exceſſu & defectu.p.100.c.2
Deus eſt indiuiduum vagum ex parte naturæ.p.73.c.2
Deus quomodo ſit in loco.p.30.c.1
Deus quomodo deſcribatur à Theologo.p.7.c.2
in Dei intellectu & voluntate quomodo poſſit aſſignari pluralitas actuum.p.54.c.1.
Deus quotupliciter cognoſcibilis ſit.p.42.c.1
in Deo eſt modus quantitatis.p.67.c.1
Deus amat creaturas, dum eis largitur eſſe.p.80.c.2
Deus ſolus eſt primo & per ſe cauſa eſſe creati.p. 18.c.2
in Deo quomodo ſit motus.p.31.c.2
Deus quomodo ſit in paruulis baptizatis.p.30.c.2
Deus quomodo ſit in infideli, & dæmone.ibid.
Deus quomodo ſit in eſſentia ſua.p.31.c.1
Deus diuerſo modo eſt cauſa boni vſus moralis liberi arbitrij, & prædeſtinationis.p.57.c.2
Deus quomodo ſimilis creaturæ.p.18.c.2
Deus ſeipſo ſolo producit eſſe vel ſecundum totum, vel ſecundum partem.p.29.c.1
Deus quotupliciter poſſit intelligi.p.5.c.2
Deus quomodo vniuerſaliter perfectus.p.16.c.1
Diaphanum ex vna & eadem parte ſui immutatur ab albo & nigro.p.99.c.2
Dicere in Deo addit reſpectũ originis vel expreſſionẽ. p.79. c.2
Dictionis excluſiuæ vis.p.74.c.2
Dictio excluſiua quotupliciter poſſit apponi in diuinis. pag.71. colum.1
Differentia inter relationes hypoſtaticas, & non hypoſtaticas. pag.102.col.1
Differentia eſt extra rationem formalem generis, & è conuerſo.pag.13.col.2
Differentijs remotis, remouentur ſpecies, & remanet tãtum natura, & communis.p.94.c.2
Diffiniens non eſt neceſſe vt ſit prius ſuo diffinito.p.93.c.1
Diffiniens non poteſt eſſe poſterius ſuo diffinito.ibid.
Diffinitio, remota omni inſtitutione humana, repræſentat diffinitum.p.51.c.2
Diffinitum & diffinitio diſtinguuntur ratione, non re, pagina 13.colum.1
Diſtinctio rationis virtualis præcedit omnem actum intellectus. pag.89.col.1
Diſtinctio relatiua eſt prima in ordine entium, & cur.p.92. c.2
Diſtinctio omnis in diuinis realis eſt ſolum per oppoſitionem relatiuam.pag.81.colum.2
Diſtinctio nulla alia datur apud Thomiſtas, niſi aut realis aut rationis.pag.65.colum.1
Diſtingui ratione, quotupliciter aliqua poſſunt.pag.17.col.1
Diuerſi modi producendi, qui ſunt ab eodem agente, non terminantur ad idem ſpecie.pag.83.col.2
in Diuinis non poteſt aſſignari, niſi ordo originis.pag.84. c.1
inter Diuinas perſonas eſt diſtinctio realis, non abſoluta, ſed relatiua tantum.pag.82.col.1
in Diuinis perſona hypoſtaſis & ſubſiſtentia ſunt idem conuertibiliter.pag.69.colum.2
Diuina relatio inquantum eſt ens, diuinum habet, quod poſſit concipi modo relatiuo & modo abſoluto.p.94.c.2
in Diuinis an prioritas in aliquo ſenſu tolerari poſſit. pag. 101. colum.2
in Diuinis ſuppoſitis non eſt relatio æqualitatis realis. pagina 101.col.1
Diuiſio ſecundum extrema contradictionis quæ ſit.p.40.c.2
Diuiſio entis in vnum & multa, qualis ſit.pag.39.col.2
Donum quot res dicat.p.88.c.1
Doni ratio formalis quæ ſit.ibid.
Donum quomodo conueniat eſſentiæ & Filio & Spirituiſancto. pag.87.col.2
Donum dicit formaliter aptitudinem donabilitatis.p.88.c.2
Durare formaliter eſt manere in eſſe.p.28.c.2
Durationis eſſe diuini conditiones.p.34.c.2
Durationis eſſe creati conditiones.ibid.
Duratio eſſe diuini quomodo ſit menſura aliarum, ibid.

E

EAdem res eſt à qua ſumitur genus & differentia.p.13.c.1
Effectum eſſe nobiliorem cauſa ſua organica, non inconuenit.p.29.col.2
Effectus quo aſſimiletur formas agentis, per quam agit.p.96.c.2
Eſſentia non eſt propria forma patris, nec filij, ſed communis.pagin.80.col.2
Effectus agentis voluntarij poteſt hoc vel illo modo produci.pagin.97.col.2
Effectus agentis naturalis, deducto impedimento, non poteſt eſſe niſi vno modo.p.97.col.1
Effectus cognitio ex natura rei pendet a cognitione cauſæ. pagina 48.col.1
Elementa quomodo ſint æterna.p.9.c.1
Eligibile per ſe, & per accidens.p.10.c.1
Enti reali conuenit diſtingui re & ratione.p.17.c.2
Ens vniuerſaliſſime ſumptum & nominaliter ſignificat eſſentiã vniuerſaliſſime: & participaliter ſumptum ſignificat eſſe vniuerſaliſſime.p.13.c.2
Ens & bonum quotupliciter conſiderari poſſunt.p.19.c.1
Exitus quotuplex ſit.p.103.c.2

Ens

Ens finitũ ſufficienter diuidit in decem prædicamenta.p.64.c.1
Ens productum diuiditur in neceſſarium & poſſibile.p.31.c.2
Entitas fundamenti relationis quæ ſit.p.64.c.1
Eſſe, actualitatem omnis naturæ eſſe quotupliciter intelligi poſſit.p.12.c.2
Eſſe eſt fundamentum omnium.p.19.c.1
Eſſe eſt cæteris omnibus vniuerſalius, ibid.
Eſſe per eſſentiam in omnibus, quid ſit.p.30.c.2
Eſſe per præſentiam in omnibus, quid ſit.ibid.
Eſſe per potentiam in omnibus, quid ſit.ibid.
Eſſe ab vno, vel duobus, nõ arguit productiones diuerſarum rationum neceſſario.p.61.c.2
Eſſe in intentione non eſt finis.p.22.c.2
Eſſentia eſt ratio eſſendi.p.102.c.2
Eſſentiæ rerum præciſè ſumptæ non dicunt aliquam perfectionem, vel imperfectionem.p.23.c.2
Eſſentiæ rerum ſumptæ in ordine ad eſſe, dicunt perfectionem, vel imperfectionem.ibid.
Eſſentia quid ſit.p.69.c.2
Eſſentia ignis poſſet dici infinita, non tamen ignis ſecundum eſſentiam.p.25.c.2
Eſſẽtia vt eſſẽtia eſt principium cõuenientiæ eſſentialis.p.65.c.1.
Eſſentia vt relatio eſt principiũ diſconuenientiæ relatiuæ. ibid.
Eſſentia nec generat, nec generatur.p.90.c.2
Eſſentia diuina nec per ſe, nec per accidens generatur, ibid.
Eſſentia diuina ſtat penitus indiſtincta.p.90.c.2
Eſſentiæ ratio eſt ſicut ratio naturæ communis.p.94.c.2
Eſſẽtia ſola in diuinis nõ generat, ſed cõcurrit primum.p.99.c.1
Eſſentia & paternitas in generatione diuina non ſunt ſicut duo principia productiua.ibid.
Eſſẽtiã vnã eſſe triũ perſonarũ, cur conuenienter dicat.p.89.c.1
Eſſentia cur ſit commune prædicatum.p.65.c.1
Eſſentia vt adiuncta paternitati, eſt potentia generandi in diuinis.p.99.c.1

F

FActio & datio non ſunt eiuſdem rationis.p.104.c.1
Fallacia fit cum tranſitur à modo vnius prædicati ad modum alterius.p.91.c.1
Fidei dogmata in quotuplici ſint gradu.p.77.c.1
Filiatio præciſè & totaliter diſtinguit filium à patre quotunque alio circunſcripto.p.81.c.2
Filiatio nõ eſt ſufficiẽs diſtinctiuũ filij à Spiritu ſancto. p.81.c.2
Filiatio dicit vnam rõnem formalem genericam, ſub qua ſtant plures rationes formales ſpecificæ.p.100.c.1
Filius non cauſat paternitatem actione propriè dicta, ſed tãtum cauſat per modum reſultantiæ.p.63.c.2
¶Itē, In oī vera cōditionali ſi antecedēs eſt neceſſariū abſolutè, & conſequēs eſt neceſſariū abſolutè, quia ad antecedēs ſemp ſequit̃ cōſequens, & ad neceſſariū nunquā ſequitur niſi neceſſarium, ſicut ad verū nunquā ſequitur falſum, quāuis ad falſum aliqñ ſequatur verū, vt probatur in primo Priorū. Sed in hac cōditionali, Neceſſe eſt Socratē currere ſi eſt præſcitū à Deo, antecedens eſt neceſſariū abſolutè, tū quia oē præſcitū eſt neceſſarium, tum quia omne æternum eſt neceſſarium. Ergo Socratem currere eſt neceſſarium abſolutè.

¶In contrariū eſt authoritas Auguſtini ſumpta à ſimili in lib. de libero arb. dicētis, Sicut tu memoria tua non cogis eſſe facta, quæ præterierunt, ſic preſcientia non cogit fieri, quę futura ſunt.

¶Itē pōt oſtendi per rōnes ducentes ad impoſſibile. Si.n. preſcientia Dei neceſſitatē rebus imponeret, (ſicut dictum eſt) tolleretur libertas arbitrij, periret conſiliandi opportunitas, fruſtra bonis præmia, & malis ſupplicia ponerentur, iniuſtè boni p̄miarentur, & mali punirentur, laus, & vituperium deperiret, (quia vt dicit Hiero. nemo peccat in eo, quod vitare non poteſt) peccata noſtra ad authorē bonorum omnium referrentur, nec ſpeculandi aliquid, vel deprecandi ratio vlla eſſet.

¶Rñ. dicendum, q̄ pp hmōi difficultates duplex fuit error circa iſtam materiam. Quidam.n. pp ordinem cauſæ ad cauſatum dixerunt, q̄ cùm p̄ſcia Dei ſit cauſa rerum, & ſit immutabilis, rebus neceſſitatem imponit, & ideo abſtulerunt liberum arbitrium. & peccatū. Et hæc poſitio fuit hr̃tica, & iniqua, quia deſtruit bonos mores. Alij verò pp ordinē ſciæ ad ſcitum, dixerunt q̄ cùm ſcia ſit certa cognitio ex ipſa rōe certitudinis, requirit deteriationem in re ſcita. Sed in futuris contingentibus non eſt alterum determinatè verum, & ideo de eis certa cognitio eſſe non pōt, niſi qñ ſunt. Cum aūt Dei cognitio ſit certiſſima, & infallibilis, negauerunt Deū de futuris contingentibus præſcientiā hēre, cogitantes intellectum diuinum ad modū intellectus nr̃i cognitionē accipere. Et hæc ſimiliter poſitio hæretica fuit & impia, quia derogat voluntati diuinæ. Et iō poſitio vera & catholica eſt (q̄ Deum honorat, & bonos mores conſeruat) q̄ in Deo eſt certiſſima p̄ſcientia futurorū oīm, nec tñ rebus cōtingentibus neceſſitatē imponit. Qūo aūt hoc eſſe valeat, ſi pcipi p̄t. Manifeſtum eſt, q̄ qñ ſunt multæ cauſæ ordinatæ, effectus vltimus nō ſequit̃ cām primā in neceſſitate, vel contingentia, ſed cām proximū, qa virtus cauſæ primæ recipit̃ in cā ſm modū cauſæ ſecundæ, nā oē quod recipit̃ in aliquo, eſt in eo ſm modū recipiētis, & nō ſm modū recepti. Effectus.n. ille nō procedit a cā prima, niſi ſm q̄ virtꝰ cauſæ primę recipit̃ in cā ſecūda, vt patet in fructificatione arboris, cuiꝰ cā remota ſiue prima eſt motus Solis, ꝓxima vero eſt virtus gñatiua plātæ. Fructificatio aūt impediri p̄t per impedimētū virtutis gñatiuę, q̄uis motꝰ Solis inuariabilis ſit. Similiter ēt ſcia Dei, licèt ſit inuariabilis cā oīm, effectus tñ producuntur ab ipſa par operōes cārum ſecūdarū. Et ideo mediantibus cauſis ſecundis neceſſariis ꝓducit effectus neceſſarios, & mediātib. cauſis ſecūdis contingentib. producit effectus contingentes.

¶Sed adhuc manet dubitatio maior de infallibilitate diuinę p̄ſcientię, quia licèt prima cā poſſit ſtabilis eſſe cū defectu cauſę ſcdę (ſicut motus cęli cū ſterilitate arboris) ſcia tñ Dei non p̄t ſtare cū defectu cauſæ ſecūdæ, non.n. p̄t eſſe, q̄ Deus ſciat ſimul hunc hoīem currere, & ipſe deficiat a curſu. Et hoc eſt pp certitudinē ſcię ipſius. Ad hoc ergo q̄ ſit certa ſcia, oportet īuenire aliq̄ certitudinē in re ſcita.

¶Sciendū eſt igr̃, q̄ anteq̄ res ſit, nō hēt eſſe niſi in cauſis ſuis, ſed cauſæ quędam ſunt ex quibus neceſſariò ſeqtur effectus, q̄ impediri nō poſſunt. Et in iſtis cauſis hēt effectus eſſe certū, & determinatū, adeo q̄ pōt ibi fieri demōſtratio, ſicut eſt ortus Solis, & eclypſis Solis & Lunæ, & hmōi. Quædam aūt ſunt, ex quibus ſequūtur effectus in maiori parte, ſed tñ deficiunt in minori. Vnde in iſtis cauſis effectus futuri non hñt certitudinē abſolutā, ſed quādam inquantū ſunt magis determinatę cauſæ ad vnū, q̄ ad aliud. Et iō p iſtas cauſas pōt accipi ſcia cōiecturalis de futuris. Quę tantò magis eſt certa, quātò ſunt cauſæ magis determinatæ ad vnū, ſicut eſt cognitio medici de ſanitate infirmi, ac morte futura. & iudiciū aſtrologi de ventis, & pluuijs futuris. Quædā verò cauſæ ſunt, quę ſe hñt ad vtrumlibet. Et in iſtis cauſis effectus futuri nullam hñt certitudinē, vel determinationē. Et iō contingētia ad vtrūlibet, in cauſis ſuis nullo modo cognoſci p̄nt, ſed qñ iā efficiunt̃ in rerū natura, tunc hñt in ſeipſis eſſe determinatū. Et iō qñ ſunt in actu, certitudinaliter cognoſcunt̃, vt patet de eo q̄ videt Socratē currere, qa tunc certā cognitionē hēt de curſu ipſius, nā Socratē currere dum currit, neceſſariū eſt. Intellectus aūt diuinus ab ęterno intuet̃ in vnūqđque cōtingentiū, nō ſolùm prout eſt in cauſis ſuis, ſed prout eſt in eſſe ſuo determinato, niſi.n. hoc eſſet, aliter cognoſceret rē poſtquā eſt, q̄ antequam fieret, & ſic ex euentibus rerum aliquid accreſceret cognitioni eiꝰ. At verò cognitio Dei nō cauſat̃ a rebus ſicut nr̃a, ſed potius ipſa eſt cā rerū cognitarū.

¶Scia ergo Dei cū ſit vera, & p̄fecta eo mō quo res futurę ſunt, eas euenire cognoſcit. Et iō ab ęterno vno intuitu vidit ſingula tpa, & cūctos hoīum actus, & rē talē eſſe in hoc tpe, & in hoc deficere. Patet igr̃ q̄ preſcia Dei p̄fectè, & inuariabiliter cognoſcit res futuras prout eueniunt, nec tamen rebus contingentibus neceſſitatem imponit.

¶Ad primū ergo dicēdū, q̄ effectus nō trahit neceſſi-

vbi ſup. ad primum.

ceſſitatē a cā prima, ſed ſolū a cā ꝓxima, vt dcm̃ eſt.

¶Ad ſcdm dicēdū, q̄ dcm̃ Philoſophi intellr̃ de eo, q̄ aliqđ ī actu ponit circa ſubiectū, qđ poſtq̄ poſitum eſt, impoſſibile eſt nō eſſe poſitū. Sed verū de futuro nihil ponit circa ſubiectū, qa nō eſt verū ꝓ p̄ñti, ſed ſolū ꝓ futuro, & iō nullā hēt neceſſitatē.

¶Ad tertium dicendū, q̄ duplex eſt neceſſitas, ſ. abſoluta, & condōnata, ſiue reſpectiua. Neceſſitas abſoluta, q̄ opponitur cōtingentię dr̃ neceſſitas cōſequentis, q̄ eſt cauſis neceſſariis. Neceſſitas āt condōnata eſt ex ſuppōne, ſiue condōne, & dr̃ neceſſitas p̄ñię. Et hęc non opponitur contingentię, quia non eſt ex cauſis neceſſariis abſolutè. Nā aliqđ cōtingens neceſſariò ſequitur facta ſuppōne, vt ſi ponat̃, q̄ Sortes currit, neceſſariò ſequit̃ q̄ moueatur.

¶Dicēdum eſt ergo, q̄ actus diuinę cognitionis tranſit ſuper cōtingēs (ēt ſi futurum ſit nobis) quia ei ſp eſt p̄ñs, ſicut tranſit viſus nr̃ ſuper ipſum cum eſt p̄ñs. Et quia oē quod eſt, dum eſt, neceſſe eſt eſſe, quod tñ abſolutè non eſt neceſſarium, iō in ſe conſideratum eſt contingens, ſed relatū ad Dei cognitionem eſt neceſſarium, quia ad ipſam refertur, ſm q̄ eſt in eſſe actuali, cùm æternitati oīa ſint p̄ñtia. Non.n. Deus videt tm̃ hanc rem reſpectu pręcedētis tpis eſſe futuram, & reſpectu futuri eſſe pręteritam, ſed videt id tp̄s, in quo eſt p̄ñs, & rē eſſe p̄ñtē in hoc tpe. Vnde oīno ſimile eſt, ſi ego videā p̄ñtialiter Socratem currere, quod quidē in ſe cōtingens eſt, ſed relatum ad viſum meum, eſt neceſſariū. Vñ ſm diſtōnem poſitam dicēdum eſt, q̄ pręſcitum eſt neceſſarium neceſſitate conſequentię ſiue condōnata, & nō neceſſitate cōſequentes ſiue abſoluta.

¶Ad quartum dicendum, q̄ infallibilitas, & certitudo pręſciētiæ Dei, prouenit ex hoc, q̄ rē videt ſemper, vt p̄ñtem, ſicut dictum eſt. Non tñ ex hoc, q̄ res p̄ſcita neceſſitatem abſolutam acquirit, ſed conditionatam ſolum, vt iam patuit.

¶Ad quintū dicendā, q̄ iſta ꝓpoſitio, Oē ſcitū à Deo neceſſe eſt eſſe, eſt duplex. Pōt.n. eſſe de dicto, & ſic eſt cōpoſita, & eſt vera, qa hoc dictū eſt neceſſariū, ſ. ſcitum a Deo eſt verū. Vel pōt eſſe de re, & ſic eſt diuiſa, & falſa, hanc.n. rē quæ ponit̃ ſcita a Deo, non eſt neceſſe fieri, qa cōtingenter fit. Et ſimiliter cōcluſio duplex eſt. Huius aūt diſtinctionis rō eſt, qa pōt iſtud ſumi ſm cōditionem q̄ ſubiacet diuinæ ſciæ, & hoc eſt ſm qđ hēt eſſe determinatū in actu, & ſic neceſſitatē hēt. Vel pōt iſta res ſumi ſine vlla conditione, & ſic nō eſt neceſſariū, qa pōt conſiderari prout eſt in cauſis ſuis antequā ſit in actu, & ibi nō hēt neceſſitatem, nec ibi tm̃ eſt ſcita a Deo futura eſſe, nō.n. ſcit Deus effectum cōtingentem eſſe determinatum in ſua cauſa, quia eſſet falſa ſcia, cum in cauſa ſua non ſit determinatus.

Vbi ſupra ad quintū

¶Ad ſextum dicēdū, q̄ ad hoc argm̃ quidam ſic rñdent, & dñt q̄ hoc antecedens, ſ. eſſe pręſcitum a Deo, eſt neceſſarium, nec tñ cōſequens eſt neceſſarium, quia illa regula intelligit̃ tm̃ in illis conditionalibus in quibus antecedens eſt cā conſequentis. Sed qa regula illa non probat̃ à Philoſopho ex rōne cauſalitatis, ſed ex rōne conſequentiæ (ſm quā ex neceſſario ſequitur neceſſarium, ſiue ſit cauſa, ſiue effectus) iō aliter pōt dici, q̄ antecedēs eſt neceſſariū, abſolutè tñ iſta res non ponitur ſubiacere diuinę ſciētiæ, niſi dum eſt in actu, ſm qđ determinationē, & certitudinem hēt, ipſam.n. neceſſe eſt eſſe dum eſt. Et ideo ſimilis neceſſitas inferenda eſt in conſequente, vt. ſ. accipiatur ipſum quod eſt Socratem currere, ſm q̄ eſt in actu, & ſic determinationē & neceſſitatem habet. Vnde patet, q̄ ſi ſumatur Socratem currere, ſm hoc q̄ ex añte ſequitur, neceſſitatem habet, non.n. ſequitur ex añte, niſi ſm quòd ſubſtat diuinæ ſcientiæ, cui ſubiicitur prout conſideratur præſentialiter in ſuo eſſe actuali, vnde ſic etiam ſumendū eſt conſequens. Et hoc modo patet, q̄ conſequens neceſſarium eſt, neceſſe eſt.n. Socratem currere dum currit.

Vbi ſupra ad ſextū, cir. fi.

CAP. V.

Vtrum prædeſtinatio habeat certitudinem.

POſt hęc etiam de prędeſtinatione reſtat inueſtigare.

¶De qua hic ad præſens, præter ea, quæ dicta ſunt, duplex conſideratio erit.

¶Prima quidem, vtrum prædeſtinatio certitudinem habeat.

¶Secunda, vtrùm neceſſitatem imponat.

¶Ad primum ergo ſic proceditur. Vr̃ q̄ Prædeſtinatio certitudinem non habeat. Dr̃.n. Apoc. 3. Tene quod habes, ne alius accipiat coronā tuam. Aut hoc intelligitur de corona p̄ñtis iuſtitiæ, aut de corona gloriæ. Sed non de corona p̄ñtis iuſtitiæ, quia gratia quam quis habet eo peccante deſtruitur, nec de ſubiecto in ſubiectum mutatur. Ergo intelligitur de corona glorię. Sed gloria non eſt alicuius in ſtatu vitæ, niſi ſecundum q̄ eſt ei prædeſtinata. Ergo vr̃, q̄ vnus poſſit accipere quod alij prædeſtinatum eſt, & ſic prędeſtinatio certa non erit.

1. diſt. 40. q. 3. art. vnico.

¶Pręterea, Greg. in Mor. dicit, q̄ aliis cadētibus, in eorum locum alij ſuccedunt. Sed locus glorię non poteſt dici eorum, niſi quia eſt ei prędeſtinatus, ergo idem quod prius.

¶Item in Pſalm. dicitur: Deleantur de libro vitę, & cum iuſtis non ſcribantur. Sed non poteſt deleri de libro, niſi quod ibi ſcriptum eſt. Cum ergo prędeſtinatio ſit liber uitę, uidetur quòd aliquis à prędeſtinatione poſſit deficere, & ita certitudinē non habebit.

¶Amplius, Eorum, quę non ſunt determinata nec in ſe, nec in cauſis ſuis non poteſt eſſe certitudo. Sed motus liberi arb. (quod eſt cauſa ad vtrumlibet) non ſunt determinati nec in ſe, nec in cauſis ſuis antequam ſint. Cum igitur effectus prædeſtinationis expleatur motibus liberi arbit. qui ſunt opera meritoria, ſequitur quòd prædeſtinario nullam certitudinem habeat.

¶In contrarium eſt authoritas D. Auguſtini in libro de Correptione, & gratia dicentis: Certus eſt numerus electorum, qui non poteſt minui, nec augeri.

Cap. 13.

¶Prę-

Universidad de Deusto Biblioteca

¶Præterea, 2. Tim. 2. dr̃, Nouit Deus q́ ſunt eius. Cum ergo diuina cognitio ſit certa, & infallibilis (vt ſupra dictum eſt,) & prædeſtinatio in ſui rõne præſcientiam includat, prædeſtinatio certa erit.

Vbi ſupra ad primũ, & ſecũdũ.

¶Rñdeo dicendum, ꝙ cum diuina cognitio pfecta ſit, certa eſt, & infallibilis. Et iõ non ſolum numerus prædeſtinatorum Deo certiſſimus eſt (licet incertus ſit nobis) ſed ẽt numerus reproborũ. Sciẽdum tñ eſt, ꝙ ſm ſtatum præſentis iuſtitiæ, quidã habentes gratiam, perdũt eam, dum in peccata labuntur, & eis cadentibus, in eorum locum alij admittuntur, dum opera ipſorum in charitate facta, quæ ſibi, & alijs proderant (ſm, ꝙ charitas oĩa merita ſanctorum cõia facit) ipſis peccãtibus, eis prodeſſe deſinunt ad ęternę vitæ meritum, eorum aũt fructus in illis manet, qui in gratia perſeuerãt. Nõ tñ ita, ꝙ eadem gr̃a numero q̃ in vno erat, ipſo peccante, in aliũ trãſmutet̃. Vnde ſm ſtatũ pñtis iuſtitię, nũquã eccleſia deſtituit̃ exiſtẽtibus in gr̃a, quia qbuſdã peccãtibus in gr̃am alij à Dño aduocãtur. Et totũ eſt certiſſimum apud Deum, vñ Apoc. 3. ſuper illo verbo. Tene qđ habes, &c. dicit glo. cum ſit Deo certus numerus ſuorum ſiquis labatur, alius mia in locum eius ſubinducitur, ſicut per ſuperbiã Iudęorum gentilitas ſubintrauit.

¶Et per hoc patet reſpõſio ad primum, & ſecundum argumentum.

Vbi ſupra ad tertiũ.

¶Ad tertiũ dicendũ, ꝙ p̄deſtinatio dr̃ liber vitæ ſm qđ in eo dr̃ aliqd ſcribi, non ſolum quãtum ad pñtem iuſtitiã, ſed ẽt quantum ad futurã gloriã, & ſic nullo modo põt dici aliqs deleri de libro Vitę. Sed illud, qđ eſt ibi ſcriptum quantũ ad pñtem iuſtitiam tñ, dr̃ deleri, non mutatione facta ex parte libri, vt in eo aliqd fuerit, qđ poſtmodum non ſit, ſed ex parte illius qui in eo ſcriptus erat, inquantũ ſcilicet ipſe mutatur à ſtatu pręſentis iuſtitię.

Vbi ſupra ad quartũ.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ cõtingẽs futurum, (vt motus liberi arbi.) quamuis non ſit determinatũ in cauſa ſua, eſt tamẽ determinatum in eſſe ſuo, ſm quod eſt in actu. Et ſic ſubiacet certitudini pręſcientię, ſicut ſupra dictum eſt de futuris contingentibus in pręcedenti capite.

CAP. VI.

Vtrum prædeſtinatio neceſſitatem imponat.

DEinde inueſtigandum eſt, vtrũ prędeſtinatiõ neceſſitatem imponat. Et vr̃ ꝙ ſic, qſcunque eñ aliqua cã eſt tantę virtutis ad producendũ effectum, ꝙ impediri non põt, neceſſitatẽ & coactionẽ inducit. Sed prędeſtinatio (quę eſt cauſa ſalutis hominum) voluntatẽ Dei nominat, quę impediri nõ põt. Vnde dr̃ Heſter 13. Non eſt qui tuę poſſit reſiſtere voluntati. Ergo prędeſtinatio neceſſitatẽ imponit. Cui rei vr̃ atteſtari Apoſt. Rom. 9. dicẽs, Cuius vult miſeretur, & quem vult indurat. Et Pſ. oĩa quecunque voluit Dominus, fecit.

¶Pręterea. Nulla uolũtas ligata, vel impedita ad eliciendũ propriũ actum, eſt libera ſed coacta. Sed voluntas humana ꝑ p̄deſtinationẽ ligat̃ & impedit̃ ad eliciendum actum proprium, qđ eſt velle, vt vr̃ dicere Apoſt. ad Rom. 9. dũ dicit: Non eſt volẽtis nec currentis ſed miſerentis Dei. Interli. nõ eſt volentis, ſ. velle, & currẽtis, ſ. currere, i. opari. Ergo voluntas humana ꝑ p̄deſtinationẽ cogit̃. Et ſic idẽ qđ prius. Hoc idem confirmatur ꝑ id qđ dr̃ Phil. 2. Deus eſt q́ opat̃ in nobis, & velle, & pficere ꝓ bona voluntate, ſ. ſua, vt dicit Interli. Ergo talis erit vnuſquiſque qualem vult Deus, cum nihil poſſit, niſi quod Deus vult. Ad idem oſtendendum valet id quod dicitur Ioã. 6. Nemo poteſt venire ad me niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum.

¶Vlterius vr̃, ꝙ Deus ſit cã reprobationis, & excęcationis, ſicut eſt cã prędeſtinationis, & eodem modo reprobatis neceſſitatem imponat. 1. diſt. 40. q. 4. art. 2.

¶Primò per id qđ dicit Apoſt. 2. Cor. 4. Deus huius ſęculi excęcauit mẽtes infideliũ, & vna gl. exponit hoc de Deo vero. Ergo ipſe eſt cã excęcationis.

¶Ad idem eſt quod dicitur Rom. 9. Cuius vult miſeretur, & quem vult indurat.

¶Amplius, ſm Philoſophũ in poſteriorib᷒, ſi affirmatio eſt cã affirmationis, & negatio eſt cã negationis. Et velle diuinũ eſt cã, ꝙ iſte habeat gratiã, qa. ſ. ipſe De᷒ vult. Ergo vr̃, ꝙ non velle Dei, ſit cã, quare iſte gratiã nõ habeat. Sed hoc eſt obduratio. Ergo ex parte Dei accipienda eſt cã obdurationis.

¶Pręterea, Sicut dicit Philoſophus in ſcđo Phyſico. id qđ per ſui pręſentiam eſt cã ſalutis nauis. ſ. gubernator, per ſui abſentiam eſt cã periculi. Sed Deus per ſui pręſentiam in aĩa eſt cauſa gratię. Ergo per ſui abſentiam eſt cauſa obdurationis.

¶Sed contra, Nullus iuſtè culpatur vel laudatur punit̃, vel remunerat̃ de eo, qđ ipſi neceſſitatem, & coactionem ingerit, & cuius cauſa in ipſo non eſt. Sed homo iuſtè laudat̃ vel culpat̃. punit̃ vel remuneratur de his, quę ab eius uoluntate procedunt. Ergo prędeſtinatio voluntati hominis neceſſitatẽ non ingerit, & obdurationis cauſa non exiſtit.

¶Rñdeo dicẽdũ ad primã qõnẽ, ꝙ licèt p̄deſtinatio certitudinẽ habeat, non tñ illa certitudo neceſſitatẽ ſaluãdis imponit, ſicut. n. ſupra dictum eſt in primo c. Prędeſtinatio in ſuo intellectu includit p̄ſciam, voluntatẽ & prouidentiam. Prouidẽtia aũt quãuis ſit oĩum, (vt dictũ eſt) non tñ oĩa neceſſariò eueniunt, ſed ſm conditionẽ proximarũ cauſarũ, quarũ naturas, & ordinẽ prouidentia nõ deſtruit, ſed conſeruat. Pręſcia ẽt non imponit neceſſitatẽ rebus, nec inquãtum eſt cã, cum ſit cã prima cuius conditionem effectus non ſequũtur, ſed cauſæ proximæ. Nec inquantum certitudinem, & determinationem habet, qa illa certitudo diuinæ p̄ſciæ attẽdit̃ non ſm ꝙ res eſt in ſuis cauſis (in qbus, eſt (vt poſſibile futurum tñ) ſed ſm ꝙ habet eſſe determinatũ in actu, prout eſt pñs, & non futura, vt ſupra expoſitum eſt c. 4. Voluntas ẽt cũ ſit cã vniuerſalis & prima oĩum rerũ, nõ excludit oẽs ꝓximas cauſas rerum. Nec hoc eſt ex inſufficientia voluntatis, ſed ex ordine ſapientiæ ipſius, q̃ effectus mediantibus alijs cauſis prouenire diſpoſuit, vt ſic ẽt cauſãdi dignitas creaturæ cõicaretur. Vnde diuinę uolũtatis efficacia exigit, vt non ſolum ſit quod Deus vult,

1. diſt. 40. q. 3. art. 1. corp. poſt in c.

1. q. 19. ar. 7. ad 2. Et 1. cõ. c. 86. ratione 1. Et lib. 3. 1. ad m.

ſed ẽt vt hoc modo ſit ſicut Deus vult illud eſſe. Et ita patet ꝙ certitudo prædeſtinationis nullam neceſſitatem ſaluandis imponit.

¶Ad primũ ergo dicẽdũ, ꝙ q̃uis Dei voluntas ſit imutabilis & inuincibilis, non tñ ſequit̃, ꝙ oĩs effectus eius ſit neceſſarius neceſſitate abſoluta (quam habet res à cauſa ſua proxima) ſed ſolum neceſſitate conditionata, ſicut etiam de præſentia dictũ eſt. 1. diſ. 47. q. 1. ar. 2. ad 2.

¶Ad authoritatẽ aũt Apoſtoli q́ dicit. Cuius vult miſeret̃, &c. dicendum eſt, ꝙ Apoſtolus intendit ꝙ Deus nõ p̄deſtinat aliquẽ, vel infundit ei gr̃am coactus, quaſi ex neceſſitate naturæ, vel iuſtitiæ, vel ex meritis pręcedentibus alicuius, ſed ex mera liberalitate voluntatis ſuę. Et ꝙ ita debeat intelligi, patet per literam præcedentem de Iacob & Eſau, de quibus ibi dr̃, Cum enim nondum nati eſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali, vt ſm electionem propoſitum Dei maneret, nõ ex operibus ſed ex vocatione dictum eſt ei, quia maior ſeruiet minori.

¶Authoritas ẽt Pſalmiſtę nõ cogit dicere, ꝙ voluntas Dei neceſſitatem imponat, ſed qđ ſemper infallibiliter impleat̃. Sciendũ tñ eſt, ꝙ Deus dr̃ velle aliquid dupliciter. Vno mõ propriẽ, & ſic dr̃ velle aliquid cuius voluntas verè in eo eſt, & qđ ſibi cõplacet. Et hæc dr̃ voluntas beneplaciti, quæ ſemper in oĩbus infallibiliter adimpletur. Et de hac loquit̃ Pſal. & Iſa. 4. Oĩs voluntas mea fiet. Alio modo dr̃ velle aliquid metaphoricè, i. per ſimilitudinẽ, eo ꝙ ad modum volentis ſe habet inquantum præcipit, vel conſulit, prohibet vel permittit aliquid. Et hæc dr̃ voluntas ſigni, quæ non ſemper implet̃. De qua dicit Apoſt 2. ad Tim. 2. Qui vult oẽs hoĩes ſaluos fieri. Cum tamen omnes ſalu᷒ non fiant, ſed multi damnentur. De hac etiam dicitur Matt. 33. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina cõgregat pullos ſuos ſub alas ſuas, & noluiſti.

¶Ad aliud dicẽdũ, ꝙ voluntas humana ꝑ p̄deſtinationẽ non ligat̃, nec impedit̃ ad eliciendũ ꝓpriũ actũ, ſed iuuat̃. Iõ aũt dicit Apoſtolus, ꝙ nõ eſt volentis velle, nec currentis currere, ſed miſerentis Dei, qa nemo põt ꝑ conatũ proprię uoluntatis cõſequi gr̃am, vel ꝑ naturalia ꝓpriæ opus gratuitũ elicere ſine diuino auxilio. Vñ ipſe Chr̃s dicit Ioãn. 3. Sine me nihil poteſtis facere. Cuius rõ eſt, qa licet voluntas hoĩs libera ſit, tñ hanc libertatem nõ habet niſi à Deo, q́ eſt cã efficiens hmõi libertatis. Et ſicut dr̃ in libro de Cauſis, Oĩs cã primaria plus eſt influẽs ſup ſuũ cauſatum, q̃ cã ſecunda, quia virtus & eſſe cauſę ſcđæ totum eſt à cã prima, & ſic actus, & opatio cauſæ ſecundæ reducitur in cauſam primã, cuius virtute opatur. Et per hunc modũ dicit Apoſt. ꝙ Deus operatur in nobis velle & perficere. 1. diſt. 8. ar. ult. cor. poſt principium.

¶At id vero qđ dr̃, Nemo põt venire ad me niſi Pr̃ meus traxerit eum, dicendum ꝙ homo trahitur tripliciter, aliqñ. n. trahitur violentia, ſicut Suſanna trahebatur ad mortem, vt dr̃ Dan. 13. & Eleazarus trahebatur ad ſuppliciũ, vt dr̃ 2. Mach. 6. Et de hac tractione dr̃ Prouer. 24. Qui trahuntur ad interitum, liberare, ne ceſſes. Aliqñ vero trahitur homo amore, vel delectationibus allectus, vel beneficijs prouocatus, ſicut trahit̃ puer ouo uel pomo ſibi oñſo, vnde dr̃, Trahit ſua queq; voluptas. De hac tractione dr̃ Oſeæ 11. In funiculis Adã traham eos, in vinculis charitatis. Et Cãt. 1. Trahe me, &c. & Ioã. 12. Si exaltatus fuero à terra, oĩa trahã ad meipſum. Aliqñ aũt trahit̃ timore ſupplicij territus, ſicut trahuntur qui timent ſupplicia. De hac tractione dr̃ Iac. 2. Nonnę diuites per potentiã opprimunt vos, & ipſi trahunt vos ad iudicia. Tractio ergo iſta, de qua loquit̃ Chr̃s (vt oñdit gl.) non eſt uiolẽtiæ, nec neceſſitatis, nec inuiti, ſed voluntatis deſiderij.

¶Ad ſcđam qõnẽ dicẽdũ, ꝙ reprobatio in ſuo intellectu tria includit, ſ. æternã præſciam meritorũ, tpalẽ obdurationẽ, ſiue excęcationẽ, & finalẽ dãnationẽ. Primũ, ſ. præſcia meritorum cauſam non habet, cum. n. Deus nõ accipiat cognitionẽ à rebus, ſicut nos accipimus, ſed ex ſeipſo res intelligat & cognoſcat, nullo mõ res futuræ pñt dici cã præſciæ Dei, ſicut ſuprà in fine tertij capituli dictum eſt.

¶Itẽ cũ pñtia ſm ꝓpriã rõnẽ nõ aliud dicat niſi ſimplicẽ notitiã futurorũ, nõ importat aliquã cauſam, & iõ futurorum, & præcipuè malorum cã eſſe nõ põt, ſicut ſupra 3. cap. dictum eſt. Et ſm hoc reprobatio eſt tñ præſcientia culpæ, ſed non cauſa.

¶Scđm aũt & tertiũ, ſ. tpalis obduratio & finalis damnatio, duplicẽ cauſam hñt, unam ex parte hoĩs ꝑ modũ meriti, aliam ex parte Dei ꝑ modũ iuſtitię, culpæ merito pęnã adhibentis. Obduratio. n. qñq; dr̃ actus voluntatis obſtinatæ in malo, cui ptinaciter adhæret. Et ſic cõſtat ꝙ obdurationis cã non eſt Deus, ſed hõ, ſicut nec alterius actus peccati inquãtum deformis eſt. Aliqñ autẽ obduratio dr̃ ipſa priuatio gr̃æ, q̃ ẽt excæcatio dr̃: qa gr̃a eſt quoddam lumen aĩę: & perfectio q̃dã habilitans ipſam ad bonum. Aliquem autem carere gr̃a, ex duobus cõtingit, tum qa ipſe nõ uult recipere, tum qa Deus non ei ĩfundit, vel nõ vult infundere. Horum autẽ duorum talis eſt ordo, vt ſm nõ ſit niſi ex ſuppoſitione primi. Cum. n. Deus nihil uelit niſi bonũ, non uult aliquẽ gr̃a priuare, niſi ſm ꝙ bonum eſt, ſed ꝙ aliqs careat gr̃a, nõ eſt bonũ ſimpliciter. Vñ hoc abſolutè cõſideratum, nõ eſt uolitum à Deo. Eſt tñ bonũ, vt careat gr̃a, ſi eam hr̃e non uult, vel ſi negligẽter ad eam habendam ſe p̄parat: qa iuſtum eſt, & hoc mõ eſt uolitum a Deo. Patet ergo ꝙ hmõi defectus abſolutè cã prima eſt ex parte hoĩs q́ gr̃a caret: ſed ex parte Dei nõ eſt cã huius defect᷒: niſi ex ſuppoſitione illius, ꝙ eſt cã ex parte hoĩs. Et ꝑ hũc modũ qñq; inuenit̃ De᷒ cã excæcationis uel obdurationis, non qdem immittendo malitiam, ſed nõ impertiendo gratiam: ſicut nec digni, vt dicit Aug. Si. n. nõ neceſſariò impertit̃, in ipſo eſt impertiri & nõ impertiri, vñ eius qđ eſt nõ impertiri, aliquo mõ cã eſt. Obduratio igitur ex parte hoĩs hẽt rõnem culpæ: ſed ex parte Dei hẽt rõnem iuſtitię. Similiter finalis damnatio habet duplicem cauſam, ſ. ex parte hominis, commiſſionẽ culpę, & ex parte Dei, illationẽ pęnę.

¶Et ꝑ hoc patet reſpõſio ad primas duas auctoritates, ꝙ Deus excęcat mentes infidelium, non impertiendo malitiam, ſed iuſtè ſubtrahendo gratiam.

Universidad de Deusto Biblioteca

Similiter, Obdurat quem vult: quia nõ cogit cuiq̃ indigno conferre gratiam. Nec eſt cõtra voluntatẽ Dei, ſed ſm voluntatem ipſius, ꝙ aliquis ꝓ merito malitiæ ſuæ obduretur, inquãtum obduratio dicit pœnam iuſto iudicio culpę obſtinationis illatam.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ effectus nõ ſequitur, niſi concurrentibus oĩbus cauſis: ſed ex defectu vnius cauſæ tm̃ conſequitur negatio effectus. Dico igitur ꝙ cauſa gratiæ ſicut agens, eſt ipſe Deus, & ſicut recipiens, ipſa aĩa per modũ ſubiecti, & materiæ. Et ideo quia formæ inductæ nõ eſt cã materia, neq; ſubiectũ, niſi ſit tale ſubiectum, ex cuius principiis fluit accidens (quale accidens non eſt gratia) ideo non dr̃ ſimpliciter aĩa cã gratiæ, ſed recipiens tm̃: Deus aũt eſt cã, dr̃ tñ aĩa cã malitiæ. Nec oportet ꝙ omnis defectus incidat ex parte agentis, ſed poteſt incidere ex parte recipientis. Et ita eſt in ꝓpoſito: ipſa.n. anima eſt cauſa obdurationis, inquãtum obduratio culpam dicit.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ Deus quãtum eſt in ſe, nulli eſt abſens: ſed hõ a Deo pñte ſe abſentat, ſicut ſe abſentat a pñti lumine, qui claudit oculos. Et ideo non eſt ſimile quod pro ſimili ponitur.

CAPVT VII.

Quare Deus creet hominem, quem præſcit eſſe damnandum.

VLtimò conſiderandum eſt, quare Deus facit hominem, quem præſcit eſſe damnandũ. Sũt enim quidã veſani, qui Deo in hoc iniquitatis maculam imponere non verentur, dicentes eum iniquum, & impium, qui opus ſuum facit ad intolerabiles, & interminabiles cruciatus.

¶Rationes igitur adducendæ ſunt ad tantam veſaniam refrænandam, & Dei iuſtitiã demõſtrandã. Et primò oſtendendum eſt, ꝙ voluntas Dei facientis hoĩem quem præſcit eſſe damnandum, non eſt iniqua. Deinde ponẽdæ ſunt rões probabiles, quare Deus facit hoĩem quem preſcit eſſe damnãdum. Sciendum eſt itaque, ꝙ ratio quare Deus hoc facit, eſt ſua voluntas: quæ cã eſt oĩm q̃ ab eo fiunt: vnde dicit Aug. in 3. lib. de Trin. Non niſi Dei voluntas cã prima eſt ſanitatis ægritudinis, pręmiorũ atque penarum, gratiarum & retributionum. Hæc igitur ſola eſt vnde ortum eſt quicquid eſt. Voluntas autẽ eius iniuſta, vel iniqua eſſe non põt. Ex duobus.n. contingit volũtatem alicuius a rectitudine deuiare: videlicet aut ex ignorantia, aut ex affectione ꝑuerſa. Quæ quidem duo in Deo eſſe non pñt. Cum enim ſit ſumme ſapiens, ignorantia in eũ nõ cadit. vnde dr̃ Iob 12. Apud eum eſt ſapia & fortitudo: & ipſe habet conſilium, & intelligentiam. Et ideo clamat Apoſ. Rom. xj. O altitudo diuitiarum ſapię & ſciæ Dei, &c. Hic ẽt Iob 9. dr̃. Sapiens corde, & fortis robore. Item cum oĩs artifex naturaliter diligat opus ſuum, impoſſibile eſt opificem oĩm odire aliquam creaturam: & ideo affectio inordinata in eo eſſe non põt. Vnde dr̃ Sap. 11. Diligis oĩa quę ſunt, & nihil eorum q̃ feciſti, nec ẽt odiens aliquid conſtituiſti, aut feciſti. Ex his ergo apparet Dei voluntatem creatricem oĩm iuſtiſſimam fore, nec maculam aliquam iniquitatis hẽre. Et hoc eſt quod dr̃ Deut. 13. Deus fidęlis, & abſque vlla iniquitate iuſtus, & rectus. Item Abac. 1. Mundi ſunt oculi tui, ne videas malum, & reſpicere ad iniquitatem non poteris. Et ideo dicit Pſ. Iuſtus dñs, & iuſtitias dilexit, quantum ad ornatiſſimam affectionem æquitatem vidit vultus eius, quantum ad perfectiſſimã cognitionẽ. Licèt aũt Deus ſit rectisſimus, & nihil odiat eorum q̃ fecit: dr̃ tñ odire aliqua metaphoricè, non inquantum ab ipſo procẽdunt, ſed inquantum egrediuntur a regula rectitudinis ſuę. Illud.n. quod non eſſe volumus, odire dicimur: vnde cum mala fiant contra regulam rectitudinis eius (quia ſunt priuatio modi, ſpẽi, & ordinis, ũt dicit Aug.) ea vult non eſſe: & ideo malos odio habere dr̃. Vñ Sap. 14. Odio ſũt Deo impius, & impietas eius. Dr̃ ẽt odire illos quorum punitionẽ vult. Sic.n. ad modum odientis ſe habet. Et iõ dicit Pſ. Odiſti oẽs q operantur iniquitatem: perdes oẽs qui loquuntur mendaciũ. Quia vero diuina volũtas eſt cã rerum oĩm, ipſa cãm hr̃e non põt. Voluntati.n. cã volendi eſt, finis aũt diuinæ voluntatis eſt ſua bonitas, ipſa eñ bonitas Deo eſt cã volendi. Et ideo dicit Aug. in lib. 83. q̃onum, ꝙ voluntatis eius cã q̃renda non eſt: nam vt idem dicit in lib. cõtra Manichęos. Qui dicit, quare Deus voluit facere coelum, & terram, maius aliquid q̃rit, q̃ ſit voluntas Dei: nihil autem maius inueniri põt. Quamuis aũt diuina voluntas cãm non habeat aliquid creatum: nihilominus tñ põt ei aliqua volẽdi rõ aſſignari vel bonitas ipſius, vel aliquid quod ad bonitatis, vel ſapiæ ipſius pulchritudinẽ ordinetur. Si.n. nulla poſſet diuinæ bonitatis rõ aſſignari, cogeremur in quorundã errorem declinare dicentium oĩa procedere a Deo ſm ſimplicem volũtatem: vt de nullo oporteat reddere rationem, quare * Deus vult. Quod diuinæ ſcripturæ manifeſtè cõtrariatur: q̃ Deum perhibet ſm ſuæ ſapiæ oĩa feciſſe: ſm illud Pſ. Oĩa in ſapia feciſti, &c. Et Eccl. 1. dr̃, ꝙ Deus effudit ſapiam ſuã ſup oĩa opera ſua. Aug. ẽt in lib. 11. ſuper Gen. ad lit. dicit: Mouent̃ quidã dicentes cur creauit Deus, quos futuros malos præſciebat? Et reſpondens dicit, qa pręuidit quid boni de malis eorum eſſet facturus: ſi.n. eos fecit ut in eis relinqueret vñ & ipſi aliquid facerent, quo quicquid ẽt culpabiliter eligerent, illum de ſe laudabiliter operantem inuenirent.

*Aliàs, vel ſi quia.

¶Compeſcamus igitur humanam temeritatem, q̃ Deo iniquitatis maculam imponere nõ veretur, & approbãtes diuinã iuſtitiã, aſſignemus aliquas rões, quare Deus creat hoĩem quẽ ꝑſcit eſſe dãnandũ. Sit igr̃ prima rõ talis ex parte diuinę liberalitatis. Melius eſt eſſe aliquid cũ aliquo defectu, q̃ non eſſe ſimpliciter. Cum aũt in peccatore damnando duo ſint: videlicet natura, q̃ bona eſt, & culpa quæ mala eſt: non debuit Deus pp culpam ſubtrahere nãm, aliàs liberalitatẽ ſuam ſubtrahere videretur. Sicut videmus, ꝙ bonus artifex arcã facit, quam ẽt ꝑſcit aliquã maculam contracturã. Et hæc rõ pt colligi ex illo verbo Apoſ. Tim. 2. Si nõ credimus, ille fidelis permanet, negare ſeipſum non põt. Si autẽ obiiciatur, ꝙ artifex ſi ſciret arcã in breui cõburendam, eam non faceret, rñdendũ eſt, ꝙ ſi artifex ſciret ẽt in ipſa combuſtione ſua ſapiam relucere, & arcã in igne nõ deficere, non pp hoc ſe ſubtraheret a factione ipſius. Vñ cũ Deꝰ ſciat ẽt in dãnatis ſuã iuſtitiã, & ſuã ſapiam relucere (dũ culpã ꝑ ſuppliciũ punit) cõueniens eſt, vt pp hoc nõ ſe ſubtrahat.

¶Secunda rõ ſumit̃ ex parte diuinæ prouidẽtiæ. Bonũ.n. totius eſt melius, q̃ bonũ particulare. Nã bonũ particulare ordinat̃ ad bonum vniuerſale, ſicut imperfectũ ad perfectum. Ad ordinatam ergo prouidentiã ꝑtinet potius ꝓmouere, & cõſeruare bonũ vniuerſale, q̃ bonũ particulare, & aliqñ pp bonũ vniuerſale, particulare negligere: imò aliqñ cõtra particulare pp vniuerſale facere. Sicut ad cõſeruationẽ reip. principes & rectores ſuſpendunt latrones & interficiunt homicidas. Cum igitur natura humana ꝑ gñationem propaget̃ & conſeruet̃: ſi Deus hoĩem dãnandũ propagari vel naſci nõ fineret, vel aĩam nõ ĩfunderet, ordinẽ gñationis humanæ deſtrueret. Et ſic bono vniuerſali particulare præponeret, & rectitudo ſuæ prouidẽtiæ caſſaret̃: qd̃ penitus eſt abſurdũ. Cõgruũ eſt igit̃, vt pp gñalius bonũ fiat homo ẽt dãnandus, Deo aliquid melius prouidente: vt dicit Apoſtolus ad Hebr. 11.

¶Tertia rõ ſumitur ex parte diuinæ prouidẽtiæ & reuerentiæ ſimul. Nã quantò magis rector auget rempub. & ipſos reip. conſeruatores glorioſius ꝓmouet, & potioribus donis remunerat ẽt cum ſupplicijs aliquorũ, deprimendo, ſ. & cruciando eorũ aduerſarios & reip. deſtructores: tantò laudabilior reddit̃. Cum igit̃ gloriã beatorũ augeat, conſideratio tormẽtorũ hoſtiũ ſuorũ, quæ ipſi Dei beneficio euaſerunt, congruũ fuit vt Deus ẽt hoĩes cõderet, quos ſciebat eſſe dãnandos. Beatis.n. accreſcit gloria de ꝑditione malorũ: tũ quia gaudent de vindicta eorũ: iuxta illud Pſal. Lætabit̃ iuſtus cum viderit vindictã. Tũ qa ipſi eorũ ſupplicia euaſerunt: & pp hoc in gratiarum actiones & laudẽ & reuerentiã exuberant Creatoris. 2. Mach. 1. De magnis periculis à Deo liberati magnificè gratias agimus ipſi. vnde dr̃ Pſalm. Lætetur mons Sion, & exultẽt filiæ Iudę, pp iudicia tuã Dñe. Et ideò dicit Aug. ſup Geneſ. Fruſtrà dr̃, Non dẽt Deus creare quos ꝑſciebat malos futuros: ſciebat.n. eos bonis profuturos, & iuſtè pro mala voluntate puniendos. Hanc rõnem innuit Apoſt. Rom. 9. dicens volens Deus oñdere irã & notã facere potentiã ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ, apta in interitum: vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam.

¶Si aũt obiiciat̃, ꝙ nullus dẽt procurare ꝓpriã reuerentiã, & aliorũ vtilitatẽ cũ diſpendio aliorũ, rñdendũ eſt, ꝙ hoc verũ eſſet, ſi fraudulẽtia, vel aliqua iniuſtitia cõmitteret̃, ſed qñ iuſtitia nõ deſerit̃, ſed ſeruat̃ (vt in propoſito fit: ſicut oſtenſum eſt ſupr.) ſemper debet bonorum vtilitas procurari.

¶Quarta rõ ſumit̃ ex parte diuinę potentię, & ſapientiæ ſimul. Nullus.n. Rex præpotens & veritatẽ diligens, debet occultare potentiam ſuã, & impotentiam ſimulare: ne infirmus & impotens reputetur. Item nullus bonus artifex debet occultare ſapientiã ſuã, & ignorantiam ſimulare, ne inſcius videatur. Vnde dr̃ Eccle. 20. Melior eſt qui celat inſipientiam ſuam: q̃ homo qui abſcondit ſapientiam ſuã. Si ergo Deus non feciſſet quẽ ſciebat eſſe dãnãdum, potuiſſet inſcius & impotens reputari: & ꝙ plus poſſet malitia, quã diuina potentia vel ſapientia. Cuius cõtrariũ ſcriptũ eſt Sapien. 8. Sapiẽtia vincit malitiam: attingit.n. à fine vſq; ad finẽ fortiter, & diſponit omnia ſuauiter.

¶Hanc rõnem tangit Apoſt. Rom. 9. cũ dicit. An nõ hẽt ꝑtãtẽ figulꝰ luti: ex eadẽ maſſa facere aliud quidem vas in honorẽ, aliud verò in contumeliã?

¶Si aũt obijciat̃, ꝙ nullus dẽt oſtendere potẽtiã ſuã in alicuius iniuriã: rñdendũ eſt, ꝙ Deus ex hoc nulli facit iniuriam: vel iniuſtitiam, nec homo de Deo iuſtè conqueri põt. nam quicquid boni habet, a Deo hẽt. ſ. eſſe ſuũ. Malitiã aũt hẽt à ſeipſo, vt ſup. oſtenſum eſt. Vnde dicit Aug. ſup Gen. loquens de futuris dãnandis. A ſe hñt voluntatẽ malã, a Deo naturã bonã, & iuſtã, pęnã. Quòd aũt hõ de bono conqueraт̃, iniuſtũ eſt, & iõ dicit Apoſt. Rom. 9. Nũquid iniq̃tas eſt apud eũ? abſit, & ſubdit̃. Nunq̃d dicit figmẽtũ ei q ſe finxit: q̃d me feciſti ſic? Et Iſa. 45. Vę q contradicit factori ſuo teſta de Lamijs terrę, nunquid dicit lutum figulo ſuo, quid facis?

¶Si aũt obiiciatur, ꝙ damnatus vellet potius non eſſe, q̃ ſic eſſe, iuxta illud Mat. 26. Bonũ erat illi ſi natus non fuiſſet homo ille, ergo iniuſtitia fit illi, rñdendum eſt, ꝙ licèt damnati vellent potius non eſſe, q̃ ſic eſſe, non tñ abſolutè vellẽt nõ eſſe. Nullus.n. põt ſimpliciter appetere deſtructionẽ ſui eſſe, pp naturalẽ appetitũ cuiuſlibet rei ad eſſe. Cũ aũt eſſe abſolutũ ſit meliꝰ, q̃ cõdõnatũ, nõ debuit Deꝰ pp appetitũ ꝑdõnatũ, abſolutũ eẽ caſſare.

¶Quinta rõ ſumitur ex parte humanę arrogãtię. Si.n. Deus non feciſſet aliquem hoĩem dãnãdum, humana ꝑſumptio ſalutem ſuam propriis meritis, & non Dei gratię aſcripſiſſet: dũ credidiſſet ꝑ virtutẽ propriam, & ſuis naturalibus, vel ex ſuis operibus ſe poſſe ſaluari. Hæc rõ tangitur Rom. 9. cum dr̃, vt ſm electionem propoſitum Dei maneret: nõ ex operibus, ſed ex vocante dictũ eſt, &c. Vñ Tit. 3. dr̃, Non ex operibus iuſtitiæ, q̃ fecimus nos, ſed ſm miſericordiã ſuã ſaluos nõ fecit. Et iõ ad humiliãdã humanã ſupbiã loquit̃ Iob. 40. dicens. Nunquid irritum facies iudiciũ meũ, & condemnabis me, ut tu iuſtificeris? Et ſi habes brachium ſicut Deus, & ſi voce ſimili tonas, circunda tibi decorem, & in ſublimi erigere, & eſto glorioſus, & ego confitebor, ꝙ ſaluare te poſſit dextera tua.

¶Sunt ẽt nonnulli, q ſm ſuam dementiã, diuinã ꝓuidentiã reprehendunt, dicentes, ꝙ Deus talem hoĩem facere debuit, ꝙ oĩno peccare non poſſet, ſequentes potius ſuã fatuã cõceptionẽ, q̃ diuinæ ꝓuidẽtię rectiſſimã rõem. Si.n. Deꝰ creaſſet hoĩem talẽ ꝙ peccare nõ poſſet, plura incõueniẽtia ſeq̃rent̃.

¶Primũ incõueniẽs eſt, ꝙ libertas arbitrij tolleret̃, & ꝑ conſequens natura, & nobilitas hoĩs caſſare-

ſaret. Nobilitas.n.hoīs in hoc cōſiſtit, ꝙ liberā hēt electionē, dū ad vtrūlibet flecti pōt. Qđ q̄dem aīalia bruta q̄ carent rōne, non hn̄t, licet ſenſum, & ſenſualitatis hēant appetitū. Vnde dicere, ꝙ Deus facere debuiſſet hoīem q̄ peccare poſſet: ſimile eſt, ac diceret, ꝙ debuiſſet eū facere aīal brutū, vel aliquid aliud minus nobile. Talibus cōtingit ſicut dicit Pſal. Hō cū in honore eſſet, non cognouit ſeipſum, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Hoīs ergo nobilitas, quā contulit ei Deus, eſt ꝙ habet arbitrij libertatē, ꝑ quā pōt ad vtrūlibet flecti, habēs diſcretionē boni & mali. Vnde dr̄ Eccl. 15. Deus ab initio conſtituit hoīem, & reliq̄t illū in manu conſilij ſui, Et ſubdit, Ante hoīem vita, & mors, bonum, & malum; quod placuerit ei, dabitur illi; Et ideò dicit Pſalm. Minuiſti eum paulòminus ab angelis. &c.

¶Aliud incōueniens eſt, ꝙ meritorū & p̄miorū rō & iuſtitia deperiret. Nullus.n.meret̄ de eo cuius cā & libertas in ipſo non eſt. Vñ dicit Poeta. Quid meruere boues, aīal ſine fraude dolò ue. Vnde rō merendi ex parte nr̄a eſt ex libertate arbitrij. Et cū oē p̄miū cauſet̄ ex merito, cui rn̄det, ſi meritū nō eſſet ſublata libertate arbitrij, p̄miū non daret̄: ſm̄ illud Apoſt. 2. Timot. 2. Non coronabit̄, niſi qui legitimè certauerit. Ad hoc ergo vt cęleſte p̄miū daret̄ homini oportuit, vt meritū p̄cederet cātum ex conatu arbitrij, cui tale p̄mium dat̄: ſicut dicit Apoſt. 2. Timo. 4. Bonū certamē certaui, curſū cōſūmaui, fidē ſeruaui: ī reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitię, quā reddet mihi Dn̄s ī illa die iuſtus iudex &c.

¶Tertiū inconueniens eſt, ꝙ bonitati & p̄fectioni vniuerſi detraheret̄. Nā perfectio vniuerſi conſiſtit in hoc, ꝙ oēs gradus bonitatis creaturæ cōicabiles continet. Si aūt natura humana à ſuo gradu trāſlata, in altiorē ꝑ Dei prouidentiā mutaret̄, quāuis aliqđ bonū humanæ naturæ accreſceret: tñ bonitati vniuerſi aliquid detraheretur, dum non oēs gradus bonitatis impleti eſſent: illo gradu ex quo natura humana tranſlata eſſet, vacuo remanente. Cū aūt bonum vniuerſi excedat bonum particulare, cuiuſcunq; naturæ creatæ (ſicut ēt bonū gentis excedit bonū ſingularis hoīs, vt in 1. Ethi. dr̄) debuit Deus humanā naturā facere qualē fecit. ſ. quæ peccare poſſet: vt oēs gradus bonitatis impleret. Vnde dr̄ Deuter. 32. Dei perfecta ſunt opera.

¶Quartum inconueniens eſt, quia impediretur illud ex quo apparet Deus laudabilis. Nam in peccatis apparet etiam Deus multùm laudabilis, dū ꝑ miſericordiā parcit, & per iuſtitiā punit. Cū ergo id ex quo apparet Deus laudabilis, non dēat impediri, non debuit Deus omnino impedire peccatū, faciendo hoīem qui peccare non poſſet, vt perpetuò dici poſſet illud. Pſal. Magnus Dominus & laudabilis nimis, &c.

¶Quintum inconueniēs eſt, q̄a ſi homini daretur ꝙ peccare non poſſet ſm̄ conditionē ſuæ naturæ, arbitrij libertate ſeruata, quædā cōtradictionis implicatio ſequeret̄. Arbitriū.n.iō dr̄ liberū, q̄a ad vtrumlibet flecti pōt: pōt.n.aliquid facere & nō facere, & pōt facere bonū, & malū. Si ergo haberet liberum arb. ad peccandū, & peccare non poſſet per nām, duo ꝯdictoria eſſent ſimul, qđ eſt impoſſibile.

¶Si aūt obiiciatur de arbitrio diuino, vel angelico, ꝙ cum ſit liberum, peccare non pōt; dicendum eſt, ꝙ Deus non hēat eſſe cātum, vel dependēs ab aliquo, ſm̄ condōnē ſuæ naturæ, deficere nunq̄ p̄t, nec quantum ad eſſe, nec quātum ad rectitudinem bonitatis: & ideo peccare non p̄t. Sed q̄libet creatura hēt eſſe dependens, & cātum ab alio, ſ. a Deo, & ideo ſm̄ condōnem ſuæ naturę q̄libet creatura deficere p̄t, & quantum ad eſſe, & quantum ad rectitudinem voluntatis. Vnde dicit Greg. ꝙ oīa tenderēt in nihilum, niſi manu Conditoris tenerent̄. Et ideo quibuſcunq; confertur, vt in bono ſic confirmentur, vt peccare non poſſint, hoc non hn̄t per nām, ſed per Dei gratiam: per quam filij Dei efficiūtur, & quodammō diuinæ naturę conſortes: ſm̄ illud Pſal. Ego dixi, dij eſtis, & filij excelſi omnes.

¶Patet igitur ex p̄miſſis, ꝙ oīa, quę a Deo ſunt, & bona & ordinata ſunt. Et ideò dr̄ Geneſ. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Apoſtol. ēt dicit Ro. 13. Quæ a Deo ſunt, ordinata ſunt.

PRÆDICT. EPILOGVS.

Non poſſe naturaliter ab homine ſciri, quare Deus in particulari hunc prædeſtinet, & hunc vel illum reprobet.

QVā[illegible] aūt ſuperius inductę ſint rōes ad oſtendendum, ꝙ nulla iniuſtitia apud Deū eſt, ex eo ꝙ facit hoīem quem præſcit eſſe dānandū, vnuſquiſq; tñ caueat diligenter, ne nimis incautus p̄ſumat aſſignare cām in ſpeciali, quare hunc vel hos determinatè Deus eligat, & illum vel illos non eligat. Hoc.n. nullus mortalium ſcire pōt, niſi fortè Deus vellet hoc alicui ſpecialiter reuelare. Vnde dicit Aug. Cur potius hunc vel illū Deus liberet, vel non liberet, ſcrutetur qui pōt, tā magnum profundum iudiciorum Dei, veruntñ caueat pręcipitium. Item quare hunc trahat & illum non trahat, noli diiudicare, ſi non vis errare. Et Ro. 12. Non plus ſapere, q̄ oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. Qui.n.hoc p̄ſumeret perſcrutari, Deo non p̄ſtaret obſequiū, ſed ſibiipſi iudiciū generaret: iuxta illud Pro. 25. Sicut qui mel multum comedit, non eſt bonū: ſic qui perſcrutator eſt maieſtatis, opprimet̄ a gloria: illo. ſ. diſponēte a cui⁹ narrōe cūctę linguę deficiunt. Qui & ipſe cōſummatio ſermonū exñs, eſt rex regū, & dn̄s dn̄antiū, cuius p̄tās nō auferet̄, & regnū non corrumpet̄ in ſecula ſeculorum. Am̄.

¶Inſignis Angelici Doct. diui Th. Aquin. de diuina Pręſcientia, & Prędeſtinatione Tractatus, per Io. Daniel. ſacræ paginæ Bacchalarium Louanien. ſtudioſiſſimè reuiſus, & correctus explicit.

Laus Vni, & Trino.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca